

MONTALBÁN, Juan de (O.P.)

Ill[ustrisi]mi ac Reu[erendisi]mi D.D.Fr. Ioannis de Montalban...
Disputationes Theologicae in I.P.D. Thomae coelorum reginae, del
Rosario... / per P. Praesent. Fr. Didacum Raspeño, eiusd. Ord. cuius
labore, et industria in lucem prodeunt ; tomus primus. -- Excudebat

Salmanticae : Ioseph Ortiz Gallardo, 1729

[60], 504, [12] p., \$-2\$6, @-3@6, A-Z6, 2A-2V6 ; Fol.

Disputationes Theologicae in I.P.D. Thomae coelorum reginae, de
l Rosario. -- Port. con orla tip. y marca de imp . -- Antep . -- Texto
a dos col.

1. Tomismo 2. Tomismoa I. Raspeño, Diego (O.P.) II. Título

R-5549 Ejemp. falta de 1 p. al final. -- Falto de enc.

R-5245 Enc. perg.



ILLUSTRISSIMI,
AC REVERENDISSIMI
D. D. F^{R.} JOANNIS
DE
MONTALBAN,
EPISCOPI ACCITANNI.
DISPUTATIONES
THEOLOGICÆ,
IN PRIMAM PARTEM
DIV. THOM.
TOMUS PRIMUS.



REPUBLIC OF THE
PHILIPPINES
DEPARTMENT OF
MAGLALANANG
NATIONAL ACCOUNTS
DEPUTY ATTORNEYS
GENERAL
IN PRIMAM PARTEM
DIV. THOM.
TOMORROW.



ILL^{MI}. AC REV^{MI}.
D.D.F^R. JOANNIS
DE
MONTALBAN

EX ORDINE PRÆDICATORUM
SALMANTICENSIS ACADEMIÆ IN SACRA
Theologia Magistri, ac Vespertinæ Cathedræ diu Moderatoris:
Episcopi Accitanni, & Bacensis, & iam ad
Ecclesiam Placentinam Promoti

DISPUTATIONES THEOLOGICÆ IN I. P. D. THOMÆ
COELORUM REGINÆ,

DEL ROSARIO.

MIRA PULCHRITUDINE IN SUO TYPO HUIUS SALMANTINI
CONVENTUS S. STEPHANI PRÆFULGENTI DICATÆ.

PER P. PRÆSENT. Fr. DIDACUM RASPEÑO,
eiusd. Ord. cuius labore, & industria in lucem prodeunt.

TOMUS PRIMUS.

Anno Domini



MDCC XXIX.

CUM SUPERIORUM PERMISSU.


Excudebat *Salmantica*; JOSEPH ORTIZ GALLARDO.

AMERICA

THE GREAT AMERICAN
COURTSHIP

THE GREAT AMERICAN

THE GREAT AMERICAN
COURTSHIP



AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN



INVENTRICI GRATIÆ

REGIÆ, AC FOELICI COELORUM PORTÆ
AUGUSTISSIMÆ ÆTERNÆ SAPIENTIÆ SEDI,
INCARNATI VERBI DIGNISSIMÆ MATRI
SUB GRATISSIMO SIBI

SANCTISSIMI ROSARIJ

COGNOMENTO.

EXIMIÆ BENIGNITATIS, ATQUE HUMANITATIS
IN HOC PROTO-MARTYRIS STEPHANI
SALMANTINO COLLEGIO
TYPUM SUPERSPECIOSUM TENENTI.

PROPHANA olim, BEATISSIMA VIRGO, lucis
Antiquitas Urbium portas Iconibus Minervæ redi-
miens, atque exornans, quod eam Scientiarum, bo-
narumque omnium Artium Altricem existimaverit.
Delira verum, atque delusa mentita sibi est vana su-
perstirio; cum non simulata Dea, sed Dei Genitrix Al-
ma veram fenerata sit hominibus sapientiam. *Fons* (ait quidam) *Sapientie Verbum Dei in excelsis*. Seu ut alter *in corde Patris*: Ast rapuisti, cum ab Angelo iovenisse Te apud Deam gratiam prædicata est; ut per Te ad nos usque deduceretur visibile temperata gloria potentia suæ, quæ apud Patrem erat, nobis absconditum, & ut per nos erat, extraneum, fieretque nostris usibus aptum, nobiscum conviveret, nostramque ignorantiam congruis hebetudini sensuum nostrorum sermonibus erudiret. De Te igitur sapientia ipsa, atque Scientia Dei, à quo *omnis sapientia est*, per clausam portam ad nos exivit: siquidem desursum sapientia veniens *primum quidem pudica est*. At non recessit, sed tecum mansit; cum ita audiveris Verbum Dei, *ut supra omnes huius vitæ mortales custodiveris*; ac eiusdem Verbi præconio, Augustino interpretante, Beata, & felix aclamata sis, *quia Verbum Dei custodisti, non quia in Te Verbum caro factum est*. Intra Te ergo est: non iam Æterni Patris obumbratione tegente, sed Sole illo uno tribus luminibus glorioso, ut Nazianz. eloquitur, Domicilium mentis tuæ illustrante, ut lumen tuum, hoc est, Filium tuum, Dei Verbum in splendoribus concipias Sanctorum, & per Te effundat lumen Sapien-

*Ecclesiasticæ
I. vers. 5.*

*S. Bernardi
Serm. 60. &
cap. 4.*

*Ecclesiasticæ
I. vers. 1.
Iac. 3. v. 17.
Bed. sup. II.
Luca.
Lib. de Virg.*

Orat. 13.

D. Bernard.
Serm. de Na-
tivity. B. M.

Psalm. 15. &
16.

S. Athan. in
Orat. de SS.
Deip.

D. Thom. 2.
2. quest. 2. ar.
tit. 8. Corp.

Isaia 30. &
11.

Jacob 2. & 5.

Breviar. Or-
din. Prædic.

riæ suæ super omnes filios hominum. Ut quid verò per Te ad nos descendit; nisi ut per Te etiam ad se revocet? Ut sicut ipse ad nos Augusta porta facta es; ita & nostri ad ipsum in lumine suo videndum, & beatè perfruendum Porta foelix, ampla, parens, & potens sis. Nec id tantum: sed & gradus, Scalaque, per quam Deus descendit ad homines, remigrentque ad Deum, & ipsi: *Ut quidquid spei, quidquid gratiæ, gloriæ denique est, à Te noverint redundare, per Te ad nos decurrere, ac demum per Te ad Deum, qui Fons vitæ est, Fons sapientiæ, regredi.* Magna hæc, EXCMA VIRGO: sed & Tu vias vitæ, ocultasque incarnatæ sapientiæ, *duras planè, ut Psalter Regius olim præcinit, notas, planasque fecisti, ut ambularem per eas, dulcedinisque Tuæ gratiæ temperatas demonstrasti capacissimo illo Hymno, quem Cœlestis ad Te Hierarcha detulit ex supernis decantato, ut iam Christi Sacramentum non absconditum, arduumque sit, sed patens, ac mellæum in Psalterio tuo apertum, & saporatum.* Hic liber (qui Tu est) generationis eius olim inenarrabilis: cum in Te utraque generatio manifestata sit. Et tamen si sigillatus olim à gemebundo Ioanne fuerit conspectus: sed Sacramenta ipsius referata per Te, aperta que sunt; ut moneas, & dicas: *Hæc est via, ambulate in ea.* Quorsum hæc? Ut quæ à Te suscepta sunt, redantur tibi, Amplissima VIRGO, in præcinctu quippè sunt opera servi tui, fidelis (ut pie credo) Filij tui Administræ D. D. *Ioannis de Montalban*, ut lucem videant: publicæ utilitati se prodant. Et cuius erunt primitiæ? Nonne tibi, cui tot titulis debentur? Primò quidem quod Te præventa, ac præveniente incepta; Te opitulante, suffraganteque auspicientur Religiosè, ac pie consumata, & perfecta: edoctus enim ille Religiosissimus Doctor initium sapientiæ esse timere Deum: &: *qui indiget sapientiâ; postulet ab eo, qui dat omnibus affluenter; Te à tenero Altricem duxit sapientissimam, Advocatam accivit, ut ab eo omnem sufficientiam, exuberantiam immo, per Te haberet, qui omnia per Te nos habere voluit.* Quibus te, Pijssima VIRGO, inflexit gemitibus, emovit lachrymis, devinxit præcibus, humillima importunitate devicit? Congruum ergo est, ut reddantur tibi; quæ à Te, ni parum Religiosi, pijque esse velimus, mutuata sunt. Non enim sustinet, *Misericordiæ Mater* humiliter, seduloque ob Dei, Filij denique interpellari gloriâ, nec inclinari, non annuere. Nec Te quomodolibet accivit: curavit sanè per Sacrum Psalterium tuum, quem tibi *gratissimum* Orandi genus declamasti iam, & ad Dei Misericordiam impetrandam *accomodatissimum.* Quid ni à Te obtinuerit Familiæ tuæ Matianæ (sic appellabatur Antiquitus Ordo Prædicatorum) ad-

dictissimus Alumnus? Quandoquidem ad Patres, Maioresque nostros non aliò, quam per illum tot exundantes doctrinæ, sapientiæ, & eruditionis transfudisti fluvios in alveos se latissimos, capacissimosque spatiantes. Accedit: Orationibus, ad morem Præcept. Ang. ieiunia rigidissima, conflictationesque alias adhibuisse, ut Te propitius The-
 saurum abyssos, mariaque latentem inveniret. Tibi ergo, in qua sedile Augustum extraxit, ut per Te effunderetur super inquirentes se sapientia ipsa; in gratitudinis insigne Authoris nomine dicantur sub **SANCTISSIMI ROSARIJ** nomenclatura; cuius ille, cum devotissimus à puero extiterit cultor, tum Profectus iam zelantissimus propagator. Sed & materia in prima operum parte tractata, trutinataq; id ipsum extorquet, atq; exposcit. De *Visione Dei* illa est: de divitijs atque sapientiæ, & scientiæ illius. Et illa quidem *Gratia Dei est*, cuius Tu in- Ad Rom. 6.
 ventrix es; à qua nos extortes facti, antiquo suppositi interdicto eramus, ne viam ligni, ianuamque Paradyfi peteremus. At per Te nobis aperta est, quam gloriosissima triumphans Porta Felix, & Augusta, ianuæque ad introitum Regia nobis facta est, quam Te apertente intrabimus, lustrabimusque visionem illam magnam, ni tantæ Ostiaræ infidi, ingratiq; ut cum Melifluo Parente loquar, inveniamur. Ianuam itaque, portamque operum Authoris nostri visionem illam ab eo locatam, locandam censui: ianuam portamque fœlicem, ut fœliciter ad Filij, tuique gloriam, Ecclesiæ, proximorumque utilitatem prodeant, appellito, **OPTIMA VIRGO**. De Archanis insuper illis abditissimis proculdubio Sapientiæ, & Scientiæ Dei elaborati tractatus iure, meritoque dicantur tibi, intra cuius Virgineam sinum sapientiæ Sol fusus, & clausus est; quo exinde Regio uti vestimento circumamicta progredereis. Iure **MARIA**, inquit Serm. Signi
Mag.
Bern. Sole perhibetur amicta, quæ profundissimam Divinæ Sapientiæ ultra quâ credi valeat, penetravit abyssum: ut quâ tum sine personali unione creaturæ conditio patitur, luci innaccessibili videatur immersa. Ex tanto igitur lucis pelago quidquid rectum, verumque de eiusdem oclusissimis fibris pronunciatum est, trahit Originem, trames est: ergo tibi, **PIENTISSIMA VIRGO**, exolvitur quod tuum est. Ast nec tantus ego sum, ut celsum gloriæ tuæ præsumam adire Thronum, Solio Regio appropinquare; Patronos accersito, Interlocutores adhibeo. Et qui erunt illi? Certè qui ex Te ad devotum Authorem N. Medij, Doctoresque extiterunt Aug. Mag. Par., Thomasque Præcep. Ang. Hi strenui, atque robusti Terræ Promissionis lustratores: qui eiusdem ita uberem, ac pellucidam traddiderunt notitiam, ut post hanc illa tantum visio supetac. Et Augustinus quidem: *Videbimus*, inquit,

2.2. de Civit.
cap. 14. de Tri-
nit. cap. 16.
4. sup. Gen.
ad litt. capit.
23.

amabimus, & laudabimus: & non erant volubiles cogitationes nostræ ab alijs in alta euntes, atque redeuntes. Et cognitionem illam in Verbo, & extra Verbum quis prior tradidit Augustino, quam Matutinam, Vespertinamque appellandam contradidit. Quis verò ita profundius, pernicius, atque subtilius secreta iudiciorum Dei penetravit archana? Quis non post primos Satores Fidei, verbique in Orbe Administros Augustino non deferat principatum? At sat erit de renovato Augustino, illustrato planè per Solis Ecclesiæ, ac Orbis radios, Thoma denique edicere quod devotus ille, iamque æterna Dei visione donatus Ang. Mag. Discipulus ad eum detulit præconium: *Sicut audivimus*, respondit quæsitus an ita, ut dictaverat, se haberent, *sic vidimus in Civitate Domini virtutum, in Civitate Dei nostri*. Et quod sapientissimas, devotissimusque in Rhythmo prodidit de tanto Doctore Iesuita ille Labeus: *Post Thomæ summam, ait, non restat nisi visio clara*. Ubi plenitudo cognitionis, scientiæ demum exhibitur in ipso Fonte: quo per Te, VIRGO REGIA, ad Augustinum, & Thomam præcipiti amnine defluente satiata terra est, ac repleta Scientia Domini. Qui altius, ac nervosius gloriam tuam contemplati, assequutique sunt? Qui ita profusè de honore Virginitatis, cum incomparabili Matris Dei dignitate prædicaverit. Undè sublimitas Augustino; nisi ex melleo, nitidoque pectoris tui candore cor eius penetrante? Undè Thomæ; nisi ex gratiæ tuæ plenitudine, quam in chartula glutivit infans, ut digestam iam postea expromeret? Qui ita valenter monstra hæretum posttraverit? Ut videlicet tibi cunctarum interemptrici coniberent, ac verbis, factoque de Te monstrarentur optimè benemeriti. Per hos ergo, VIRGO AUGUSTA, opus ex doctrinis eorum per Te sapientium Altricem refusus confectum ad Te dirigitur, dicatur, & offertur, ut acceptabile munusculum fiat; tuo excipiat in gremio, sub umbra pietatis tuæ ad perfectionem tendat: & Te, quæ Turris David es, ex qua Thomistici Clypei pendent, præterrice, potentissimaque adiutrice inoffenso pede ad tui, Filij tui, & Servatoris nostri honorem, & gloriam vulgetur, & PROCEDAT.

Tuos inter Servos Minor,
demissusque Cappellanus.

Fr. DIDACUS RASPEÑO.

CENSURA RR. A. PP. Fr. JOANNIS DE ALIAGA,
 Primarie Cathedrae Facultatis in Uaiversitate Salmantina, longe iam
 diu Moderatoris Conventus S. Stephani, & Fr. Joseph Velzunce,
 in Vespertina Cathedra eiusdem Universitatis dudum promerico jubilati,
 & eiusdem Conventus.

IUSSU R. A. P. N. Fratris Christophori de Miranda, huius Provinciae His-
 paniae, Ordinis Praedicatorum Prioris Provincialis, examinanda nobis
 tradita sunt *universa Opera Theologica Illmi. à Rmi. D. D. P. Fr. Joannis
 de Montalban*, in hac alma Universitate olim Vespertinae Cathedrae
 Theologiae Sacrae Moderatoris declamatisimi, Episcopi postea Accitanni, &
 Bazensis, & ad Placentinam Sedem postremo assumpti, quae publici iuris fa-
 cere studet sollicitè R. P. *Præsentatus Fr. Didacus Raspeño* Authoris comes
 individuis. Sed dum Censuram partes subire cogimur, in Praeceptoris nos-
 tri maturata iudicaria olim, offendere videbimur. Haud opportuna sanè
 connexio, ni obedientiae vinculo subligata foret; & cuius termini, extre-
 maque, nec si Thæsei, quidem filo colligentur, coire valeant, non rescindi
 adinvicem, mutuo separari. Difficile certò in dubium, quæstionemque evo-
 care modo, quæ iam diu persuasa sunt, ut theorematum è suggestu eme-
 ritissimi Praeceptoris credita: difficilius planè iudicariam sortem super ea
 emittere, censoria virga coequare. Etenim discipulos à Praeceptore aliena-
 tos à suscepta semel disciplina semotos, Fabius prohibet, dum monet in
 præceptionibus suis, *ut Praeceptores suos non minus, quam ipsa studia ament.* Lib. 2.
 Quorum fidem, penes ipsos mansuram, asservendamque esse Pythagoreo-
 rum Principi placuisse ex eius in Schola, Gymnasioque praxi Valerius Ma-
 ximus ostendit ipse. Tantum ille censuit Magistro ab auditoribus deferen-
 dum, ut docibili assentatione, ita esse illico existimarent, quæ ab ipso semel exci-
 dissent: nec eundem, alium vè de susceptis ad septemum liceret interroga-
 re; nephas interdictumque apud eos, Magistri dicta, documentaque diu-
 dicare. Ast infirmum iudicium futurum esse, quis non sapiens videat, pro-
 ducto schemate:

*Quo semel est imbuta recens servabit odorem
 testa diu.*

Horat. 1. cap.

4

Nam quam fixe adherere soleant, quæ capessere ab infantia homines Villa-
 rum habitatores ostendunt: *Qui in sordibus, esto ibi sint, & in defectu de-* Rabbi. Moy-
lectationum, & in malitia ciborum: odio tamen habent habitationem Civita- ses lib. .ca.
tum, nec delectantur in delitijs earum, & eligunt potius ea, in quibus nutriti pit. 30.
sunt, quam ea, in quibus non sunt, licet sint meliora. Et simile contingit ho-
mini in scientijs, & opinionibus, in quibus enutritus est ab infantia sua; quo-
nam diligit illas, & confirmat rationes earum, & anxiatur in contrarijs. Et
ided propter istam causam deficit intellectus hominis in apprehensione veritatis.
 Arrisserunt nobis à pueris penè Theorematum in re Theologica, D. Montal-
 ban: ea infederunt firmitudine, ac soliditate, quam mira illius perspicuitas
 in ostendendo, in persuadendo efficacia, ac maturitas in fundando evince-
 ret. Nec hæ tantum: sed eximia, quæ exordijs Doctoratus sui peritisimo-
 rum quorumlibet fama, opinioque profecuta est: adeo, ut sublimitas, &
 præstantia ipsius, sive in Theatro producta, sive in Codicibus asservata,
 communem omnium existimationem attraxerit: ac in proverbij stylum con- 2. Retor.
 suetudo, ut Tullij utamur verbis, *fidem attribuerit.* Nec immerito: nam etfi
 sapiens idem Rethor, Oratorque eloquentissimus peritiam dicendi, docen-
 dique, *in natura, doctrina, atque usu* reposuerit; parum sibi de ingenio, ex- *Ibidem.*
 celentissimo licet; indulgit semper ille: in sententijs eligendis severissimus
 Iudex expertus est, in firmandis, exhibendisque actuosissimus. *vigiliarum*
 cul.

cultor, studij atque. Horum in operibus suis, agnovimus claritatem, firmi-
 tatem, ac soliditatem legitimum foetum; iugis oratio, continuumque iei-
 niu legitimum prolem eduxere. Audierat, quod dictum est: *Mores ornant*
Didascal. *Scientiam: & ideo praeceptis legendi praeterea quoque vivendi adiunxit.* Non
 aliud in Praeceptore didicimus nos, qui cum illo diu domesticè conversati
 sumus, nisi, quod appositè, sapientissimus quidam de discendi modo, in-
 terrogatus respondit: *Mens, inquit, humilis, studium quaerendi, vita quieta,*
Apud eun- *scrutinium tacitum, paupertas, terra remota. Haec referare, subiungit idem,*
dem ibidem. *solent multis obscura legendo. At quot ipse obscura nimis ecelsitudine, distantiaque*
à communi hominum captu referaverit? haud facile enarrandum, ponderan-
damque! Celsa, nimirum, clara, ac firma admodum Thomisticae Scholae
principia, & fundamenta collustrata, exornataque hucusque à plurimis, eis-
que nobilissimis Angelici Magistri Discipulis conspiciuntur: horum in qui-
buidam miramur profunditatem, claritatem in alijs, in alijs extensionem: nec
tamen undecumque trutinata, enucleataque, aut Angelicam ostentabant lu-
cem; aut commodiori, prolixo utpotè, aut succincto nimis, referebant stylo,
ut Angelici Praeceptoris decebat Discipulos. Hoc verum egit Ill. Montal-
ban, ut retenta ipsorum firmitate, soliditateque, profunditatem unius Joan-
his à Sancto Thoma patefacere adortus fuerit, subtilitatem ingenij evoluti
saeculi Ill. Godoy, cum methodi pulchritudine suapte adeptus sit; resectis-
que infatigabili labori, ac studio, quae congerie, ac multitudine, doctrinae
lucem, acumenque Lectorum obscurare solent; profunditatem cum clari-
tate ingenita doctrinae Angelicae exhibuerit, ac firmitate eiusdem retenta,
pulchritudinem styli brevitati sociatam ad levamen, utilitatemque Tyronum,
provectorum atque complexus est. Quippe cum fragilis memoria sit, & re-
Petrus Ble- *rum turba non sufficiat; egregie Doctorem formare videtur, qui dicit: Quid-*
sen. in qua- *dam Epist.* *quid praecipies, esto brevis; ut dicta cito percipiant animi dociles, teneantque*
fideles. Tanto igitur Magistro à juvenibus libentissimè, (ut ingenue fatea-
mur) auditores devoti sumus; assentationum suarum alacres, tenacesque
Sectatores. Qui ergo fieri queat Censorum super universa Theologica opus-
In Epist. ad *cula Magistri nostri, exolvere iura? Alienum te à personis omnium redde in*
Dam. lib. 3- *iudicio, Hieronymus monebat. Ac timore, amoreque iudicium humanum per-*
de summo bo- *venti, Isidorus testis est. Quis ergo liberos ab his nos iudicet erga Prae-*
no. *ceptorum nostrum, praepceptaque ipsius, quem Parentem colere, non corporis,*
sed mentis, tam sapienter, quam prudenter, docet Quintilianus? Quos iam
Quint. lib. *dia Satyrus provocavit, cum dixit:*
2. de Praecept. *Dij maiorum umbris tenuem, & sine pondere terram,*
Spiratantesque crocos, & in urna perpetuum ver
Qui Praeceptorem Sancti volvere parentis esse loco, & caetera.
 Celebratissimus ille Graecorum Princeps Alexander ampliori percensuit glo-
 riae Aristotelem Praeceptorem nactum, quam genitorem Philippum: *Ille, ut*
Ant. in Me- *essem, inquit, effecit; hic autem, ut optime institus essem.* Maximus postremo
lis. part. 2. *Doctorum Hieronymus non dumtaxat gavissus est Praeceptore in Divinis*
Litteris Nazianzeno, sed Donato, Libanioque in humanioribus, ac tropis.
 Nos verò, qui ab Ill. Montalban, non tropos didicimus, Vergilianam
 pulchritudinem; uberem Homeri iucunditatem; sed ab exploratrice scien-
 tia Trivalium Architectonica, quadrivaliumque directiva ex Doctore exor-
 dium fecimus; univrsarum Dominatricem edocuisse maximopere glo-
 riamur; quo iure non obstringamur ei? Quo iudicio, atque aequitate
 crysim facturi? At indulget ex Alto (ut pie credimus) Filijs Pater: po-
 restateque in hoc demandata omne nobis suorum operum iudicium tri-
 buit. Ille enim superstes adhuc, hortabatur doctrinae publicae arbitrum ve-
 ritate, aequitateque constirui debere, *ut in eius manu nullius auctoritate per-*
in quadam soma titubet, aut vacillet libra iustitia: atque Critici minus grati eidem fu-
Epist. *turi eramus, si amore, affectioneque erga ipsum in censura operum illius*
 pro-

promenda non exueremur, quod sciamus, Tullio referente, proverbium, *exiit personam iudicis quisquis amicum induit*. Publicæ igitur causæ destinatos æstimantes, ac Ecclesiæ utilitati, & honori consulturos; celeritatem inficiabitur in nobis nemo, quam in iudicando Iulius noster eliminatur, cum Ill. Montaban opera frequentissima nobis fuerint. Intellexerimus ne Alij incorruptius iudicent, ne blandiri nobis videamur Aristotelico dicto, *unusquisque, videlicet, recte iudicat, quæ probe intelligit*. Curavimus sane & quæ per nos, aliosque innumeros, illosque doctissimos, de ipsius sentimus operibus, iudicio damus. Nec enim in angulo, dictata sunt, intra domesticos ve larès occlusa; in Gymnasio publico Salmantino perlecta sunt, communi peritiorum plausu, acclamationeque exscripta, in magno prætio ex tunc habita. Nullus non miratur subtilitatem ingenij, materiarum discussionem, discutiendorum delectum, opinionum securitatem, robur ex propria pœnu solidis antiquorum fundamentis adiectum. Agnovimus ex diuturna cum eo necessitudine in verum proclivitatem: eius inveniendi perpetuum ei studium fuit; hoc sedulo requisivit mediâ luce Angelici Præceptoris, in cuius castris existere, tametsi non illico univèrsis pervium, semper ei Religiosissimum fuit. Hoc opus eius, hic labor, ut Angelici Magistri mentem inveniret; inventamque Discipulis brevitate, claritateque nihilominus solita exponeret. Haud casus certè labor: cum collata hinc, & inde luce Angelica clariorem e thesaro operum suorum produxerit, eademque scripta sua resperferit undecumque. Hanc univèrsorum assentationem audivimus, dolentium ingenij Authoris, Præceptorisque nostri scripta rudiori caretere tantum excurrise tempus, nec politiori, communique vulgari, ut studiosi omnes commodiori, quod aptassent, stylo fruerentur. Regratiandum itaque laudabili studio, diligentiæque devotissimi Authori nostro, qui ea in lucem publicam mittere decrevit, ut decebat, ad Dei gloriam, communemque studiosorum utilitatem. Prodeant igitur; atque ad Angelicam lucem exulta, & elaborata veridicam, atque securam à luce illa mutuatam referant doctrinam ab omni erroris in fide, moribusque novo alienam. Sic censemus, *salvo meliori*, &c. In hoc Protho Martyris Stephani Salmantino Collegio. Die sexta Septembris Anni Domini millesimi septingentesimi vigesimi noni.

Apud eundem ibi.
Seneca in proverb.

6. Ethic. à text. 5.

Fr. Joannes de Aliaga.
Mag. & Primarius Moderator;

Fr. Joseph Velzunce.
Cathedraticus Jubilatus;

FACULTAS R. A. P. N. PROVINCIALIS.

FRATER Christophorus de Miranda, in Sacra Theologia Magister, ac Provinciae Hispaniae Ordinis Praedicatorum humilis Prior Provincialis, tenore praesentium, & auctoritate Officij nostri concedo licentiam Patri Praesentato Fr. Didaco Raspeño Conventus nostri S. Stephani Salmantini, ut possit praelo mandare, & in publicam lucem dare Opera Theologica, quae dictavit, atque scripta reliquit Ill. ac Rmus. D. D. Fr. Joannes de Montalban Episcopus Accitanus, & Placentinus Ordinis nostri, olim Vespertinae Cathedrae Salmantinae Moderatoris; praemissa tamen censura, & approbatione RR. PP. MM. Fr. Joannis de Aliaga Cathedralici Primarij, & Fr. Joseph Vekunce Cathedralici olim Vespertini eiusdem Universitatis, ac servatis omnibus à S. Concilio Tridentino, ac alijs iuribus dispositis. In quorum fidem praesentes litteras propria manu subscripsi, praecipue signate Sigillo minori Officij nostri, & munere à Secretario nostro. Datis in Conventu nostro S. Dominici de Victoria, quinta die Decembris anni Domini millesimi septingentesima vigesima octavi;

Fr. Christophorus de Miranda.

Prior Provincialis.

De mandato R. A. P. N. Provincialis.

Fr. Emmanuel Escaregui.
Praes. Socius, & Secretarius.

CENSURA R. ADM. P. M. Fr. JULIANI CARRIO
& Valdès, Ordin. Regalis, B. MARIE de Mercede,
Redemptionis Captivorum, in Universitate Salmantina Doct. Laurea
decorati, & in eadem pro merito Durandi Cathedra Moderatoris,
Collegij sui Vera-Crucis Rectoris emeriti, & totius Provinciae sua
dudum Provincialis dignissimi.

M. P. S.

CENSORIS munus à Supremo Castellæ Senatu mihi commissum, ut in
publicam lucem prodeant *Posthuma Commentaria in Div. Thoma*
Illmi, ac Sap. Mag. D. Fr. Joannis de Montalban, Episcopi Accitani,
& ad Ecclesiam Placentinam etiam assumpti, non solum non admitte-
re, sed rejicere, aut repellere equum, & consentaneum erat. Quid enim
tam à ratione alienum; ipsique tam dissonum; quam Discipulum Magistri
labores, opera, & scripta iudicis severitate evolvere, aut perscrutari? Cum
Discipulus se se imparem, Magistroque valde inferiorem fateri necesse sit.

Sed age: nunquid si obedientia præssus, autoritateque compulsus,
quid de huius Illmi Mag. Commentarijs sentiam; dixerim; modestiæ limites
transgrediar? Minime. Censoris enim munus nullus exercere valet, nisi au-
thoritate suffultus, & sufficientia præditus: cum igitur ego meam sufficientiam, in
qua in te Theologica est, si aliquem in hac Divina Scientia fructum feci,
ex Commentarijs huius Illmi Mag., cum in Codicibus manuscriptis omnium
manibus versarentur, hauserim, collegerimque; si quam circa hæc commena-
ria sententiam proferam, ipse Sapientissimus, Illustrissimusque Magister
labores, & scripta sua Censoris severitate diiudicat: & sic ad instar Divinæ
Sapientiæ verè dicere possum: *Mea censura non est mea, sed Authoris, quæ*
me docuit.

Nec ex hoc timendum venit, (cum contra ius, & fas Judicis, & Pat-
ris intra in unam, eandemque personam coadunari sit necessarium) sinistram
sententiam laturum; nullus enim strictior, severiorque Judex erga opera, &
scripta sua quam Author ille, qui sudorem, & labores suos oblivioni trad-
dere, publicæque luci denegare in animo habet, ut Sapientissimus hic Ma-
gister, dum adhuc superstes esset, firmiter decreverat: ergo Illmi Magistri
Illma Commentaria oblivioni traddenda? Luce publica digna non sunt? Nihil
utilitatis Theologorum Scholæ sunt allatura? Author ita censuit, Sed hæc
sententia, quæ Authoris modestiam, animique maderationem plurimum com-
mendat, in Discipulo iniquitatis, & perfidiæ signum evidentissimum foret:
eius igitur severitate aliquo modo in me transfusa, & mitiori facta; quid de
his Commentarijs sentiam veritate duce, & reverentia comite, paucis ex-
ponam.

Cum juvenis, & Collega huius Vera-Crucis Collegij hanc Salmati-
xinam Scholam frequentarem, sapissimè Illmum Authorem disputantem au-
divi, eo ingenij acumine, ea acri, & vehementi modestia arguentem, eæ
profunditate, & maturitate iudicij propugnantem, ut punctum cuiuslibet,
vel innodatissimæ difficultatis, & eiusdem per apertam solutionem ob oculos
omnium proponeret, ea denique concisione, & expressione ut à rudioribus,
& ineptioribus perciperentur. Sed quid mirum? cum Sapientissimus hic
Author non ut Adulterina, sed ut Generosa Aquila, non acie palpitanti, sed
fixis oculis Solis Aquinatis contemplator semper extiterit, in ipso veritatis fonte

Incidissimos doctrinae radios ebibens, & hauriens. Quod igitur vidi, audi, quod in Codicibus manuscriptis didici, & memoriae mandavi, id ipsum in his voluminibus, non sine maxima animi voluptate, iterum lego, iterum evolvo, hoc insuper animadvertens, (quod tunc. aetas non ferebat) nullum ex Antiquis, Modernisque Angelici Magistri Commentatoribus fortè reperiis magis Litteræ, & Sententiæ eiusdem Angelici Doctoris inhaerentem, eiusque Angelicam mentem magis perecellentem, & enucleantem.

Sed nullum, meo iudicio, fortius, & efficacius argumentum huius Illmi Authoris sapientiam, & doctrinam magis, & commendat, & convincit, quam celeberrima Commentaria in primam secundæ Div. Thomæ communi omnium Theologorum plausu maiori ex parte iam prælo mandata Sapientissimi, & Reverendissimi nostri Primarij Fr. Joannis de Aliaga, Illmi Authoris Fidelissimi, & Addictissimi Discipuli. Quod enim hic intra privatos parietes, antiquissimæ, & nunquam satis laudatæ D. Stephani Domus, Religionis, & Sapientiæ Matris, quæ tot, & tales Filios virtutibus, & litteris Commendatissimos Mundo, & Ecclesiæ edidit: quod enim (inquam) intra privatos huius Domus parietes ex sui Illmi Magistri pectore secreto olim potavit, in prædictis Commentarijs eructavit postea Sacris Litteris, Doctrinis Patrum, accuratissimis argumentis, efficacissimis ratiocinijs eandem Ang. Mag. Doctrinam ea dexteritate, & extollens, & explanans; ut si Commentaria Commentarijs comparare velis, utrumque victorem dices, utriusque Lauream donabis. Reddeat ergo in perennem, & immortalem hominum memoriæ (si fortè excidit) Illmus N. Author, ut, sicuti suis Epistolis Pastoralibus Ecclesiæ Prælatos docet, & instruit, his Sapientissimis Commentarijs Theologiae DD. præsit, & præluceat. Sed ne in longius sermonem protraham, & meo muneri satisfaciam, nihil in his Commentarijs veræ, & sanæ doctrinae dissonum, nihil ab intelligentia PP., nihil à mente D. Thomæ alienum, sed omnia consona, omnia Sacræ eruditionis plena, omnia denique scitu digna reperies. Ita censeo in hoc Veræ Crucis Salmantino Collegio B. M. V. de Mercede, Redempt. Captivorum. Die V. Mensis Augusti. Anno Domini M DCC XXIX.

*Mag. Fr. Julianus de Carri
& Valdés.*

Durandi Cathedræ Moderator

CENSURA R. ADM. P. JOANNIS MATHEO,
ex Sacra Clericorum Reg. Minorum Familia, in Universitate Salmantina
Doctrinis lauro insigniti, & in eadem Cathedra S. Thomæ Moderatoris,
Prædicatoris Regij, Collegij sui S. Caroli semel, & iterum Præpositi
vigilantissimi, ac tandem Provinciæ suæ pro merito, semel, ac iterum
Provincialis dignissimi.

PLURIBUS ab hinc annis scripta Theologica Illmi, ac Sapmi
P. M. D. Fr. Joannis de Montalban, hinc, indè avidè con-
quisita avidiùs sæpè sæpiùs evolueram, non tam studiosæ
curiositatis ardore, quàm addiscendi cupiditate. Cum ergo iussu com-
missioneque D. D. Joannis Antonij de Oruña & Calderon, & D. D.
Francisci Diaz Santos Bullón, Provissorum Salmantinæ Diœcesis Sed.
vac. &c. Iterum lustrare compellor, (haud sine rubore pronuntio) ut
quale quale iudicium nostrum proferam; non aliud promere valeo,
quam quod iam dudum mente conceperam. Istud sanè est, com-
muni suffragio firmatum, omniumque plausu assertum, in Sapien-
tissimo Montalbano dotes omnes confluisse, quæ Magistrum
verè Theologum efficiunt, maximèque commendabilem reddunt.
Sententiâs enim edocet non nisi Sacræ Scripturæ, Sanctorum Pa-
trum, probatissimorumque Theologorum testimonijs firmatas:
Dissidentium inter se opinionum motiva æquâ lance ponderat:
quam sectatur, nervosè munit, & confirmat, strenuè, & felici-
ter propugnât, aliorum evasionses mira dexteritate præcludit, eo-
rumque placita modestè refellit, Adversantium argumenta facillè
exarmat: doctrinis quippè utitur, vel ab universalioribus princi-
pijs desumptis, vel validissimis adeo rationibus imbutis, ut illis
tamquam Magistrali clave, quæcumque in contrarium obijci pos-
sunt, facillè referentur, poenitusque latentes argutiæ detegantur.
Vetustati novitatem addit, novitatem antiquitate conciliat. Bre-
vitatè amat, & (quod paucis concessum est) cum brevitate clari-
tatem, cum claritate profunditatem fœderat. Nihil intactum re-
linquit, omnia namque ita suis locis ordinatè disponit, ut ali-
qua si forsam desideres, paucis cuncta invenies. Quisquis ergo
methodum, stylum, ordinem, soliditatem, claritatem, & mo-
destiam attentè inspiciat, facillè credet, nedum doctrinam, men-
tem, ingenium, & genium Ang. Præceptoris ad vivum in his
operibus exarata apparere; verùm eodem animo, & spiritu Dis-
cipulum, & Magistrum informari.

Existimabat utique, & in temperatis lachrymis hac omnium nostrum cogitatione torquebatur animus: *Solens cum Sole occidisse*, dum luce præcellentis adeo Doctoris Orbata Salmantina Academia, Doctrinæ etiam suæ deslebat pariter videre iacturam. Sed appuente fortuna votis, quæ ex intimis Litterarij Orbis desideria efflagitabant, actum est, ut dum Solis instar ad Placentinam Sedem convolaret, medioque in itinere, inopinato cursu, ingrederetur occasum, expectatam omnibus in pennis eius sui luminis redderet claritatem. Primigenæ absdubio lucis imitatur indolem, quæ non in Aurora, undè dies sumit exordium, sed in vespere, quo cursum complet, claritatis relaxavit Abyssum, vel potius Abyssi (qui Thomas est) profudit claritatem. Hoc Auspicio forsam in Vespere docuit Illustrissimus Montalbanus, Moderator qui semper extitit Vespertinus; ut ibi doctrinæ suæ clarissima dies illucesceret, ubi excidium experiri videbatur. In die splenduit, & adhuc in Vespere micat: ut sic in uno Magistro suorum innoventur monumenta Parentum, & familiarium sibi luminum foelicus lumina instaurentur, & à Sole D. Thomæ, ut diem plenum faciat, splendoribus mutuatis, & à præfulgida Stella Dominici radijs ebibitis, ut qui Doctor lustravit Vesperum, lucere denuo valeat post occasum.

Picinel. *Man-
do Symb. tom.
1. lib. 2. cap.
31.*

S. August. in
Psalm. 39.

Cæsius de
Mineralibus.

Et quidem Sol exoriens omnium primo in Montibus refulget: quare Mons nascenti Soli expositus epigraphæ tenet: *Hæc lux prima ferit.* Undè Magnus Pater Augustinus describens ordinem quo ad hæc usque tempora communis omnium Magistri doctrina in Ecclesiæ utilitatem tot sæculorum vicissitudine diffunditur, sic affatur: *Quando oritur Sol prius luce Montes illustrat, & inde lux ad humillima terrarum descendit. Sic quando venit D. N. Iesus-Christus prius radiavit in altitudinem Apostolorum, prius illustravit Montes, & sic descendit lux eius in convallem terrarum.* Stellas, itidem per prius Montibus insidere, ut inde earum fulgor ad ima descendat, quis ambigat? Quare Cæsius Hesperium Montem Stellarum appellare non dubitat. Quis ergo in posterum alibi quæret lucem pro veritatibus Theologicis addiscendis? Dum & Sol Thomæ, & Dominici Stella, vel ab ipsis primordijs in Mont-Albano nittentes, non ab alio mutuandam lucem prædicant; sed ad ipsam in dubijs tanquam oraculum, consulendam adituros. Quondam pro responsis supplex Israël, & Moloch, & Rempham adibat idola, sic enim per Amos, & zelus, & unius Dei quæ-

quærelæ vocitabant: *Est suscepisti Tabernaculum Moloch, Syderis Dei vestri Rempham.* Quorum Numinum si expectentur Imagines, videre eas est apud Cornelium fœlici descriptas Penicillo: *Probabile est (inquit) Moloch fuisse Solem, cuius coronæ radij instar radiorum Solis: Rempham verò his coloribus depingebant: Quasi hominem fulgidum ei affixerunt Stellam in fronte.* Quis non videat D. Thomam Solis fulgoribus irradiatum? Quis ambigat Sanctum Dominicum hominem Stella affixa in fronte distinctum? Cum igitur Illustrissimus Mons Albanus noster, & Solis Thomæ splendoribus irradiari, & Stellæ Dominici luminibus insigniri conspicitur, iam in uno illo invenire est, & altioris sapientiæ responsa, & insuspectæ oracula veritatis.

Consulat scripta hæc Divinæ sapientiæ plena, si quis forsam nostris hæsitaverit dictis? Enim verò non alium sibi Magistrum, & Ducem eligendum, non aliud inquirendum Oraculum, Auguror, ut in Theologiæ Scholasticæ curriculo, hinc inde caliginosis, asperimisque difficultatibus confito, & responsa veritatis accipere, & ad optatam illius assecutionem pervenire valeat. Stella illa quæ sapientum Magorum direxit viam, usque ad Supream Divinitatis accessum, & sublimioris sapientiæ obtutum, supra Montem primo apparuisse fertur: Teste enim Mefret, *Viderunt Stellam super Montem.* Ex quo igitur tanti Doctoris luce clarissima perfrui contigit; ratum mihi semper habui fortunatissimam illam Stellam quæ in fronte Dominici prius illuxit, quæque tot radijs Ecclesiam illuminavit, quot Magistros, Scholiarchas cunctis sæculis paritavit, maxime in Salmanticensi Cognobio, (aptius dicerem Stellato Cœlo) fortunatius in Monte-Albano novo circumfusam lumine sese iterum conspiciendam præbuisse: ut Scholæ Thomisticæ assecræ viam veritatis inquirentes, non alium sibi Ducem, & Magistrum quærant; ut ambulantes vias bonas, ad agnitionem superni Numinis, Divinarum perfectionum contemplationem, & sublimioris Theologiæ intuitum, feliciter perveniant. Haud importunè quidem, & sine aliorum invidia, Monti isti sic eminenti, inter cœteros præcellos Montes Sanctos, quibus fundata est Civitas Regis Magni, Dominicana Familia, lemma illud affigendum censebam, quod alteri Monti Picinellus affixit: *Ultra omnes: cum si quispiam licet, iste certò apprimè sit assecutus, & Syderis Dominicani præclarissimam sortem, & Solis Thomæ inconcussam mentem.*

Amos 5. ver.
26. & Act. 7.
vers-34.

Cornel. ibi-
dem.

Mefret. in
Hortul. Regi-
na, tom. de
Sanctis, serm.
26.

Apud
nelum
supra.

Pici-
ubi

Fateor plus iusto iudicium nostrum protrahi: verum silentio
præterite foret iniustius, quod Stella ista *supra Montem posita, ut luceat
omnibus qui in Domo sunt*, lucem pariter, & ardorem emittit; cum
non solum scriptis suis mentes illuminet, sed & corda doctrinæ suæ
radijs inflamet, mores instruat. ut non solum gregis sibi commissi,
sed fidelium omnium animas ad superna perducatur. Unde Illustrissi-
mus Mons-Albanus, alterius Montis nivei, sive candidari epigraphæ
subtinet. *Niveo sub regimine flammam.* Testes sunt Pastorales litteræ
ab ipso editæ, quæ ignem ferventissimæ charitatis undique spi-
rant, & latentem in pectore ardorem erga Deum, & proximorum
salutem eructant. Quibus sane nihil utilius pro moribus reforman-
dis, nihil solidius pro animabus ad secutiora ducendis, fructuosius
denique nihil. Nec vigilantissimi Antistitis viscera perendi incendio
æstuantia, tantisper respirasse paterentur, si foras non erumperent
flammas: Immo, si cordatis testibus fides adhibenda est, lucerna
ista, quæ *testimonium perhibuit de lumine*, in cineres abiit, quia maior
erat ignis charitatis, qui intus ardebat, quam quod foris offen-
debatur.

Hæc igitur omnia præclarissima opera, limenda Cedro, &
servanda Cupressu, quæ sapientum omnium iudicium probaverat,
vel cum publice e subsellis doceret, vel cum typis, scriptoque
mandasset, ne cum vocis sonitu tanti Viri memoria periret, stylo
ferreo, Aeneique laminis exaranda satagit, qui viarum suarum,
illiusque proficientis sapientiæ usque ad Atlas, & Comæ, & Aus-
cultator esse meruit. Ex hoc utique commendabilis, si quam plu-
rima alia non superessent iternata virtutis, & probitatis, quod
Scholæ Thomisticæ gloriæ, & publicæ utilitatis studiosus, quem
terra funeris poterat recludere doctrinæ Thesaurum, industria in-
venit, labore comparat, & spretis sumptibus profert: ut si Mons
iste, Mons coagulatus, Mons pinguis, *Sine pretiosa recondit*, luci
expositus, *Effluat aurum* (sicut Ratinus inscripsit) ex eius prædi-
vite vena studiosi locupletentur, & absconditum sapientiæ The-
saurum haurire valeant de torrente, *Aquarum inventum, quæ fluit
impetu de Libano, sub Monte-Albano.* Sit Augusto, sic censeo, Salvo, &c.
In hac Spiritus Sancti Domo Martireni Clericorum Regularium
Minorum. Die 8. mensis Octobris anno 1729.

Picinelns ca-
pit. 31.

Cantic. ca-
pit 4.

M. Joannes Matheo.
Cleric. Reg. Minorum.

LIENCIA DEL ORDINARIO

NOS los Provisores, y Vidarios Generales de esta Ciudad, y Obispado, Sede Episcopal vacante, Sec.^o Por la presentación, y por lo que a Nos toca, damos licencia, y facultad, en bastante forma, al Padre Presentado Fray Diego Raspeño del Orden de Predicadores, y de el Convento de San Esteban, para que pueda imprimir, e imprimir *omnes Disputaciones, & Materias Theológicas*, que escribió el Ilustrísimo, y Reverendísimo Señor Don Fray Juan de Monrealban y de buena memoria, Obispo que fue de la Ciudad, y Obispado de Guadix, y Baza, mediante a que de nuestra orden ellas vistas, y examinadas, y no tienen cosa contra nuestra Santa Fe, y buenas costumbres, y lo podrá executar sin incurren en pena. Fecha en Salamanca a treze de Octubre de mil, seiscientos y veintey nueve años.

Doct. D. Juan Antonio
de Oruña Calderon.

Doct. D. Francisco Diaz
Santos Bullon.

Don Miguel Fernandez de...

Por mandado de los Señores Provisores,

Pedro Vicente.

Notario.

LICENCIA DEL CONSEJO REAL.

DON Miguel Fernandez Manilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escribano de Camara mas antiguo, y de Gobierno de el Consejo, certifico, que por los Señores de el se ha concedido licencia à Fray Diego Raspeño del Orden de Predicadores, para que por una vez pueda imprimir, y vender *omnes Disputaciones, & Materias Theologicas*, que dexò escritas el Reverendo en Christo Padre Don Fray Juan de Montalban, Obispo que fue de Guadix, electo de Plasencia, con que la dicha impresion se haga por las originales, que van rubricados, y firmados de mi firma; y que antes que se vendan se traygan à el Consejo las referidas *Materias Theologicas* impresas juntamente con los dichos originales, y certificacion de el Corrector de estarlo conforme à ellos, para que se tasse el precio, à que se han de vender; guardando en la impresion lo dispuesto por las Leyes, y Pragmaticas de estos Reynos. Y para que conste lo firmè en Madrid à veinte y siete de Agosto de mil setecientos y veinte y nueve.

Don Miguel Fernandez Manilla.

Por mandado de los Señores de el Consejo Real.

Francisco de

Notario

ERRATA SIVE CORRIGE.

Folio 6. columna 1. linea 22. *est*, lege *o*. Fol. 23. col. 1. lin. 12. *ad sententiam*, leg. *ad secundam*. Fol. 30. col. 1. lin. 28. *grati*, leg. *gratia*. Fol. 31. col. 1. lin. 1. *o*, leg. *est*. Fol. 38. col. 2. lin. 22. *corporea*, leg. *incorporea*. Fol. 40. col. 2. lin. 39. *impressum*, leg. *expressum*. Fol. 50. col. 2. lin. 33. *materialiter*, leg. *conaturaliter*. Fol. 70. col. 2. lin. 31. *ergo grasia*, dele *gratia*. Fol. 82. col. 1. lin. 50. *supernaturali*, leg. *supernaturalis*. Fol. 83. col. 1. lin. 20. *ri*, leg. *2*. Fol. 93. col. 2. lin. 5. *doctorem*, leg. *actionem*. Fol. 113. col. 2. lin. 46. *ex ea*, leg. *ex esse*. Fol. 127. col. 2. lin. 17. *Divinus*, leg. *Dominus*. Fol. 148. col. 1. lin. 35. *requiri*, leg. *equari*. Fol. 156. col. 2. lin. 46. *subiivo*, leg. *objective*. Fol. 157. col. 1. lin. 47. *impossibilia*, leg. *possibilia*. Fol. 190. col. 2. lin. 10. *causa*, leg. *causae*. Fol. 196. col. 1. lin. 1. *omnis*, leg. *bonus*. Fol. 197. col. 2. lin. 30. *intellectus*, leg. *intellectum*. Fol. 217. col. 2. lin. 34. *aut*, leg. *ut*. Fol. 234. col. 2. lin. ult. *illa*, leg. *ita*. Fol. 259. col. 1. *extraneum*, leg. *extraneum*. Fol. 307. col. 2. lin. 32. *aut*, leg. *ut*. Fol. 312. col. 2. lin. 28. *est liberum*, leg. *sic liberum*. Fol. 338. col. 2. lin. 25. & 26. *spectat*, leg. *expolcat*. Fol. 357. col. 1. lin. 1. *deterrimam*, leg. *determinatam*. Fol. 354. col. 2. lin. 17. *ex se*, leg. *expresse*. Fol. 367. col. 1. lin. ferè penult. *ex Deo*, leg. *ex Dei*. Fol. 388. col. 2. lin. 9. *credissent*, leg. *credidissent*. Fol. 389. col. 2. lin. 39. *debeat*, leg. *deberent*. Fol. 390. col. 2. lin. 24. *uicis*, leg. *alciis*, & lin. ult. *sive*, leg. *sine*. Fol. 392. col. 2. lin. 52. *nos*, leg. *omni*. Fol. 414. col. 1. lin. 35. *veritatem*, leg. *veritatem*. Fol. 422. col. 1. lin. 24. & 25. *quin*, leg. *quantum*. Fol. 457. col. 2. lin. 25. *sed*, leg. *se*. Fol. 461. col. 1. lin. 24. *premitti*, leg. *pretermitti*. & lin. 39. *motuum*, leg. *motum*. Fol. 462. col. 2. lin. 8. *Dub. 4. leg. 2. Disp. 2.* Fol. 466. col. 1. lin. ferè penult. *omnem*, leg. *omnes*. Fol. 467. col. 1. lin. 23. *aperum*, leg. *operum*. Fol. 469. col. 1. lin. ult. 4. leg. 2. *Disp. 2.* Fol. 484. col. 1. lin. 19. *destruerent*, leg. *destituere*. Fol. 485. col. 2. lin. 19. *Concertatoribus*, leg. *Concertationibus*. Fol. 488. col. 1. lin. 39. *potui*, leg. *posse*. Fol. 499. col. 2. lin. 1. *stet*, leg. *stat*. & lin. 5. *quis*, leg. *quod*.

Este Libro intitulado *Disputationes Theologicae in 1. part. D. Thom.* de el Ilustrissimo, y Reverendissimo Señor Don Fray Juan de Montalban, Obispo de Guadix, y Baza, electo de Plasencia, advirtiendo estas erratas corresponde à su original. Madrid, y Octubre primero de mil setecientos y veinte y nueve.

Licenciado Don Benito
de Rio, Cao, de Cordido.
Corrector General por su Magestad.

DON Miguel Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escrivano de Camara mas antiguo, y de Gobierno de el Consejo, certificò, que aviendose visto por los Señores de el ún Libro intitulado *Disputationes Theologicae in 1. part. D. Thom.* que dexò escritas el Reverendo en Christo Don Fray Juan de Montalban, Obispo que fue de Guadix, y electo de Plasencia, que con licencia de dichos Señores ha sido impresso: tassaron à seis maravedis cada pliego, y el dicho Libro parece tiene ciento y veinte y cinco, que à este respecto importa setecientos y cinquenta maravedis; y al dicho precio, y no mas mandaron se venda; y que esta Certificacion se ponga al principio de cada Libro, para que se sepa el precio à que se ha de vender. Y para que conste doy la presente en Madrid à onze de Octubre de mil setecientos y veinte y nueve años.

Don Miguel Fernandez, Manillas

Yo Miguel Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escrivano de Camara mas antiguo, y de Gobierno de el Consejo, certifico, que aviendose visto por los Señores de el ún Libro intitulado *Disputationes Theologicae in 1. part. D. Thom.* que dexò escritas el Reverendo en Christo Don Fray Juan de Montalban, Obispo que fue de Guadix, y electo de Plasencia, que con licencia de dichos Señores ha sido impresso: tassaron à seis maravedis cada pliego, y el dicho Libro parece tiene ciento y veinte y cinco, que à este respecto importa setecientos y cinquenta maravedis; y al dicho precio, y no mas mandaron se venda; y que esta Certificacion se ponga al principio de cada Libro, para que se sepa el precio à que se ha de vender. Y para que conste doy la presente en Madrid à onze de Octubre de mil setecientos y veinte y nueve años.


PRÆFATIO AD LECTOREM STUDIOSVM.

INIURIUS veritati, Studiosse Lector, Illustrissimoque, ac Sapientissimo *D. Montalban*, futurus eram; si Litteratas Vigiliis, Studiaque ipsius, certe non improba, nunc primò vulgari dicerem, usuique Tyrorum, ac provectorum iam virorum fisti. Ea enim probatione, in Gymnasio publico, illo dictante, suscepta sunt à Discipulis, ea aviditate, ac sollicitudine à cæteris conquesta; ut Codicibus ex uno ad alium exscriptis, & commutatis, vix laboriosus iuuenis inveniendus foret, Theologiæ Sac. ex munere Lector, aut solemnis Doctor etiam in totâ Hispania, qui ex tunc non fuerit assequutus feruenti triturus opera, anxie ebibiturus. Ut igitur opportuniore, faciliorque studio Operum Authoris confuleretur, satisque fieret tam multorum desiderio, indulgentiori stylo; maximis (crede Lector) labore, defatigatione, sustinentia, ac patientia exhaustis, prælo edenda arripui. Sub eius nomine, ut par est: ne contingeret labente tempore, alium quemvis, furtivè proprio nomine in lucem emmittere; ac alieno veluti ære prægravatum restitutioni obnoxium perpetuò manere. Nec mireris! Cum innumerari sodolatij nostri vicem, hanc fuerint experti, eximiorumque Virorum memoria fermè deleta sit. Et illorum unus est Ill. ac Sap. M. D. D. Fr. Petrus de *Herrera* Conventus hui. Salm. Alumnus, & cum Eximio D. illo Salmantino Alphonso *Curiel* pro obtinendis Salm. Universit. Cathedris congregator egregius. Vir in Sacris Litteris eruditus ita, & promptus, ut iuuenis adhuc in domo *Novitiorum* consistens idoneus fuerit iudicatus super universam Sacram Scripturam scribere: ita in PP. versatus, ut ea etiam ætate auderet Glossam è PP. fontibus edere super eam in nullo ei, quam habemus, quamque *ordinariam* vocamus coincidentem. Sed in uno signatissimè Augustino, cuius inmensis penè operibus liceret nulli, quantumvis versuto, minusculam orationem, aut detrahere, *Herrera* N. præsentem, aut adijcere, vel immittere: ita omnigena eruditione plenus, ut repente, pro qualibet obtinenda Cathedra decertans, quinque horarum spatio legere posset. Quo factum est, ut pro Primaria T. S. obtinenda cum laudatissimo *Quælibet* congregatiens, ea probatione, & plausu exercitia complexus sit, ut Cathedram in conspectu tanti Viri obtinerit. Ita volitavit fama, ut Urbem ingressa *Clemens VIII.* tunc sedens Viro eximio de apportato latro fuerit regnatus. Tanti igitur Viri scriptis quid editati non sunt? Quæ enumerata videbis apud N. *Quælibet*. Est etiam modo in *Bibliotheca* Ignororum cõstri temporis memoria sapientissimus, atque eruditissimus Vir, *Script. Ord. Præd. tom. 2. pag. 467. Saccul. XVII. n. 1630.* & undecunque Mag. P. Fr. *Franciscus Perzà de la Serra* huius etiam Conv. Salm. clarissimus Filius, & olim in Collegio Gregoriano cum Collega, Regens gloriosissimus post qui, & *Magister Illustrissimorum reventi seculi*, ob ingenij plenitudinisque præstantiam, dicitur esse. Cuius resolutiones ethicae, ac Christiano Politicæ petiere ex toto Theologica ad 17. volumina supputata, quæ Collegium servat Gregorianum, detractis hinc, inde Codicibus immunita: particula quædam excussa; sed quo pretio, usuque doctissimorum transcriptis Codicibus habita? Sed quid Recentes enumerem? Cum prodere liceat Veteranum illum Salm. Professore R. P. Fr. *Franciscum Victoria*, Conv. S. Pauli Burgensis Filium: Eum, quem summum Theologiæ Præceptorem Hispania N. singulari Dei munere accepit: cuius egregias laudes in Orbe Litterario paucis, sua Methodo, complexus est Eximius ille Vir, ac ex observantia Discipulus, & Auditor Illmus, ac RR. P. M. Fr. *Melchior Cano*. Tanti enim viri *Lib. 12. de scripta ubinam sunt? Paucula Relectiones lucem publicam viderunt: illustria loc. cap. 1.* verò

verò Commentaria, quæ eddidit super totam 2. 2. Ang. Præcept. digna planè tanto Mag., in serinio adhuc Conv. Salm. asseruantur. O utinam viderent lucem: nec ingenio amplius ibi detinerentur Familiæ Dominicanæ, quæ Filios suos probe in scientia, & moribus enutrire ab antiquo curavit; propatulo verò exponere, non ita. Talia igitur, cum Discipulorum Authoris, aliorum etiam pro Schola Militantium Angelica haud importunis, repetitis tamen, precibus, moverunt præfatum opus suscipere. Nec clam me obmurmuraturum aliquem suffecisse tantum audivisse Magistrum; opera verò typis scudenda non fore; quod ab energia perspicuitate demonstrativa, ac efficacia, qua viguit, expoliata procellura: at memor sit Demosthenis Orationes in pretio semper habitas esse, tamen non cam vim, Pulchritudinemque præferant membranis assutæ, quam ex ore Profundissimi, Eloquentissimi que Oratoris instillatæ. Nec remoratum longè iam diu Librorum Numerum Salomonem causasse, *Ecclesiasta vii. v. 12.* & de Authoris argumento extare plurimos inter Catholicos mira subtilitate, maturitateque compositos ex Veteribus, Recentibusque: nam, & nullus est, qui ex stylo, ordine, seduliorique opera novam aliquam studiosis utilitatem non afferat. Etsi quis forè talis est; certe non Authoris nostri. Id, quod Aug. tempore suo Librorum satis sæcundo, & uberi, qui optime Ecclesiastem legerat, attendens, dixit: *Utile est plures à pluribus fieri diverso stylo, non diversa fide, etiam de questionibus eisdem; ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic.* Calcar etiam adhibuit Doctissimus P. M. Fr. Joannes Aliaga, per decem, & octo annos iam in hac alma Universitate Primarius Moderator, Authoris N. olim Discipulus; & auditor, & in Vespertina Cathedra eiusdem successor. Qui resumpto Præceptoris filo collustrandam suscepit 1. 2. Angel. N. Mag. uti, & ille in curriculo suo collustraverat 1. P. Qua autem sublimitate, ac perspicuitate ingenij propositum ille adimpleverit? Loci huius, temporisque non est cum superstes adhuc sit. Sed cum ille elaborationem suam, in communem utilitatem prælo mandare decreverit (4. iam volumine excusso) in qua Mystera gratiæ, quantum hominibus ingenio, labore, sedulaque conflictatione agentibus concessum est, enucleaverit, quæ potissimè in opere Prædestinationis constituta sunt, maximèque cum Dei voluntate, scientia, & Providentia connexa; haud nihilo accendit Magistri sui opera, quæ de his tractant, illius mittere, & sociare; ut per Oceanum transvadari difficillimum, ac difficultatum nebulis scindi imperium, coaugmentatis viribus, facilius, commodiorque incessus Lectoribus fiat; Abyssique luce, idest, D. Thom. (cuius mentis querenda uterque institit, altero adhuc instante) è Thesauris operum suorum producta, & collata, clarificata etiam à quibusvis; si forè interpositæ fuerant, nebulis; clariora undècumque Archana Divinæ Sapientiæ fiant; inter DD. Catholicos planior, in opinabilibus adhuc, convenientia, & contra hostes Fidei ex multiplicibus, expeditisque Armis facilius, ac sociabilior pugna. In hoc (sincere Lector) Opera D. *Montalban* prodeunt: ipsa met, ut in cella sua diggesta, & ut Discipulis in Gymnasio publico (hac, vel illa ibidem mutata vocula) dictata. Ita accipe: & quo pretio habiturus sis, qua voluntate, studioque complexurus? Ex Synopsi adiuncta, si placet, vacatque dignoscis. Interea illis ad Dei gloriam fructu, delectare, & VALL

Ex Lect. Hebraic. & D. Hieronym.

Lib. 1. de Trinit. cap. 8.



SYNOPSIS VITÆ ILL^{MI} AC R^{MI} D.D.P.F^R JOANNIS DE MONTALBAN, MARATHRENSIS.

OPERA P. F. DIDACI RASPEÑO, CONVENTUS SALM. ORD. PRÆD.

PULCHRE Ambrosius Virgines cum primis, ceterosque exinde, sive aut percitos, sive ignavos ad studium, profectumque universæ probitatis aureo illo eloquentiæ suæ amnine compulsi, inseruit: quod primus discendi ardor Nobilitas est *Lib. 2. de Virg. cap. 2. pit. 2.* Magistri. Ingenium quippè hominum tale esse profecto noverat, ut turpe quid in aliquo deprehendentes, reliqua ex illo extimare soleant, ac parvi referre, quæ magno comparandâ pretio sunt. Tantillo igitur, Lector optime, callens facile illius contemni doctrinam, cuius vitam, aut quia in obscuro positam, aut quia minus probam, vel etiã improbam despici contigerit; studiosos, nec improbos sane labores, legitimos, non nothos, supposititios vè fœtus Illustrissimi, ac sapientissimi D. D. *Montalban* in lucem daturus; ne doctrinam, cessam primo ex celsitudine materiæ, obiecti vè, (quod aiunt) clarã Nobilitate, ac perspicuitate ingenij, nec infirmam planè, sed firmam, fixamque authoritatibus, validisque rationibus à se subtiliter matureque formatis despici contingat, quod Authoris vita, atque institutio minus consona doctrinæ appareat, suspicetur, quod se luci non prodat; tametsi tribus ab hinc annis, anno, videlicet millesimo septingentesimo vigesimo sexto idiomate nostro Hispano publicam lucem viderit; libuit tamen, ne minus veneratione, pretioque digna apud studiosos doctrina Authoris disjudicaretur, synopsis brevem de Vita ipsius Lectorum oculis in operis procinctu sistere. Nolens dicendis, sive de Authore, sive de quovis alio, & si probatæ vitæ, aliam arrogare fidem; quam humanam; quamque testimonia, experimentaq; hominû evincunt, conformiter ad decreta quæ ab Ap. Sede emanarunt in hac parte, & cuius Authoris vita, cum omnibus correctioni submittitur.

Ergo Joannes de *Montalban*, Episcopus Accitanus (vulgo de Guadix) in Bética, ac postmodum Placentinus in Extremis-Duri partibus renuntiatus in Villa Marathrensi (sermone nostro) de los Hynoxosos, Prioratus Uclensis Ordinis Sancti Jacobi (cuius Clausrum Sanctissimum Parentem Dominicum rubeo seminate candidatum plures annos Canonicum incoluisse, uti, cum veteris, tum

SYNOPSIS VITÆ

celeberrimi Monasterij *de Vite* Præmonstratensis Ordinis, & si placet Carthusiæ etiam Monachum in Gallia; ea laudabili hodie pietate prætenditur, quæ cum gloriam Sanctissimæ Patriarchæ adaugeat, tum nostri Ordinis decorem augere, gratæ libentique animo fateri nos prævocet) ad Marchiam Carpentanorum Regni Toletani (nostris) *Mancha* natus est. Parentes autem cum primis pios, ac generis honestate conspicuos Didacum de *Montalban*, & Mariam *Ximenez, Carrizo & Reluz* in eadem Villa (minimè ignobili, sed egregijs illustrata cum sapientia, tum etiam mira probitate viris) & natos, & genitos sortitus est. Didaci autem de *Montalban*, pater fuit Marcus de *Montalban* filius Francisci de *Montalban Fernandez & Cuenca*: natus ille in Villa (apud nos) *la Puebla de Almenara*, Diocesis Conchenensis, & ex eadem oriundus: at iste, & natus in Villa (Hispanice) *la Puebla de Montalban*, Diocesis Toletanæ, & ex eadem oriundus; ex quaque totum paternum genus virili sexu postremam originem trahere compertum est. Sed & Marcus de *Montalban* Joannis nostri paternus avus Annæ *Lopez & Cano*, nupit, natæ, ac pariter oriundæ ex Villa (apud nos) *Pineda* cognominata Conchenensis Diocesis, ac iurisdictionis Oprensis; ex qua Villa huius progenitores genus ducere probatum multoties, ac firmatum est. Maria autem nostri Joannis mater patrem nata est Martinum *Ximenez, Reluz & Carrizo*, natum in Villa de *Pozo-Rubio* Prioratus Uclensis, ex qua totum genus sumit; hic verò coniux legitimo ritu factus est Agathæ *Sanchez & Fernandez*, laudata Villa *Marathbrensum* ortæ, & oriundæ. Genus utriusque ingenium, ac nobile fuit, Eugeniaque decoratum. Id, quod in Oppidis prænominatis nodum; sed ubilibet ab eis geniti commorantes rebus publicis præfetti, earumque equi moderatores, conversatione expectabiles, ac omnibus reverendi liquido patefaciant. Ast nec ea tantum: sed & in fidei suæ, ac sinceræ Christianitatis exhibet argumentum Sacrum eiusdem fidei Iudicatorium, quod plures utriusque generis fideles, expeditos, celerisque familiares, administratosque probaverit semper, ac necessitas, iussioque venerandi Senatus exposulaverit. Ex utroque demum prodire ad Regni, Principum que negotia pertractanda, atque expedienda integerrimi Iudices, atque Arbitri. Hos inter enituit D. D. Joannes de *Montalban & Cuenca*, Jacobæus æques, Consiliarius Senatus Ordinum Militarium, ac Supremi Castellæ: qui ad diversa directus Regni, Regisque munera obeunda; ea æquitate gessit, probitateque exequutus est; ut pro meritis Gaditanus electus sit confirmatus, ac consecratus Antistes. Nec cum eo eius perijt memoria; sed, ut pauperum decebat Parentem, ad perpetuum monumentum, insigne, ac structura magnificentissimum in Villa de *Almenara* gentis suæ nativo solo ad levamen egentium crexit Xenodochium. Enituit demum V. sapientissimus, ac RR. P. M. Fr. Franciscus *Reluz*, Ordinis Præd. & Conventus S. Stephani Salm. filius, candidatus Universitatis, utriusque que vicium Vespertinæ, & Primariæ Cathedralis ad 24. annos moderator: cuius vitæ integritas, ac sapientia, cum maxima foret, ampliorque in iudicando maturitas, & equitas, Regali Curia, Regnoque cunctis numeris absolutissimum virum detulere; Regiumque, ac pijsimum Regis Catholici Caroli I. L. ut sui, Regnique Regimini præficeretur, effecere. Ita planè: at qua æquitate, iustitia, sinceritate ab omni dolo, ambitioneque aliena, periculosum, ex tempore, vel maxime, munus administraverit universa Hispania testis est. Et licet tot mancipatus, agitatus, ac distentus fuerit; animi candorem exitus monstravit ipse, cum spiritu Conditori reddito in Xench. VV. PP. *Sancti Joannis de Deo* Villæ perillustri de *Ocaña*, tantum, tanque suavem ex se illico emisit corpus odorem, ut fetorem nedam, quem exustabat antea, commutarit; verum domum ipsam totam vicos calles, quibus parentandum in Conventu Ord. N. deductum est, perfuderit. Plurima ingenij sui, sedulæque defatigationis monumenta reliquit ad 16. volumina super D. Thom. *summ. diversorumque opusculorum* computata: quæ utinam publicam viderent lucem; nec cum alijs, quæ Salmant. servat Conventus silencio tacerent, otioque vacarent.

Talibus igitur, tantisque Parentibus Joannes noster editus est quinta de-

cima die Aprilis anni 1661. quæ Sancta Parasceve fuit; ut dies Nativitatis, vitæ totius, ac cursus ordinem prænotaret. Acutissimos quippè in ea, & usque ad animam pervenientes dolores expertus est, infirmitates sustinuit, mortificationes gravissimas, ieiunia, aliasque conflictationes devicit; ut non immerito *vivum dolorum*, & *scientem infirmitatem* liceat vocitare. Quem vitæ processum Mater gravida obliquavit, quæ dum gestaret in utero omnem escam abominata est, pane excepto, eoque grossiori, ac rudiori, illo, utpotè, qui ex Typha formatur. Ut fructus itaque benedictionis exceptus, lustralique aqua eadem die, ob vitæ periculum tinctus, ea sedulitate, ac teneritudine curatus est, & nutritus, quæ novellam expeteret matrem (quartum decimum enim annum prætergressa non erat) erga novellum, primumque Sancti conjugij fructum, de quoque magnum aliquid suspicari caperat, ac præsentire. Cuius vel id fuerit argumentum: quod eo plorante, &, nescio, quam affectionem gestibus præferente, illud ei solatium erat, reddebat peccatum, si Catulum pedibus Imaginis SS. P. N. Dominici, quæ in Altari Beatissimæ Virg. sub cognomente ROSARIJ sita est ad paræciam suam S. Barnab. Apostoli cum ardenti in ore facula inhærentem afferrent, contrectaret manulis, & eo res deducta est, ut pij Parentes Sacristam rogarint non semel domi relinquere Catulum, quo infantis delinirent lacrymas; eo in sinu complexo soporaretur, requiesceret. B. itaque V. & P. Dominici pijs obsequijs primo mane addictus est: vix enim fibras linguæ ad verba formanda rupit; & ecce religiosa Parens Sacratissimi Rosarij formulam recitare edocuit, Redemptionis nostræ mysteria imbibere, & ea proposse ætatis tantillus licet ruminando digerere. Hoc itaque lacte nutritus est: eo decuit primam vocem strenuum Angelici Præceptoris discipulum mittere: & ea vi exercitatio hæc cordi eius adhæsit, ut integrum recitandi attentè, & devotè tota vita ex tunc morem retinuerit. Infantilem dein transiliens vicem, pueritiam adventavit: verum nec excefferit eam singulari erga ipsum Dei optimi maximi providentia non dispensante. Cum enim iam octo esset annorum, & ianuam Domus clam Parentibus, aliisque Domesticis egressus fuisset, levavit oculos: & ecce passerulus sub grunda tecti clamantes, & volatum prævenientes puerulum provocarunt. Ille verò agilitate membrorum, & vivacitate sensuum ingenij subtilitatem futuram iam præsignantibus stetit minimè, non sustinuit, quia comprehendere sit admissus. Secum itaque cogitans, qualiter, quo vè exequi posset, latens cunctos, incidit, invenit, tectum conscendit paternæ Domus. Eò igitur evectus, & grundam tecti reprando, ut licuit, deductus, quò suspicari potuit passerulos sublatare; demissa manula nidum impetit. At illi strepitum præsentientes, venatorisque manum averfantes, intrò foraminis recesserunt. Ille verò opera sua, arteque frustratus, nullatenus concessit fugientibus: industriam multiplicat, contendit audacior, inclinatur profundius; & dum intima foraminis penetrare tentat, capite cum humeris reliquum corpusculum trahente deorsum (proh dolor) tectum universum cum grunda excedit, miserè præcipitandus, ex toto allidendus. Sed adfuit dextera Dei custodientis parvulos, & de illis; ut & de nobis mandantis Angelis suis: & dum totus in aere suspensus efficitur, capite cum humeris terram vergente, inclinato, ponderante; miro modo, & ab eo explorato nunquam, atque comperto, in modum Petauristarum toto reflexo corpore contra tectum advolvit, atque eiusdem labro manula comprehenso pendulus tantisper stetit, donec superiori vi actus tecto iterum, eo nec cogitante, nec ipsum id admittente resitutus est. In ea igitur atatura constituto, id unum insedit parentibus, ut tenellus puer Præceptoribus traderetur literis, & pietate formandus iuxta substantiæ domesticæ facultatem, ætatem, ordinemque à rationalibus disciplinis constitutum. Primis autem elementis in nativo solo commixtus, & latinitate sub Optimis bonarum artium omnigenæque pietatis, ac probitatis Præceptoribus cultus; ac devotione spiritus pariliter actus; eam vocationem exequi cogitare cepit, quæ longè antea cordi eius tenaciter insedisset. Ea fuit ut Prædicatorum Ordini nomen daret, in eoque humilem Christo gereret servitum. Sed est quod mi-

SYNOPSIS VITÆ

reris, Lector candide, in Joannis nostri vocatione, gratiæ Dei præventionem, & sapientiæ ipsius ordinis firmitatem. Ita prope eum ad Prædicatorum Ordinem ex intimis inclinare cœpit; ut ingenuè sit confessus recordari minimè potuisse quando inciperit advocari, & ad Parentem Dominicum totis conatibus agi. Sed, & ea suavitate, dulcedineque id actum esse, ut nullam adversus votum conceptum suggestionem senserit, turbationem, timorem, tepiditatem, dubitationem denique passus sit, ne id, quod mente tenebat, opere non esset complexurus. Ille autem ab illinc vocanti Deo minimè ingratus, quintumdecimum ingressus annum, Patriam, Parentesque repetijt, ac votum liquido manifestavit eisdem, ut de ipso complendo deliberarent. Obviabat immatura ætas, corporis teneritudo, vitium tenitas; ut si amor erga dilectum filium minimè repugnaret, moratorium illa dilationem consulerent. Sed vicit planè omnia, ut creditur, gratia Dei: & quæ ab ea vocante remerari hominum iudicio possent, sustulit, complanavit: ex indeque per Parentes viatico procurato, renunciatoque carni, & sanguini, inter amplexus, & lacrymas, quas tener evocabat affectus, edidit devotio; gratiosum offerentes pignus Christo Salmanticam direxerunt. Eam igitur tenellus puer (vix quippè 14. excesserat annum) appulsus, valdè gavissus est, quod instare videret tempus desiderij sui complendi. Non tendit ad alia: nec multitudo populi, venustas, pulchritudoque edificiorum distraxit; unum ei erat, hoc totum occupabat. Acceptis itaque litteris, quas secum detulerat à Patruo suo P. Fr. Laurentio *Montalban* instituto Prædicatore, & Filio S. Stephani Salm. Emporium istud totius doctrinæ, & sanctitatis Urbi, Ecclesiæ, & Orbi declamatisimum, (ut iam pridem ex multis patuit Scholis, Ecclesijs, generalibusque Synodis) impiger Joannes noster petivit; sapientissimumque P. M. Fr. Vincentium *Ferre*, tunc eiusdem Conventus Priorem agentem convenit. Ex litteris votum didicit adstantis: ac valde in tantilla ætate demiratus, interrogavit semel, & iterum: sed probitate pueri, atque vocantis Dei voluntate indicijs, experimentis, coniecturisque scripto traditis certior factus; ut idem Fratribus exponeret diffinivit. Tali itaque exequendo iudicio tribus PP. à consilijs decorum puerum, atque devotum misit, ut de sufficientia ipsius in litteris sententia: habita Conventum Fratrum certificarent. Eo autem ultra ætatem idoneo, atque expedito comperto Fratribus congregatis sublimitatem retulerunt, plenitudinemque ipsius; collarisque in invicem recipientium, more nostro, suffragijs communi omnium gratulatione ad Habitum, Societateq̃ Fratrum die 23. ut reor, Septēb. ann. 1665. susceptus est.

Suscepto itaque Habitu 27. eiusdem mens. 14. & dimidio ætatis sue, quinto verò Generalatus R. R. P. Joannis Thomæ de Rocaberti, Illustrissimi postea Archiepiscopi Valentini, ac Excellentissimi eiusdem Regni Pro-Regis, ac tandem in tota ditione Hispana, Generalis Inquisitoris; iugo Christi, antequam salutaret adolescentiam, Thren. 3. suppositus est, ut ei etiam obviaret, quod scriptum est in Hieremia: *Bonum est. Viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua.* Religiosam itaque inities vitam annorum Tyrocinium virtutum canis spectabile reddidit, stupendumque provectionibus. Ita enim universis Novitiatus, ac perinde totius Religiosæ vitæ observantijs se addixit, ita in singulis splenduit; ut innatas potius Sacri instituti, longoque sibi usu familiares, quam fervore partas omnes exhiberet virtutes. Nullus eo demissior, abiectior vè: disciplinæ tenacissimus erat, somni, eibique parcissimus, paupertatis amans, castitatem studiosè colebat: nullus eo rigidior, aut orationi instantior. Ea demum erat tenerimus puer facilitate morum præditus, ac sinceritate; ea gravitate, atque modestia, ut omnium in sui, cum amorem, tunc admirationem rapuerit. Ex tunc enim talem sibi speciem, ac vivendi formam lineavit; ad proximamque reduxit, quam per rotam vitam strenuè, ac viriliter retinuerit, in nullo à concepta de primordijs suis in seculo spe desciscens, ab inepto in novitiatu fervore discedens; adeo, ut cum nihil non Religiosum, non modestum, non grave in eo, Adolescente, Juvène, Viro denique iam fuerit deprehensum, rogatus quidam eius in Novitiatu comes, rem eam virtutum, quæ Religiosum undique virum exhibent, semper præstulerit simi-

similitudinem? Sincere testatus sit, tametsi hominum vera opinio tot miranda, imitanda, que pro posse, loqueretur, enarraret; in nullo tamen, per ætates singulas, dissimilem expertum fuisse à die, qua sacro amictu donatus est; sed eam institutionem, & si pro ætate, tempore, locoque varijs exornaret coloribus; at non aliam, alio vè, penè conatu obiecisse, opere exarasse.

Tempore igitur adveniendi, quo finem Novitiatus aspiceret (fuit enim satis prolixus) de novo examini in scientia, & moribus subiectus est. Verum experimento comperto, quod fama verè tempore Novitiatus iactarat, quoque de iure in Capitulo Fratibus referato, summo omnium consensu, summaque lætitia, ut Prædicatorum Ordinem profiteretur quantocius liceret iuxta Sacros Canones suffragatum est. Sextodecimo itaque anno ætatis suæ expleto die nona Maij anno Domini 1677. Solemnem post Matutinas Preces Professionem emisit, cum toti Ordini præsideret Vicarij nomine Illustrissimus iam Joannes Thomas de Roberti, Provinciae Hispaniæ N. Ordinis R. Adm. P. M. Fr. Ludovicus de Villazan Salmantinus, & in Universitate Doct. laurea decoratus: ac tandem huic venerando Religionis, & Observantiæ Conventui S. Proto-Martyris Stephani R. P. M. Fr. Joannes Bolivar, Vespertinæ Cathedræ in alma Universitate Moderator (cuius ingenij laudes, nonimenta, & opera; tametsi, quod dolemus, incuria, & forte magna tanti viri demissione, humilitate, ac modestia non integra, imminuta, manca, publicò in lucem, doctiorumque, ob eius indolis subtilitatem, energiam, admirationem, excussa dedit professoribus noster iam vir, & eisdem insignijs condecoratus, auctusque munere) præsidebat. Hinc cummòlata lætitia Fratrum; hinc spes, quæ eisdem haud fefellit, è proximo salutarere.

Veteranus autem iam miles denuò, ac fortius eidem militiæ adstrictus; ex his, quæ prolixioris Novitiatus tempore ex Sacris Litteris, Règula, & Statutis Ordinis, tritis Patrum, & præcipuè Ordinis sui Historijs, facinoribusque egregijs attentiori studio congeisit, vitæ suæ institutionem effinxit. Proponebat sibi sublimitatem mentis, ac spiritus P. N. Dominici; manum ad grandia fortiaque strenuum, ac Dei gratia potentissimum Virum misisse, quæque tanti Parentis sectatores optimi Dei æmulatione persecutos ad votum tanti Parentis opere complèssè: zelo honoris Dei flagrantes errantium tenebras luxisse, & omnium salutem avidissimè sitientes curasse, attulisse denique. His à Joanne nostro subtili, maturaque consideratione libratis; plurimis se ligatum agnovit. Nec poenituit tamen: quin Domino gratias referens, diceret: *Institutionem hanc, vitæ seriem, eam esse, quam semper optasset, requisivisset, ad desiderij mensuram omnia contigisse.* Præcingens itaque se, ut stram per Patres nostros viam excurreret, & sibi augustum servans viaticum, abundantiorè annonam in proximos impartendam congereret; ex toto universam Ordinis observantiam adamussimè persequendam decrevit, laudatasque Conventus sui consuetudines (quæ non minimam, præter eam, quam regula, & leges præscribunt austeritatem, rigiditatemque continent) nec in minimo præterire.

Inter duo itaque valla cœpit contendere, cultum, scilicet, litterarum, & studium orationis: & intra istorum terminos adiumenta cætera moderatus est. Fuit enim ei ex tunc in addiscendo, quæ doceret postea, exercitatio sedulior: ut intelligentia plana daretur, oratio, cum meditatione, ad Deum productior, vigiliarum longa consuetudo, ieiuniorum strictior, cellæ custodia rigidior; cæterarumque observantiarum executio ferventior, ac promptior. His adiutus, sublevarusque cœpit Joannes noster inter Condiscipulos, tametsi ingenio, & opera præstantissimos eminere. Sed præstantiæ, ingenij, exercitationisque suæ esto exemplum. Cum Theses quædam è Dialectica profectæ inter domesticos more nostro Disputationi tradidit fuissent, quò præter Scholares omnes, Lectores Artium, Theologiæque universi, Cathedratici etiam, ut Moderatores studij, Præsidentesque assunt Gymnasio; in quendam Angel. Doct. locum, assertioni, ut videbatur, contrarium argumentis ventum est. Locus suboscuro erat, nec Discipulorum S. Doct. concurs interpretatio: undè, & circa intelligentiam loci sa-

pietissimi Moderatores, qui aderant, sunt divisi; alteroque alteri deferente, controversiaque sedata inter ipsos, disputatio continuata est. Cumque ex more Juniores inchoent argumenta, quæ nervosius persequantur proveci, ad Joannem nostrum Logicen tunc adiscentem fors arguendi devoluta est. A loco illo Sancti Doctoris adolescens modestissimus reperendo est orsus: & tali subtilitate, maturitate iudicij, cum precedentibus, subsequensque ibi, ac alibi in Doctore Sancto contexit argumentum, ut Angelic. Magistri mentem planam perspicuamque demonstraverit, non leviter eum, qui ex munere in Cathedra præsidebat, præmens. Hoc facto mirati sunt omnes, stupor sapientissimos PP. Magistros apprehendit, argumentum denique vix ægréque exarmatum, expeditumque est. Tales igitur præclari animi dotes Fratres nequiverunt latere, fractus, emolumentaque, quæ industria, ac labore, iam rependerent. Undè spe, quam tenello adhuc in adolescente defixerant, confirmati; eum, aliquibus, quò impentius studio vacare posset, expedire cogitarunt. Occurrit illico: & præbenda, quam Conventus Salmantinus in perillustri apud Complutenses Collegio S. Thomæ iure designatorio possidet, vacante, communi suffragiorum consensu electus est anno Domini 1680. & in prædicto doctrinæ, & religionis fortalio cooptatus.

Nihil autem in eo de pristina sua institutione remisit; sed indulgentiam (prudentissima deliberatione, & nihilominus Apostolica autoritate) Collegis concessam à protractiori in Choro assistentia, & à proximis alijs quibus in Novitiorum domo subiacebat intentus, penetrantiori commutatione exolvit. Ferventius severiori Theologiæ Sacræ studio coepit incumbere (tantum quippè præcepta Philosophiæ, ac Metaphisicæ imbiberat, quæ cum, & utilissima sint, tunc obscura tritis: immo sentibus contexta) at ne improbo labori altissimarum intellectuum adstringeret veritatum, sedulioris alis sublevabat mentem orationis, extenuabat flagellis corpus, ut novas spiritui vires quotidie augetet. Otio perpetuum (id quod tota vita ei solemne fuit) bellum indixit, ac cum proprio hoc ipsum convenerat corpore. Abstinencia nunc parcior, clausura amabilior, quæ ita semper ei grata fuit, ut nusquam cellam, Claustrum vè libens exiret, nisi aut obedientia iussus, aut proximorum, Religionis suæ, Ecclesiæ vè utilitatibus actus. Eo enim, vel maxime Collegium placuit, quod cum assidua in studio exercitamenta sint (eo enim conveniunt iuvenes ex tota fere Hispaniæ peninsula, ut spectabilem, cum probitate, tum Philosophiâ, ac Theologia inventutem efforment) tum necessitudo, ac familiaritas ad sæculares personas præcisa sit, magnum existimantes piaculum foeminas cuiuslibet status, conditionis vè quomodolibet alloqui. Hoc enim Collegæ nostri ingenium fuit, ab his, quæ fortis sunt, abhorrere, omnium se subducere oculis; proindeque exploratissimum foeminas nunquam attentò deliberatoque animo, tametsi honestissimas conspexisse. In se, & ad se totus collectus erat: immo ad Deum quem ductorem, ac Magistrum in speculandis, agendisque totis missibus exoptavit, oravitque. Tanto igitur Duçe haud mediocriter instructus, ipsiusque gratia præmunitus, illo se extimavit salutis nostræ hostis insensissimus oppugnari. Hinc studiosum, & actuosissimum iuvenem, cum oraret, exagitare, inquietareque molitus est; ac spectis meticulosis à cæpto pertertefacere. Huius rei utcumque inditia ex ipso deprehensa sunt (qui ut erat humillimus omnia sibi soli servabat) exque docto expertoque teste exceptione planè maiore sapientissimo, ac Reverendissimo P. M. Fr. Dominico Perez, Matritensi, quem, cum condiscipulum Salmantici habuerit, tunc Collegam Compluti nactus est. Talibus igitur fulcimentis munitus uberes scientiæ, & probitatis fructus comparavit; ut sodalibus nedam, sed Prælati, Præceptoribusque suis infederit dubitatio, quid in gratioso iuvene principatum ambisset; temperantia, frugalitasque morum, an ultra solitum litterarum profectus? Nec ex auditu tantum: testis oculus est (ut de profectu iam tunc in litteris adstipuletur) exceptione etiam æquo iure maior sapientissimus P. M. Fr. Joannes de Aliaga; nunc Primarius in hac alma

Universitate Professor Theologiæ Sacræ deciamatissimus, tunc adolescens, & in Complutensi Academia Philosophiæ Scholaris Recentior. Hic enim, nescio, quâ necessitudine Joanni nostro devinctus, Discipulum, (cum ille adhuc Discipulam ageret) se præbuit erudiendum: & tali peritia, perspicuitate, facundia cum profunditate tunc iam asserit præluxisse, ut, & Candidatis, ac in Universitate Magistris appareret æqualis. At nec hoc solum iuvenis vix sacris initiatus egit, ut adolescentem natura docibilem, ingenio, & labore nihilominus, ut fama, operaque testantur, præcellentem ex aureo, præcipitque annæ infunderet clarificatæ scientiæ (nam sic decebat eum, quem post Auditorem Toga Dominicana exornatum habiturus erat, & in magisteriali Cathedra successorem dignissimum) sed prudentia, & gravitate, cum animi promptitudine adiuncta, ad Ordinem direxit. Quamvis autem talibus fuisset virtutibus in ea ætatis suæ adolescentiæ præditus; omnem tamen operam possuit, ut quantum liceret velo absconderet humilitatis. Noverat siquidem universas ex ea trahere originem, quæ largitori gratiæ cum ianuam aperiat, tum placidam mansionem præparet. Hanc itaque; ut cæterarum basim, omni studio profecurus est, & per gradus singulos ad fastigium pervenire curavit: veræ, non effictæ, credibilia satis signa præbuit, quæ ne seriem, quam sequi cogitavi, intercipiam, locis promam opportunis: eo vel maxime cum honoribus accenseam, ut humillimus, quantum in se fuit, falsitatis arguat ritum adhuc inter vulgares proverbium *honores mutant mores*. His itaque rotis Joannes noster circum actus, eisdem opinio nominis sui, ut Salmanticam perveniret, fulcrum interposuit. Pervenit planè: & profectus Compluti habitos exordijs, speique iam pridem conceptæ per omnia consortate Sapientissimi, ac RR. PP. Conventus S. Stephani (quos à consilijs vocant) discentes Joannem nostrum Præceptorem Universæ Philosophiæ, ac Metaphisicæ unanimi consensu elegerunt 22. Junij anno 1685. Conventus regimen tenente eruditissimo planè viro R. P. M. Fr. Joanne Egydio de Godoy.

Præceptor itaque constitutus, in ea vires applicuit, quæ muneris pro debito satis implendo alta consideratione necessaria indicavit. Undè Salmanticæ restitutus; & honoratoribus suis regratiatus, res suas ita disposuit, ut primo profectui suo intentus, aliorum utilitatibus in nullo deesseret. Ad docendum quippè natus videbatur: & cum claritate, energiam talem, ac dicendi efficacitatem coniunxit; ut cum subtilissima, intellectuque, non Tyronum dico, sed & proficientium, provectorumque difficilia expanderet; plana, atque perspicua formis uti visibilibus exponendo Discipulorum animis, cæterorumque audientium imprimeret. Sed & cum gravitate, quæ Doctorem Venerabilem auditoribus effert, eam affabilitatem, mansuetudinem; promptitudinem facetam sociavit, ut obiurgans, desidiosos correxerit, emendaveritque, in despectum non emisserit, ac sollicitos ferventius accendens, cunctorum animos ad se devinxerit. Nec Philosophicis nodis ita tempore lecturæ suæ implicitus est, tricis in frustra dissectus, ut ianuam, rimulam vè ariditati spiritus aperiri permisserit. Clausit sanè, & ampliori coacervato labore in vigilijs, somni, cibique parcitate devotionis pinguedinem conservavit, & auxit. Ea, corpore etiam confortatus, instructioni auditorum ita se præbuit, ut ab exteriorum salutis in Confessionario, Amboneque Æconomia non abstraxerit. Sic igitur: talique gratia juvenis adhuc in reprehendendo est usus, ut flagitiosos perterrefaciens ad optimam converterit frugem. Cum enim hoc ferè tempore ad Sacrum Tribunal die S. P. Dominici sedisset; quidam nimis ad eum gravatus, minusque contritus accessit. Cumque eum reprehendisset paucis, de minimaque poenitudine increpasset, periculum animæ suæ exhorrens, dixit: *Quid si in hac miseranda sorte, ut merebaris, diabolus deprehendisset, & secum asportasset in tartara?* Hæc ille. Urque hortantis sermonibus exteriora facta concinuerent; ecce Catulus immanis, qui fortè aderat, rabie, & ira actus surrexit à tergo: & miserum poenitentem ore, manibusque invadens, scapularum vestes discerpit, miserandum discerpturus; ni Minister Christi manu, voceque minatus iratum canem repulisset. Universis igitur intentus, & æquo libramine par-

SYNOPSIS VITÆ

partes adimplens singulorum, lecturæ suæ finem vidit tandiu defatigationi præteritæ concessurus, ut, & novas susciperet vires, & corpori, & ut aiebat, spiritui mentis.

At vix dum ingratiam sibi requiem, indigamque loci, ac temporis degustaverat treugam (hoc enim tempore Ex-Lectores Artium Collegij S. Stephani frequenter Claustrum egredi necesse est, ut sodalitiò fæderi, Scholæque famulatu pro debito agentes, circulis, disceptationibus, aliisque quam plurimis, eisque sacris, functionibus intersint) parumper cum lectura vigesimum vix sextum ætatis suæ haud parvò feriata annum excesserat; & velox nuncius affertur R. Adm. P.M. Fr. Franciscum *Almansa* nostræ Provinciæ Moderatorem ex suggestu, rogatuque sui peramantis Collegij S. Thom. Studentium Magistrum, insimul Theologiæ Sacræ Lectorem assignasse. Motus ne fuerit tali nuncio, subobscura ipsius verba, ostenderunt, facieque pallor. Præstus itaque est, ad talemque angorem deductus, ut ni Dominus tristitiam, cordisque anxietatem leniret, gravem casurum infirmitatem crederent universi. Non carpebat eum Salmantica: immatura, nec dum obscurata opinio, fama que Complutum circumgerebat: doctrinæ ubertas, modestia, gravitas, instituti decor, iudicij maturitas, dexteritasque in consilijs, & exhortationibus commendatam effecerat cunctis. At ipse de se ita abiectione, demisse sentiebat, ut cum honos, atque utilitas fastidio, molestiæque sibi forent; onus tanti (ut ipse introrsus Doctoris Officium descriperat) muneris pertereret. Virtuti gratiæ adscribendum erat iuvenem talibus decoratum dotibus hæc non ambire, oblata animo non admodum læto suscipere: angitamen, & usque ad defectionem veluti confici, ex ea descendit celsitudine humilitatis, quæ timorem inferens, diffidentiam de se ipso gignit, & in eam cogit erumpere vocem: *Ad nihilum redactus sum, & nescivi*. Quo autem iudicio præeunte amaritudinem illam incidere ex officij onere cum honore devinci potest. Nequaquam latebat ipsum quas implendas partes exposceret, quorum moderator futurus, quorum item, cum subiectionem deferret, vices nihilominus multoties gesturus, cui comparendum theatro, quorum circulis ad futurus; quorum tandem loco sufficiebatur; ita exornato, condecoratoque ut trutinam meritorum, quibus dignissime Episcopus Abulensis electus, & Consecratus est Illustrissimus, ac RR.D.D.Fr. Petrus *de Ayala* (quem Deus Ecclesiæ super plures annos incolumen servet) eo in munere adimplerit. Octo itaque post dies à nuntio profectionis suæ Joannes noster tristis, amaroque animo incelsit: non abortus, sed tribulationem suam coram Deo referens gemitundus. His transactis nova lux eidem oriri vixta est: resumpsit vires, onus ex obedientia complexus est, iter arripit; remigrat Complutum, ac communi Collegij sui, cæterorumque gratulatione suscipitur.

Occasione hic data, & accepta, quot emulumenta sapientiæ attulerit, ex his, quæ evenerunt postea, liceat extimare. Crede Lector: Complutum apud nos ingeniorum fecunda Parens effertur, exercitatio crebrior, ac vehemens, æmulatio in addiscendo vivida: fervet demum opus. Abillinc dixit qui nusquam desidiosus, oscitansque fuerat, *nunc docetis*, expeditusque ab eis, quæ non nihil remorarentur Salmanticæ, totos exerit nervos universa speculando, quæ consumatissimum formant vitum Theologum. Non præterit acquisita; in prospectu habet, sed ad ea, quæ priora sunt, eaque digniora conferendo transmittit. Scrutatur Theologos, Philosophos conducit; universos tamen, ut universorum stipent Principem, quo lucidam Præceptoris sui, ac nostri mentem, cui avidè, seduloque incumbit, assequatur. Totis visibus versatur S. Doct. litterarum univertam, sciens quibus præconijs à summis Præsulibus collaudata, commendataque sit. Impensus ei inerat veritatis amor: hoc agebatur, necessitate muneris, innataque sibi ad litteras propensione: taliaque terra optime semina mandata studio, oratione, mortificatione spiritum exiliente, uberem, pulcherrimamque sibi, Collegio, Ordini messem brevi commutatuit. Non se continuit intra aliorum terminos: sed cum Doct. Ang. plurimam navasset operam, solemniores ad illius, nos-

nostrique sæculi usum Theologos eiusdem Sancti Doctores Interpretes accuratè perlegisset, intellexisset perspicue, tenaciterque servaret; totam cogitavit Theologiam Sacram conscribere ea veritate, fidelitateque, quæ Ang. Magistri Discipulum deceret, P. Dominici filium, Ordinis *veritatis* alumnus. Ea subtilitate, quæ delectando erudiret proventus: ea brevitate, ordine, claritate, qua labore, operaque, vel mediocri, iuniores in universa formari possent, non obrui: planè scientifica methodo illuminari, ex primo ad reliqua lucem mutuantes. In hoc ex templo legere, & colligere cœpit, quæ post digestiora erat ordinaturus; ac rudi, nec plene formato commendavit codici hoc titulo prænotato: *hoc opus, hic labor*. In hoc alijs se subducere cupiens, & solitudinem appetens, quò melius confectionem suam perficeret integro vere *Villam Angelorum* petivit, ubi post orationem, consuetaque instituta vitæ exercitia, totum se arduè nimis elaborationi per tres annos tradidit. Ex his autem, quæ à tanto opere, fragmentis, supererant, talem se publicis, privatisque exhibebat circulis, talem cum subtilitate, perspicuitateque copiam, ubertatemque monstrabat, ut ad se raperet animos, auris audiens beatificaret. Mirum erat iuvenem adhuc, illumque paccatum, modestumque ad scamnum sedere: in Cathedra defensare. Struebant viri, illique proventus: coetanei accendebantur; mirabantur adolescentes, auscultabant, venerabantur omnes, omnes laudabant, causantes eo in munere detineri, illis coarctari terminis eum, qui, & si iuvenis ob ætatem; pro meritis magisteriali Cathedra dignus esset. Sed natura Ordinem servat, ac per medium in extremum transit: & Joannem nostrum, quem è Compluto Salmanticam, adventantes miris extollebant præconijs, sapientissimi PP. Conventus Salmanticensis, quo ingenij sui celsitudine propius delectarentur, iunioresque tali Magistro eos referrent fructus, quibus Complutense Collegium fuerat delectatum, Lectorem Theologiæ matura libratione elegerunt die 2. Januarij anni Domini 1692.

Salmanticam appulsus summa domesticorum, extraneorumque exultatione susceptus est: prævenerat quippè celebris iam, & permaximè Compluti augmentata illius opinio singulorum animos; quæ, dum publicò se prodidit, amplificata, firmataque est, imminentam circumcurstantiam narrationem reddidit, multam fuisse commostravit. Solus ipse sibi non credebat: non quid haberet respiciens, sed reprehendens quid deesset: undè totis viribus illam curans assèqui sufficientiam, quæ, cum honori instituti Dominicani consuleret, tum audientium iuribus satisfaceret; laborem, vigiliam, orationesque sedulus repetijt, probè intelligens, quod *qui addit scientiam, addit, & laborem: qui indiget sapientia, postulet ab eo; qui dat omnibus affluenter*. His Joannes noster edoctus nihil omisit. Quam autem inter tot labores, atque dolores scientiæ comparaverit copiam, perspectam habuit R. Adm. P. M. Fr. Dominicus Perez, Convent. Salmant. Alumnus, & in Universitate candidatus, ac Primariæ Cathedræ S. Th. Moderator dignissimus. Cum enim præced. anno Moderationem totius Prov. suscepisset, Cathedræ regimen Joanni nostro libravit 30. vix annum salutanti. Legebatur sapientissimus Antecessor tractatum *de Fide* penè à principio; elaborationeque Proprietarij paucis diebus à præfectura Joannis nostri finita, è suggestu proprio dicere cœpit difficillimum hunc tractatum: cui *de Spe, Charitate* que adiunctis, trium annorum substitutionis suæ tempus implevit. Præfecturam autem suam ea apud omnes cœpit exequi probatione, quæ proventusissimum exegisset: ita eius sublimitas, subtilitas, atque splendor apud sapientissimos tantæ Scholæ eminere cœpit, ut statim, vel omnes studiosi elaborationes ipsius, codicesque anxie sollicitarint, assècutique in plurimum per Discipulorum eius exhibitionem fuerint, transcriptione, compotationeque huc, atque illuc remittendo, publicas Theßes ex eisdem propugnandas deprompserint. Magnum sibi nomen fecit, in maximo ex tunc honore habitus est. Ipsoque propugnaturò expugnaturò vè circulis, Theatrisque comparente, fervebat in concione murmur; loquente, nec gannire audebat quisque, piaculo deferens tantæ sublimitatis, vel verbum fugere, aliorum desiderijs, cisque plene intentis, vel in minimo subtrahere.

Ecclesiast. I. Facob. I. v.
5.

SYNOPSIS VITÆ

Providentissima in eo claxit natura: habitudo mediocris; coherens undecumque sibi; nec nimis exilis grossave; futura tamen, nisi, & ipse à puero serè hostis infensissimus sibi stipem naturæ undique coangustando, deprimendoque succidisset. Caput grande, spatiosa frons, compages, nervi, ossa robur maximum præferentia. Oculorum acies ita fortis, perspicax, & acuta, qualem nunquam, ut reor, memoria prodij: exterior forma minium suboscuro flavo texens, haud dissona vox, & satis clara; nec gracilior, nec acutior: agilitas membrorum; vivacitas, promptitudoque sensuum; memoria, cum capacissima, tenax; perspicua, clara, expeditaque intelligentia, rectitudo mentis, maturitas iudicij. Tot tamen, tandemque præditus naturæ donis, ac potentioribus, ut creditur, Divinæ gratia; ita rigidum se cultorem observantiarum exhibuit, ita labori, coagitationique tum corporis, tum animi incubuit, ut necesse fuerit post multationem, in assiduum in gravissimam, per acutamque nimis cadere infirmitatem. Invasit universos timor, & tristitia: securus ipse solus, imperturbataque mente. Æstuabat ardoribus, toto malignitatis istu obruere nitebatur febris; exustoque veluti corpore, febriumque tyrannide prostrato, erigebatur spiritu, novas, easque insolitas carpebat vires. Lenis aura sibilabat, lucemque puriorem clarificans agitatione mentis sublimiora, pellucidioraque, & in speculandis, agendisque affulgebant. *Si ea, solebat dicere, quasi sibi, dum sic affligebatur, menti occurrerent, scripto tradere, fas esset, plures impletura libros altiori stylo, eminentiori doctrinarum congerie, quam communiter collustrantur, fore.* Parum hæc: ita illi præsto occurrerant Divinorum PP. Theoremata succo, gravitateque plena, ut cum se confixum timore, amoreque conditoris succensum nolens tantillo monstraret, audientiam animos brevibus, ignitis tamen sagittis confingeret. Agravata febris, frastrumque mæxitudine, nil non movent phisici, nihil cæteri non curant. Verum ipse necessaria haud contemnens, sed principalia præeligens, Sacramentis Ecclesiæ fecit maniri. Dilatatus his, & confortatus, vilius ei quidquid conspici oculis carnis potest, clarius, profundiusque apparere cœpit, in id acie mentis intentus, quod tam sollicitè à prima ætate requisivit. Amaro animo tenebantur omnes iacturam tanti viri moribus prærogativisque mentis è vicinè fugentes: communes pro eo extra, & intra claustrum fundebantur ad Deum præces: Medici ultrò conveniunt, & eius amore, utpotè qui apprime noverant, capiti, magnam de eiusdem levamine adoriuntur quæstionem. Non accumen ventilabat, affectio potius, quæ ut præceps esse solet, conclusit, & si nimis debilem, attenuantemque viribus ad duas usque sanguinis uncias minui. Hoc vagi, incertique exitus decreverunt: & Sacro ad caput decumbentis Oleo reposito minutio facta est. Sed res mira, Lector candide: chirurgus pro more cervicallum cum ligatura cicarrici strinxit, ut ne de facili contacta licet, posset reserari. Monebat phisicus, & cum peritissimus, tunc infirmo devinctissimus, ut quantum liceret, somnum arte, industriaque procuraret. Composuit se, somnumque illico resumpsit: & ecce dormiente illo, modo nulli hucusque explorato, ligatura discessit, scissura denuo rupta est, fluereque cruor cœpit, eo nec advertente, vixque iam valente præsentire. Placidior somnus passim apprehendit, effluxu sanguinis Senecæ nostri consultam defectionem leniter soluturum, nisi, qui cum ampliores subiturum labores decreverat, provida asservasset manu. Diffluit cruor, quoad suffecerit, ut de morte revocaretur ad vitam: at nescio, quo procurante, ne cum cruore exhalante animam, vitam eximeret. Iam enim rivi saccones farciendo subterlectulum decurrerant, & ecce impetigo sindoni compacta est, glutinum cruor gelidus, rupturæ cicatricem obduxit; ac inde à somno excitatus, veluti ab ore mortis reductus est, stupore inter gaudium omnes apprehendente. Alter ille evigilavit, phisicis, qui de vita eius mox desperarant; signa, prodigiaque multiplicata fuisse clamantibus. Plenè demum restituto universi exhilarati sunt, ipso solum tristitia, amaritudineque confecto, quod è corpore mortis huius ad vitam commigraturus, luteam domum iterato habitare cogitur. Mirum planè! Sed obviavit solitus dicere: *Deprehendisse se iam quid vita*

futura contineret. Ea de salute propria ditabatur fiducia, ut ex his, quæ sibi febre, doloribusque præssio contingerant, non obscurè patefecerit securitatis aliquod pignoratitium signum accepisse.

Illo igitur denuò comparente duplicata sublimitatis, modestiæ, humilitatisque argumenta universis effulsere: solidior, augustiorque se prodidit opinio, quæ apud exteros eximia, proprios etiam occupavit domesticos. Velox percurrerat, & laudatum antea Moderatorem Primariæ Cathedræ proprietarium sapientissimum ita obtinuit, ut per maximè gloriaretur talem, tanquæ exacte expleturum vices suas suffecisse. Quo, & id, tam humiliter, quam providè candidatis omnibus, domesticis, ipso tandem ob præclara suffecti merita perurgentibus, apud se diffinivit, onus atque honorem Cathedræ à se abdicare; ut qui ipsius loco Doctoris munia ægregie ita complevisset, solemnè dicatus ritu proprietarij vices rependeret. Ita factum est, id ipsum attestantibus litteris: & nunquam fatis laudato viro, Sapientissimo, & RR. pro meritis, dignitateque M. P. Fr. Emmanuele Garcia & Bayona, Vespertinæ tum Cathedræ Moderamen tenenti, ut Primariæ administraret, promotò, Vespertinæ Joannes noster renunciatus Moderator est die 7. Julij anni Domini 1694. ætatis vero suæ 32. Motus planè nuntio est, maximoque angore pervallus. At non ex infirmitate deijci usque ad ima virum, nimia aliàs vivacitate, promptitudineque præditum, sed ex libratione iudicij comite humilitate non semel aperuit ipse, Doctoris Theologiæ partes statera appendens rationis. *Grave serto onus, aiebat, maximè in Conviventibus præcipuis, supermaximeque Universitatibus celeberrimis. Solemnè enim Doctoris scripta inferiorum Doctorum lumina debent esse, quibus, & ij alios illuminando doceant: ut per doctrinam alijs per alios traditam scientia Domini repleatur Ecclesia. At hoc opus, subiungebat, hic quantus labor, ut doctrina, cum sana, sinceraque sit futura; perspicua, brevis, ex tot opinionum veritatem obumbrantium labyrintho selecta, intermedijs commendetur ministris, eam ad rudes usque, nec formatos adhuc delaturis. Hoc, concludebat, me premit; & adeo gravor, atque obruor, ut ni multiplex Dei gratia roborer, atque firmet auxilium, impossibile iudicem sustinere onus, ad terminum usque apportare.* Ergo mente, post vigilias, orationes, ac ieiunia confirmatus, celer (ut cætera) executus est, quæ de more executur cæteri inter DD. Facult. Sacræ numerandi. Seria, prolusoriaque meditativè præparata coram Orbe Salmantino exolvit, ea probatione, plenitudineque, quam de eo multo prius adorti fuerant singuli, in eam conniventes vocem: *Hic iam Magister Magistrorum est, ea proceritate ingenij ceteros supereminet candidatos, qua Saul olim ab humero, & sursum, proceres superabat quosque.* Ac brevissimo, quod mirandum fuit, circulo, exercitia tali gloria, acclamationeque est complexus, ut 20. Julij, invitus licet, dicatus ut importabile, ut aiebat, subiret onus, ea celeritate exegerit, ut 30. Augusti completis omnibus, candidatis aggregatus sit, inter eosque iuxta seriem inaugurationis suæ federit collocatus.

Quæ autem Joannes de Montalban debito muneris satisfacere oppignoraverit; cursim, etsi, pandendum est. Nec arbitrandum ea ex tunc temporis adortum, sed cum eo rationis lumen salutante incepta; per ætatum tempora, non qualiacumque; profectò maxima incrementa susceperè. Ast, eo nolente, tunc clarior, & Domesticis, & extraneis clarere ceperunt, cum ad Doctoris fastigium subvectus est. Cæteris omnibus à iuvene docendi Officio Prælatus, omnibus suberat, omnibus se inclinabat. In nullo Præceptorem, Doctoremque agnosceres, nisi ex vultu, ac nomine ante cognovisses. Non ex amictu, incessu, gestuque: opertorium vile, incessus communis; velox tamen, ne, vel leyiter ab his, quæ semper meditabatur, impediri contingeret: nihil astus, supercilijque notasses: sincera mens, ac conversatio, in nullo à communi Fratrum discedens. Proprias laudes austeriori, rigidiorique despiciebat vultu, quam iniurias tumidus, ac superbus quisque: nil unquam de se præsumpsit; in nullo sibi placuit. Hæc omnium opinio, familiariumque assentatio; adeoque à puero humilitas sublimavit sum, ut pestiferum superbiæ gloriæque innanis contagium nunquam

SYNOPSIS VITÆ

rapuerit, tetigerit vè. Id quod plurimis experimentis constans, charissimo sibi Filio, Discipuloque observantissimo Fr. Joanni de Aliaga non obscure manifestatum est, qui ad manus elaboratione quadam Præcept. sui habita, demiratus sublimitatem, claritatem cum eximia operis concisione, ut ei tenerè adhaerebat, dixit: *Eugè, eugè, optimè: sed memor te hominem esse; ne tumida rapteris mundiali extollentia cave. Gratias Deo, reposuit ille, quod tumoris inflationisque blata, mentem meam nunquam apprehendit, scripta vè mea corrosserit.* Sanè non quid haberet meminerat, sed quid de Patribus legeret; atque hæc recolendo, cum se primum omnium vilissimum reputaret, & habitu, munereque indignum; inde hortabatur audientes, qui in omnibus integrum conspectantes virum, tantam in tanta sublimitate mirati humilitatem, reprehendebant semetipsos. Nec facile persuasum (crede Lector candide) quam perspicax, ingeniosusque fuerit in sectanda humilitate, ad praxim deducenda: undè semper mihi Religiosum fuit ad eam in maximo perfectionis gradu pervenisse.

Eum animi candorem ab omni purissimum ambitionis labe, tum Magister, tum Episcopus conservavit, quo à puero vigilantissimè curavit imbui. Itaque, quæ honorem, potestatem, aliorumque præcellentiam insonant, nedum non requisivit, aufugit, impedivit, ne cum eum, honores, ac præfecturæ ambirent, eum attingerent. Ita hæc exhorruit, ut nihil sapere remoraturus foret, ea declinare. Cum enim, iam Moderator Vespertinæ Cathedræ, Regi Catholico Carolo II. denuntiatus à Magnatibus, Aulicisque fuisset, eidemque, ut omnia fama pervasserat, præficere à Confessionibus placuisset; ut placuerat, piissimus Princeps decrevit: at, nescio, quibus obortis, ut sapiens mutato consilio, alium, etsi eiusdem instituti, ascevit. Non latuerunt hæc Joannem nostrum: sed de excusso imminentis Præfecturæ timore, præterquam credi potest, exhilaratus; Altissimo rependit gratias, quod ab ea eripuerit tempestate, & ab incerto mari, in sereno littore detinuerit. Addebat tamen, se cum effectu, ad augustam illam moderationem exactum, transfugam in Lusitanos acturum. Cumque, & ditiohem illam, è proximo vicinam Salmanticæ, eiusdem iam penetrasset fama, plurimisque notus esset; rogatus quomodo id fieri posset, qui statim omnibus, dignoscendus erat? Respondit, se tali commento usurum; ut operculo uni luminum superposito incesurum quouique occluderetur Coenobio aliquo Ordinis sui in remotissimis Lusitanæ finibus constituto. In Moderatorem totius Provinciae nostræ Ordinis assumendus, hoc arripuit Consilium; ut si id ita eveniret, aliam eiusdem Ordinis Provinciam peteret, ut honorem vere onerosum, à se rejiceret. Gnarus autem à Castellæ Camera Regi Catholico oblatum, ut ad Oxoniensem Ecclesiâ, tunc vacantem assumeretur; quam primo rescivit, intercepte è Salmantica diligentissimè studuit id quod assequutus est, lætior post ex triumpho; quam si vel insensissimum sibi hostem, ad defectionem usque clausisset. Hic eius animi candor, illius corporis spiritus; qui etsi ad multa, eaque præclarissima natus, & ad ea egregie expedienda cum sapientia, & prudentia, tum cæteris virtutibus excultus; atque expeditus; pluries pro innata sibi humilitate, ac modestiâ, dixit: *In hoc, salvis iuribus, & instituti, fraternæque charitatis, suapte naturâ duci, ut concavam rupem penetrans, solitarium ageret, Scripturæ Sacræ, Patrum, aliorumque peritissimorum se traderet studio, obduracy, ac si minus esset, panis fractibus rodere contentus, siliquis, vilioribusque hijs alitus. Hæc mihi, subdebât, institutio gratior, vita incumbior, ne cogere, insana, vesanaque hominum mundal huius machinamenta audire, invitus licet, experiri.* Hinc, qui ea ita valenter exhorruit, quæ nobilia ingenia ambitionis foede mancipia subiugantur; quæ paupertatem Religiosam decent, adamusim observavit. Secum temperatissimus; cum alijs, eisque egentioribus, quibus, Religioz, nec infeliciter, abundant Congregationes, foret effusissimus. Non his, consulebat, qui sibi quovis modo devincti essent, sed qui egentiores, & cum primis avitæ Religioz observantiæ solerti, adichores veritatis studio. Nec Scholaris, nec Præceptor, Doctor, & Magister cum esset, suppellectilem afficere, Bibliothecam congerere,

communi, aut, quæ ex munere, supeditabatur, contentus: in id semper tendens, ut pravitatem, avaritiamque humani cordis restringens, ad eam perveniret beatitudinem, quæ ex Domini promissione Cælorum Regni possessionem arabit. Plurima ei Salmanticæ commoranti offerebantur, cum à domesticis, tum, & præcipuè ab extraneis, quorum omnium solamen erat: & tum scripto, tum verbo, & opere, iurgia, lites, dubia ad optatum finem deducebat ea promptitudine, felicitate, omniumque probatione, ut nullus reclamaret postea, assentirent omnes, omnia paccata redderentur. At, ipse, qui pro veritate, tum etiam dilectione fraterna, ardua, difficiliaque expedienda suscipiebat; nullam, quovis titulo, retributionem patiebatur: hæc enim pro commisso sibi munere, aiebat, teneri exolvere, nihil inde sperare debere: oblatum cum debita animi modestia, repellere. Hac institutione ligatus, aversatus est, quæ, vel in minimo, ab his suspicabatur desciscere. Undè, nunquam, adduci potuit, ut ea erga se, exhiberentur obsequia, quæ humilitatem, paupertatisque spiritum, vel in specie detrectare viderentur. Pro honore multi, iidemque Nobiles, Æquites, Comites, Marchiones, & alij præclarissimi ducebant Viri, urbanæ gratitudinis in eum signa, officiaque exequi: secum deducere, illorum domos invisere, in cella alloqui eum ad Villam, agrumque invitare; ut vel sic eximio Viro fruerebatur. Ille tamen, ad hæc difficilis semper fuit, constans se subtraxit, nec pervius ad eum ingressus, accessusque fuit, nisi se media charitas, ac misericordia intròmitteret. Præstò tunc erat; agilis, promptus obabat. Nec piger, si opus foret, cursitare per vicus, frequentare domos recusabat: aliter tamen proximorum valens necessitatibus subvenire; domi, cœllæque reclusus explebat.

Ad hæc, cum ambitionis, avaritiæ, mundialis gloriæ vitandæ causa devinxisset; tum puritatis, castitatisque studium. Excelluit in ea planè (Lector optime) & spectaculis, quæ eam infestare solent, per totam vitam substractus accuratissimè est. Modestia enituit singulari; haud parvo subijciente labore innatam sensuum promptitudinis libertatem: undè sceminarum perpetuo studuit vitare colloquia, nisi charitas (id quod plurics, nec pro minimo contigit) id exigeret. Ast tunc ad instantia raptus, extraneis machinamentis nullus patebat locus; invicem iuxta regulæ nostræ præscriptum, pudicitiam custodire solitus. Corpus suum ita sollicitè custodivit, ut cum ipse, non nisi necessitate impellente contingeret, ab alijs, curationis tantum gratia, permisset: iamque morti appropinquare suspectus, enixe Converterum fratrem, qui ei adhaerebat, rogavit, ut ea circumspectione, cautaque componeret reverentia, quæ, ipso adhuc vivente, vel modestissimum quemque in nullo offenderet.

Verùm, quia apud se constitutissimum à puero fuit exteriorem, cautamque curam ad tantum asservandum thesaurum, ut altissimo devotum expedit, minimè satis esse, nisi lolium concupiscentiæ ab ipsa radice proscindere; temperantiam nedùm; verùm rigidissimam abstinentiam, parcitatemque ex tunc decrevit. Eximius in ea fuit, egregia, robustissimaque in contrarium natura, complexionemque vocantibus: at eo admissus est spiritu, ea contentione apprehendit, ut inter tot labores, vigiliis, studiorum conficiationes, quatuor tantum uncijs omnium eduliorum pro integra die contentus sit. Ieiunia Ordinis, satis proluxa, perpetuo, plusquam leges, ut liquet, iubeant, coluit: qualitatem cibi, quæ cum modicissima sit, tum futilis, ac debilis, longo sibi usu, ista gratiam, ac familiarem effecit, ut stomacho sibi foret, si vel alia edulia coram ipso nominarentur, & quod gravius illi erat, ut mutaret; indulgentiam, quam prudentissimè cum debilibus, strenuèque pro Ecclesia, saluteque proximorum laborantibus Religio concedit. Infirmiitates, easque peracutas, parcitate cibi, rigore ieiuniorum subijisse constantissimum apud universos fuit: at propositi tenax, qua fortitudine, atque animi tolerantia sustulerit; quis enarret? Experiri certè à puero cœpit, & cum Compluti, tum Collegam, studentumque moderatorem ageret; tum Salmanticæ Præceptorem, Magistrumque Theologiæ

SYNOPSIS VITÆ

Sacræ. Ea de ipso Phisicorum assentatio fuit terribiliores in eo, ob indolem delicatissimam, esse, & crudeles, truculentissimasque excitare molestias, & ad intima usque dolores, quos patiebarur, ob sensum acritudinem, vivacitatemque penetrare. At si ex his candoris animi ipsius, antiquæque virtutis misericordiarum Pater probatorium extrueret: ille tamen qui patiebarur magna mentis serenitate positus est. Procul ab illo lugubria *heu*, anxij clamores, gemitus tristes: aliò ascendebat, reponebat aliò; *dolorum*, solitus dicere, *angustiarumque, quæ me præmunt, occurfus multi, contrarijque sunt: sed providentiæ Dei, mensuræque tranquillum peto: reponor ibi, illam reveor, conformor ei, de his, quibus crucior, non curo.* Hinc cupientibus ipsum relevari, ac desiderium, eximij viri amore, referantibus, infracto animo respondebat: *Fiat, quod placet in conspectu Domini.* At id ipsum iterantibus, ut iniuriam suscipiens, mutata tantisper facie adijciebat: *Ne queso a Domino petatis salutem meam, sed ut largiri dignetur, quod ad sui nominis refert gloriam: id nobis utilius, honestiusque debet extimari, quod decreverit ipse, ac consilia, iudiciaque ipsius, summa animi demissione venerari.* Sic despexerat ea, quæ placent oculis carnis, ut super omnia augeter pignora mentis: quæ parum religiosæ provectioni deferunt, nisi solidata, correctaque fuerint sub Prælatorum obedientiæ iugo.

Hæc, ea se demissione, ac confidentia subiecit, quas profunda in eo humilitas dicitaret; ac de se nihil præsumens, ex toto se, suæque omnia indiscreta assentatione voluntati Prælatorum Religionis suæ, atque Ecclesiæ devovit. Nulla libertas, facultas inerat nulla superiorum iussa interpretandi, temperandi mandata: id firmum apud se tenens Prælatorum placita dijudicanda non esse, quos in Ecclesia sua Gubernator omnium, uti in Mundo, superiores præfecisset, cum iuxta Apostoli verbum spiritualis iudicet omnia, & ipse iudicaret à nemine. Summo honore cum præcepta, tum, & præcipientes ipsos complexus; quæ ab eorum placito exhibent, negligentia haud quaquam obrepabant: nec omnia placuerunt ei: optime quippè noverat inter hæc, illaque discernere; immò Prælatos, maioresque suos debere de aliquibus convenire, & ad meliora quæque corrigendo adhortari. Sed ea animi modestia, humilitate cordis, supplicij reverentia admonebat, ut expleto charitatis fraternæ, insimul paternæ officio ad ipsorum pedes provolveretur, veritus, ne vel in minimo à debito Prælati excessisset obsequio. Hæc edocuit opere: hæc verbo, cum de his conveniretur, dicens: *Quod si iustum id, æquumque oculis hominum appareret; tale forsitan non probaretur in conspectu Dei.*

Hæc itaque suppellectili locuplex, & pecuniæ Dominicæ sorte dives Emporium Salmantinarum Scholæ petivit morcimonia in Doctoris munere capitalis adaucturus cum usura sine fraude. Nihil ex tunc remisit à pristina vivendi ratione, & austeritate: nil ab orationis frequentia, solitisque corporis afflictationibus nihil detractum voluit; quin, & maiores his addidit, & frequentiores. Somnus illi brevior, ac levior ad duas horas tantum contractus; assiduæque vigiliarum frequentatione, & tractu in eam consuetudinem redegit corpus, ut, & legere, meditari, orare, aliæque muneris, & professionis suæ expedite, ac promptè exequi valeret officia; tametsi quatuor, ac sex etiam diebus minime somnum carperet. Illo, ne præmeretur cum cibus parcius, ac vilior esset; pane nihilominus, & aqua tantum quibusdam anni abstinebat diebus: ea arte industriæque usus, ut cum inter Fratres, eosque ex officio condecoratos aliquibus etiam delicatioribus cibus recreatos accumberet; ita se gerebat, aliorumque illudebat conspectui, ut cum nil præter panem, aquamque gustaret, cibari omnibus crederetur, quibus cæteri Candidati. Hinc à superfluitate cibi alleviatus productior ei oratio erat, & ardentior, diuturnior silentij, cellæque Religio. Ad breve tempus, ob tantillum exesuantis animi levamen spariari diebus aliquot solitus, ea erat præditus gratia, eo sale facetias condire studuit, ut Fratres, qui obsequebantur, cum lætos, exhilaratosque dimitteret; tam ad ea, quæ studij, orationis, universæque religiosæ observantiæ sunt, devotiores, animosioresque

que ab eo exirent. Id quod, cum longo experimento didicerim, aliorum etiam attestatione cognovi, qui genebundi post tanti viri obitum amissionemque despectos solebant mulsitare: *Hæu, hæu, nobis! Quando, vel similis invenendus ei est! Habebamur, & accendebamur nescientes qua vi, qua inspirante agebamur virtute.*

Erga D. Thomæ doctrinam Angelicam, quam in re Theologica Compluti sub Eximijs Professoribus RR. ac Sapientissimis PP. Fr. Andræa Maroto, & Petro Palacios, in Episcopatu Accitano antecessore suo, hauserat, qua, & à patre instructus est, mirè afficiebatur: à qua, vel minimum aberrasse, vel recedere summa semper ei Religio fuit. Id, quod, cum semper, insigne exposuit observantiæ suæ erga Præcept. Ang. *Tract. de Scient. Dei necessaria, Disp. I. Dubio 2. §. 3. num. 15.* Totum se illi deinceps addixit: ac in uno tenendo, tenendo, assequendo, tradendo, illustrandoque assiduus fuit Aquinate; cuius, & accertimus extitit propugnator, fidissimusque, ex quo publicæ se luci dedit, audit Interpres. Furtivas omnes incertæ, vel levioris doctrinæ semitas averfatus; curiosarum, ac futillum quæstionum ambages, concertationumque vanitatem inutilium aspernabatur, regia una Thomistica, & in Scholasticis, & in Moralibus turè incedens via. Nec tamen ita se uni Scholasticæ permisit Theologiæ tricis, & sentibus, ut, & rhoricæ alteri se subinceret, quin eam ardentius complexus est; neutrius tamen terminis detentus. Nec ad Ethicæ limites coarctatus, ad polemicam se contulit, Scripturam Sacram, Concilia, Historiasque omnes assiduè versans: haud prius parcissimo cædebat somno, quam sacri, probati que Libri è manibus repetitò exciderent. Ab opere vacavit nunquam: & dum digniori, graviorique studio ad horam se subtrahit omnigenæ, & pietatis, & eruditionis indulget libris, undè, & vitam suam, proximorumque erudiret, & singula quæque promptius, expeditiusque illustraret. Indefessus ei labor in oblianda, repurganda, eruendaque veritate fuit: legebat, assentiebatur, reponebat, conferebat in invicem, ut claram, perspicuamque exhiberet (quod sui muneris esse aiebat) disciplinam Tyronibus, doctrinamque provectis. Memoria adeo tenax, ut quæ puer, juvenisque degustasset, ita defixè teneret, ut relegere non cogeretur: subtilissima, promptaque intelligentia: qua, cum prima degustatione inferiores Theologos assequeretur; in uno D. Thomæ multiplicem repetere cogitatum arbitratus est; doctrinarum Abyssum præ abundantia, celsitudine, profunditateque exhauriendam nullam operam superfluere, & quavis adhibita, ampliolem, seduliolemque reposcere. Tantus ille est: nec futilem, ac otiosum laborem in eo introspicendo reprehendit; quin maxima ei peperit emolumenta.

Doctrinis igitur S. Doctoris formatus, stylum brevem, sincerum, pervium omnibus imitari adortus est; indignum Magistro reputans obstrusis vocibus, repetitis veritatem occludere; fastidio exosam reddere auditoribus. Id verum affectus ne fuerit; cum ipsa Theologica reclamant opera, tum, & opuscula in materia morum verbo, scripto edita; sive mandata Typis, sive in codicibus asserata. Nesciebat nisi, permittente materia, demonstrando loqui, & scripta sua solebat dicere quatuor filis esse confuta: ex quo dictamina ipsius, atque iudicia, erga qualibet illa fuerint, ita universorum assentationem traxerunt, ut ni veritati, luce media, ut dicitur, vellent offendere, eisdem evidentia aquiescerent, vel convicti. Hinc Scholæ, doctissimorumque Conventus in adversam deducti partem, cui subscripserant; re deducta ad Joannem nostrum, & in alteram declinans, ita lucide, firmiter, nervosse solitus fuerat constabilire, ut eos, cum demiratione, ac Deo pro tanta sublimitate agentes gratias, iudicium mutare cogeret, ad proprium transire. Hinc cuiusdam sapientissimi ad Aulicum quendam gravitatem, maturitatemque iudicij ipsius in agendis causantem responsio: *Aut eum, aiebat ille, Dominatio V. sibi relinquat, aut venerando ipsius sequatur dictamina: ita enim fundat, firmat, ac roborat, ut declinandi latebram, vel minimam occludat.* Hinc gratulatio Em. D. D. Ludovici Belluga, S. R. E. Cardinalis digni-

SYNOPSIS VITÆ

nissimi, tunc Episcopi Murciani. Accepta enim *Pastorali* Joannis nostri *de Pœnitent.* in qua ad quæstionem vocatus num pœnitentis dispositionem amor aliquis debeat commitari? Affirmativam partem ita elucidat, probat, ac munit, ut scripserit Em. Cardinalis: *Ecclesia Christi nibilo amplius spectato terminare potest, ac definire amorem Dei inchoatum pœnitenti, ut debito modo accedat, necessarium est: quippè Dominat. Vestra Ill. veritatem hanc in Pastorali sua evidenter ostendit, ac demonstrat.* Perspicuitati brevitatem (contrarium exteris in Hispanos culpantibus) propugnando, reponendo, exponendoque coniunxit. Et Domi quidem quotidianæ interiens iuniorum exercitationi ita breviter, succinctè obiecta, responsionesque moderabatur, ut in una tantum hora ad octo usque expediret, magna convenientium utilitate. Subharrata demum doctrina sua probatur 4. illis dotibus, quas exolvit suus Ang. Præcept. *brevitate, nimirum, copia, claritate, & profunditate.*

Foris in theatro, concioneque videndus, nunquam congressurus repente apparuit, sed post diurnam secum Domi, Cellæque quæstionem. Nil adversus veritatem poterat: sed pro veritate tam fortiter, ac potenter pugnavit, ea vi, ea efficacia adversam imperebat partem, ut sagitta ipsius retrorsum nunquam reverta sit. Transfigebat planè, vim veritatis perspicuam ad medium ducens: ea tamen foelicitate, ea omnium, illorum etiam, quos impetebat, probatione, ut singuli referrent gratias, excitarentur omnes, demirarentur viri celsitudinem, ac subtilitatem. Fallaciæ longe ab eo, ventosa systemmata; (quod minus doctis solemne est) quæ cum obriere, veritatem obscurare soleant, & hamunculum Tyronibus, fiscinullamque parare. *Non decent hæc, aiebat, virum Theologum, nec veritas, ut Cornicula, alieni coloris indiga est.* Discoopertis, ut dicitur, fronte, corporeque aggrediebatur, primo icu cogitationis vim aperiens: configebat secundo; tertium repetere non oportebat. Hinc omnes decantabant triumphum: palmam deferebant. At licet tantus ab omnibus habitus, eosque, si non gradu, anteiret & merito; humiliter adeo de se ipso sentiebat, ut nulli se non inferiorem arbitraretur. Ex quo tanta illi in arguendo, respondendoque lenitas, & modestia fuit; ut nec provocatus (acer licet, promptissimusque ingenio) aut concertationis unquam fervore arreptus, verbo quemquam læsserit, pupugeritvè. Astum, bilemque innatam indoli longo sustinentiæ usu temperatam fecit: nec aliorum disputando dissonis impetitus verbis accendebatur, aut reponebat, solus si tantum ipse opprimeretur, non veritas, quam tutò veller repositam esse. Hanc toto connatu, affectuque sectaturum à puero decretum illi fuerat, solitus dicere, *se nunquam ad illam exquirendam, defensandamque actum, quod ab his, illis vè viderit oppugnari: dignitate ipsas tantum, Dei gloria, proximorumque utilitate; apud se constituto, offensam coram se nunquam permissurum abire, cum in omnibus, tunc maxime cum Theologica foret, expugnarique procaci animo levibus, atque è cerebro profectis rationibus cognovisset: ac sive in Scholis, sive domi, intra, extra vè sodalitiū nostrum totos editurum nervos, ut defenderet, vindicaret, confunderet ossores, cogere respicere.* Hæc, aiebat, *Deo debentur, veritati, proximis nostris, ut vel hinc correcti discant ventosi sophistæ vana, aranèosaque contemnere, FP. placita, ac doctrinas amulari, & sequi.* Nec verbi tantum venditor extitit ille, & non factor: id quod cum ex munere Doctor pluries Salmanticæ exolverit, tunc Episcopus constitutus ad regendum Ecclesiam Dei, doctus superbientium cervicem flectere, ingenioque lascivientium insciriam suam in theatris, confesibusque solemnibus blande, ac modestè conveniendo; doctissimè, cum opus, ratioque exposcerent, ut faterentur cogere. Sic ad veritatem afficiebatur, agebaturque amore ipsius, ut eum generem probaturus quis esset *Veritatis Ordinis* alumnum; legitimum Sanctissimi P. N. Dominici pectoris flatum, & foetum; Præceptoris Angelici sincerum, ingenuumque Discipulum. Iam verò Æconomiam Scholæ suæ Angelicæ ea diligentia, sollicitudineque administravit, quam Principis, ac Præceptoris sui merita, commendationes, præconia, ab Universitatibus, DD.,

sum-

summisque Præsulibus profecta vendicare conspexisset. Nulli labori, cogitationique parcebat: non algor, ælius vè retardare soliti, quin optimi æconomi vices ampliando, promovendoque Magistri Angelici Discipulos, Scholæque ipsius affectas, expleverit, iustitia cum primis, æquitæque semper præeuntibus.

Nec Joannem nostrum Scholastica conflictatio, pugnaque sic adstinxit, ut à salute, solamineque proximorum retraxerit. Sic adamavit cellam; atque tum ab exterorum, tum, & à communi, frequentiorique Fratrum usu se subduxit; ut pœnitentibus, affictis, miseris, atque egenis præsto fuerit: occursum facili, & alloquio. Exquirebatur ab omnibus: nec arduum occurrebat quid, ac difficile, quod sapientiæ, prudentiæque ipsius non committeretur: ita universorum pervasserat aures, animosque eius opinio. Ita sanè: fortuitaque quam plura, cum funestissima; tum vitæ, honorisque exitium ex templo minantia intrepidè aggressus, ac in Domino, ob cuius gloriam hæc aggrediebatur, strenuè consilius, subito utilia advocabat, prudentissimè utiliora, collatione habita, complectebatur; ac impiger ad opus, executionemque se committens, ita cautè, propere ad effectum, finemque ducebat, ut obviam ret cladibus, honori, famæque consulere. Mira in consilij dexteritas ei fuit: delectus promptior, agilior, promptissimaque executio. Talis in his; nec ab similis in cæteris. Nec intra Salmanticæ ambitum pietatis, misericordiæ, charitatis denique officia executus est; foris exiens, villas, ignobilia oppida, vel fortè transiens: atque uti Angelum ex nomine, fama, conversationeque auspicantes, exponendo committebant. Intererat omnibus: moras patiebarur nullas; ardua, si opportuisset, itinera arrepturus. Magnum quodam, labente tempore, discrimen imminere auspicatus, quo plurimum (ut res habebat) scandala sequerentur, Dei clementiam, quo malum interciperetur exorandam censuit, pijsimæque clementiæ Matris potentissimo librabit interventu adeundam. Consuluerat quemdam sibi cum probatissimum, fidelissimum item: cui postea ingenuè confessus est tepidum, argentemque se intrò animadvertisse: certoque affirmavit, pro tunc malum adhuc excursurum fore: & ecce, nescio, quo agente, finem, aliquantulum post annum, optatum fuisse consecutum, re ad ipsum deducta, relicta prudentiæ suæ, promptitudine, operis efficacia confecta. His, similibusque Joannes noster addictus toto tempore Doctoratus sui, quem ad 16. usque perduxit annos, tres Primariæ Cathedræ substitutioni impensus, ac tredecim Vespertinæ munere proprietarij; maximis virtutum in eis augmentis ditatus est: quibus sui nominis claritas, & opinio cum per totam vulgata fuisset Hispaniam, tum Regiam Curiam, Aulamque penetravit. Volitabat per omnium ora: dolentium tantum Virum intra Claustra Religionis, Scholæ vè Salmantinæ detineri; exiguam declamantium ditionem, unam, item aliam tantæ hâci, tantæ sublimitati. Regios Consiliarios præoccupavit vox, qui Præsulem Oxomensis dudum Regi Catholico denuntiaffent, nisi, & ipse tam humiliter, quam promptè, cautèque impedivisset. Indulssere tunc rogantis humilitati; nec distulere tamen, quin serenitati utriusque, Regis, scilicet, & Reginæ præstantiam, probitatemque viri ad maxima moderanda expromerent. Cum autem Catholicus Princeps Curie abesset, Serenissima Regina eius uxor Maria Ludovica è Sabaudia agente Accitanus Episcopus dictus est, 16. April. anni Domini 1706. 19. eiusdem mensis; Feria 3. *Hebdomada Sancta* Nuntio Salmanticam adveniente. Appositè in illa die, atque Hebdomada: ut qui in eadem præfuras mundi huius subiturus intrasset, amarissimas in ea supportaturum conformis Pastorum Principi agnosceret destinari.

Maxitudo maxima tali nuntio apprehendit eum, tremorque possedit; obruendus planè, nisi Regiam convenire clementiam, benignitatemque decrevisset, ut ab importabili onere eximere dignaretur; cito incidente consilio,

SYNOPSIS VITÆ

quod iam pridem conclusisset humilitas eius. At ne congratulationis officia molestissima sibi amplecti cogeretur, aliaque lætitiæ, atque exultationis signa; eam villulam petiit pedester, ut homo ignobilis, ac penè rusticus; arbitrans, electione cellata, eandem facilius effugere posse. Pergebat itaque uno adhibito iocio: & transmissa supplicatione ad Catholicam celsitudinem, duos Eximios Viros, alterum Supremi Senatus Castellæ Præsidem D. D. Franciscum *Ronquillo*, alterum Provinciæ Hispaniæ N. Ord. Moderatorem, Virum sapientissimum, ac prudentissimum Mag. P. Fr. Bernardum *Cano* interposuit, ut pro se loquerentur, coangustationique ipsius obvenirent, si possent. sed ecce viator noster de resignatione amplectenda à Catholica Maiestate parum confidens, & ad Episcopate onus subsandum timescens cogendum esse; toto pallet ore, lingua, oculisque turbatur; totoque deficiens pectore, & animo terram cadit, iocio angore maximeque contexto. Ad se demum, oratione ad Deum fussa, subsidioque socij reversus, villam pervenere; tantillo convaluit, tristitiam temperavit, atque mærorem. frequentissimè verum impetitus, viribus, menteque consternabatur, illud devotus Monachus, ac demissus Doctor usurpans, quod Archiepiscopo Ravennati humillimus scripsit Gregorius: *Quid est, ait ille, potestas culminis, nisi tempestas mentis*: & quod Divini iam olim concluderunt PP. *Episcopale, nimirum, onus formidandum esse humeris etiam Angelorum*. Hæc igitur Joanne nostro in solitudine sua amaro vicissim animo volente, litteræ suæ per patronos ad Reginam delatæ sunt: sed electi præstantia, ac probitas Regium sic devicerat animum, ut Eximij Viri, ac de Regia benignitate in pluribus benemeriti repulsam facile passi sint; iteratoque Regio rescripto, Joannes noster Episcopali oneri, atque honori arctius præceptorum indictione adstrictus. Gravior eum occupavit mæritia, amariorque conclulit, uno tantum ei effugio patente, posset ne, videlicet, Regia Maiestas imperio suo, atque præcepto, ut Sacerdotali oneri supponeretur, ligare? Respirare coepit tunc, & tenuem auram vitæ resumere: re tamen apud se oclusa, nec cuiquam, roganti etiam manifestata, uni amicissimo sibi detulit, utique, & Sapientissimo sæculi nostri Viro, R. Adm. P. Mag. Fr. Michæli *Perez*, Ordin. Mag. P. Basilij, in Schola Salmantina iam olim Professore Primario, Angelic. Mag. observantissimo Discipulo, fidelissimo mentis ipsius Interprete, eius Doctrinæ accerrimo Defensore, & Vade; & in tota Hispania ob eximiam in omni disciplinarum genere eruditionem, ac iudicij maturitatem, meritis, iure, atque Magistro. (de cuius recenti obitu lachrymæ, cum nedum ab oculis nostris defecatae sint, nec credo defecandas) Tanto igitur, multisque amico probatissimo rem aperit, pandit quæstionem: sed ille, cum in singulis peritissimus, tum in rebus magni momenti dijudicandis apprimè expertus; perpicacè demonstravit præceptoriam vim in hac etiam parte Catholicæ Regine litteras continere, ex ea radice trahentes vim, qua per Sanctam Sedem Catholicis Regibus facultas indulta est, ob maius commodum, amplioremque Ecclesiarum utilitatem Præsules in Regnis suis eidem S. Sedi præsentare. Aquievit humilis Joannes noster iudicio, hortamentoque amici fidelissimi sibi: & Prælati Ordinis insinuatus, reverenterque submissus, Pastoralis iugo humerum subiecit ea fiducia roboratus, quod invitus traheretur, qua strenue, ac viriliter semper de Dei gratia confusus est, potentissimoque ipsius adiutorio.

Ab incunabulis ferè confixus timorè illius, qui aufert spiritum Principum; se ipsum, omniaque sua nihilo deputavit: pertimebat in omnibus, ac verebatur. Inter hæc verò ita incedebat, ut gratia Dei, ac misericordia defixus timorem excuteret, qui à pusillanimitate venit spiritus, temperaret audaciam, fortitudinemque accingeret. Hoc lorice scuto fortia, terribiliaque aggressus est, labores devicit, calumniantium compressit ora, exilij, submersionis, mortis denique pericula obiit, factò in plurimis, hisque difficilibus comprobans quod *Isaia 40. præcinnit Isaias: Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem; &c.* Ita sanè *vers. 31. intrepide, perciteque exequabatur, quæ sui muneris esse Præsul, Doctor, devotus Monachus arbitratus est, ut non eum, hominem denique, crederet quis;*

sublimioris profectio, ut erat, naturæ extimaret. Gratiæ quippè creditur viribus succinctum aggredi: qua ita de Dei credebatur fiducia, tali fruebatur mentis securitate, ut non semel, edixerit: *Erga bonitatem Dei, & misericordiam, ita affici, propitiaturamque sibi firmari, ut ne ulla quidem pateretur tentamenta, experiretur perturbationem, anxietatemve circa aternam salutem.* Hinc in augustijs, infirmitatibusque acutissimis de more exitum de corpore comminantibus requisitus, strenuam, virilemque constantiam præferebat, dicere solitus cum Propheta Regio: *Paratus sum, & non sum turbatus;* ut vel hinc discamus arctam cum Altissimo necessitudinem, amacitiamque innivisse: quippè de amicis, experientia teste, maximè, ac maxima confidere, sperareque solent homines. Ea itaque confortatus vires, operasque intendit, ut quæ infulatus exigeret, opportuno tempore præpararet.

Urbem igitur ipsius deducta profectione ea benignitate suscepta est, & confirmata, quæ Supremam Sedem, ac electi, ut è supernis suggestam, multifque probatam assumptionem decebat. Accinerunt in ea, nimirum, novissima primis, quibus à Deo ad Episcopalem honorem evocatum fuisse haud despicenda edidit coniectura. Certo quippè, ac magno fide constitit testimonio religiosam matrem Joannis nostri Religioso viris asseruisse confessario tenellum suum (erat quippè tunc puerulus) Joannem in Ecclesia Christi Præsulem inaugurandum, ac Pastorem præficiendum: id quod asseruros, addebat, omnes, qui prænovissent, quæ ipsi, dum in utero gestaret, obvenerint; quæ, uti prudens, & modestissima foemina, tametsi nunquam deprompserit, persuasissimum sibi de cætero, ut tenuit, asseravit. Sed & novem ante profectionem annos cuidam ipsi fati indiviso, ut ex angore respiraret, ac maxtitia, qua præmebatur, dum ea quæ honoris, prælationisque sunt, audiret, vulgatum est deposuisse sub Sacramento, à Domino intellexisse Accitanæ Ecclesiæ Præsulem consecrandum ad tempus fore. Id quod octo ante assumptionem mensibus iteratò ipsi manifestatum fuisse eodem pacto eidem sibi familiari aperuit; quod superiori lumine, omineque didicisse, cum ostenderit eventus; tum Accitanam Sedem utriusque tunc temporis Pastorem habuisse, nec suspicionem aliundè obgeneratam Pastore orbendam fore.

Confirmatus itaque à SS. D. D. Clemente XI. Consecratio Matri soli solemniter celebranda, plurimis Magnatum optantibus, decreta est. Iter in Curiam capturus eximium reliquit posteris humilitatis exemplum. Nam cunctis colachrymantibus, quòd Fratres tali orbarentur parente, cæteri tanto cum Præceptore, ac Magistro, tum in singulis funeste emergentibus solatore, ac Patrono, hoc supererat, ut abeuntem, ad solatium, complecterentur, ac consueta saltem solemnitatis obsequia, officiaque Candidatis, cum Scholam Salmantinam excedunt, Episcopalemque petunt Sedem; commonstrarent. Ille verum, ne talia, quæ gloriam, honoremque certò præferunt, vel invitus, reluctantisque susciperet, accelerat profectum. Mulæque stramento vili compositæ insedens, solus, persusus licet lachrymis obtenerum, charitativumque erga fratres suos, universamque Salmanticam, amorem, fugijt. Animadvertunt fratres, universi concurrunt, pestrepunt per Civitatem, Cymbala, Campanæque desinguntur profectui Doctoris celebratissimi applaudentia: at ille ira properat, ita exerit, ut exilem vim tumultus audiens, vocem præconiaque non audiverit. Regalem Curiam appulsus, & à plurimis, quæ turbata offerebant tempora, prudenter, celeriterque expeditus; ut vere pauperum pater, ac Ecclesiæ Christi Pastor Dominica prima post Octavas Paschæ, qua, lectione Evangelica Pastorum Princeps *boni* lemma te declamatur, ad domum SS. P. N. Francisci Capuccinorum de *Paciencia* magnificentissimæ domo Excel. Duc. de *Medina-Cali*, Patrini sui hærentem Episcopus consecratur, illo stemmate sibi præfixo, videlicet, parvum aratrum ferens terram scindendo; excolendoque, inscriptione illa longe antea à Poeta quodam elegantissimo decantata: *Sic vos non vobis*, super agrum, montemque stellato supereminenti Catulo. Regratiatis demum singulis, & de grege sollicitus commissio sibi,

SYNOPSIS VITÆ

fibi, iter immoratus arripuit; salutavitque Ecclesiam suam Feria tertia Penthecostes anni Domini 1707. qua die Evangelica lectio verba Salvatoris decurrit dicentis: *Ego sum ostium*. Quæ verba Accitani intenta, devotaque mente penitantes, decantataque in die Consecrationis subtiliter his conferentes; per *ostium*, quod Christus est, piè crediderunt Præsulem suum ad gregem Christi pascendum intrasse, & eo dirigente, & hortante salutis suæ Pascua inventuros esse.

Cum sedisset igitur in domo sua, ipsam cum primis ordinare studuit; ut doctrinæ, ac morum probitas in ea culta, atque enutrita, in cæteros se diffunderet. Sub profunda igitur humilitate locata, & arctissima paupertate erecta, saluberrimis institutis communivit: quæ ita observari intimavit debere à cunctis, ut ne unquam frangi permiserit ab aliquo; verum ne ullam alicui dispensationem quandoque concesserit. Id quod tolerabile familiarium disuetudini fuerit, cum institutor, moderatorque eorum, observator eorundem fuerit, vel rigidissimus ipse. Ornatus domi nullus: sui, familiæque, cum modicus, ne vilis dicam, modestissimus. Victus, cum parcior sibi solito foret; familiæ parcus, Religiosusque fuit: nihil ibi lautum, delicatum, accuratius conditum; nihil non familiæ, ac Domino diligentius conquisitum, studiosius procuratum: communia omnia, omnia sincera, paupertatem, humilitatemque olentia. At ne ingrata quidem austeritas, modicitasque apparet cuiquam, discretionem etiam constituit inter diem, & diem; quotidianamque mensuram condire studuit verbis, devotione, spiritu, misericordiamque plenis. *E patrimonio*, aiebat, *pauperum alimur*: *¶ illi plurimi sunt, maximaque inopia coangustantur. Quid ergo? Sufficiat nobis parca, ac mediocriter vesci; quandoquidem nec illi, ut scimus, panes quo ad sufficiat, saturari valent.* Nec fugiebat præterea ipsum familiares suos, & sæculo, claustroque assumptos, quandoque separandos ab ipso: & utrosque tali oportere moderamine uti, ut illi ad gradus Æconomiamque Ecclesiarum proveci, subditis sibi exemplo forent; & illi, ne in domo Episcopali Religiosam amittentes institutionem, quam didicissent antea; reversi ad Claustrum, cum molesti alijs essent futuri, tum sibi ingratam, exosamque vitam agerent. Familia parva, numerum septenarium non excedens: omnes circa, propèque ipsum erant; nec præter Cœcum, alij, quos *infra gradum* vocant, domestici fuerunt. Hos ita restrinxit, ac domi manere statuit, ut nulli, nesciente ipso, egredi, præter ipsius Vicarium, Apocrissarium, Cappellanumque præcipuum liceret. Hinc aperuit viam sedulo orationi, studioque vacandi: quorum usum, laboremque cum sui primitus hortante exemplo, tum verbis indulgentia, suavitate, gratia denique multis temperavit, reddidit delectabiles. Illorum se, cum in omnibus Præceptorem exhibuisset, tum facilitate, modestia, ad ipsos Condiscipulum; nil austeritatis, præcellentiæ, potestatis egit ad eos: Magister humilis ad charissimos sibi Discipulos: Pater denique ad filios, quos tenere diligit. Sic eos devinxit sibi: sic ad omnia virtutis exercitamenta pellexit; ut domum suam non Principis extimaret quis, sed optimæ in Ecclesia Christi recentè institutæ Sacræ Religionis. Renovata videres tempora Ambrosij, ut vox ferebat, Augustini: ex domesticis familiæ conjectares Patrem; nec minus promitteret quis, qui eundem prænovisset.

Domo itaque sua Religiosè disposita, ipsiusque, uti, & sui, cura minime prætermissa (quippè ex tunc humilior, devotior, austerior sibi, parcior quam antea, nisi quid studio Sacrorum Canonum, ac PP. è quorum dictis, ac factis agnoscuntur producti, dicatio) totam sollicitudinem, & operam ad Ecclesiam suam transfudit; forma factus gregis sibi comissi. Indutus itaque misericordiam, viscera, & charitatis, quam pacem consequi exploratum est; hanc in primis inquirendam proposuit, persequi, & ampliare. Dignitati suæ ita consuluit, ut se cunctis inclinaret, recolens potestatem ad edificationem traditam sibi esse; ad destructionem minime. Hoc Capitulis Accitano, Bazensi, aliisque Ecclesijs proposuit: unde nil de primitus piè, sancteque constitutis innovavit, nullas adhi-

adhibuit leges; præcepta coaugmentare tam longe fuit, ut si quæ prædecessores ediderant illico abstulerit: *Hæc enim, aiebat, gravant subditos, dubia aggerant; excitant lites. Non hic spiritus Aeterni Pastoris, qui tam arcte, sollicitèque pacem commendavit: Apostolus multa monet, pluries adhortatur, pauca, rarèque per se præcipit; ille vigilat, non aquiescit; instar solisque percurrrens omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerit.* His confissus cum eodem Apostolo hortabatur singulos, ut quantum fieri posset, cum omnibus pacem haberent. Contentiones, emulationes, rixas restringere, ac vitare inter subditos egregiam navavit operam, sciens quod festuca facile adoleat in trabem, magnamque animarum ruinam, ac stragem inferat. Mira in eo eluxit prudentia, solertia multa, nil præteribat ipsum, nil, nec minimum latebat. Gregatim, ac per myriadas litigantes, cum primum Accitam appulit, confluxere, nocte, & die quærimonijs, litibusque insonantibus; verùm ipse per se Administratosque temperavit ita, atque convicit; ut cessante strepitu, rescisis appellationibus, expensisque sublati molestissima iurgia, illaque perantiqua terminaverit, partes pacificando, & omnia, ut Christianæ charitati congruant, amica brevissimo intervallo reddidit. His perspicuum universis factum est, quo spiritu recturus esset, quo moderamine usus, impigrè obviando, ut litibus obviaret. Non se continebat domi, universis præsto aderat: nil indignum reputans, indecorum atque; dummodo amica omnia firmata pace consisterent. Sic super eum veniebat *benedictio perituri*: sic Præsulem, atque Ministros *Sancti* nomine aclamaverunt non semel Populi.

Humanitate ista erga subditos viam reformationi, profectuique ipsorum complanavit. Non dormivit, nec acquievit ex quo humerum oneri supposuit; erectisque in Coelum oculis exterritus, & conquassatus veluti, sæpius exclamavit: *O onus! Ad portandum difficile, periculosum, laboriosumque nimis, quò gravat, urget, atque urit, assumentibus; inexpertus requiem ullam, donec inviseret gregem, oves cognosceret, Dioecesim totam lustraret.* Quam autem in ea lustranda institutionem præfixerit, paucis percurrendum est. Humilitate contemptuque sui deiectus; paupertatem sibi, socijs, ac familiaribus viaticum præparavit: talibus Officium, characteremque suum insigniendo; usque ad finem decorando. Nil sericum in domesticis, ac familiæ Domino refulgebat, nisi cum Episcopalia impleturus esset munia: in nullo familiares à Clericis, vel pauperrimis distinctidès, nisi quod humilitate, modestia, mediocritateque, cæteros præcellerent. Mulæ humili infirmitatibus fractus innitens ipse, humilioribus, hisque casu obvenientibus cæteri incedebant, distantibus oppidis: sed propè, omnes pedestres, ipso præcedente, Mirabantur universi, obstupebantque Præsulem Emeritissimum tam humili apparatu videntes circumcursare; argilla, pulvere, æstu, frigoreque infestantibus alacrem circuire, & intrepidum; memorem illius, qui itinera sua per vicos, & Castella confecit Evangelium Regni prædicans: ex itinereque lassatus tandem, ad fontem Samariæ sedit. Urgebant Nobiles, atque divites miserati sortem ipsius comparare fulcrum: hoc enim, & levamini, aiebant, contritæ valetudinis allaturum suffragium, quam maximèque Episcopali honori delaturum. Quibus, altiori ipse doctrina, exemplisque eruditus, respondit: *Quod ipse Episcopus pedes (Hispane) de Infanteria esset. An Petrus, subiungebat, Apostolica Sedi detraxit, quod incesserit pedester nullo temporalis gloria subsistito-consipatus? An sanctissimus Martyr Torquatus, Petri, & Pauli Discipulus, qui primam hanc apud Hispanos Ecclesiam fundavit affectavit fulcrum? Et si ita oportet; quando à debitis expediar, annuam quomodo pensionem solvam, pauperes alam?* In hoc stetit; illoque, vel minimum displicuisse Altissimo ea est coniectura, quod infirma valetudine, clam ipso Medicis urgentibus domesticos suos, aliorum atque nobilium suffragia, expensasque deposcentibus, fulcrum ij, atque illi pauper procurarunt Ginno duplici subligatum, quo tantillo commodo agrum exiens corporalem aliquam exercitacionem carperet. Ne verò benefactoribus suis se præberet ingratum, acquievit;

SYNOPSIS VITÆ

& ecce cum primò duobus è familia assumptis conscendit fulcrum, vix illis domum egressis, minusculum cliyum auriga cum eo petens, retrocedunt Ginni, gravitat fulcrum, lethale currunt præcipitium; introeuntibus miserè perituris, si se morus quidam illico repentibus obiecisset, vallum, stationemque sublevasset. Periculo igitur territi, validisque conquassati ictibus domum statim repererunt: ac V. Præsul gratias Altissimo exolvens quod tam lenitè, ac blandè levitatem suam (ita, humillimus, ut erat, loquebatur) correxisset, de maximoque eripuisset benignitate sua periculo; sic familiaribus locutus est: *Nonne benè ego dicebam vobis, nec credebatis, Dominum Deum nostrum, SS. que Martyrem, & in hac Sancta Sede antecessorem meum Torquatium iniuriæ deportaturos me supernitentem fulcrum incidere? Ecce ipsi testes estis, convictique evidentia facti.* Reiecit à se statim: nec resumpsit, nisi duos ante annos, quam vitam excederet. Debilior itaque, & fractior assiduis infirmitatibus eò devenit, ut gregem invisere haud quaquam posset, nisi isto, priori omnino simili, levamine uteretur. Id quod necessitate compulsus admisisse argumentum est, exegisse tunc ipsum; nullamque adversitatem perpeßum esse.

Nullum præmittebat nuntium: huc intentus, ut insperatus adveniens rerum, personarumque statum pennicius, intimiusque dicognosceret. Ingrediens, egrediensque oppida, villas, atque urbes solemnem nunquam ritum affectavit; toleravit quandoque, vitavit dum licuit, clam, incertoque fugam, egressumque disponens. Diversoria taceo, ac præparationem annonæ. Ea stabilita in Accitana Diocesi ab antiquo noscitur consuetudo, ut Præsul eandem visitans apud Ecclesiarum se recipiat Æconomos ex redditibus, fabricisque earundem necessaria ad victum, Hospitiumque eidem, sociisque ministraturos. Hos autem, qui sterilitate Regionis, penuriaque rerum coangustantur, ob idque non domos, sed vilia incolunt tuguria, nequaquam humilis, modicissimusque declinavit Præsul; sæpissime lectuli indigus, rusticano argenteque operculo contentas. Cibus ad mensuram domi suæ immutatus; nisi quod aggressi, insipidoque condimento parabatur: ea denique modicitate ad posteriorum exemplum semper est usus, ut nec decimam expensarum, quibus prædecessores refecti fuerunt, absumpserit partem. Hæc verò libens, volensque perpeßus, ea fortitudine animi erat, ea erga domesticos cum mansuetudine, disciplinæ severitate; ut eorum pertæduerit nedum; vultumque ostendebat minus gratum; verum domesticis piaculum grande foret alia exquirere, clam sollicitare: inhibitum item, quantumvis egestate, penuriaque afflictos obmurmurare. Nil usitatum anteibat cibum, subsequēbatur nil: indictumque erat huiusce oblata sibi, ac comitatu, vel attingere. Confortare verum omnes non prætermittebat, hortari vè, ut æquanimiter pro Christi nomine tolerarent: vel si quando deiectos, tristesque deprehendisset, conveniebat verbis, exemplis confundebat, eorum terentitudinem exprobrando; ac spiritus validitate actus non dubitavit edicere se pro Christo formidare nihil, nihil perimescere, & ad sanguinis effusionem usque, mortem, cæteraque, si quæ imminerent pericula pro gloria ipsius subeunda paratum, expeditumque esse.

Institutionem hanc apprime, cum primo Diocesim visitaverit, observatam, sanctam de cætero esse voluit; ut de sui, ac familiarium inopia Diocesis omnes Ecclesias, pauperesque ditaret. Incredibile apparebat cunctis, undè tot emolumenta produxerit, usufas tot è Sacro detulerit patrimonio sine fraude; cum *milles mille milles* ex minimo, ut constans est, Ecclesiæ suæ emolumento Regales (de vellon) dictos in Ecclesias singulas torius Diocesanos liberalis, magnificusque profuderit. Exactam, fidelemque de Ecclesiarum bonis exigebat ab earum Æconomis rationem; exactione ista capitalia, etiam deperdita, constabilivit, coaugmentavit; usibus, quo ad sufficeret, Sanctuarij rependere effecit: quæ etiam ad id iussicerent minime, ex proprijs adæquavit, reposuit expensis. Non hæc alijs consistebat; per se rationem exigebat à singulis. Zelo domus Dei vehementer accensus omnes Sacras ædes renovavit: ex integro, necessitate

extorquente, erexit; mundari, exornarique satagit: refecit Sacra, atque augmentavit vasa, paramentraque singula, etsi minutissima, Sacris inservientia mysterijs, atque illa munda super omnia, concinnaque esse procuravit. Ad hæc hortabatur Parrochos, ceterosque ad Ministros; urgebatque, atque accendebat Populos: eoque adhortante (vivus, ac efficax erat illi Sermo) fidelium cordibus honesta, sancta, Sacra cum primis impressit, ac Religiosa. Aquiescebant ei omnes, & ab eius desciscere, vel in minimo, suggestu, non minimo præculo deputabatur. Quò verò pauperum substantia nihilofeciùs comminuta Ecclesiarum nihilominus deserviret profectibus, impulit, ut prædia communia, aggressiæque excolerent; ac in earum gratiam, & commodum, ipso semina ex Episcopali horreo ministranti, seminarent; plebanis tantum operas deferentibus. His laboris, industriæque suæ expensis Ecclesias omnes Episcopatus sui ita ornavit, ac pulchrefecit, ut domum Dei decebat; ipse Venerabilis Præsul iure, ac merito uni ex primoribus, quos Sacra commendat pagina, Historiaque, comparandus.

Tam vigili cura erga verum Christi Corpus repignoratus, vigilantiori, si remansit locus, erga mylticum eluxit. Nihil erga gregem mollitus est donec vultum pecorum recognosceret, & quid debile, robustum, infirmum, forte, solidum, fictitiumque esset, deprehenderit. Hæc autem qua facilitate, cum primo lustraret gregem, fuerit assequutus; præstantissima indolis, gratiæque ad intima dijudicanda donum ex his, quæ, vel leviter apparebant foris coniectari effecere. Conseruerunt certè in eo cum natura, tum, & gratia manus: dicere soliti, qui illius curæ suppositi erant, atque regimini: *Oportet nos interius, exteriusque honestè vivere, atque conversari propter Deum primo; ac deinceps, ut huius Præsulis subtiles, occultasque increpationes fugiamus, & conventiones, utpote, qui præteritorum præscius, futurorum etiam citè sit notitiam habiiturus; & in hoc libenter fœderaremur, ut præsentis cogitationis nostras agnosceret; non iam futuras præsciret.* Discretionis gratia mira effecit per eum, ut testes visu, experimentoque fidedigni attestati sunt. Cuidam namque valde sibi devincto quoddam manifestavit peccatum internum divinitus revelatum; quod superbiæ inordinatæ amore urgentibus à proprio cellavit diù Confessario. Illo autem convento, tam utiliter, quàm sincerè confiteri curavit, ac Confessario delecto, illoque de poenitentis assensu ab eo plene informato; planiorem Confessarius ipse reatum notitiam, ac pleniorè ex ipso didicit, quam ex poenitentis ore postea adeptus sit. Eidem discretionis gratiæ testimonium perhibuit experimento testis Salmanticæ superstes adhuc, qui, Præsulem Professore nunç Theologiæ Sacræ de pluribus consulens, quæ ad regimen conscientiæ suæ, difficillimarumque rerum moderamen spectarent, asserit, cordis sui secreta penetrasse, ac uno edito, cætera, etsi oclusa, cellataque nimis essent illico reserasse, promptam, expeditamque viam demonstrando. Hæc, eisque similia, cum frequentissima in vitæ decursu fuissent, persuasissimum effectum est V. Præsulem eximia illa gratia continuo fere donatum esse. Illa itaque, atque ingenio commisso sibi grege undecumque perspecto, quæ extemplo remedia optarent, providus adhibuit. Abusus, si qui obrepserant à sede vacante (quandoquidem Venerabilis antecessor ipsius Ill. ac RR. P. Fr. Petrus Palacios, Collega olim, Moderator Primarius, ac Regens Collegij Sancti Thomæ, apud Complutum sedulo, ut bonus Pastor evigilavit super gregem; optimasque celantissimi Pastoris expletis partibus, infirmitatibus præsus oneri pariter, ac honori summa omnium ædificatione cæsît) eliminando, repurgandoque statim proscidit, maturiorem interim deliberationem adoriens, tum ad vitia compescenda, tum ad promovendas virtutes, cum requiem tandem haberet, meditatiùsque diffiniret. Eam itaque iuxta Sacros Canones (quibus plenissime, ut circulares monstrant Epistolæ, formatus est) efformare decrevit, & in Populis administrandis, & in Parrochiis præficiendis. Noverat talem Populum futurum esse, quales essent Sacerdotes; totaque in id misit vires, ut non nisi probatissimos in scientia, moribus,

SYNOPSIS VITÆ

honesto insuper patrimonio ditatos ad Sacros Ordines promoveret. Audierat enim, expertusque iam pridem erat ovile Christi dehonestari maximè, supremique Pastoris blasphemari nomen, per Sacrorum Ministros stupidos, incios, immodestos, corruptos denique gubernari; incessanterque advigilavit, ut deplorabili tanto occurreret malo. Moderatos exterius interiùsque accuratè præficere studuit, non per idoneos testes tantum; ipse probabat, probationis tempus (ne qua lateret fallacia) diuturnum præfigebat, vocabat ad se, experimentum per se requirebat; inventosque, ut Ecclesiæ præscribunt regulæ, Sacris initiabat, non adhuc Sacerdotium conscendere sinens eos, quorum priora novissimis accumere non vidisset. Nulli cum primis in tertitionum dispensatione concessa, nisi id plenior ipsius probatio exigeret, aut necessitas Ecclesiæ.

Sed, & eos, qui curæ ovium præficiendi erant, accuratius probabat. Et quidem Dioecesis illius iure Præsules pro arbitrio suo præficiabant ab antiquo; qua dispositione intelligens parçias suas dignioribus non semel fraudatas esse, pauperesque honestos à litterarum cultura semotos, omni spe, utpotè, frustrandos; iuri celsit, publico, solemnique examini universos comparere statuit de cœteto, ut libratis singulorum meritis deligeret iustitia Ministros, non subdola petitio potentum. Placuit omnibus constitutum: præfectisque dignioribus Populo, universa in melius commutantur. Nec hic finem fecit; diligentius adhuc rem exequitur: nullum idoneum animarum curæ probare solitus, quem non præficeret orationis, meditationisque spiritum non habere. Nec propriæ tantum industriae confidit, ut Parochos præponeret Populis: multo namque habito concurrentium experimento, morabatur adhuc, rem commendabat Deo, ut ad regendas Oves eos præficeret, quos Supremus Pastor antea veluti commostrasset. Tales expertus post est, quales socios Pastoralis curæ desiderasset, uno dempto; quem degenerem inveniens, parçia privatum, ab Episcopatus etiam finibus expulit. Præfectos itaque in singulis curabat instruere, indolem plebium describebat, ad eos qualiter deberent conversari; quid renuntiare ipsi, quid per semetipsum terminare. Obstupebant omnes: *Et quis*, aiebant, *est hic*: ita prænoverat omnes, quod singulorum totius Dioecesis singularem scientiam haberet: plenior, dicentes, V. Præsulem, è domo notitiam Parrochorum, ac Ovium nactum esse, quam singuli in parçijs suis. Hæc una eius cura: ut singulos agnoscens ad meliora produceret. Sic planè Dioecesim per se lustrans effecit cum egregijs exemplis, tum verbis, ac sermonibus hortatorijs; in quibus ea vi, & efficacia fulsit, ut cum terreret, confunderetque perversos, tepidos accenderet, accensos ad sublimia provocaret. Longè ab eo pompaticus sermo, verborum fragor: pellucida tantum veritas, priorum Patrum vis, ac spiritus. Nullum prætermisit tempus, occasionemvè ullam aversatus est, sive in Ecclesia Matrìce, sive in alijs; domi etiam, agro denique, qua rudes non instruxerit, cæterosque excitaverit. Sed, & Viros curavit optimos destinare Missionarios coadiutores sibi per totam Dioecesim, qui commoverent Populos, iuarent Parochos, omnia, quæ in utrisque deprehendissent, fideliter renuntiarent, ut gauderet inde de fructu, emerisis, emergentibusque ruinis occurreret. Aperiri fecit Scholas, ubi parvuli Christianæ Fidei elementa imbibirent, Artium, Moralis Theologiæ cultum per maximè promovit. Ad eam edocendam domi Gymnasium erexit: in singulis Oppidis exercitamenta Ecclesiasticos habere hortatus est, & consecutus. Ipse edocebat, præsidebat singulis: nec Scholarem parvulum, nec rusticanos currum, gregesque minantes detrectavit. Humanissimè alloquebatur: de his, quæ ad salutem necessaria sunt texebat sermonem, edocebat, cum opus esset, curabat edoceri. Sic super gregem vigilavit, inclinavit se omnibus, affluens, Magister olim Salmanticæ gloriolissimus, non alia frequenter versari, quam quæ parvulorum frequentant, vel indocti Præceptores. *Hæc*, aiebat, *agrestres videndo, quia, & ij mihi commissi sunt, & de illis sunt rationem redditurus. Nec illi tantum me urgent, qui in vivis agunt: sed subtracti etiam ab hac luce.* Ex quibus interpretatum est V. Præsulem urgeri etiam à iam emor-

emortuis sibi apparentibus vigilare implemento testamentorum, in quo, cum in cæteris diligentior; diligentissimus fuit.

In vitijs verò evellendis, promovendisque virtutibus eximio eluxit zelo. Quo factum est, ut curis exhaustus, atque laboribus robustissimam indolem, egerrimam reddiderit, plurimisque obnoxiam infirmitaribus. Has autem, & si frequentissimè pateretur; ne unquam quidem illum succiderunt ab ovium cura: plenius tunc evigilabat; atque ille cruciatus eius atrocior, quod eisdem adesse non posset, dicens: *Infirmum, ac sanum Episcopale onus ad mortem usque super se habere*, verba operibus confirmando.

Disciplinæ zelo, ob debitamque muneris impletionem, quot subierit pericula? Longius foret enarrare. Quæ cum communibus prudentiæ regulis intentus temeritati deputaret quivis; alio actum esse afflatu verosimile fit, cum ex omnibus, hisque difficillimis fuerit ereptus, incolumis restitutus. Quem autem fructum mensæ Dominicæ attulerit ex labore non improbo quis loquatur? Finivit lites, obviavit scandalis, dissidentes pacificavit, improbos à cæptis coercuit, mulierculasque in laqueum positas intra Dioecesis ambitum morari haud quaquam permisit. Religionis cultum mirificè propagavit: Excellentissimus quippè in eo fuerat à tenero; nec alia ei placuerunt quandoque, nisi quæ Ecclesia pietatis Mater, Religionisque Magistra constituit. Aversatur cætera: suspecta illi erant. Sacris Canonibus Ritus, Sacrasque ceremonias præscribentibus tantum detulit; ut cum iuxta eos dispensatione nulla, consuetudine, abusuque permissis, sed ab immo rescisis, ac eratis totam Dioecesim reformaverit; nec in se ullam consenserit indulgentiam. Officium Canonicum, quam primum consecratus est iuxta Romanum Riturum exolvit: ac Missæ Sacrificium, quod maxima devotione peregit toto tempore vitæ suæ, celeriter, incompositè, indevochè denique celebrantes aversatus. Laboravit in hoc: ac iuxta Sacros Canones, antiquas, recentisque Synodos, Tridentinam maximè, pulchre exornatam, decoratamque totam Dioecesim vidit, haud iora unum, atque apicem, vel minutum præterire patiente.

Grege sic administrato; miro modo pietas propagata est; virtus omnis augmentata. Videre erat Psalterium Beatissimæ Virginis, quod reparationis nostræ memoriale prædicatur eximium, per quinquagenas manè, vesperè, ac meridie integrum in Ecclesia recitari, Lectionem haberi Sacram, Orationi mentali ad dimidiam usque post horam incumbere. Sed, & agricolæ, & vinitores, alij denique, qui aberant, noctu post refectionem tam eximia pietatis, ac Religionis opera commutantes idem Psalterium per plateas, & angulos Urbium, Villarum, Oppidorum, Ruralium denique prædiorum decantabant; & ita factum est, ut Monasteria, Asceteria, Urbes nedum; sed, & Oppida ignobilia plurimos tenerent utriusque sexus probitate magna, spiritus sublimitate præditos, ac ditatos. Illa demum fuit doctissimorum pietate, ac maturitate iudicij virorum assentatio Dioecesim totam Accitanam proportionis moderamine adiecto ea virtutis, ac devotionis spiritus observantia præfulgere, qua reformatissima probatè S. Religionis Cœnobia in Ecclesia Christi fulgent. Et cum hæc ita se haberent, humilimus Præsul adhuc diffidebat sibi: ampliora extimabat exigenda ab ipso.

Humilitas autem, ex qua timor iste ortum duxit rerum copiam fecit contemnere, quæ superbiæ vicina est iuxta doctrinam Gregorij; & sibi, familiarique modicissimus, patrimonium Christi larga profusaque manu in pauperes delegavit. Suppellex pauperrimi Cœnobitæ; speciosa nulla videre ibi erat, nisi quæ ob reverentiam viri, præcognitamque ipsius paupertatem Archiepiscopus Granatensis *D. Martinus de Ascargota*, iam diu ei charitatis, disciplinæque zelo coniunctissimus transmisit. Huius Venerabilis Præsulis suavis lectulum præparare fecit oppertorium appendens sericum, & tapetia unius cubiculi usu, vetustateque attrita, non sibi, sed si quem dignitate fulgentem in domo eius

*Homil. 9.
in Ezech.*

SYNOPSIS VITÆ

hospitio recipi quandoque opportheret. In hoc destinavit ea: humilitate, & paupertate sua contentus ipse, qui diceret: *Non audere sibi in funiculos, semicinctis, que asses duos, commutare; ne pauperibus legatam à Christo hereditatem surriperet.* Prudentissimam, ac solertem industriam adhibuit, ut eam augeret ipsis, sapientissimo in distributione moderamine observato. Cœpit autem iudicium, optimaque à domo sua pensatio: in promptu statim habuit quot, ac quæ Episcopale beneficium rependeret; constitutaque conventionem ad Æconomos, personaliter rationem exigebat ab eis. Nullus inter eos maior, qui ceteros conveniret; ipse exigebat ab omnibus: & ira à dispensatore domus strictam semel, bisque in hebdomada rationem petebat; ut cum fidelissimus esset, & ab eo iam pridem delectus, ad lacrymas multoties barbaram hominem compulerit. sic reprehendebat eum; urgebatque, uti, & ceteros Administratos, patrimonium Christi quam diligentissime procurare, addens, *Ecclesia bona sudorem, sanguinemque pauperum esse, nec parvi, stocique habenda fore.* In id stipendia Vicarij sui, Appocrissarij, ceterorumque Parrochorum iuxta Sacros Canones pro singulis eorum taxans functionibus restrinxit: atque omnia sibi ex visitationibus, alio vè titulo obvencientia renuntians, applicavit Ecclesijs, pauperumvè usibus addixit. Sed, & bello, alijsque plagis ditionem illam nedum; verum totam Hispaniam penuria, fame, & peste multantibus, Ecclesiasticos, ac Sæculares, nobiles, atque potentes è tota Diocesi convenit: & subtilissimis, ac efficacibus verbis hortatus in id convenire fecit, ut tritici, omnisque frumenti pretia haud mutarent: taxationem 35. Regalium, *Hispanè de vellon,* mensura modiorum 12. non excederet. Quos ita verbis, conventionemque obtrinxit, ut eorum plures emolumenta non levè amississe post revidentes, pacti poenituerit. Verum talis erga Præsulem observantia erat, ut ne unus quidem; quantumvis cupidus prætergressus fuerit conventum; quo factum est, ut circumstantibus Provincijs penuria, ac fame poene consumptis, Accitana panem, omni que frumento abundaverit. Hæc eius sollicitudo: sed fiat ad distributionem gradus. Largior, profusiorque fuit in eis, quos olim rerum copia, cum generis honestate, & nobilitate ditaverit; quos proinde ad angustiam, egestatisque statum adversa depresserit fortuna, ac fors. Horum omnium rationem, memorialiaque tenebat conscripta: præferbatque inter illos Virgines, honestasque Viduas, & Orphanos: præferente etiam his utriusque sexus inopia laborantes personas in Cœnobijs Christo servientes; ac inter has demum, quas Religiosius conversari præferit. His omnibus ipse per se providebat, petitiones ad eum deferébantur, per se expediebat: ne contingeret honestos, ac vercundos coram alijs erubescere, vultuque suffundi.

Iam vero ad ostia mendicantes, ut pius, misericorsque Pater respexit. Hos itaque 300. amplioremq; numerum adimplentes (peregrinis huc atque illuc vagantibus demptis) quotidie domum introducere statuit, in catechismo, idoneo ad hoc deputato Ministro, plenissime instrui, quinquagenam Rosarij recitare, de vita commone, deque paupertatis, mendicitatisque usu informari; ad meliora denique, ac saluti propinquiora hortari, ipso frequentius adstante, universaque hæc procurante, ac moderante. Refectos itaque iam spiritualibus alimonijs, providè temporalibus recreabat: & ut ipsis honestius consuleret, nec pecunias, si darentur, parum sobrijs ad ebrietatem converterent; coctum panem largiebantur Ministri, ceteraque obsonia; prout facultas rerum permetteret. Vestes, camisiaque domi consuebantur unicuique iuxta indigentiam largiendæ, eius præcipue devincientibus curam honestissimis feminis, quas pueret exire publico, Templumque adire, quod avitæ nobilitatis ornatum, honestatisque cultum non haberent. In id admonuit Parrochos, unumquemque in paræcia sua exactam similitum personarum memoriam in scripto colligere, traddere sibi; ac cum exinde pari ægestate præmerentur sibi quantocytus renuntiare. Sic providit omnibus domi consistens, Foras verum egressus marsupia ple-

plena deferebat, subvenire obviantibus, angustia, necessitateque præsis. Sed, & Dominum auxilisse pecuniam, cum alij fuerint suspicati, tum & ipsi opinatio eadem arsisit non semel: tot enim, si non è parvo reposito, certè non è maximo eleemosynæ, donariaque elargita sunt.

Non hic compatiens sollicitudo constituit terminum: ad ampliora progressum fecit. Experimento didicit Agricolas plurimos, prædiorumque Colonos, qui labore, & opera vitam sibi, familiæque acquirebant benignitate temporum, influxuque Cælorum propitio; his adversis, locusta, bruchoque agros, vineas, oliveta, ac moros vastantibus ad maximam ægestatem devenisse: in hoc miserè faderatos, ut agris, domibusque proprijs relictis ostiatim emendicaret, Oppidis, ac Villis in deserta pene versis. Tam deplorabili igitur Dicecesis, Regni denique succurrere damno, atque dispendio; prædiorum convenit dominos, ut redditus temporibus improbis minuerent Colonibus, quoadque sufficeret honestati ipsorum extorquentes ab eis, cæteris, ut dehuo sererent, relictis; ut vel sic convalescere possent Agricola pene consumpti. At neque in hac pauperum Agricolarum, Colonorumque indulgentia ipse adhortator tantum existit; sed benefactor, etsi nulla teneret prædia, locassetque Colonos, præcipuus. Illorum itaque miseratus triticum, cæteraque ex Annona Episcopali semina commodavit, non ad annum redditus exigens, sed cum ipsi exolvere commodius possent: quo factum est, ut Accitam egressurus debitores habuerit plurimos: qui longanimitate Præsulis agnita; debita per maxima reddiderunt, quibus, & familiaribus satisfactum sit, & Bullarum stipendium pro assumptione ad Placentinam Sedem solutum. Verum ne Cœli durities, ac Elementorum rigor ultra sæviret, pauperesque illos Agricolas infestaret; Divorum aliquem super plagas invocandum constituit. Solemne super hoc congregavit Capitulum, exponens aliquem ex Cœlitibus, quos Ecclesia solemniter in mense Maij celebrat esse placandum, ac id fortibus commitendum. Optasset zelotipa Præsul SS. Pium V. recenter SS. albo solemniter adscriptum venire, utpotè, qui honorem Dei, templique ipsius decorem maximè zelatus sit. Verum non ita placuit Altissimo, sed ad laudatissimum Præsulem S. Antoninum, Archiepiscopum Florentinum fors devoluta est: qui patrocinium suum ita terræ fructibus Augustum reddidit, ut Fidelium Religio novo prosperitatis suæ Patrono Altaria illico, fartatectaque consecraverit; Præsule suo tantum decernente, ut Divi decima Maij solemnior fieret memoria, non alijs Ritibus, oneribusque Capitulum cæterasque parças supponente. Sic Patrem pauperum, pauperum & ipse Pater, honorandum curavit, in pauperibus, egenisque subveniendis; quique ad Præsulatum, ut ille, quasi ad cruciatum raptus, penas luiturus etiam erat, ac iniurias superaturus.

Acceptæ quippè fuerant eleemosynæ ipsius, opera comprobata: reliquum ergo fuit, ut tribulatio probaret ipsum, infirmitatesque perficerent. Has autem cum frequentes Doctor, ac Magister passus sit; frequentiores, amarioresque Præsul consecratus. Quas, & si accutissimas, maxima, contrariaque impli-cantes tormenta, ea animi fortitudine sustulit, ac constantia; ea mentis serenitate transegit; ut altissimo in eisdem placitam servitutem exhibuisse Sacri ad eum nisi præstiterint Cœlites: delapsus quippè ad eum invalescentem est Mirabilis Evangelij præco, Ecclesiæ columnen Augustissimum SS. Præsul *Norbertus*, Præmonstratensium Parens, Beatissima *Rosa à Sancta Maria* Lymana, Virgo integerrima semel; semel præterea SS. Parens noster *Dominicus*, qui omnes tenerrimo demulcentes alloquio de futura propria, alienaque sospitate cito consequenda certificarunt Venerabilem Præsulem, facto, eventoque comprobantibus id ipsum.

De iniurijs, detractionibusque tacendum potius foret. Durissimæ, & ad animam usque penetrantes tetigerunt, ea obijcientes avidius, diutiusque sollicitasse, quæ, ut inde rerum manifestavit ordo, maximè averfatus esset; ac oblata,

SYNOPSIS VITÆ

tam humiliter repulisset, quam constanter. Audivit, & ipsemet celsitudinem indolis, ac ingenij supercilio deputari: humilitatem, modestiam, non minima ipsius opera conquistam simulationi, hypocritæ accenseri, ingenuitatem, sinceritatemque caliditati, ac duplicitati: sollicitudinem, qua quæ sui muneris erant ita strenuè exequabatur; humanitatem denique ad omnes turpi ambitioni connumerari; ac eò calumniæ percrebuerunt, ut cum exturbatorem pacis Provinciarum, Regni denique non benè animati homines declamarint. Sed ille tam prudenter decreverat, quam aquanimiter sustinere, certus, calumniarum, deonestatisque suæ ab alijs arreptam fuisse causam, non ab ipso præstitam, vel oblatam. Urgebatur ab alijs, ut se defendèret; occurreretque veritate ipsa, ut ab ipso exponi, dilucidarique solebat, ac iniquè feriatos homines falsa demonstrat commentos: sed sustinendi tempus esse, aiebat, Deo res ita moderante, ut reatibus satisfaceret proprijs, ex calumnijs aliorum. Hic consistebat, nisi aspiceret Dignitatem Officij sui coram subditis ex personæ suæ dedecore flocipendi, haberique contemptu, à quo tam multa exoriri mala nullus non prudens videt. Occurrebat tunc: ac re, ut subditorum malo, aliorumque flagitio ex cerebro, machinationibusque in generato subveniret, instantissimè, humilimèque Deo commendata, pandebat veritatem: victrix illa semper; devinctissimè unquam sibi lauro, victoriaque semper eduxit.

Et merito quidem: in ea asseveranda, tutanda, exequenda denique comparato. Mirum qua contentione, æmulationeque ipsius assequendæ, victricis statuendæ laboraverit Doctor: Præsul atramentum constitutus arctiori se illi vinculo religavit. Salubria oblatorum gregi pascua Theologiam Moralem in propria remisit principia: limpidissimos, nempe, Fontes Scripturæ, Conciliorum, & Patrum, unusquisque præcipuè D. Thom. Illos Doctores præbatur, qui hinc doctrinam morum exhaustissent; illos semper averfatus, qui nulla eorum ratione habita, innumeros repleverunt Libros, cum specioso, decoreque probabilitatis titulo, laxitatibus; laqueis proinde animarum plenos. Deplorabat temporales Sanctoque Dei, & animarum zelo exhaustus renuntiavit SS., eidemque supplicem libellum transmisit 390. assertions continentem ex uno tantum collectas Recenti Theologo, apud alios eiusdem, & temporis, & propositi inveniendas de facili; ut super eas iudicium, atque sententiam ferret. Intellexerunt plurimi in hac parte maturiorem tantum Præsulibus subtilitatem, materiarumque comprehensionem: undè, & Magister Ord. N. eidem rescripsit, dignaretur, videlicet, quæ in mente, ordinatissima, probatissimaque retinebat, codici referret, ac publica luci ob Ecclesiæ utilitatem daret; interpositis, ut averteret, SS. Parente nostro Dominico, ac Præceptore Angelico. Tantorum igitur interventione conventus, cum ipsi, Capituli totius Ordinis, vel levis insinuatio, sufficeret; ferventius ex tunc pensitare cepit, ac ruminare: id quod maximo animarum perfectisset læro, ni valetudo ita extenuata, contractaque fuisset; vita abbreviata. In nullo à concepta veritate, alicuius, & si potentissimi, potentia deterruit; remisit necessitudo. Causabantur Doctissimi Viri, hique Reipublicæ adhaerenti integritatem Præsulis in iudicando, severitatem, firmitatemque sententiam sustinendi. Rescripsere pluries illi, & cum stomacho, minoreque, quam par erat, observantia in virum magna dignum veneratione: non eum hæc perturbabant, dimovebantvè; assumptoque calamo ita convictebat, ut faterentur; minus rectè constituta, expeditaque iam revocarent, contraria publicis mandarent litteris. Hinc Regij Consiliarij ipsius in rebus maximis expectabant iudicium; æquum, iustumque illico probantes, quod eximius fugerisset vir; addentes: *Exequi oportere nequam, quæ ipse dijudicata probasset; sed, & gratias exolvendas: quippe ipsi abs proprio labore, & studio, ingenij sui claritate æquum, iustumque plenissimè demonstraret.* Hinc Rex Catholicus pluries V. Præsulis, necnon Regij Consiliarij iudicium sententiamque requisivit: non aliam exequi doctus, quam probatam à Præsule Accitano; tamen apud Catholicam habito Maiestatem, ut

edi-

edixerit : *Meliorem , dignioremque in tota ditione sua Praesulem non habere.*

Iam in his quæ ad Ecclesiæ suæ, Christique propterea spectant iura debitamque Supremæ Sedis observantiam firmissimum se perstitit propugnaculum. Abusus quosdam cum animarum dispendio in Dioecesi sua animadvertens quòd arbitrio eorum , qui Castellæ Camerae deputati sunt , quorundam Populorum paracijs præficcerentur ; quòd Supremis illis Regni Moderatoribus explorata minus idoneitas , sufficientiamque præficiendorum esse potuerit , ad alia , eaque gravissima intentis ; efficacissima data opera sustulitè medio sapientissimos Republicæ conveniens litteris Architectos , Sacrorumque Canonum dispositionem obijciens : illoque à prudentissimis , pijsque regratiato Viris universa ad Præfulis voluntatem fæderata , conventaque sunt ; iuribus , æquitateque invicem accinentibus. Nil contra Sacras Regulas moliri permisit : factò mandari. Inexorabilis in hoc erat : intrepidus obviabat. Cæsaris iura summè veneratus est , dum , quæ Dei sunt , ac Christi eius , illæssa omninò servarentur. Horum in multis effecit copiam , temporibus disidijs , ac factionibus apud potentissimos plenis : & ea , cum æquitate , ac animi fortitudine universorum honori consuluit , ut Supremi Senatus Castellæ Præsidis illa fuerit vox : *Episcopus Accitanus Hispanorum fidei , & demissa observantia lingua , vox , ac verbum est.* Hinc vulgata celeberrima Const. *Unigenitus* molestè tulit quasdam Hispaniarum Ecclesias obedientiæ suæ litteras ad SS. transmisisse. * Non his , *aiebat* , opus habet sinceritas fidei Hispanæ , & erga S. Sedem devinctissimæ observantiæ : ostendant litteris , qui hanc detrectare soleant ; nos verò non ita : à Suprema Sede egreditur ? Paremus statim : scientes quod illa , quæ columna , ac firmamentum veritatis est , à *nemine iudicatur.* * Gloriosos igitur pro veritate , Ecclesiæque iuribus exolvit labores : sanguine , si tempus , opportunitasque exigisset , exarare , ac firmare non dubitans. Sic Bazensi Capitulo consultus super donationem quandam , quam Sacris Canonibus , Apostolicisque Decretis contrariam esse exploratum habebat , respondit : Sic cuidam Administro Regio : qui contra voluntatem Catholicissimi Principis obsistere nitebatur Pontificijs Constitutis , atque à Christo Domino Ecclesiæ suæ Privilegijs concessis. *Et quomodo , inquit , Ecclesiæ legibus iniquè , vel à longè ausus est contravenire ? Facile ne id me vivente existimasti ? Vita hæc , & mille iacturæ exponerem , priusquam libertati Ecclesiæ Christi permetterem in minimo , vel apice detrabi.*

Ardor itaque fidei , honoris Dei , & Ecclesiæ ; sincerissimusque veritatis amor clarissimum apud omnes effecere. Hinc Supremi Senatus Administri , & Iudices frequentissimè de rebus maximis consulentes , fidelissimum Regij , Naturalis denique iuris semper audiverunt Interpretem : hinc responsa ipsius , ac si Divorum Ambrosij , Augustini , vel unius D. Thom. venerari testati sunt ; integritate spiritus , sinceraque ipsius in singulis veritate cogentibus in id ipsum. Paucis , crede Lector , exponi non posse quo pondere in veritatem propenderet : quæ merita , privilegiaque apud ipsum veritas extorsisset. Hæc nomen , opinionemque ipsius non Hispanis tantum , Gallis , ac Italis venerabilem reddidit ; processit ultra : sciscitabantur exteri de ipso , *quis , aiebant , Episcopus Montalban est ?* & qui longè erant , & qui propè. Hinc qui bono totius Regni ex munere vigilabant , Procereque , ac Regni Magnates Regium cupiebant latus cingere : dataque opera assequi fuissent : quippè litteræ expeditæ fuerant ; nisi Deus , per interpositionem SS. Martyris Torquati , quem humillimis interpellavit precibus , aliter ordinasset. Hinc Regij Camerarij Ecclesiæ Compostellanæ Archiepiscopum Catholicæ Maiestati unanimi consensu exposuere : hinc SS. D. N. Clemens XI. per maximè cognita Præfulis , vel integritate , necnon fidei zelo optavit in tota ditione Hispana Generalem Inquisitorem postulari. Sed non ita placuit Altissimo : verè hominum ingenia , Providentiamque egregijs viri sollicitantibus meritis Episcopus Placentinus renuntiatus est , Placentinis vicem suam plauden-

SYNOPSIS VIÆ

Can. I.

ribus, deplorantibus Accitanis: ac congaudentibus cæteris, extrema gaudij lætus occupavit. Inerat V. Præsuli, firmis inæque adhæserat quod Iudice Episcopo Cordubensi Olsio Sardicenis Synodus constituit. Atamen transferri iussit, quod secundiori climate Placentino, utpotè similiori, nativo, crediderit extensata valetudini subveniendum fore: quo viribus confortatus devotius, robustiusque inferviret Christi Populo; ac Ecclesiæ sponsæ ipsius consuleret utilitatibus, si exactum, excogitatumque iam, opus *Theologiæ Moralis* perficeret, prælo daret. Frustraverunt; cum nec multò post collachrymantibus cunctis mors invida, nec insperata ipsi, multorum bonorum maturatam spem Placentinæ Ecclesiæ, Ordini N. & Ecclesiæ Dei surripuerit.

Clàm igitur præ amore, & teneritudine erga subditos Accita subductus, vix itineri se commiserat, cum invadere se sensit infirmitatem, quæ laboriosa vita cito eundem liberavit. Nec retrocessit propterea; assuetus graviora evincere, & contra corporis proclivitatem pugnare: lassitudineque, & langore urgentibus Giennium ad Cœnobium Ord. sui concessit. Commota Civitas est ad eius Ingressum; summopeque lætata *sancti* eum nomine conclamantibus: sed lætitia, adventus sui causa cognita, in marorem versa est. Occurrerunt cives, & Magistratus: anteivit illustre Ecclesiæ Giennensis Capitulum; ac D. Roderico *Marin*, illius Ecclesiæ Ep. Giennio tunc absenti de hospite renuntiaverunt. Qui relictis omnibus: statim remeavit, ut ipse cum Magistratu, & Capitulo, Religiosam, dignamque pietatis suæ Co-Episcopo decumbenti exhiberet obsequium. Præcipui Præsul charitativus Infirmarij suscepit officium; duos in hoc ipsum Capitulum, vel per ordinem, horarumque diei seriem destinavit Canonicos: duos ex præstantioribus PP. consignavit Prior Giennensis; ac Proceribus pietate, & nobilitate toto tempore infirmitatis suæ excubias agentibus, omne vulgus perstrepat, ut tametsi (quod exoptabat) pium obsequium non præstaret; V. saltem P. videret. mirum quæ humanitate dolerent singuli! nec Paræcia, civitas vè Religiosa utriusque sexus fuit, quæ in unum congregata Altissimo pro sospitate ipsius preces non fuderit; per maximam boni publici iudicantes iacturam, tanti viri mortem.

Ille verò imperturbata mente consistens, turbationem sensus passus est à qua revocatus, ac turbatos circumstantes conspiciens; benigne allocutus est: (non dum de more confessus erat) nactusque assistentium, vel ex hoc ortam perturbationem; vehementer in Domino confusus respondit *paratus sum, & non sum turbatus*. Lætus, hilarisque præter solitum apparebat cunctis: nec absimile, quod inter fratres suos decumberet, in cella Religiosi pauperis, tenere denique iam, quod optaverat, & a Domino petierat, quod, videlicet, ut pauper Monachus inter suos diem clauderet extremum. Ita sanè: nam Accitanam Sedem reliquerat; nec Placentinam possessionis ritu susceperat. Die nona Nov. (cum septimâ declinasset Giennium) generaliter confessus est; Sacramq̃ Eucharistiam ex devotione suscepit: ac undecima iam valendi spe omni detracta, e pagella generalem confessionem iteravit; solemnique Processione Viaticum Vitæ allatum à Domino Giennensi, humiliter, ac devotè manu propria resumpsit. Règratius exinde est Domino *Marin*, ipsiisque, ac circa stantes enixè rogavit, ut pro se ad Dominum preces funderent; ac misericorditer suffragiū ferrent: *Quod ea ipsum, addens, dum vixerit, in extremisque modicitas, & paupertas constrinxerit; ut ne unum quidem Missæ Sacrificium pro se in Altari Sancto Altissimo obtulerit; nec modo, ad unum esse, facultatem suppeteret*. Emotum est assistentium cor; ac Maxime Giennensis piissimi, ad lacrymas usque tumulentiam; Præsuleque omnium nomine oppighorante; si eum Populo Christiano deesse ex tunc contigisset; adiecit; quod in eadem die, utpotè gloria ipsius Sacra, S. *Martinus* respondit: *Si Dominus salutem concesserit; ut Populo ipse pro posse adhuc subministrarem; non recuso: sin vero denegaverit, fiat quod in conspectu eius bonam, atque optimum est*. Labori, defatigatiōi, æstuque febrium mente, atque Spiritu obstitens, quinque horarum spatio

sio eadem die post meridiem in lectulo super sedens stetit: rationemque exactissimam Æconomix suæ coram Gen. fecit conscribi. Obviavit litibus; consuluit vivis plenissimè, citò moriturus.

A temporalibus itaque absoluto, & Sacro, quo perniciosus in æterna tenderet; Oleo in uncto; Fratres nil pro salute ipsius omittentes *Sacratiss. Virg. Rosar.* Imaginem solemnè Processionè, comitatuque 10. noctis hora 11. Nov. cubiculo detulerunt, & in Altari, coram ipso erecto antea, collocarunt. Valde hac eximia pietate Fratrum, ac *infirmorum salutis* conspectu exhilaratus est: potentissimamque Cœlorum Reginam, Matremque pietatis, & clementiæ devote ita, & nihilominus discretè, ac sapienter cepit alloqui, potentissimum apud filium interventum requirere, ut facile assistentium lachrymas renovaverit. Non experebat salutem corporis, sed in gratia Filij ad mortem usque perseverare. Tanta igitur Assiſtrice iure, meritoque contentus, rogavit Fratres, ut ibi coram se manerèt, donec vestigijs demissus *Sacratiss. Virg.* spiritum in manus traderet Conditoris: annuenteſque enixe rogavit, ne illis, (ut erat humilimus, indignusque, ut semper ratus est; propter se alios vexari) molestiæ onerique esset, ut cubicula, lectosque adirent, quòd causa sui satis, superque incommodati, gravatique fuissent. Exierunt cubiculum ad ostium plures, excubaturi, cæteris audito signo conventuris properè: quibus egressis, Fratri, qui sibi diu adhæſerat, & in cubiculo remanserat; dixit: *eia Frater; quodomo modo mortem hanc, discessumque disponemus, quò tumultui occurramus, Fratrumque defatigationem vitemus?* Altius quid Idiomate Hispanico: *Fray Joseph*, inquit, *como dispondreemos esta muerte, que no sea tan ruidosa, ni demos tanto que bazer? Et tu*, adiunxit, *siste coram Sacratiss. Virg. & per quindecim Rosarij sui Mysteriorum Patrocinium erga me in hac hora pete; mihi vero Imaginem Sacratissimam Crucifixi Filij tribue.* Signis itaque triumphi, victoriæque præmunitus iacere noluit; quin immò spiritu confortatus, integris aspectu, atque auditu, cæterisque sensibus sedit in lectulo. Sic igitur veluti in acie contra hostem vigilem constitutus: seu servus, uti fidelis, quem vigilanter inveniret Dominus suus, strenuè in Domino confusus (qui dixisset: *omnes nos in ea hora peccatores, & si maximos, plus debere facere Misericordiam Dei, quàm si totam in iustitia duxissemus vitam ab omni peccato immanem, ut æternam nobis promitteremus salutem*) tranquillitate mentis, ac fervore spiritus continuè orando, ab 11. hora noctis, usque ad 2. sequentis diei subsistit. Ea autem adveniente; nil iam visibilium dignatus aspicere, in Cœlum defixit oculos; quæ speciè ad dimidiam horam protracta, circumstantibus, & orantibus Fratribus spiritus illius carnem exiit 12. die Nov. ann. Domini 1720. oculis nunquam demissis, sed ad Sepulchrum usque in Cœlum semper intentis. Puriorè demortui corpus, clarioremque induit formam, quàm egrum; sanamque prætulisset: immutatum ab ea per 35. horas, quibus insepultum; ut satis fieret devotioni Populi aspectum, contactum vestium, pedum; ac manuum deosculationem petentis, tum ut solemnissimo cultui Matris, cæterarumque Ecclesiarum totius Civitatis in honorem, suffragiumque ipsius prepararentur, remansit. Nec id tantum: cum Religiosi, Sæcularesque vestes, cinctoria, funiculos aliaque ignobilia, quæ adheſerint ipsi statim rapuerint, allecci odore, quem ipsius vita ex se emisserat, emittebantque modo omnia; quæ sibi quomodolibet intersissent. Discessu itaque denuntiato; mensura tenuit universos: non facile enarrandum qua pietate, misericordia liberalitate Capitulum; Clerus uterque, ac Magistratus per preces, orationesque; ac sacrificia suffragati sint apud Deum? Qua veneratione à Conventu Ord. sui eductum, & ab innumerabili multitudine, Præsidenti Domino Giennensi Capitulo, & Cléro, Prætorèque Magistratui; per Calles publicos, quo ab omnibus V. Corpus, ut expetierant, videretur, deductum? Qua Religione adeundem Sanctæ, & Eximie Virg. & Marf. Catharinæ Conventum reductum? Quo ritu, expletis per Ill. Gienn. Sacris Mysterijs, parentatus sit inter Fratres suos, ut

SYNOPSIS VITÆ

expetierat, moriturus mundo, cum Christo, ut credimus, Regnaturus? Giennensibus post modum de deposito V. Corporis eius gaudentibus; nobis, omnibusque pijs de tanta spiritus luce subtrahæta adhuc collachrymantibus.

Pauca hæc de religiosa Authoris N. institutione, sincere Lector, Collegi. Selegerim ne? Nemo, qui agnovit eum, sincerè iudicans, daturus est. Rogo itaque ne ex his præstantiam, probitatemque extimes tanti Viri, & si plura, eaque altiora, altiorique stylo tradidita in manus venerint: sed maius

(A)
D. Doct.
Sebastia-
nus Mo-
nal, Colle-
ga olim
Cöchenfis
& modo
Canonius
Mag.
Murcia-
nus.

quiddam semper de eo, quam, quantum à me exprimi potuit, suspiceris: (A) *Nec enim sublimitas tanti spiritus adiecta numero illarum est, quas sustineat Cartha, calanus exaret.* (B) *Admirabilem in conversatione sua, & humilem Monacham, & Episcopum iam extulit quidam. Canonizabilem Virum non iudicio suo, ait, tantum, sed PP. Conventus sui Salmantini, Almæque Universitatis, dum utriusque expleret iura, claustraque excoluisset. Sed, & V. Vir P. Fr. Franciscus Possadas, Ord. Præd. Conventus de Scala-Cæli propè Cordubam Alumnus, prædicatione eximius, animarum zelo ferventissimus, ac signis, & miraculis in vita, & post mortem clarus (cuius conversationis hoc anno Evulgatum, est Idiomate Hispanico Amplissimum volumen, tametsi Sanctitati Egregij Viri Angustum, per R. P. M. Fr. Petrum de Alcalá, Conventus Regalis S. Pauli Cordubensis filium, & eiusdem V. Viri perpetuum Confessarium) V. Præsule ad Episcopatum suum pergente, & Cordubam concedente, hæc edidit de illo: Si Cordubenses agnoscerent serid Præsulem, qui nunc in Civitate sua hospes commoratur, felicitati, prosperitatique ducerent vestigia pedum ipsius reverenter deo seculari. Sed quid alios querendum, cum ipse Præsulum Præsul Accitani se Encomiastem exhibuerit repetitò? Et talia ad Aures Sanctitatis suæ pervenisse, ut Magnum Præsulem, ac Pastorem proclamaverit. Cuius fama delectatus, in signum Paternæ, fraternæque gratitudinis, eum, & si absentem, nec tunc per litteras adhuc sibi notum, ac devinctum salutiferæ Crucis Salvatoris nostri parte donatum effecit, super omnia ditavit. At post hæc replevit Mundum, in laude, demirationeque cunctorum fuit. Et quæ edidit miracula? Portenta operatus est; rogabis? Cunctos interroga; & ne unum quidem ab ullo assertum certo (tametsi opinari liceret) audies. Et quis postea quæres ille fuit? Magnum quiddam dicent omnes; quid verum? Nullus. Præsulem, Doctorem Eximium aspice: simulque in eorum vitam, quos Ecclesia Doctores, ac Defensores Sacrorum Dogmatum ascivit, & colit, oculos converte: Joannem Magnum denique attende nullum in vita effecisse signum, quem Veritas universis Mulierum natis, ut legimus, præposuit. Caulaberis forsan, Synopsis promissum historice narrationis molem explevisse. Fateor sane: sed venia dignus sum, quod, acrioribus certaminibus urgentibus, roboriora induere arma militibus opus est, valentiores advocare vires, audaciori conatu agredi; simulque memento non omnibus, sed paucis, ut ingenuè fatear, concessum paucis multa dicere. Qualia hæc quomodolibet producta accipe: animo, cordeque complectere,*

(B)
D. Doct.
Joannes
delCasal
& Mont-
tenegro,
Cathedr.
olim Sal-
mant. &
Magistr.
nunc Ma-
lactanus

& ut præmissi, cultui, studioque operum Authoris N. præmitte, Doctus à Præcept. Angel. VITAM
DUCERE AD SCIENTIAM
VERITATIS.

Sup. cap.
5. Matb.

INDEX DIFFICULTATUM, QUÆ IN I. TOM. I. P. CONTINENTUR;
per Tractatus, Disputationes, Dubia, & §§. distributus.

TRACTATUS DE VISIONE DEI.

DISPUT. I. De Visione Dei. Folio 2.

Dubium I. Utrùm Deus clarè, & intuitivè visus contineatur sub objecto specificativo nostri intellectus? Ibid.

§. 1. Aliquibus suppositis referuntur sententiæ. Ibid.

§. 2. Statuitur prima Conclusio. Deus clarè visus non continetur sub objecto specificativo nostri intellectus, prout est potentia naturalis, nec secundum rationem aliquam communem, nec secundum rationem differentialem. Folio 5.

§. 3. Secunda Conclusio statuitur. Deus clarè visus non continetur sub objecto specificativo nostri intellectus, ut est potentia obedientialis. Fol. 9.

§. 4. Tertia Conclusio statuitur. Deus clarè visus continetur sub objecto, tantum extensionis nostri intellectus. Fol. 11.

§. Ultimus. Solvuntur argumenta. Fol. 13.

Dubium II. Utrùm detur in homine appetitus naturalis ad visionem claram Dei? Fol. 17.

§. 1. Aliquibus suppositis statuitur prima Conclusio. Ibid.

§. 2. Prima Conclusio statuitur. Non datur in homine appetitus naturalis in claram Dei visionem. Ibid.

§. 3. Solvuntur argumenta, Fol. 20.

§. 4. Secunda Conclusio statuitur. Repugnat appetitus naturalis, qui ex supernaturali motivo, in visionem Dei authoris supernaturalis feratur. Fol. 24.

§. 5. Solvuntur argumenta, Fol. 25.

§. 6. Tertia Conclusio statuitur. Repugnat appetitus visionis Beatificæ efficax, efficacia aliqua extrinseca, vel conditionata. Fol. 28.

§. 7. Solvuntur argumenta. Fol. 31.

§. Ultimus. Quomodo sit intelligenda ratio D. Thom. Fol. 34.

Disputatio II. Dubium I. Utrùm sit possi-

bilis species aliqua creata Deum quidditivè representans? Fol. 37.

§. 1. Aliqua supponuntur. Ibid.

§. 2. Unica Conclusio. Repugnat, adhuc potentia Dei absoluta attenda, species aliqua creata Deum quidditivè representans, Fol. 38.

§. 3. Secunda ratio D. Thomæ pro conclusione expenditur, Fol. 40.

§. 4. Tertia ratio D. Thomæ proponitur, Fol. 44.

§. 5. Solvuntur argumenta, Fol. 48.

Dubium II. Utrùm Beati in visione Beatifica, Verbum, seu, speciem expressam producant, aut producere possint? Fol. 56.

§. 1. Aliquibus suppositis, statuenda est resolutivè Conclusio. Ibid.

§. 2. Nostra Conclusio. Repugnat Verbum, seu species expressa formata à Beatis, representans Deum, prout est in se, & quidditivè. Fol. 57.

§. 3. Solvuntur argumenta. Fol. 62.

Disput. III. De Lamine Gloriæ.

Dubium I. Utrùm lumen Gloriæ sit adæquata ratio, seu virtus eliciendi Visionem Beatam, Fol. 68.

§. 1. Præmituntur aliqua resolutioni. Ibid.

Nostra Conclusio statuitur, & autoritate probatur. Lumen gloriæ, seu habitus supernaturalis est tota ratio, & adæquata virtus eliciendi actus supernaturales. Fol. 70.

§. 2. Rationibus probatur Conclusio, Folio 73.

§. 3. Secundò alijs rationibus probatur nostra Conclusio, Fol. 78.

§. 4. Solvuntur argumenta ab autoritate. Fol. 83.

§. 5. Solvuntur argumenta à ratione. Folio 88.

§. Ultimus. Duo corollaria ex dictis sequuntur. Fol. 98.

Dubium II. Utrùm sit possibilis substantia aliqua creata, cui fiat connaturalia lumen gloriæ, & visio Beata? Folio 100.

§.1. Aliquibus suppositis, referuntur sententiae. Ibid.

§.2. *Statuitur Conclusio.* Et aliquibus rationibus probatur. Fol. 102.

Implicat substantia aliqua creata, cui connaturalia sint, lumen gloriae, & visio Beata. Ibid.

§.3. Alijs rationibus probatur *Conclusio*, Fol. 106.

§.4. Solvuntur argumenta. Fol. 111.

Disput. IV. De Visione Dei in ordine ad obiectum.

Dubium I. Utrum per Visionem claram Dei possit unum prædicatum, alijs non visis videri? Fol. 121.

§.1. *Aliquibus suppositis prima Conclusio statuitur.* De facto non datur aliqua præcisio inter prædicata Divina, sive negativa, sive positiva, apprehensiva, aut iudicativa, ab aliquo intellectu intuitiva Deum vidente. Fol. 122.

§.2. Solvuntur argumenta. Fol. 125.

§.3. *Secunda Conclusio statuitur.* Implicat, adhuc de potentia absoluta unum prædicatum Divinum, alijs non visis, videri. Fol. 130.

§.4. Solvuntur argumenta. Fol. 134.

Dubium II. Utrum ex visione omnium possibilium in omnipotentia sequatur illius comprehensio? Fol. 142.

§.1. Aliquibus suppositis referuntur sententiae. Ibid.

Unica Conclusio. Ex cognitione omnium possibilium in omnipotentia sequitur illius comprehensio. Fol. 142.

§.2. Alia solutio refertur, & impugnatur. Fol. 144.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol. 148.

TRACTATUS DE SCIENTIA

Dei necessaria.

DISPUT. I. De Scientia Dei in se considerata.

Dubium I. Utrum ratio D. Thomæ, qua in hoc articulo usus fuit ad probandam in Deo scientiam, efficaciter convincat intentum? Fol. 160.

§.1. Difficultas aperitur, & ratio dubitandi proponitur. Ibid.

§.2. Aliqui modi dicendi impugnantur. Fol. 162.

§.3. Solvuntur ea, quæ in favorem præcedentium, obijci solent. Fol. 166.

§.4. Vera intelligentia differentiae assignatae à D. Thom. traditur. Fol. 171.

§.5. Secunda pars Dubij resolvitur, & explicatur. Fol. 174.

§. *Ultimus.* Solvuntur argumenta. Fol. 177.

Dubium II. Utrum detur in Deo intellectus per modum actus primi, & potentiae in ordine ad intellectionem? Fol. 183.

§.1. Aliquibus suppositis difficultas aperitur. Ibid.

§.2. Quæ sit mens D. Thomæ circa difficultatem? Fol. 184.

§.3. Rationibus probatur *Conclusio*. Folio 189.

§.4. Solvuntur argumenta. Fol. 195.

§. *Ultimus.* Corollaria ex dictis. Fol. 206.

Dubium III. Per quid natura Divina in suo esse metaphisico confirmatur. Folio 208.

§.1. Aliqua supponuntur. Ibid.

§.2. Prima sententia rejicitur. Fol. 209.

Solvuntur argumenta. Fol. 211.

§.3. Secunda sententia rejicitur. Fol. 212.

Solvuntur argumenta. Fol. 215.

§.4. Tertius modus dicendi rejicitur. Folio 217.

Solvuntur argumenta. Fol. 222.

§.5. Quartus dicendi modus rejicitur. Folio 225.

§.6. Solvuntur argumenta. Fol. 231.

§. *Ultim.* Vera sententia ex dictis aperitur. Fol. 241.

Disput. II. De Obiecto scientiae Dei, tam primario, quam secundario. Fol. 244.

Dubium I. Quodnam sit obiectum primarium, tam motivum, quam terminativum Divini intellectus? Ibid.

§.1. Aliquibus suppositis prima *Conclusio* statuitur. Ibid.

§.2. *Conclusio prima.* Ens abstractum à creato, & increato nequit esse obiectum primarium motivum, aut terminativum Divini intellectus. Fol. 246.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol.248.

§.4. *Conclusio secunda.* Non solum Divina essentia, sed etiam Attributa, & Relationes pertinent ad obiectum primum, tam motivum, quam terminativum Divini intellectus. Fol.250.

§.5. Solvuntur argumenta. Fol.255.

Dubium II. Utrum Deus cognoscat creaturas possibles secundum esse proprium, & differentiale earum in se tanquam in causa? Fol.262.

§.1. Præambula suppositio ad quæst. Ibid.

§.2. *Conclusio prima.* Si adstruitur omnipotentia Divina inconnexa, cum possibilibus, non est medium aptum, ut in ea, etiam comprehensivè cognita cognoscantur possibilia. Fol.269.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol.272.

§.4. Omnipotentia Dei est absolutè connexa cum possibilibus; ac proinde medium aptum, ut in ea cognita Deus possibilia cognoscat. Fol.275.

§.5. Reliqua argumenta solvuntur. Folio 282.

§. *Ultim.* Corollaria ex dictis. Fol.292.

Disput. III. De Divisione scientiæ Dei. Folio 295.

Dubium I. Utrum scientia Dei sit in varia Attributa dividenda? Ibid.

§.1. Aliqua supponuntur. Ibid.

§.2. *Conclusio.* Cognitio luminis principiorum, & scientifica non distinguntur in Deo virtualiter adæquatè. Fol. 297.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol.300.

Dubium II. Utrum scientia Dei sit causa rerum? Fol.303.

§.1. Præmittuntur aliqua circa divisionem scientiæ in scientiam *visionis*, & *simplicis intelligentiæ*. Ibid.

§.2. *Conclusio Resolutiva.* Scientia visionis Dei est causa rerum, quæ extra ipsum videt. Fol.306.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol.309.

Dubium Ultim. Utrum futura absoluta sint Deo abæterno phisicè præsentia in æternitate? Fol.316.

§.1. Aliquibus suppositis statuitur affirmativa *Conclusio*, & SS. PP. auctoritate probatur. Ibid. & fol.317.

§.2. Probatur *Conclusio* rationibus. Folio 319.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol.325.

§. *Ultim.* Corollaria ex dictis. Fol.335.

TRACTATUS DE SCIENTIA

Dei libera. Fol.339.

PROOEMIUM, & *partitio Operis.*
Ibid.

Disput. I. De constitutivo futuri in essentialis. Fol.340.

Dubium I. An forma constitutiva futuri sit aliquod de præsentis existens? Ibid.

§.1. Aliquibus suppositis statuitur *Conclusio*. Ibid.

§.2. Alijs rationibus suadetur *Conclusio*. Fol.348.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol.349.

Dubium II. Quænam sit forma de præsentis existens, qua res constituitur, & denominatur futura? Fol.360.

§.1. Relatis sententijs, hæc prima statuitur *Conclusio*, sententia Rivadeneyra, nec sibi cohæret, nec principijs Scientiæ Mediæ. Fol. eod.

§.2. *Resolvens Conclusio.* Forma illa est præparatio causarum, seu earum determinatio ad dandam rei futuræ existentiam. Fol.364.

§.3. Solvuntur argumenta. Fol.369.

Disput. II. De Cognitione futurorum contingentium conditionatorum *quo ad an est?* Fol.377.

Dubium I. An futura contingetia conditionata certò, & evidenter cognoscantur à Deo? Ibid.

§.1. Aliqua supponuntur ad intelligentiam quæstionis. Ibid.

§.2. *Conclusio prima.* Ex principijs Scientiæ Mediæ sequitur Deum non cognoscere futura contingetia conditionata, & eis stando oppositum probari nequit. Fol.380.

§.2. *Conclusio secunda respondens quæst.* Deus certò Metaphisicè subiectivè, & obiectivè cognoscit futura contingetia conditionata de conditione *conducenti ad positionem eventus*, ut deter-

minatè vera, vel ut determinatè falsa. Fol. 385.

§.4. Solvuntur argumenta. Fol. 387.

§.5. Resolvitur quid sit dicendum de conditionatis disparatis, & de conditione impossibili. Fol. 397.

Dubium II. Utrùm dentur in Deo decreta aliqua subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata? Fol. 399.

§.1. Relatis sententijs *prima Conclusio est*: talia decreta Deo concedenda esse. Ibid. & fol. 401.

§.2. Solvuntur argumenta. Fol. 407.

§. *Ultim.* Corollaria ex dictis. Fol. 414.

Disputatio III. De Medio, & Modo, quo Deus futura conditionata cognoscat. Fol. 417.

Dubium I. Utrùm pro priori ad Decretum subiectivè in Deo existens detur aliquod medium, in quo Deus certò metaphisicè futura conditionata cognoscat? Ibid.

§.1. *Conclusio prima.* Deus non cognoscit ea certo, & infallibiliter in super comprehensione causæ liberæ, & contingentis. Ibid.

§.2. Solvuntur argumenta. Fol. 420.

§.3. *Conclusio secunda est.* Illa futura non cognosci sic in eorum veritate obiectiva, nec posse. Fol. 423.

§.4. Ostendit ex medio veritatis obiectivæ, & ante decretum destrui libertatem humanorum actuum. Fol. 428.

§.5. Alijs rationibus idem medium veritatis obiectivæ impugnatur. Fol. 435.

§.6. Argumenta solvuntur. Fol. 438.

Dubium II. An possit Deus cognoscere quod actus eius forent liberi, aut contingentes pro priori ad eorum existentiam; vel ad aliquid cum eorum existentia connexum? Fol. 446.

§.1. Aperitur difficultas, & *prima hæc Conclusio statuitur*: Nequit Deus cognoscere sua decreta absoluta, ut futura pro priori ad eorum existentiam. Ibid.

§.2. Nequit Deus cognoscere quod actus eius forent, aut essent conditionatè independenter ab eorum existentia, vel aliquo alio conditionatè cum eorum esse connexo. Fol. 449.

§.3. Argumenta solvuntur. Fol. 455.

Dubium III. Utrùm necessarium sit decretum ab æterno existens, ut Deus certò hæc futura conditionata cognoscat? Fol. 458.

§.1. *Statuitur Conclusio affirmativa*, & auctoritate SS. August. & Thomæ prob. Ibid.

§.2. Rationibus prob. ead. *Conclusio.* Folio 461.

§.3. Aliæ rationes ad idem proponuntur. Fol. 467.

§.4. Argumenta solvantur. Fol. 470.

§. *Ultimus.* Corollarium de cognitione peccati. Fol. 478.


Dubium Ultimum Appendix. An Deus futura conditionata cognoscat scientia, quæ Media sit? an verò quæ formaliter libera ipsa sit? Fol. 480.

§.1. Origo, progressus, & status huius controversiæ breviter refertur. Ibid.

§.2. *Continetur hæc Conclusio.* Scientia, qua Deus futura conditionata cognoscit, est Deo libera, non Media: immò Scientia Media qualitercumque explicetur, si verè Media est, tamquam impossibilis, & Deo minus digna est reiicienda; & aliquibus rationibus probatur. Fol. 485.

§.3. Ex capite libertatis creatæ Scientia, hæc Media impugnatur. Fol. 492.


Fugerunt, Prudens Lector, nescio quò, duæ voculæ Tract. de Scientia Dei libera, Disp. 1. Dub. 1. §. 1. fol. 343. column. 2. lin. 2. scilicet *est*, & *existentia*, quas loca inter *ly per ipsam*, & *ly ut posteriori*, ut eorum, quæ dicuntur, plenè percipias sensum.



TRACTATUS DE VISIONE DEI,


JUXTA MIRAM. ANGELICI DOCT. DIV. THOMÆ
Aquinatis doctrinam 1. part. quæst. 12.

PROEMIUM.



Quamvis in Tract. isto, quem *de cognoscibilitate Dei à nobis* nuncupat. D. Thom. non solum agat, de cognitione Dei intuitiva, & prout est in se; sed etiam de cognitione, quam de eo ex eius effectibus habere possumus, ut ex duobus ultimis huius quæst. articulis constat; iam tamen totus disputationis calor, inter Recentiores Theologos ad primam Dei cognitionem, quæ eius visio dicitur, vertitur: tum quia mirabilior: tum quia subtilior, & difficilior. Quare, sub nomine visionis Tractatus iste disputatur. Quorum morem imitantes, quamvis, ut cum Chrysostomo dicam, acies mentis nostræ, imparem se tot radiorum certamini sentiat, desiderio tamen huius pulcherrimi luminis intuendi, contra importabiles eius micatus, contentiosa intendit subire certamina. Et, ne in tantæ lucis abyssu habes oculus deficiat, ipse Ang. Doct. ducatum nostrum portabit; quo Duce, neque offensionis lapidem, neque foveæ profunditatem timemus: sed, potius per illius viam, sine offendiculo currentes, posse prophetis verbis, vere dicere speramus, quod, & ab altero eius discipulo, iam lucem illam inhabitante, ei dictum legimus, *sicut audivimus, sic vidimus in Civitate Domini virtutum, in Civitate Dei nostri.* Ut autem, ea, quæ disputanda censemus, clariori methodo tradantur; tractatum istum quadruplici disputatione distinguimus. In prima agemus de potentia elevabili ad visionem Dei: in secunda de specie ad visionem ex parte obiecti concurrente: in tertia de lumine elevante: ac tandem in quarta, de ipsa visione, in ordine ad obiectum. Promissis, que stantes sit,

Homil. 8.
de Laude
Paul.



DISPUTATIO PRIMA.

DE POTENTIA ELEVABILI AD DEI VISIONEM.

DUBIUM PRIMUM.

UTRUM DEUS CLARE, ET INTUITIVE VISUS
contineatur, sub obiecto specificativo nostri
intellectus.

§. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS SENTENTIÆ REFERUNTUR.

N. 1. **S**uppono 1. intellectum nostrum
Supp. 1. posse elevari ad claram, intuitivamque cognitionem Dei. Quæ
suppositio, certa est secundum fidem, oppositaque duplici extremo
errori: alteri asserentium, non posse intellectum nostrum adhuc per
gratiam elevari, ad facialem, intuitivamque cognitionem Dei: qui
error attribuitur, à M. à S. Thom. aliquibus ex Iudæis, referens ex
D. Hieronymo cap. 1. in Isaiam, eo fuisse Prophetam istum ab eis in-
terfectum, quia asseruit se vidisse Deum facie ad faciem. Eundem erro-
rem asserunt tenuisse Armenos. Secundus error fuit aliquorum asse-
rentium intellectum creatum, ita posse elevari ad Deum cognoscen-
dum, quod ipsum comprehendat: hunc tenuit Eunomius, & alij hæ-
retici, qui eius nomine vocati sunt Anomei.

2. Suppositio, autem facta, defi-
nita est in primis à Benedicto XII. in Extravaganti *Benedictus Deus*, ubi
definit animas beatorum, videre Divinam essentiam immediatè, se-
benè, clare, & aperte eis ostenden-
tem. Insuper definita est à Conci-
lio Florentino: tum in decreto de
purgatorio: tum in litteris Sanctæ
unionis: ubi habetur, quod animæ
Sanctorum, intuentur clarè ipsum
Deum Trinum, & Unum sicuti est.
Constatque ex Sacra Scriptura. Tum
ex illo Ioan. 3. *Cum apparuerit si-
miles ei erimus, quia videbimus eum
sicuti est*: tum ex illo Math. 5. *Beati
mundo corde, quoniam ipsi Deum vi-
debunt*, & ex illo ad Corinth. 13.
Videmus nunc per speculum in enig-

mate, tunc autem facie ad fa-
ciem.

Nec refert si dicas plura alia 3
esse testimonia Scripturæ, in quibus Deus dicitur absolute invisibilis, ut
illud ad Timoth. 1. *Regi seculorum immortalis, & invisibilis*. Et ibidem 6. *Lucem habitat inaccessibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest*. Et illud Ioan. 1. *Deum nemo vidit unquam*. Insuper, & quod in alijs locis ubi visio Dei affirmatur, non est intelligendum de visione ipsius prout est in se, sed de aliqua cognitione, superiori: pariter ergo, & adducta testimonia. Antecedens constat. Tum ex illo Isaiæ: *Vidi Dominum sedentem*: & ex illo Exodi 33. *Vidi Dominum facie ad faciem*, & ex pluribus alijs testimonijs.

Non, inquam, refert: nam illa
testimonia, quibus Deus invisibilis
dicitur, intelligenda sunt, vel de
visione corporali, vel de ea, quæ
viribus naturæ haberi potest: vel de
visione, in hac vita mortali habenda: vel tandem de visione illius com-
prehensiva. Testimonia autem à no-
bis allata nullam ex his explicatio-
nibus admittunt: quod constat: tum
quia Sancti P. P. & communis sen-
sus Catholicæ Ecclesiæ, secundum
quem verba Scripturæ sunt accipien-
da, nullam illis explicationem accom-
modant, sed ut iacent, acceptant.
Tum quia visio illa Dei, quæ ibi asse-
ritur, cognitioni enigmaticæ contra-
ponitur, ut ex loco Paul. cit. manifestum est: debet ergo intelligi, pro
cognitione intuitiva vera, & prop-
ria. Ac tandem, quia ex rigorosa
eorum acceptione nullum sequitur in-

Solutio
quædam.

4
Impugna-
tio.

inconveniens ; quod tamen sequeretur si opposita rigoroſe accipiantur. Alia autem teſtimonia 2. loco adducta , congrue accipiuntur , non pro viſione Dei intuitiva , ſed pro enigmatica : tum quia ſic accipiuntur à Sanctis P. P. ut videre eſt apud D. Aug. Epiſtola 3. tum quia illa verba Exodí , quæ maiorem vim facere videntur non poſſe intelligi de viſione intuitiva Dei , manifeſte convincitur ex ipſo contextu. Paulo nanque poſt prædicta verba , ipſe Moyſes ſubiunxit : *oſtende mihi faciem tuam* : antea ergo Dei faciem intuitive non viderat.

5 Duplici autem ratione probatur D. Thom. hanc eandem ſuppoſitionem. Prima talis eſt : beatitudo hominis poſita eſt in viſione Divinæ eſſentia : conſiſtit enim in altiſſima eius operatione , qua coniungitur ſuo principio ; ſed homo poteſt conſequi ſuam beatitudinem : ergo , & Deum prout eſt in ſe videre. Quæ ratio verè demonſtratio Theologica eſt , præſcinditque à diſputatione illa , num beatitudo hominis conſiſtat in actu intellectus , vel voluntatis : quia quocumque dato ſemper eſt verum , quod ad beatitudinem requiritur viſio Dei , ſive conſtitutive , ſive antecedenter. Secunda ratio talis eſt.

2. Ratio. Viſis effectibus in eſt naturale deſiderium videndi cauſam : ergo viſis effectibus Dei in eſt naturale deſiderium videndi Deum ; tunc ſic ; ſed naturale deſiderium nequit fruſtrari : ergo poſſibilis eſt viſio Dei. Quæ ratio dub. ſequenti venit examinanda.

6 Quamvis autem ſuppoſitio prædicta ita certa ſit ; oportet tamen antequam ad ulterioſa progrediamur aliquas difficultates , quæ contra illam militare videntur , breviter ſolvere. Omiſſis authoritatibus Sanctorum P.P. quæ contra illam obijci ſolent , de quorum vindicatione contra P. Vazquez videndi ſunt cæteri Theologi ; obijcies primò. Cognitio intuitiva Dei non poteſt non eſſe infinita ; ſed cognitio intellectus creati non poteſt eſſe infinita : ergo intellectus creatus non poteſt intuitive cognoſcere Deum. Cætera patent , & mai.

1. Obiect. in qua eſt difficultas , probatur 1. quia cognitio creſcit ad incrementum obiecti ; ſed Deus eſt infinitus : ergo cognitio Dei debet eſſe infinita. Secundò. Quia cognitio debet proportionari cum obiecto cognito ; ſed finiti ad infinitum nulla eſt proportio , cum ſit infinita diſtantia : ergo. Tertio. Quia cognitio omnium poſſibilium collectivè eſſet infinita , ideoque repugnans aſſeritur communiter intellectui creato ; ſed cognitio Dei quidditativa perfectior eſt cognitione omnium poſſibilium collectivè , cum ad perfectius obiectum ſimpliciter terminetur : ergo ſi prima eſt infinita etiam 2. Quarto , quia cognitio , quæ exigit ſpeciem infinitam , eſt infinita ; ſed cognitio intuitiva Dei exigit ſpeciem infinitam , ut ex inferius dicendis conſtabit : ergo. Mai. probatur. Nam cognitio , quæ exigit intellectum infinitum , eſt infinita : ergo , & quæ exigit ſpeciem impreſſam infinitam , Probatur conſequentia , quia non minus cognitio eſt actualitas , & actio ſpeciei , quam intellectus ; ſed eo cognitio intellectus infiniti eſt infinita , quia implicat potentiam infinitam ; quia actus purus actuari actualitate finita nequit ; ergo.

2. Obiect.
3. Obiect.
4. Obiect.

Quod confirmatur 1. quia minus diſtat Angelus à viſu corporeo , quam Deus ab intellectu creato ; ſed viſus corporeus nequit elevari ad videndum Angelum : ergo nec intellectus creatus ad videndum Deum. Confirmatur 2. quia ex intellectu , & re intellecta ſit magis unum , quam ex materia , & forma , ut communiter aſſeritur à Philoſophis ; ſed implicat quod ex intellectu creato , & Deo fiat magis unum , quam ex materia , & forma , cum unio ex materia , & forma ſit ſubſtantialis , & ad componendum unum ſimpliciter , & hac ſolum poteſt eſſe mai. unio identitatis , quæ inter Deum , & intellectum creatum reperiri non poteſt : ergo.

7 Sed ad hæc facile reſpondetur ad 1. neganda eſt mai. ad eius 1. probationem diſtinguenda eſt mai. creſcit

2. Obiect.

3. Obiect.

4. Obiect.

7 1. Confir-
mat.

2. Confir-
mat.

8 Solutio-
nes obiect.

ad incrementum obiecti *Arithmetice* nego mai. *Geometrice* concedo mai. & concessa min. neganda est consequentia. Primus enim modus incrementi est secundum equalitatem, aut secundum determinatam proportionem, ut si obiectum est ut octo, cognitio etiam debet esse ut octo, & si est ut quatuor, cognitio fit saltem ut duo, & si crescit usque ad octo, cognitio crescat usque ad quatuor. Ille autem modus incrementi salvari debet solum in cognitione comprehensiva, quæ adæquat obiectum, non autem in quidditativa, quæ non adæquat: ad hanc enim sufficit incrementum Geometricum, quod fit per partes non determinatas, & ex quarum additione, non resultat infinitum, ut constat in quantitate, cui infinitæ partes proportionales adduntur.

- 9 Ad 2. distinguenda est mai. cognitio debet proportionari cum obiecto proportionem in esse entis nego mai. in esse actus ad obiectum concedo mai. & distinguendo eodem modo min. neganda est consequentia: quæ solutio ex dicendis constabit.
- 10 Ad 3. omissa mai. de possibilibus extra verbum, de qua aliqui probabiliter dubitant, & concessa min. negandus est consequentia: quia cognitio possibilium eo esset in hac sententia infinita, quia non solum esset quidditativa, sed etiam comprehensiva, cum deberet etiam omnes illorum modos cognoscere; cum quo tamen stare, quod esset simpliciter imperfectior cognitione quidditativa Dei, quia hæc quamvis finita, esset superioris ordinis ad alteram. Infinitum autem inferioris ordinis non potest physice finitum ordinis superioris adæquare.

- 11 Ad ult. Ad 4. potest in primis distingui mai. si exigit speciem infinitam modo infinito communicatam concedo mai. modo finito, nego mai. & sub eadem distinctione min. neganda est consequentia. Ad probationem autem mai. quatenus ob stare poterat, dicatur, quod intellectio creata, quæ media essentia Divina per modum speciei procedit, licet semper debeat comparari ad intellectum per mo-

dum actionis, & actualitatis eius; ad talem tamen speciem non debet sic comparari; & disparitas constat ex eo, quod nihil creatum potest esse actio, vel actualitas alicuius predicati Divini: quare in sententia D. Thom. implicat Deum agere per actionem transeuntem. Unde species illa, aut non concurret effective, ut aliqui argumento convicti affirmant, aut quod verius existimo, licet effective concurret; concurret tamen per actionem distinctam ab intellectu, & intellectio, est tantum illius effectus. Hoc autem inconveniens non apparet in intellectu: & cum alias intellectus se habeat, ut primum intelligens, nequit non actuari per intellectionem.

Ad 1. autem confirmationem dicatur, minus distare Angelum à visu corporeo distantia entitativa, quam Deus ab intellectu creato; at distantia obiecti ad potentiam minus distat intellectus creatus à Deo, quam Angelus à visu corporeo; quod etiam constabit ex inferius dicendis. Ad 2. confirmationem dicatur, quod ex intellectu in actu ratione formæ intelligibilis, & re intellecta ratione pariter formæ intelligibilis fit unum unitate identitatis, quia eadem entitative est utriusque forma scilicet species impressa; unde fit magis unum, quam ex materia, & forma; & hac maiori unitate capax est intellectus creatus cum Deo. Aliæ explicationes adhiberi solent prædicto principio, sed dicta sufficit.

Secundo supponendum est, quod intellectus noster per suas innatas vires non est proportionatus, nec proportionem connaturalitatis, nec activitatis absolute ad Deum clare intuitiveque videndum. Quæ suppositio certissima est apud Recentiores Theologos, definitaque videtur in Concilio Viennensi in Clementina *Ad nostrum* de Hæret. ubi damnatur error aliquorum assentientium, quod animæ non indigent lumine gloriæ ad Deum videndum, & eo beatè fruendum. Et ratio etiam est manifesta, quia virtus adæquate naturalis non est sufficiens

12
Ad 1. confirm.
firm.

13
2. Supp.

ad effectum adæquate super naturalem; sed virtus innata intellectus est adæquate naturalis, & visio Dei adæquate supernaturalis: ergo.

14 **Rationes dubitandi expræmissis.**
 1. Ratio. Ex his ergo duabus suppositionibus duplex pariter oritur ratio dubitandi, quarum qualibet unam partem contradictionis circa præfens quasitum convincere videtur. Nam ex prima hæc ratio dubitandi deducitur pro parte affirmante Deum clare visum contineri sub obiecto specificativo nostri intellectus. Intellectus noster potest elevari ad clare intuitivæque Deum videndum; sed nulla potentia potest elevari ad operandum id quod est extra spheram sui obiecti specificativi: ergo. Mai. est suppositio facta. Min. autem probatur. Tum quia alias exiret extra limites sue essentiæ; tum quia nulla alia ratio assignari potest, cur visus nequeat videre Angelum, aut percipere sonum, nisi quia hæc sunt extra suum obiectum specificativum: ergo.

15 **2. Ratio.** Ex alia autem suppositione alia, & non minoris momenti, deducitur ratio pro parte negativa; quia species adæquata nostri intellectus est naturalis: ergo, & specificativum adæquatum illius debet esse determinate aliquid naturale; sed Deus clare visus nequit contineri sub aliquo naturali, cum non solum ipse in se, sed & eius visio sint determinate aliquid supernaturale: ergo Deus clare visus nequit præcontineri sub obiecto specificativo nostri intellectus.

16 **Sent. DD. referunt.** Hæc sunt præcipuæ rationes quibus hæc quæstio satis difficilis, & implicata redditur: quæque coegerunt AA. in varias abire sententias, variosque modos illas explicandi: alijs nanque asserentibus Deum contineri sub obiecto specificativo nostri intellectus, sub ratione analogâ intellectui Divino, Angelico, & humano communi. Sic Illustris Araujo: alijs sub ratione tantum communi intellectui humano, & Angelico: alijs sub ratione differentiali intellectus humani: alijs sub ratione potentiæ obedientialis, quæ commu-

nis etiam est intellectui humano, & Angelico. Sic Illustris Godoy in quo sensu explicat, & ad quem reducit plures alios Thomistas. Omnes autem hi AA. conveniunt in eo, quod Deus contineatur sub obiecto specificativo nostri intellectus, quamvis in modo explicandi dissentiant: alijs per oppositum asserunt, Deum prout in se visum, non contineri sub obiecto specificativo nostri intellectus quocumque modo explicetur, sed tantum sub obiecto illius extensivo: in hoc conveniunt M. à S. Thom. & M. Ferre licet differant differentia inferius explicanda. Quid autem probabilius iudicemus triplici conclusione explicabimus.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO
statuitur.

DEUS CLARE VISUS NON
 continetur sub obiecto specificativo
 nostri intellectus, prout est potentia
 naturalis, nec secundum ratio-
 nem aliquam communem,
 nec secundum rationem
 differentia-
 lem.

17 **CON**clusionem istam expressam existimo D. Thom. quæst. 2. de anima art. 7. ubi asserens, quod anima, & Angelus specificè distinguuntur, contra hoc objicit quartum argumentum sub hac forma: *sicut Angeli intelligunt res in verbo, ita anima beatorum; sed cognitio, quæ est in verbo, est sine discursu: non ergo differt anima ab Angelo per intelligere cum discursu, & sine discursu.* Cui argumento respondet S. D. quod species rei iudicatur secundum operationem competentem ei secundum propriam naturam, non autem secundum operationem, quæ competit ei secundum participationem alterius nature: sicut non iudicatur species ferri secundum adustionem, quæ competit ei prout est ignitum: sic enim eadem iudicaretur species ferri, & ligni, quod etiam igni-

17
 Probatur
 ex D. Th.

ignitum adurit. Dico autem quod videre in verbo est operatio supra naturam animæ, & Angeli, utriusque conveniens secundum participationem naturæ superioris, naturæ scilicet Divinæ per illustrationem gloriæ: unde non potest concludi, quod Angeli, & anima sint eiusdem speciei.

18

Insuper, & ibidem argumento quo intendebat probare unitatem specificam ex eo, quod Angeli, & anima perficiuntur eisdem perfectionibus, gratia, scilicet, & gloria, & charitate. Respondet conformiter ad dicta, dicendo quod perfectiones gratiæ conveniunt animæ, & Angelo per participationem naturæ Divinæ. Unde per convenientiam in istis non potest concludi unitas speciei. Et ad decimum quo idem intendebat ex unitate beatitudinis respondet: *quod ea quorum unus est finis proximus, & naturalis sunt unum secundum speciem: beatitudo autem aeterna est finis ultimus est supernaturalis.* Videndus insuper est idem Ang. Doct. 1. part. quæst. 76. art. 7. ad 1. & 2. contra Gentes cap. 94. & in 2. dist. 3. quæst. 1. art. 6. ad 5.

19

Probatur conclusio ratione.

Ex his ergo autoritatibus ratio nostræ conclusionis, eaque efficacissima mihi, deducitur: intellectus noster non specificatur ab objecto nisi media operatione, qua illud cognoscit; sed operatio, qua potest Deum intuitive cognoscere nullo modo pertinet ad specificativum illius: ergo. Mai. est communis, traditurque expressè à D. Thom. infra quæst. 77. art. 3. min. vero probatur. Species cuiuscumque activæ potentiæ iudicatur secundum operationem competentem ei secundum propriam naturam, non autem secundum operationem, quæ ei competit secundum participationem naturæ superioris: sed cognitio intuitiva Dei, non competit intellectui nostro secundum propriam naturam, sed ex elevatione naturæ superioris: ergo visio intuitiva Dei non pertinet ad specificativum nostri intellectus. Discursus est legitimus; min. constat ex secundo notabili

communiterque reputatur de fide.

Mai. autem, præterquamquod, 20
ipsis formalibus verbis traditur à Mai. probatio.
D. Thom. primo loc. citato, probatur. Tum exemplo ab eo inducto, quia species ferri non iudicatur secundum adustionem, quæ ei competit secundum quod est ignitum, nec talis operatio aqualiter ad eius speciem pertinet; sed non alia ratione nisi quia ei non competit secundum propriam naturam, sed ex elevatione, & participatione naturæ superioris: ergo. Tum alijs exemplis, quia Cælum ut mobile non specificatur à quocumque motu cuius est capax, sed solum à motu sibi naturali: unde quamvis omnes Cœli inferiores, motu primi mobilis moveantur, ab eo tamen non accipiunt speciem, sed solum à motibus eorum naturalibus. Pariter, & lignum non desumit suam speciem à forma artificiali quam potest recipere ex subiectione ad agens, sed solum à forma propria substantiali. Et idem, est de gravi in ordine ad motum sursum, quem ex subiectione ad agens potest recipere: ergo.

Et illius ratio à priori esse potest. Quia operatio, quæ pertinet ad specificationem alicuius naturæ, debet per se contineri in prædicatis specificis illius naturæ, & ratione illorum esse cum illa proportionata; sed visio intuitiva Dei non præcontinetur in prædicatis specificis nostri intellectus, nec ratione illorum est intellectus noster cum ea proportionatus, sed solum ratione luminis gloriæ; quod est adæquate extra illius speciem: ergo operatio illa non pertinet ad specificativum nostri intellectus.

21
Ratione à priori ill. mai.

Secunda ratio conclusionis sic proponitur. Species intrinseca nostri intellectus est adæquate naturalis: ergo specificativum illius debet esse adæquate naturale; sed Deus clare visus non continetur sub aliquo naturali, cum prout sic solum supernaturaliter videatur: ergo Deus clare visus non continetur sub

22
2. Prob. concl.

obiecto specificativo nostri intellectus. Min. sub sumpta cum consequentia tenet; antecedens autem primum est certum; consequentia vero probatur. Quia actus naturalis à supernaturali distinguitur per hoc quod primus respiciat tanquam proprium obiectum aliquid naturale, secundus autem aliquid supernaturale: neque enim ex alio principio obiectivo probatur naturalitas, aut supernaturalitas actuum, & habituum.

23 Solut. Dices: quod hæc ratio convinceret si Deus clare visus specificativum adhuc partiale nostri intellectus constitueretur; at non constituitur sic: etenim licet asseratur contineri sub obiecto specificativo illius, sub ente, scilicet, in communi, at tota ratio specificandi in communi ratione entis consumatur; alia autem sub ea contenta nullo modo habent specificare. Quæ etiam solutio paucis mutatis precedenti rationi accommodari potest.

24 Impugnatur. Sed contra eam, quæ totum robur partis adversæ præcontinet replicatur I. quia licet intellectus noster non specificetur adhuc partialiter ab obiecto, quod præcontinetur sub obiecto illius specificativo, specificatur tamen ab obiecto specificativo, secundum quod est ratio attingendi omnia, quæ sub eo continentur: ergo si Deus clare visus sub eius specificativo contineretur, specificaretur ab eo secundum quod est ratio Deum clare videndi: ergo specificaretur secundum quod est ratio attingendi non solum entia naturalia modo naturali, sed etiam secundum quod est ratio attingendi entia supernaturalia modo supernaturali; tunc sic, sed hoc ipso non posset, non esse saltim inadæquate supernaturalis: ergo. Cætera constant, & min. sub sumpta probatur. Tum quia ut supra dicebamus potentia specificatur ab obiecto media actione: ergo si ratio illa specificans, intellectum specificat secundum quod inadæquate est ratio ut attingatur obiectum supernaturale supernaturali

modo, non potest non inferre potentiam inadæquate supernaturalem. Tum quia ratio illa secundum quod est ratio attingendi obiectum supernaturale modo supernaturali, non potest non esse supernaturalis: alias obiectum illud non constitueretur modo supernaturali attingibile: ergo si prout sic specificat; prout supernaturalis est, saltim inadæquate specificat: unde, & potentia ab eo specificata debet esse supernaturalis saltim inadæquate.

25 Impugnatur 2. Secundò, quia potentia naturalis determinate, debet specificari ab obiecto determinate naturali; sed noster intellectus est determinate naturalis: ergo specificativum illius debet esse determinate naturale; sed ratio entis secundum quod est ratio attingendi entia naturalia, & supernaturalia non est determinate naturalis, sed ab utroque præscindit: ergo ab illa prout sic nequit specificari.

26 Effugium Impugnatur. Dices, quod ratio entis à naturali, & supernaturali præscindens naturaliter, est attingibilis à nostro intellectu; prout sic nanque nihil prædictæ attingentiæ repugnans dicit: potest ergo prout sic intellectum humanum specificare. Sed contra est, quia sicut ratio entis prout sic, à naturali, & supernaturali præscindit; ita præscindit à naturaliter, vel supernaturaliter attingibili: solum enim est naturaliter attingibilis secundum quod est determinate naturalis, ut modo arguebamus: ergo prout sic nequit intellectum nostrum specificare. Secundò, quia licet sub illa præcisione non explicet repugnantiam ut modo naturali attingatur; eam tamen implicat, quod sufficit, ut non sit naturaliter attingibilis. Assumptum probatur. Nam ens non potest ita præscindi à suis differentiis, quin eas saltim implicite includat: ergo quin implicite saltim includat supernaturalitatem, & naturalitatem ac proinde repugnantiam, ut prout sic præcissum naturaliter attingatur. Tertio, quia si ratio entis prout est naturaliter attingibilis specificaret nos-

nostrum intellectum, & sub illa prout sic Deus clare visus contineretur, Deus clare visus contineretur sub ente prout est naturaliter attingibile, ac proinde naturaliter attingi posset: quodcumque enim obiectum materiale, ea ratione qua sub formali continetur attingi valet; sed hoc est absurdum, ut ex supra dictis patet: ergo.

27 Undè deduces, quod licet ratio entis ab ente naturali præcissa, & naturalem differentiam includens, possit à nostro intellectu attingi, quia prout sic ratione differentie connaturalitatis est ei proportionata; secus vero est dicendum de ratione entis, vel ab ente supernaturali solum, vel à naturali, & supernaturali præcissa: & ratio est. Quia prout sic includit differentiam naturali illius cognitioni repugnantem, aliter non posset solum se extendere, ad naturaliter cognoscenda entia naturalia, & particularia, sed etiam supernaturalia.

28 Tertio probatur conclusio. Ens est obiectum nostri intellectus prout est modo humano cognoscibile; sed Deus clare visus non continetur sub ente ut modo humano cognoscibile: ergo non continetur sub obiecto specificativo nostri intellectus. Mai. est certa, quia ens specificat nostrum intellectum secundum rationem formalem distinctam ab ea, qua specificat intellectum Divinum, & Angelicum: intellectus enim noster specie differt ab intellectu Angelico, & plusquam genericè à Divino. Min. autem probatur. Tum quia modus attingendi Deum clare est modus Divinus, sit enim per elevationem ad Divinum ordinem: tum quia cognitio Dei clara, & intuitiva est eiusdem speciei in homine, & in Angelo, ut cum D. Thom. tenet communis sententia: ergo Deus clare visus non continetur sub ente, ut modo humano intelligibili.

29 Cui rationi dices. i. cum aliquibus, quod ea solum probatur, quod Deus clare visus non conti-

netur sub obiecto specificativo nostri intellectus secundum rationem illius differentialem prout à Divino, & Angelico distinguitur; non autem quod non continetur secundum rationem communem analogicam intellectui Divino, Angelico, & humano. Vel secundo cum alijs quod licet intellectus noster in ratione proprietatis, specificè distinguatur ab intellectu Angelico; non tamen in ratione potentie: quare bene potest habere intellectiones eiusdem speciei. Sed contra i. solutionem obstat i. nam ex illa sequitur, quod homo ut homo, non possit elevari ad videndum Deum, ac proinde quod ut talis non possit beatificari, quod est absurdum: ergo. Sequela probatur. Quia ea ratione iuxta mentem eorum quos impugnamus homo potest, videre Deum, quia Deus sub obiecto specificativo præcontinetur; at Deus non præcontinetur sub obiecto specificativo hominis ut homo est, si non præcontinetur sub obiecto specificativo illius secundum ultimam differentiam: ergo. Probat. min. quia homo ut homo explicat differentiam, qua differt à quocumque alio qui homo non est: immò qua differt à se ipso ut animal est. Quapropter D. Thom. 1. 2. quest. 1. art. 1. docet solum actiones illas esse hominis ut homo est, quas vocat humanas, quæ proveniunt ab eo, prout à cæteris animalibus distincto: ergo.

Obstat 2. quod hoc idem posset dici de potentia visiva. V. g. quod, nimirum, licet sub ratione differentialem talis sensus, non possit se extendere ad sonum, sub ratione tamen communi, quæ cum auditu convenit, poterit ad illum se extendere, ac proinde audire, quod est absurdum: ergo. Tertio, quia hoc est constituere duplex specificativum eidem potentie in specie à thomà: unum quidem, secundum rationem communem illius, & alterum secundum rationem differentialem; sed hoc est contra communem Philosophorum sententiam cum D. Thom. 1. p. q. 77. art. 3. de-

Aliorum
solutio.

Impug.
solutio.

30
Impug. 2.
ead. solut.

Ult. im-
pug. 1. so-
lut.

defumentium unitatem specificam potentiarum ab unitate obiecti: ergo. Tandem; quia gradus communis dum est determinatus per aliquam differentiam, non specificatur à ratione illa circa quam in sui abstractione versatur, sed ab illa circa quam, ut determinata potest versari; sicut, nec operatur operationes illas, quæ ex conceptu communi illi non repugnant, sed eas tantum, quas conceptus differentialis determinat: undè intellectus noster, non potest intelligere per intellectionem Divinam, aut Angelicam, licet hoc ei non repugnet ex conceptu communi analogico; sed intellectus humanus determinatus per differentiam specificam, qua differt à Divino, & Angelico, non potest versari circa Deum clare visum, ut hæc solutio concedit: ergo secundum rationem communem, à Deo clare viso non specificatur.

31
Revincitur 2. 1.

Minus probabilis apparet 2. solutio; & contra illam obstat: & 1. quod intellectus hominis, & Angeli differant in ratione proprietatis implicat, quin differant in ratione potentiarum, & intellectuum: ergo solutio primum asserens, & secundum negans, est nulla. Antecedens probatur. Quia implicat quod specificè differant in ratione proprietatum, quin naturæ ad quas consequuntur differant specificè; sed natura est principium motus, & quietis: ergo implicat quod naturæ illæ specificè differant, quin motus intellectionis quos radican, specificè distinguantur; tunc sic: sed specificæ horum distinctio arguit specificam potentiarum distinctionem: ergo implicat, quod intellectus hominis, & Angeli differant specificè, quin & differant in ratione potentiarum. Tum: quia intellectus hominis v. g. tam in ratione proprietatis, quam in ratione potentiæ est in una simplicique specie qualitatis; sed si in ratione proprietatis differret specificè ab intellectu Angelico, & specificè conveniret in ratione potentiæ, non

esset unica, simplexque species, ut per se constat: ergo.

Obstat 2. quod homo, & Angelus differunt specificè per differentias specificè contrahentes naturam, ut intellectivam: non enim tantum accidentaliter naturam illam contrahunt, sed intrinsece, & essentialiter: ergo contrahent potentias intellectivas, ut tales, specificè distinctas. Tertiò, quia potentia intellectiva hominis in esse potentiæ specificatur ab intellectione humana in esse talis; sed intellectio humana, ut talis differt specie ab intellectione Angelica: ergo. Probatur min. Sub intellectione humana ut tali continetur intelligere cum discursu, & per conversionem ad phantasmata, quod non continetur, nec contineri potest sub intellectione Angelica: ergo. Tandem; quia D. Thom. loc. citat. quæst. 2. de anima solvit argum. quod sibi objicit ad probandam unitatem inter intellectum humanum, & Angelicum: ubi sine dubio loquitur de eis in ratione potentiarum, cum loquatur de illis comparative ad intellectionem; ergo. Videatur num. 16.

32
Revincitur 2.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO
statuitur.

DEUS CLARE VISUS NON
continetur sub obiecto specificativo
nostri intellectus, ut est potentia
obedientialis.

Conclusio ista, licet non ita communis, clare deducitur ex loc. citatis D. Th. ubi supr. undè, & probatur ratione ibidem adueta. Nulla potentia specificatur ex operatione, vel forma, quæ potest ei competere per participationem naturæ superioris, aut ex subiectione ad agens præter illius naturam in ea operans; sed intellectus noster, licet prout potentia obedientialis, possit elicere visionem Dei, eam tamen non potest elicere, nisi ex participa-

33
Probatur
conclusio
ratione.

tio.

tionem naturæ superioris, per lumen scilicet gloriæ, & ex subordinatione ad Deum super totam eius naturam in eo operantem: ergo intellectus noster adhuc prout potentia obedientialis, nequit à visione clara Dei specificari. Consequentia est bona. Mai. autem & min. præterquam quod traduntur à D. Thom. iam sunt num. 17. probatæ.

34

Evasio ration.

Dices mai. nostri discursus esse veram loquendo de specificativo potentialium in esse naturalium, non autem in esse obedientialium; & in primo tantum sensu loquutus est D. Thom. Sed contra 1. quod potentia in esse obedientialis, non explicat speciem distinctam à se ipsa in esse naturalis: ergo neque requirit specificativum distinctum ab eo, quod eam specificat in esse naturali. Consequentia tenet: quia potentia differunt specie secundum diversitatem specificam terminorum specificantium. Antecedens autem probatur. Tum quia alias intellectus noster non esset unus specie, sed multiplex. Tum quia potentia in esse obedientialis solum dicit eadem predicata specifica naturæ, ut capacia recipiendi, vel agendi aliquid omnino extra naturam illius, & per participationem alterius; quod est dicere ordinem ad aliquid speciei illius accidentale, sicut ferrum in esse calefacti, aut lignum in esse figurati: ergo prout sic non dicit specificativum distinctum ab eo, quod illi convenit in esse naturali.

35

Impertinens arg. solut.

Quod si hac solutione tantum intendatur, quod potentia in esse obedientialis accidentaliter tantum specificatur à forma quam potest recipere, aut operatione, quam potest elicere ex participatione naturæ superioris, sicut ferrum accidentaliter specificatur à calore recepto, & ideo esse accidentaliter in specie calidi; non renuimus concedere: sed hoc est extra chorum: quia questio controversitur de specificativo essentiali.

36

Dices: potentiam ut obedientialem, & ut naturalem non expli-

care duplicem speciem adæquate distinctam, sed duplicem conceptum inadæquatum eiusdem speciei, ac proinde non requiri ex parte obiecti duplex specificativum adæquatum, sed duplicem partem eiusdem specificativi, sub quarum una Deus clare visus contineri potest. Huius doctrinæ appones exemplum in intellectu nostro, qui, ut practicus, & ut speculativus non reduplicat duplicem speciem, sed duplicem conceptum inadæquatum eiusdem speciei: cui proinde non duplex specificativum, sed unum cum duplici conceptu correspondet.

Replie. ad præc. ian. pug.

Sed contra 1. retorquendo exemplum: quia intellectus noster; ut practicus non habet distinctum specificativum adhuc inadæquate à se ipso ut speculativo distincto: ergo si tenet exemplum, neque potentia ut obedientialis. Probatur antecedens. Quia intellectus ut practicus, reduplicat denominationem illi secundariam: sola enim extensione fit practicus; at nulla potentia secundum denominationem sui secundariam habet distinctum specificativum adhuc inadæquate à se ipsa, sub denominatione primaria: ergo. Secundò, quia duplex specificativum inadæquatum, aut parziale, nequit specificare unam potentiam, nisi secundum quod coadunatur in aliqua unica ratione; at hæc non posset esse alia, nisi ratio entis ut sic, secundum quod est communis enti naturali, & supernaturali; quod iam conclusionis præcedenti est reiectum: ergo.

37 Exploditur replic. 1. Retorq. exemp.

Exploditur 2.

Explicatur hoc insistendo in exemplo adducto. Licet enim intellectus sub formalitate practici, specificaretur à vero practico, & sub formalitate speculativi, à vero speculativo; sub formalitate tamen intellectus utranque comprehendens, deberet specificari à ratione veri communi practico, & speculativo: ergo pariter si intellectus sub rationis potentia naturalis spe-

38 Exeod. AA. exd. plo.

cificatur ab ente naturali, & sub ratione potentiae obedientialis ab ente supernaturali; sub ratione intellectus humani utranque comprehendens deberet specificari à ratione entis communi enti naturali, & supernaturali; sed hoc iam supra impugnatum est, praecipue ratione secunda: ergo.

§. IV.

*TERTIA CONCLUSIO
statuitur.*

DEUS CLARE VISUS CONTINETUR sub obiecto tantum extensionis nostri intellectus.

39 **I**N hac conclusione conveniunt Different. AA. hui. opin. M. à S. Thom. & M. Ferre. Differunt tamen in illius explicatione. Nam M. Ferre postquam retulit, & impugnavit explicationem M. à S. Thom. suam proponit dicendo, quod intellectui nostro duplex cognitionis genus convenit, alterum ex propria inclinatione: & ratione huius constituitur, in propria specie, differtque specificè ab intellectu Angelico. Alterum per non repugnantiam, quatenus pro nutu Dei, potest elevari, ut supernaturalia intelligat. Et huiusmodi cognitio versatur circa obiectum non specificationis, sed extensionis: quod probat, & explicat in Caelo, quod tantum specificatur, à motu ei convenienti ex propria inclinatione, non autem ab eo, qui ei, per non repugnantiam convenit: & idem constat in grave.

40 **T**otam istam doctrinam verisimam existimo, valdeque dictis conformem, neque ab ea ullatenus dissentit M. à S. Thom. At per illam, si nihil amplius superaddatur, difficultas non est devicta, quod sic ostenditur. Nam licet ex eo, in quo omnes conveniunt, nimirum, quod intellectus noster, non potest naturaliter, Deum intuitive cognoscere, sed quod ad hoc indiget Dei elevatione, rectè contra aliquos inferatur Deum clare visum non contingere.

ri sub obiecto specificativo nostri intellectus; restat tamen explicare, quid intellectui nostro, praesensibus conveniat, ut possit elevari, ad attingendum aliquid, extra illius obiectum specificativum, quod sit obiectum tantum extensivum illius; sed hoc non explicat praedictus M. ergo.

Explicatur hoc. Potentia visiva talis est naturae, quod non possit elevari ad eliciendum aliquem actum extra illius obiectum specificativum. Unde non potest elevari ad videndum Angelum; immò neque ad percipiendum sonum: intellectus autem è converso, talis est naturae, quod non solum potest versari circa ens naturale, quod est illius specificativum, sed etiam potest elevari ad attingendum ens supernaturale, quod est adaequate extra specificativum illius: ergo aliquid convenit intellectui, ratione cuius sit praedictae elevationis capax, quod non convenit sensui: hoc ergo debet explicari; quod apud praedictum M. non invenitur. Urgetur hoc: omnis potentia effective concurrens potest elevari ad faciendum aliquid ad quod vis sua naturalis non se extendit; non tamen ad faciendum omnia, sicut visus potest elevari ad attingendum distans, non autem ad percipiendum sonum, & multo minus Angelum: ergo ultra subiectionem, quam intellectus noster ad Deum habet, ut possit ad illum, tanquam ad obiectam extensivum, elevari, reddenda est ratio ex parte eius, per quam à sensibus discernatur.

Nec sufficit id quod praedictus M. dicit, quod sufficienter redditur, ex eo quod cum Deus sit absolute intelligibilis, licet supernaturaliter, potest intellectus ad illum intelligendum, tanquam ad obiectum extensivum elevari: at cum Deus, non sit ulla ratione sensibilis, neque Angelus, non potest potentia visiva ad illos aliquo modo videri, elevari.

Non inquam refert i. Quia saltim sequeretur, quod visus ex ele-

41
Continuat
tur assupte

42
Respons.
M. Ferre.

43
Impugnatur
tripliciter,

elevatione Dei posset percipere sonum, cum sonus sensibilis sit; ac proinde, quod contineretur sub obiecto illius extensivo. Secundo, quia sicut cognoscibilitas activa intellectus, specificè adæquatur cum naturali cognoscibilitate passiva obiecti, ita potentia visiva specificè adæquatur cum visibilitate sensitiva obiecti: ergo sicut primo non obstante intellectus ex elevatione, potest extendi ad supernaturaliter cognoscendum; secundo etiam non obstante poterit visus per elevationem se extendere ad non sensibile videndum. Tandem: quia hoc est reddere disparitatem per aliquid extrinsecum, cum tamen in prædicatis intrinsicis potentiarum fundetur.

44
Animad-
versio 1.
pro intel.
prob. con-
clus.

Quare conclusio nostra fundanda, defendendaque est, ex doctrina M. à S. Thom. qui solus rem istam, meo iudicio, præ omnibus penetravit, licet aliquantulum obscure loquatur. Pro cuius explicatione advertendum est, quod in intellectu nostro duplex conceptus considerari potest: alter recedendi à materia, & alter includendi virtutem activam ad intelligendum, quod est ad actualitatem accedere; horum autem primus, amplior est, quam secundus; quia ratione illius, ita habet intellectus recedere à materia, quod nihil de illa, aut de conditionibus eius corporalibus includat: unde totaliter recedit. Ratione autem secundi non habet omnem virtutem intellectivam includere, sed tantum naturalem; & hanc in specie determinatam.

45
Animad-
versio 1.

Secundo advertendum est, quod licet in sensibus, etiam iste duplex conceptus, distingui, considerarique possit; non tamen ita se habent, quod unus alterum excedat, sed potius inter se ita adæquantur, ut tantum habeat sensus, & non plus, de exclusione à materia, quantum habet de virtute activa, & actualitate ad sentiendum. Cuius ratio est: quia sicut non includit omnem vim activam cognoscendi, ita neque excludit, omnes conditio-

nes materiales ut sentiat, sed pro diversitate sensuum, & sensationum, magis, vel minus dependet in elicientia sui actus, à conditionibus materialibus sicut magis dependet tactus, quam auditus, & iste magis quam visus. Quæ doctrina communis est apud Philosophos.

Tertio advertendum est, quod ex his duobus conceptibus recessus à materia, non constituit speciem intellectus, aut sensus, sed solum inclusio virtutis cognoscitivæ, aut accessus ad actualitatem. Quæ suppositio expressa est etiam D. Thom. loco pluries citato ex q. 2. de anima in corpore: & constat: tum quia recessus à materia consideratur per modum cuiusdam prædicati negativi generis, & differentiam transcendens; tum quia intellectus, & sensus in genere qualitatis activæ constituuntur: ergo per virtutem activam debent specificè constitui.

46
Tertias

His ergo suppositis in quibus omnes Thomistæ debent convenire; sic probatur, & explicatur conclusio. Proprium est intellectus nostri, prout differt à sensibus, quod maius sit exclusio materiæ, & omnium conditionum illius in eo, quam inclusio virtutis activæ, & accessus ad actualitatem: ergo proprium est illius, prout à sensibus differt, quod possit circa omne cognoscibile versari, etiam si plura sint extra obiectum illius specificativum: ergo proprium est illius, prout ab eis differt, quod habeat obiectum extensivum, omnino ab specificativo distinctum. Hæc secunda consequentia constat. Antecedens continet doctrinam primi, & secundi notabilis. Prima autem consequentia in qua potest esse difficultas probatur.

47
Prob. iam
conclus.

Quia omnè illud, ad quod non pertingit virtus activa innata intellectus, est extra obiectum illius specificativum; sed si intellectus noster præ sensibus habet maiorem recessum à materia, quam virtutem activam innatam, potest plura cognoscere, ad quæ non pertingit virtus innata illius: ergo potest plura cognoscere, quæ non continentur intra

48
Consequē
tia princ.
prob.

obiectum specificativum illius. Mai. conitatur ex conclusionibus præcedentibus, & continetur in tertio notabili. Min. autem, in qua est difficultas, probatur. Quia potentia potest plura, vel pauciora obiecta cognoscere, secundum maiorem; vel minorem recessum à materia: ergo si maior est recessus in nostro intellectu præ sensibus, quam virtus activa innata, potest, præ illis, plura cognoscere, ad quæ virtus activa innata non pertingit. Antecedens probatur doctrina D. Thom. pluribus in locis, præcipue 1. part. quæst. 14. art. 1. Quia impedimentum, ne aliqua potentia possit recipere intelligibiliter formas aliarum rerum, provenit à materia, quæ est unicum limitationis, & coarctationis principium: ergo secundum maiorem recessum à materia, est aliqua potentia magis potens recipere intelligibiliter formas aliarum rerum; quod est posse illas cognoscere. Ex quo ulterius deducitur, quod potentia illa, quæ omnino excludit materiam, & omnes conditiones illius, qualis est noster intellectus, nullum habeat impedimentum, ut omne intelligibile intelligat: & hoc est quod dicit Philosophus 3. de anim. quod intellectus sit quodammodo omnia.

49 Quæ ratio expresse tangitur, Rationem adduciturque à D. Thom. ad nos- factam D. Thom. ad trum intentam hic art. 4. ubi pro- ponens tertium argum. quod sensus corporeus non potest elevari ad videndum Deum, quia est supra illius naturam: ego neque intellectus: sic respondet. Ad tertium dicendum: *quod sensus visus, quia omnino materialis est, nullo modo elevari potest ad aliquid immateriale; sed intellectus noster, vel Angelicus, quia secundum naturam a materia elevatus est, potest ultra suam naturam, per gratiam, ad aliquid altius elevari.* Quibus in verbis S. D. capacitatem, ut intellectus noster ad differentiam sensuum, ultra suam naturam, hoc est, ultra speciem suam elevetur, ad recessum eius à materia reducit,

quæ est nostra ratio. Idemque attingit art. 3. in corp.

Ex quo deduces primò, quod intellectus humanus non solum ex conceptu generico, sed etiam ex conceptu differentiali, est potens elevari ad videndum Deum: nam cum potentia hæc conveniat illi, ex eo quod caret omni materia, & hoc de eo verificetur, non solum ex conceptu generico, sed etiam ex differentiali; ratione utriusque potest elevari ad videndum Deum. Secundò deduces, quod licet potentia hæc, quæ intellectui nostro convenit ratione immaterialitatis, ut omne ens possit attingere, sit potentia activa, & proxima, respectu entis naturalis; quia associatur conceptui virtutis innatæ; respectu tamen entis supernaturalis est tantum remote activa: quia revera, neque ex illo conceptu; neque cum illo, est aliqua virtus innata, per quam possit illum cognoscere, sed quædam non repugnantia, ut possit accipere virtutem activam, qua intellectus noster, active ad illius cognitionem concurrat. Ex quo inferimus, quod non omnia, quæ potest cognoscere, infra illius specificativum continentur; sed ea tantum, ad quæ cognoscenda virtute activa innata est præditus.

50
Triplex
Corollarium.

§. ULTIMUS.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

EX hucusque dictis non erit difficile argumenta in favorem præcedentium conclusionum, & contra nostram solveré. Et in primis ad rationem dubitandi num. 13. pro parte affirmativa propositam; concessa mai. disting. est min. nulla potentia potest elevari ad attingendum aliquid extra suum obiectum specificativum, ad attingendum, inquam, illud ex propria inclinatione, & per vires proprias, concedo min. ex elevatione, & participatione naturæ superioris nego min. & consequentiam. Cum enim vires nostri intellectus sint adæquate natura-

51
Solvitur
1. arg. in
ratione
dubitandi
sup. for-
marum.

les, & innata inclinatio ad operandum sit etiam naturalis; si per proprias vires, & ex propria inclinatione posset Deum intuitive cognoscere, necessario eius species mutaretur: tunc enim, non solum per vires naturales, sed etiam per supernaturales, species illius constitueretur. At ex eo, quod per elevationem, & participationem virtutis à natura superiori, possit Deum intuitive videre, hoc non sequitur inconveniens, ut per se constat. Cuius aptum est exemplum in ferro candenti: quod si per vires proprias posset calefacere, illius mutaretur natura; non autem ex eo, quod per participationem ignis calefaciat: & idem est de Coelo inferiori, ut mobili motu superioris.

• Pre-
batio af-
sumpt. di-
guitur.

Ad 2. quæ ininitur paritate visus, qui non potest elevari ad videndum Angelum, quia extra illius est speciem: ergo neque intellectus ad videndum Deum, si extra illius constituatur speciem: illico neganda est consequentia, & disparitas constat ex dictis in tertia conclusione. In visu enim, exclusio à materia, ratione cuius constituitur elevabilis, adæquatur cum eius actualitate, & virtute, per quam constituitur in propria specie. Unde nihil ratione primi potest attingere, quod sub eius specificativo non contineatur; secus tamen accidit in intellectu, (& idem dic de voluntate) cuius exclusio à materia maior est illius actualitate.

52
• Obiec-
tio.

Secundo obijcies difficile testimonium D. Thom. 3. contra gent. cap. 54. ubi sic habet. *Divina substantia non sic est extra facultatem intellectus creati, quasi aliquid omnino extraneum ab ipso, sicut est sonus à visu, vel substantia immaterialis à sensu: nam ipsa Divina substantia est primum intelligibile, & totius intellectualis cognitionis principium; sed est extra facultatem intellectus creati, sicut excedens virtutem eius.* Unde Philof. in 2. Metaph. dicit, quod intellectus noster se habet ad materiam sensuum, sicut oculus nocturæ ad lucem Solis: tunc sic; sed oculus

nocturæ, non se habet ad lucem Solis tanquam ad aliquid, quod sit extra specificativum illius, sed intra; licet improporionatum: ergo.

Respondetur quod sonus à visu, & substantia immaterialis à sensu, ita est extra illorum facultatem, quod neque intra obiectum extensivum contineatur. Quare recte asserit D. Thom. quod Divina substantia, quæ intra obiectum extensivum nostri intellectus præcontinetur, non sic est extra facultatem illius, sicut sonus à visu, & substantia immaterialis à sensu. Exemplum autem, quod adducit de lumine Solis respectu oculi nocturæ, solum tenet quo ad hoc, quod sicut noctua non potest lumen Solis videre sine confortatione, non propter defectum obiecti, sed propter illius vehementiam; sic nec intellectus noster potest Deum sine confortatione videre propter excellentiam obiecti, & defectum luminis. At pro nostre conclusionis intento, hoc est discriminis: quod confortatio sufficiens nocturæ, ut lumen Solis videat, est eiusdem speciei cum lumine præexistenti, sicut & lumen Solis cum lumine remissiori, quo videt. At confortatio, seu *augmentum*, verba sunt D. Thom. cap. immed. præcedent. *quod lumen gloria tribuit intellectui, est ad operationem alterius speciei: sicut & obiectum, est alterius speciei ab eo, quod specificat intellectum.*

53
Dilutio
2. Obiec-
tion.

Tertio obijcies. Deus clare visus continetur sub obiecto intellectus humani, prout distinguitur specificè ab intellectu Angelico: ergo continetur sub obiecto illius specificativo. Consequentia constat ex dictis, & antecedens probatur. Quia continetur sub obiecto intellectus humani secundum ultimam illius differentiam: intellectus enim humanus, ut talis, potest Deum videre; sed intellectus humanus, secundum ultimam illius differentiam, differt specie ab intellectu Angelico: ergo. Confit. quamvis Deus clare visus non contineatur sub obiecto proportio-

54
3. Obiec-
tio.

nato nostri intellectus, non sequitur quod non contineatur sub illius specificativo; sed id, ad quod intelligendum habet intellectus noster vires innatas, continetur sub obiecto illius proportionato; ergo quamvis ad Deum intelligendum non habeat vires innatas, non sequitur quod Deus, non contineatur sub specificativo illius.

55 Satis fit; obiectio. Respondetur negando antecedens. Ad primam eius probationem disting. est mai. prout explicat constitutum speciei, neg. mai. prout tantum dicit predicatum illam transcendens, conced. mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia. Exclusio enim ab omni materia, ratione cuius intellectus noster potest elevari ad videndum Deum, est predicatum quoddam transcendens ultimam differentiam illius; at sub hac ratione non est constitutum speciei humanae, prout ab Angelica distinguitur; sed solum sub ratione actualitatis, & innatae virtutis ad obiecta naturalia intelligendum. Quare licet omnes intellectiones, ei, sub hoc secundo conceptu convenientes, sint diversae speciei ab Angelicis; secus tamen primae, quia utriusque visio eiusdem est speciei, ut iam supra ostendimus.

Satis fit
confir.

Ad confirmationem distinguenda est mai. proportionato proportionem specifica, neg. mai. proportionem intentionis, aut alterius accidentalis impedimenti. Concedo mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia. Dupliciter nanque aliqua potentia potest esse improporcionata ad alicuius obiecti attingentiam: aut improporcionem specifica, quando, nimirum species virtutis, quam habet, non potest pertingere, qualitercumque intendatur, ad obiecti attingentiam; aut improporcionem intentionis, vel alterius accidentalis impedimenti: ut quando licet virtus illa secundum suam speciem, sit sufficiens non tamen habet sufficientem intentionem, ut obiectum attingat; aut licet illam habeat, habet tamen

eam impeditam, ne in actum prorumpat. Primam improporcionem habet intellectus noster ad Deum clare videndum: unde ut Deum videat, indiget lumine alterius speciei ab eo, quod habet. Et haec improporcionem arguit obiectum sic improporcionatum, non esse intra specificativum illius. Secus autem accidit in secunda, ut constat in lumine Solis respectu oculi nocturni.

Obijcies 4. potentia ut obedientialis non specificatur ab ente naturali, sed a supernaturali: ergo saltem sub hoc munere, poterit ens supernaturale sub eius specificativo contineri. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Primo, quia potentia ut obedientialis nullum ordinem dicit ad operationes naturales, sed ad supernaturales: in ordine enim ad istas obedientialis dicitur, & in ordine ad alias, naturalis: ergo ut talis, non ab ente naturali, sed a supernaturali specificatur. Secundo, quia ut obedientialiter intellectiva, constituitur per lumen gloriae: ergo prout sic idem respicit specificativum, quod respicit lumen gloriae; sed lumen gloriae specificatur a Deo clare viso: ergo intellectus ut potentia obedientialis specificatur a Deo clare viso.

56
4. Obiectio militans specialiter contra secundam conclusionem.

Ad hoc arg. respondetur, quod intellectus, ut potentia obedientialis, dicit ipsam entitatem naturalem illius, secundum quod est potens ex participatione naturae superioris elicere operationes aliquas extra suam speciem, & naturae elevanti proprias. Unde prout sic nullum explicat specificativum essenziale, sed tantum aliquid omnino extra illius speciem, sicut ferrum ut ignitum, solum explicat aliquid accidentale respectu illius, & homo ut albus. Quare in forma concessio antecedenti, neg. est consequentia, quia ut diximus, ut obedientialis, nullum explicat specificativum essenziale: quare non sequitur, quod si non est hoc; sit illud: sicut patet exemplis adductis. Per quod etiam constat ad probationes antecedentis, quatenus obitare possunt. Licet enim ut obe-

57
Solutio ad obiectio.

dientialis solum dicat ordinem ad supernaturales operationes; dicit tamen ordinem ad illas, ut ad aliquid extra speciem illius, quia, ut pluries ex D. Thom. diximus, species rei non attenditur ex operationibus, quæ possunt ei convenire ex elevatione naturæ superioris, sed per propriam virtutem.

2 Probat.
antec. so-
lu.

Ad secundam probationem dicatur, quod præterquamquod intellectus noster non solum est potentia obedientialis ad eliciendam visionem, sed etiam ad recipiendum lumen gloriæ, licet per lumen gloriæ constituatur in esse potentis elicere obedientialiter visionem; quia tamen constituitur per illud tanquam per aliquid omnino extra illius speciem, constituitur pariter potens elicere operationes extra illius speciem, & circa obiectum non specificativum, essenziale illius. Consulto pluries diximus *essentiale*, quia, ut num. 30. iam est prænotatum, si tantum prætendatur, quod intellectus noster accidentaliter specificetur ab obiecto, supernaturali que operatione, ad eum sensum quo homo per albedinem est accidentaliter in specie albi, non renuemus concedere: sed hoc est extra controversiam.

58
Ultima
obiectio
1. & 3.
imbug-
nans cor-
elatione.

Tandem obijcies: Deus clare visus non continetur sub obiecto tantum extensionis nostri intellectus: ergo continetur sub obiecto specificationis illius. Patet consequentia, & antecedens probatur. Quia obiectum tantum extensionis alicuius potentæ, est illud, quod non per se, & ratione sui, sed ratione obiecti specificationis attingitur: quod constat, tum in ente rationis, quod hæc ratione dicitur obiectum extensivum intellectus: tum etiam ratione. Quia omnia, quæ per aliquam potentiam attinguntur, aut pertinent ad illius specificativum, aut penes ordinem, & connotationem ad illud attinguntur: sed cum Deus clare videtur, per se, & ratione sui attingitur, & sine ullo ordine, aut connotatione ad obiectum specificationis: ergo.

Ad hoc arg. resp. neg. antecedens. Ad eius primam probationem dicatur, quod obiectum extensivum alicuius potentæ, est illud, quod à potentia attingi potest: ei tamen non potest tribuere speciem. Non posse autem tribuere speciem alicui potentæ, ex duplici capite potest provenire. Aut propter defectum ad potentiam, aut propter excessum: propter defectum: quia ita infimæ attingibilitatis est, quod non possit propter se primo quæri: propter excessum autem; quia ita superioris attingibilitatis est, quod vires potentæ ad id non sufficiant, sed indigeant elevatione. Quare duplex pariter obiectum extensionis distingui potest. Aut propter defectum, & tale est ens rationis respectu intellectus. Aut propter excessum, & hoc modo se habet Deus. Est autem inter ista hæc differentia: quod illud quod propter defectum est obiectum extensionis potentæ, non per se, aut ratione sui, sed ratione obiecti specificativi, & per connotationem ad illud à potentia attingitur. At quod est obiectum extensionis secundo modo; propter se, & ratione sui quæri potest; licet ad hoc potentia ipsa, per se non sit sufficiens, sed alterius indigeat elevatione. Per quod in forma ad probationem antecedentis distinguendum est antecedens: obiectum extensionis, quod propter defectum est tale concedo antecedens; propter excessum, neg. antecedens, & consequentiam. Et hæc de hoc dubio applicanda litteræ M.

in 4. distinct. 49.

§. 1.

UTRUM DETUR IN HOMINE APPETITUS NATURALIS
ad visionem claram Dei?

§. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS STATUITUR PRIMA

conclusio.

N. 1.
Motivum
Dubij.

Difficultas hæc præcipue movetur propter rationem, quæ d. Thom. hic art. 1. probat possibilitatem visionis Dei: quæ talis est: *inest homini naturale desiderium cognoscendi causam cum intuetur effectus*; *Quæ ex hoc admiratio in hominibus consurgit: si igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non posset ad primam causam verum, remaneret inane desiderium naturæ*. Quæ etiam ratione utitur d. 2. quasi 3. art. 8. & 3. contra gentes cap. 30. & 51. & alijs in locis ad idem intentum. Circa quam, dubitatio est; de quo desiderio loquitur S. D. & qualiter rex illo possibilitas visionis probetur.

tem, quo brachium defensionem capitis appetit; inefficax est; quia secum non habet, quod ad talem defensionem requiritur.

His igitur suppositis, circa præsentem difficultatem plura sunt AA. placita. Prima sententia concedit appetitum naturalem innatum respectu visionis beatificæ. Sic tribuitur Stoto, Durando, & M. Soto, quibus ex parte consentiunt Martinez, & Illustris Herrera. Secunda negat talem appetitum innatum; concedit tamen appetitum elicited naturalem, etiam ex motivo supernaturali; non solum inefficacem, sed & efficacem, efficacia conditionata; & extrinseca, quam postea explicabimus. Sic Arriaga, Ripalda, & Herige, cum alijs paucioribus Recentioribus. Tertia concedit appetitum naturalem elicited inefficacem, & ex motivo naturali; negat tamen ceteros alios. Sic magis communiter Theologi citatis exceptis. Pro resolutione autem veritatis sup.

4
Refertur
varietas
sententiarum

Supp. 1.

1. Pro quo supponendum est primo. Quod appetitus naturalis, quia eo talis dicitur, quia est a natura, est duplex: alius innatus; & alius elicited. Innatus est ipsa natura, vel potentia se ipsa inclinans in aliquem terminum sibi convenientem, ea ratione qua gravis inclinatur in centrum. Appetitus autem elicited est ille, qui sequitur formam apprehensam; sicut actus voluntatis, qui sequitur apprehensionem intellectus, vel actus sensitivus, qui sequitur apprehensionem sensus.

Supp. 2.

2. Secundo supponendum est quod uterque appetitus potest esse efficax, vel inefficax. Ille est efficax qui secum coniungit omnia requisita ad termini consecutionem; inefficax autem, qui ea non coniungit. Exempla, quo ad appetitum elicited, omnibus sunt per vias quo ad appetitum autem innatum, appetitus gravis ut descendat in centrum, dicitur efficax, quia secum coniungit omnia, quæ ad talem motum desiderantur; appetitus au-

PRIMA CONCLUSIO

statuitur.

NON DATUR IN HOMINE

appetitus naturalis innatus ad visionem claram Dei.

Conclusio hæc expressa est d. Thom. in 4. dist. 49. quæst. 1. art. 3. & quæst. 22. de veritate art. 7. & alijs in locis in probationibus adducendis. Probatur ergo primo. Quia visio clara Dei est supernaturalis quoad substantiam; sed appetitus naturalis innatus solum potest esse ad terminum, & perfec-

5
Probat. 1.
conclusio

tionem naturalem : ergo non potest terminari ad visionem claram Dei. Mai. modo supponenda est cum communi Theologorum sententia, cui plures ex Adversarijs consentiunt : min. autem probatur primo. Quia ut asserit D. Thom. 1.2. quæst. 26. art. 1. appetitus naturalis innatus fundatur in connaturalitate appetentis ad id quod appetit, ut constat in appetitu innato lapidis in centrum; sed solum id quod est quoad substantiam naturale, potest esse connaturale appetenti naturaliter; ergo;

6
2. Prob. ead. min.

Secundo quia ut asserit idem S. D. 1. part. quæst. 62. art. 2. appetitus naturalis innatus solum est ad operationem propriam naturæ appetentis; non autem ad operationem, quæ potest ei convenire ex elevatione ad naturam superiorem; sed visio beata non est operatio propria intellectus humani, sed solum potest ei convenire ex elevatione naturæ superioris, ut ex dictis dub. præcedenti constat; ergo. Mai. probat D. Thom. tum exemplo caloris; qui licet possit calefacere, & carnem generare, solum inclinatur naturaliter ad calefaciendum; non autem ad carnes generandas; quia primum convenit ei ex propria natura; secundum autem, ex participatione animalis. Tum; quia inclinatio ad operationem, consequitur formam, quæ est operationis principium: ergo sicut formæ, quæ sunt principia illarum operationum, sunt diversa; ita & inclinationes.

3. Prob. min. ead.

3. Probatur eadem min. quia Deus clarè visibilis dicitur, & est obiectum supernaturale; & impropor-tionatum naturali potentia, non solum proportionè inæqualitatis, quia hoc modo etiam est impropor-tionatum luminis gloriæ; sed etiam impropor-tione obiecti ad poten-tiam; sed non esset si impropor-tionatum, si posset terminare appe-titum innatum humanæ naturæ, ut per se constat: ergo.

7
Prob. 1.

Secundo probatur eadem con-clusio. Si esset in nobis appetitus

innatus in claram Dei visionem, ta-lis appetitus esset à Deo Authore natura; at hoc est falsum: ergo. conclu-sionis pro-bar.

Mai. constat: nam omnis effectus naturalis est à Deo Authore natu-ræ: quod præcipue tenet verum de effectibus, qui naturales sunt, tam quoad substantiam, quam quo ad modum. Min. autem proba-tu. Primo ex D. Thom. 1. Ethicorum lect. 2. qui ex Philosoph. asserit: Deum conditorem naturæ non tribuere inclinationem, nisi ad ad id, quod ex viribus naturæ est possibile. Cuius signum adducit Gaeteranus in præsentia ex eo, quod natura cuilibet potentia dedit or-gana opportuna ad suas operatio-nes: unde 2. de Cælo dicitur, quod si Astra haberent vim pro-gressivam, natura dedisset eis or-gana opportuna, alias frustra talent daret inclinationem; sed visio Dei non potest consequi viribus natu-ræ, neque auxilio Dei, ut Au-thoris naturalis: ergo talis incli-natio non est à Deo, prout Autho-re naturæ, indita.

8
2. Probatur min. prin-cipalis.

Secundo probatur eadem min. 8 Quia si Deus ut Author natura, talem dedisset inclinationem, à Deo prout sic dirigeretur: opus enim natura, est opus intelligentiæ; sed Deus ut Author naturæ, nequit talem inclinationem ad finem su-pernaturalem dirigere: ergo. Pro-batur min. Nam finis directionis, non est extra cognitionem dirigentis; sed finis supernaturalis, est ex-tra cognitionem practicam Dei, ut est Author naturæ: ergo. Tertio quia ea ratione, qua Deus aliquid producit, tenetur illius providen-tiam gerere: ergo si ut Author natu-ræ dedisset inclinationem innatam ad finem supernaturalem, ut Author naturæ illius inclinationis gereret providentiam; at hoc est impossibile. Tum quia alias ut Au-thor naturæ conferret illi media sufficientia ad finem illum conse-quendum: hoc enim ad providen-tiam generalem pertinet; media autem sunt supernaturalia, sicut & finis consequendus: ergo. Tum quia

quia ad providentiam spectat res aliquas productas ad suos fines perducere: ergo si ut Author naturæ tali inclinationi provideret, ut Author naturæ posset aliquos homines ad finem supernaturalem perducere; quod est absurdum.

9 Tandem probatur conclusio. **Ult. prob. conclusio.** ex duobus absurdis, quæ ex opposita sententia sequuntur. Nam sequitur primò. Quod homo per vires naturales possit elicere operationes aliquas naturales, per se, & ab intrinseco conducentes ad consecutionem supernaturalis beatitudinis; sed hoc est Pelagianismum: ergo. Minus est certa apud omnes Theologos. Mai. autem seu sequela probatur. Tum quia natura per naturalem appetitum est principium motus naturaliter tendentis in proprium finem: ut enim ait D. Thom. quest. 22. de verit. art. 1. *Omnia per appetitum naturalem tendunt in finem, ita ut quodammodo ipsa vadant, & non solum ducantur in fines debitos, ad differentiam violentorum, que tantummodo ducuntur:* ergo si homo per suam naturam appeteret visionem beatam, natura illius esse principium operationum, per se, & ab intrinseco ad consecutionem talis finis conducentium.

Itē prob. eadem sequela.

Tum quia omnes operationes cuiuscumque naturæ, si non vitiantur, per se, & ab intrinseco conducent ad consecutionem finis, ad quem naturaliter inclinatur: natura enim propter finem operatur: ergo si Deus clare visus esset finis, in quem natura humana naturaliter inclinaret, omnes illius naturales operationes, si alias non vitiantur, per se, & ab intrinseco conducirerent, ad illius finis consecutionem. Ex quo fieret, quod omnes operationes naturales honestæ, non solum essent meritorie, premij naturalis, sed etiam supernaturalis beatitudinis: sed hoc est hæreticum: ergo.

10 Secundo ex prædicta sententia sequeretur, quod qui quidditative cognosceret naturam humanam,

cognosceret etiam possibilitatem donorum supernaturalium; quorum natura est capax; sed hoc etiam est contra communem Theologorum sententiam: ergo. Sequela probatur. Quia qui sic cognosceret naturam quidditative, non posset non cognoscere omnes eius proprietates, & naturales inclinationes: ut enim habetur 4. Physicorum, cognitio quidditativa alicuius rei est sufficiens ratio omnium eius proprietatum: ergo si natura dicit naturalem inclinationem ad dona supernaturalia, quorum est capax, non posset quidditative cognosci, quin hæc illius inclinatio cognosceretur. Tum sic, sed nequit hæc inclinatio cognosci, quin talium donorum possibilitas cognoscat: evidens nanque est, quod appetitus innatus naturæ nequit frustrari: ergo. Ex quo manet impugnata solutio Scoti asserentis quod natura quæ ad innatam inclinationem esset ignota. Hoc nanque negare, est negare esse possibilem cognitionem quidditativam illius: ad eam nanque iuxta omnes requiritur, quod omnia naturalia illius cognoscantur. Ex quo etiam impugnata manet sententia illorum Thomistarum, quorum supra meminimus, asserentium quod hæc inclinatio innata convenit intellectui nostro, secundum rationem analogice communem Deo, & creaturis. Manet, inquam, impugnata: nam contra eam æque militant præcedentes rationes, ac militant contra sententiam Scoti. Impugnari etiam potest ex dictis dub. præcedenti num. 26. Insuper, & est ratio à priori: quia nulla natura ex conceptu aliquo communi inclinare potest ad id quod est proprium alterius naturæ ex conceptu differentiali: sed videtur Deum, prout est in se, esse proprium naturæ Divinæ, proprietate connaturalitatis ratione differentie, qua ab omni re creata differt: ergo. Minus cum consequentia est evidens: mai. autem comitat: tum quia alias sequeretur, quod qualibet natura creata ex communi conceptu incli-

11
Ex dictis
AA. sententia
reijciuntur

naret ad omnes operationes cuiuscumque alterius naturae, quantumvis ei proprias. Tam quia si talis operatio convenit uni naturae, secundum quod ab altera differt, alteri non potest convenire: pariter ergo, & inclinatio.

§. III.

SOLVITUR ARGUMENTA

Contra precedentem sententiam obijcies 1. aliquas auctoritates D. Aug. qui contra nostram sententiam videtur. Nam lib. 1. confessionum sic habet: *fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec revertamur ad te, &* lib. 3. de Trinit. cap. 8. sic: *ad appetendum beatitudinem natura compellit, cui summe bonus, & immortalis creator, hoc indidit.* Et lib. 4. contra Iulianum cap. 3. sic: *non omnes homines instinctu naturali Beati esse vellemus, nisi esse possemus, sed hoc summum bonum praestari hominibus non potest, nisi per Christum.* Quod confirmari potest ex D. Th. nam in primis hic art. 1. & 112. quest. 8. & 3. contra gentes cap. 50. & 51. probat possibilitatem beatitudinis ex appetitu naturali ad illam: *Id super, & opusc. 70. quest. ultim. sic ait: quamvis homo naturaliter inclinatur in finem ultimum, non potest naturaliter illum consequi, sed solum per gratiam.* ergo iuxta utrumque S. D. datur naturalis appetitus, & indita inclinatio in naturam nostram, ad supernaturalem beatitudinem.

Ad primum testimonium D. Aug. dicatur, quod ex eo ad summum colligitur, quod cor nostrum quietari non potest, neque invenire facietatem, nisi in Deo clare viso; sed inde non colligitur, quod hoc in particulari appetat, sed tantum in communi, quatenus appetit facietatem. Et eodem modo dicitur ad rationem: nam ibi loquitur de beatitudine in communi, ad quam appetendam natura ipsa compellit, sive per appetitum innatum,

sive per elicatum: ex quo non sequitur quod appetitu innato appetat beatitudinem in particulari, prout in visione Dei, quae supernaturalis est, consistit. In 3. autem testimonio expresse loquitur de appetitu elicito; cum loquatur de actu voluntaris, qui bonum apprehensum essentialiter supponit.

Ad auctoritates autem D. Th. quae 1. loco citantur, dicatur loqui ibi S. D. de appetitu elicito: quod evidenter constat. Nam cum sit eadem ubique ratio, eam tamen hic art. 1. format ex eo, *quod visis effectibus, inest naturale desiderium videndi causam:* loquitur ergo de desiderio, quod visionem & apprehensionem consequitur, quod est appetitus elicitus: qualiter autem ex hoc probaverit possibilitatem visionis beatae, infra constabit. Alia autem auctoritas exponitur à Ferrarientiensi 3. contra gentes cap. 31. de inclinatione in finem ultimum sub communi ratione beatitudinis; non autem sub determinata, & prout exprimit supernaturalitatem: quae solutio ex inferius dicendis amplius constabit.

Obijcies 2. potest dari appetitus innatus ad terminum naturaliter impossibilem: ergo quamvis visio Dei sit naturaliter impossibilis, non sequitur, quod non possit terminare appetitum innatum naturalem. Consequentia est bona, & antecedens probatur 1. quia in homine datur appetitus innatus naturalis, ad cognoscendas omnes veritates naturales: haec enim perfectio intellectui humano proportionata est; & tamen hoc est naturaliter impossibile; cum ad hoc indigeat speciali gratia, ut cum D. Th. 1. 2. quest. 112. tenent communiter Theologi: ergo. Secundo, quia etiam in eo datur innata inclinatio ad operandum conformiter ad rationem, & consequenter ad vitanda omnia peccata, tam mortalia, quam venialia; sed hoc etiam sine speciali gratia est etiam impossibile, ut ibidem probatur: ergo. Tertio, quia etiam inclinatus naturaliter ad

12
1. Arg. ex
Auch. SS.
DD. Aug.
& Thom.
exponit
arg.

Item quod
ad testimo-
nia D.
Thom.

14
2. Arg.
ex ratio-
ne forma-
rum.

13
Solutio
quoad tes-
timonia
P. M. Au-
gust.

ad motum
aliquid

acquirendas omnes scientias, quod tamen naturaliter est etiam impossibile. Quartò, quia anima separata naturaliter inclinatur ad reunionem cum corpore, quæ etiam est naturaliter impossibilis. Et tandem quia in damnatis datur naturalis inclinatio ad bene operandum: hæc enim inclinatio cum natura intellectiva identificatur; & tamen bona operatio, est illis naturaliter impossibilis: ergo.

Confirm.

Confirmatur. Quia potest dari inclinatio ad aliquem terminum, sine vi activa ad illum acquirendum: ergo ex eo, quod intellectui nostro deficiat virtus activa naturalis, ad acquirendam visionem beatam, non sequitur quod ei deficiat innata inclinatio ad illam. Consequentia videtur bona ab opposito præcipue probationis ad oppositum conclusionis. Antecedens autem probatur. Tum in materia prima, quæ naturaliter inclinatur ad receptionem formæ: tum in Luna, & Stellis, quæ etiam naturaliter inclinant ad illuminandum; cum tamen nullam habeant vim activam, sicut neque lucem per se.

16
Solutio 2.
arg.

Ad hoc arg. respondetur; neg. antecedens; ad primam, & secundam probationem, dicatur, quod cognoscere omnes veritates naturales, & semper operari conformiter ad rationem, & consequenter omnia peccata vitare, quæ finem istum directè impedire possunt, non est naturaliter impossibile naturæ humanæ, licet sit valdè difficile, ideoque moraliter impossibile dicitur; quare licet ad difficultatem istam vincendam, gratia specialis requiratur, non est tamen gratia supernaturalis ordinis, sed naturalis, ut ibidem à Theologis asseritur.

Replica,
& eius solutio.

Quod si dicas, quod à pluribus Thomistis asseritur, quod non solum datur moralis impotentia, sed etiam physica ad vitanda omnia peccata venialia; & tamen ad id naturaliter inclinatur natura, cum quodlibet peccatum veniale sit contra bonum rationis, ad quod ipsa naturaliter inclinatur: ergo. Respon-

detur: quod hæc sententia admittenda, dicendum est, quod in homine, non est naturalis inclinatio, ad vitanda omnia peccata venialia collective, qua ratione est physice impotens, sed tantum divisive, quia ad hoc non physice, sed tantum moraliter impotens est.

Per quod patet ad tertiam probationem. Licet nanque in homine sit appetitus innatus ad omnes scientias, non tamen ad omnes eas, ut simul, collectiveque acquirendas: hoc enim est etiam physice naturaliter impossibile; sed ad omnes divisive, & modo humano acquirendas, quod solum potest esse moraliter impossibile: ad quam impossibilitatem vincendam sufficit gratia de ordine naturæ.

Ad 4. aliqui dicunt, quod reunio animæ separatæ cum corpore est solum secundum quid naturaliter impossibilis, quia solum est talis ex accidentali suppositione separationis. Unde concedunt in anima innatum appetitum ad reunionem; redduntque disparitatem ex eo, quod elicientia visionis Dei, non solum ex suppositione accidentali, sed absolute est naturæ humanæ naturaliter impossibilis. Sed melius videtur, negare talem appetitum in anima; quia cum in illa nullæ dentur vires, neque in illius Authore, prout sic operante, ad talem unionem non datur potentia naturalis simpliciter ad illam; ac proinde repugnat etiam potentia passiva: quia hæc repugnat in eo ordine, in quo non potest illi correspondere aliqua potentia activa. Ad quintam dicatur, quod cum in damnatis remaneat idem intellectus, & voluntas, cum eisdem physice viribus, quas antea habebant, datur etiam in illis potentia physica antecedens ad bene operandum. Quare, aut solum est in illis impotentia moralis, aut si est aliqua impotentia naturalis, provenit ratione alicuius impedimenti accidentalis statum illum consequentis.

Ad confirmationem respondetur, Resp. ad quod potest dari inclinatio innata confirm.

Resp. ad
§. 1. ante-
ced. prob.

Ad 4. &
§. prob.
eius ante-
ced.

passi-

passiva, & naturalis, sine activitate naturali, ex parte subiecti sic inclinantis, dummodo detur ex parte agentis, potentis naturaliter talem appetitum ad suum terminum perducere. Secus autem si non detur. Et primo modo se habet appetitus materiae primae, quia non repugnant vires in agente naturali, ut eam uniat cum forma: repugnant autem, ut intellectus noster eliciat visionem Dei. Quibus adde, quod si quis daretur appetitus, esset innatus potentiae activae, & non passivae, quia primo, & non secundo modo comparatur intellectus ad visionem beatam.

Disparitas ad exemplum. Per quod etiam constat ad aliud exemplum, de Luna, & Stellis, ad illuminandum: nam licet ex se nullam habeant lucem, ut aliqui existimant, possunt tamen illam habere à Sole, ut ab agente naturali, ac proinde mediante illa naturaliter inclinari ad illuminandum; quod secus accidit in nostro intellectu: qui neque à se habet virtutem, neque ab alio agente naturali, potest illam habere.

17. 3. Argument. Obijcies 3. homo habet innatam inclinationem in ultimum finem satiantem eius appetitum, sed sola visio Dei potest satiare illius appetitum: ergo. Mai. probatur. Tum quia quaelibet res creata in aliquem finem inclinatur, qui eius appetitum satiet: tum quia si non esset possibilis ultimus finis, qui naturalem hominis appetitum satiet, sequeretur quod homo in statu naturae semper esset anxius, & miser, & quod in illo statu nullam posset habere beatitudinem: cum de ratione huius sit omnem appetitum quietare; at hoc videretur falsum: ergo. Min. prima sic etiam probatur. Tum ex D. Thom. hic, & locis supra citatis, docente, quod naturalis hominis appetitus solum Deo viso satiari potest; ex quo, & possibilitatem visionis probat. Tum, & est illius ratio. Quia naturalis hominis appetitus est ad omne verum, & ad omne bonum; hoc autem solum in Deo clare viso reperi potest: ergo,

18. Hoc argumentum tangit difficultatem de modo, quo beatitudo naturalis hominis se habet ad illum. Ad illudque duplici via responderi potest, iuxta duplicem probabilem modum hoc explicandi. Primus, quem tradit M. Bañez, M. à S. Thoma, & Illustrif. Godoy, asserit quod de ratione naturalis beatitudinis hominis non est, quod perfecte satiet eius appetitum, & quod de ratione intellectus, & voluntatis humanae, non est quod perfecte naturaliter fatientur; sed quod semper sint in satiari, sine eo quod in ordine naturae ad fatiatum esse pervenire possint. Quod explicant: tum exemplo materiae primae, de cuius ratione est, quod nunquam sit perfecte satiata, per aliquam formam, sed semper sit in satiari. Insuper, & exemplo potentiae visivae, quae semper est in via, & in appetitu ad satietatem. Quare non sequitur, quod licet intellectus noster, solum possit satiari clara Dei visione, quod in illa consistat naturalis eius beatitudo: sed haec consistit in perfecta Dei cognitione; abstractiva tamen. Iuxta quam explicationem neganda est mai. arg. Ad primam eius probationem, negandum est antecedens: falsitas namque illius constat exemplo materiae primae, poterantque plura alia adduci. Ad secundam probationem, quo ad primam eius partem, dicatur, quod miseria illa, & anxietas, quam homo in statu naturae naturae haberet, esset tantum negativa, & non positiva: quia esset per carentiam rei, impossibilis haberi in illo statu; quod etiam constat exemplis adductis.

19. Iuxta secundum autem modum, quem tradunt PP. Salm. sequentes alios Thomistas, quos citant disp. 6. de beatitudine, asserendum est; quod per naturalem beatitudinem hominis, quae consistit in perfecta contemplatione Dei, ut Authoris naturae; quae secum asserit illius amorem, rectitudinem potentialium, & species ad cognitionem rerum naturalium debitas; perfecte

2. Modus dicendi exponitur.

te etiam satiatur appetitus naturalis hominis saltem perfectione essentiali : quare ad istum naturaliter inclinatur , & non ad claram Dei visionem.

20
Iuxta 2.
medum
dicendi
foli. 3.
arg.


Iuxta quod , neganda est min. ad primam illius probationem dicatur , vel quod ratio D. Thom. procedit ex appetitu elicito , ut supra ostendimus , vel quod si procedit ex appetitu innato , loquitur de appetitu visionis Dei ; ut Authoris naturæ , de quo infra. Ad sententiam autem dicatur , quod appetitus naturalis nostri intellectus substantialiter inclinatur ad cognitionem Dei , ut Authoris naturæ , & ad cognitionem rerum naturalium quo ad speciem ; hoc autem consequitur in statu beatitudinis naturalis : ad cognitionem autem individuorum , valde accidentaliter , & secundario inclinatur. Unde licet hæc deficiat , non deficeret naturalis beatitudo. Quæ doctrina colligitur ex D. Th. quæst. unic. de anim. art. 18. ubi asserit : *quod cognoscere speciem rerum pertinet ad perfectionem intelligibilem non vero cognitionem individuorum , nisi forte per accidens.* Determinare autem de his sententijs pertinet ad loc. citat. de beatitud.

21
Ult. arg.
P. Thom.
istis
relatis.

Tandem obijcies in favorem illorum Thomistarum , quorum supra meminimus. In Talpa datur appetitus innatus ad videndum secundum rationem communem animalis , licet ei repugnet secundum conceptum differentialem : ergo pariter in nostro intellectu dari poterit appetitus innatus in claram Dei visionem secundum rationem communem analogicam intellectui Divino , & creato , licet ei non conveniat secundum conceptum differentialem. Consequentia est bona , & antecedens constat ex eo , quod Talpa dicitur cæca , & privata visu : ergo debetur ei visus saltem ex conceptu communi animalis. Quod confirmari potest ex communi sententia Thomistarum 1. 2. quæst. 71. art. 6. asserentium , quod in actu odij Dei datur privatio rectitudinis

debitæ : quia licet ex conceptu differentiali sit incapax rectitudinis ; ei tamen debetur secundum conceptum communem actus humani : ergo licet intellectus noster , secundum conceptum differentialem , non inclinet in claram Dei visionem ; poterit naturaliter inclinare secundum conceptum communem intellectui Divino , & creato.

Resp. neg. antecedens. Ad 22 eius probationem dicatur ex D. Th. Solut. arg. 1. part. quæst. 33. art. 4. ad 2. quod Talpa dicitur cæca , & privata visu , non quia , non habeat , quod natum est habere , sed quia non habet , quod natum est haberi ab aliquo sui generis. Quare in illa non datur inclinatio positiva , neque secundum rationem genericam , neque secundum rationem differentialem ; in visionem : privatio nanque illius valde communiter de eo dicitur. Confirmatio autem , tangit satis difficilem quæst. ibi. pro nunc dicatur ; quod ad propositum redditur sufficiens disparitas ex eo , quod privatio rectitudinis , quam Thomistæ cum D. Thom. ibi defendunt in actu odij Dei ex conceptu communi actus humani , est tantum privatio moralis ab extrinseca lege proveniens , & non privatio physica. Ad id autem , non requiritur , quod ratio generica actus humani positive physice exigat talem rectitudinem , sed sufficit si ei non repugnet. At inclinatio , quæ hic ab Adversarijs prætenditur , est physica , & positiva.



§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO
statuitur.

REPUGNAT APETITUS
naturalis, qui, ex supernaturali
motivo, in visionem Dei Au-
thoris supernaturalis
feratur.

23
Conclusio
nem esse
D. Thom.
asseritur
illaque 1.
prob.

Conclusio hæc clarè colligitur
ex D. Thom. ubicumque de
specificatione actuum, & habi-
tuum agit: semper nanquè docet;
eorum distinctionem specificam ab
specifica obiectorum distinctione
desumi. Videatur 1. part. quæst. 77.
art. 3. & 1. 2. quæst. 63. art. 4. &
ibid. quæst. 109. art. 3. ad 1. &
quæst. 5. de verit. art. 2. & in 1.
dist. 17. quæst. 1. art. 4. pluribus-
que alijs in locis. Quæ probatur
primò. Nam Deus clarè visus, &
& visio Dei ex supernaturali moti-
vo, non solum in esse entis, & ma-
terialiter, sed etiam formaliter in
esse obiecti, est supernaturalis: er-
go repugnat quod per aliquem ac-
tum naturalem attingatur. Antece-
dens merito conceditur: nam ob-
iectum in esse talis constituitur per
rationem sub qua, aut motivum
illius. Consequentia autem proba-
tur. Quia supernaturale in genere
est supra omnem naturam creatam,
& creabilem; & supernaturale in
esse effectus, est super omnem cau-
sam naturalem creatam, aut crea-
bilem: ergo supernaturale in esse
obiecti, est quod in sui attingibili-
tate excedit omnem attingentiam
naturalem creatam, aut creabi-
lem.

24
Resp. ad
1. ratione,
& eius im-
pugnat.

Dices primò huiusrationi: quod
de ratione obiecti supernaturalis
non est, quod non possit à poten-
tia naturali attingi: sed quod non
possit ab ea proportionate attingi,
sed solum à virtute supernaturali.
Sed contra primò. Quia de ratione
effectus supernaturalis formaliter
in esse talis, est quod à nulla causa
naturali, naturaliter operanti pos-
sit, sive proportionate, sive impro-

portionate produci: ergo de ratio-
ne obiecti supernaturalis formaliter
in esse talis, est, quod à nulla
virtute naturali, sive proportiona-
te, sive impropportionate possit at-
tingi. Antecedens constat: alias
dici posset, quod aliqua causa na-
turalis, potest absolute, licet non
proportionate quemcumque effec-
tum supernaturalem in esse talis
producere: posset ergo causare
gratiam, fidem, & charitatem
mortuos suscitare, & alia mirabi-
lia facere. Consequentia autem
probat ex dictis: quia sicut de
ratione effectus supernaturalis est,
quod sit supra omnem virtutem na-
turalem; ita de ratione obiecti su-
pernaturalis est, quod sit supra
omnem naturalem attingentiam:
ergo.

Secundò. Quia semel quod
potentia naturalis possit per actus
naturales obiectum supernaturale,
ex supernaturali motivo attingere,
posset illud attingere non impro-
portionate, sed proportionate: er-
go. Antecedens probatur. Tum
quia proportio inter obiectum, &
potentiam, non est æqualitatis
Arithmeticae, sed pure proportio-
nis; & habitudinis actus ad ob-
iectum; sed hæc daretur tunc ca-
sus inter actum naturalem, & su-
pernaturale obiectum ex motivo
supernaturali attingentis: ergo. Tum,
quia tunc potentia aliqua propor-
tionate attingit aliquod obiectum,
quando per suas vires, & sine al-
terius indigentia illud attingit; sed
tunc potentia naturalis sic obiectum
supernaturale attingeret; cum ad
elicientiam actus naturalis, quæ
esset illius attingentia, natura ipsa
esset sufficiens: ergo.

Probatur secundo eadem con-
clusio. Quia actus habentes eandem
obiectum formale, & natura-
le, sunt eiusdem speciei; sed actus
naturalis, & supernaturalis non
possunt esse eiusdem speciei: ergo
neque habere eandem obiectum for-
male, & materiale. Min. cum con-
sequentia constat, & mai. proba-
tur. Actus desumunt speciem ab
ob-

25
Impug. 2.
eisdem ref.
ponio.

2. Prob.
conclusio.

obiectis, ut docet Philosoph. 2. de anima text. 33. & D. Thom. 1. part. quæst. 77. art. 3. ergo actus qui habent idem obiectum formale, & materiale, sunt eiusdem speciei.

26
Solutio 2. Dices actus non specificari adæquate ab obiectis, sed etiam à forma, quæ talis actus est principium. Quæ est expressa doctrina D. Thom. 1. part. quæst. 24. art. 5. & 1. 2. quæst. 1. art. 3. & pluribus alijs in locis.

27
Impug. 1. Solutio. Sed contra primo. Quia iuxta hanc solutionem, sicut actus non specificantur adæquate, sed inadæquate ab obiectis, ita neque specificantur adæquate, sed inadæquate à principio; & tamen à supernaturali principio implicat, quod actus naturalis procedat, aut à principio naturali actus supernaturalis: ergo. Secundo, quia licet doctrina illa, vera sit de actione transeunti, secus vero de immanenti, ut probant PP. Salm. tract. 14. disp. 3. dub. 3. Et licet vera sit de omnibus actionibus, sub conceptu actionis, ut alijs Thomistis placet; secus vero de illis sub ratione passionis, ut alij tradunt, tradique videtur à D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 3. ubi asserit, quod *actio specificatur ab actu, qui est principium agendi, passio vero ab actu, qui est terminus motus nostri*; sed actus naturalis, & supernaturalis non solum differunt in ratione actionis, sed etiam in ratione passionis: ergo.

3. Impug. ead. solutio. Tertio, quia licet actio desumat suam speciem inadæquate à principio illius elicitive; principia tamen illius, desumunt suam speciem ab obiectis: ergo tota ratio specificationis in obiecta tandem refunditur. Consequentia tenet, & antecedens probatur. Tum ex D. Thom. quæst. unica de unione Verbi incarnat. art. 5. ubi postquam asseruit, quod distinctio specifica actionum desumitur ex parte principij, quo agens operatur; sic subdit: *nec obstat quod actiones recipiant speciem secundum obiecta, quia determinata virtutes determinata obiecta respiciunt*: quod & repetit

1. part. quæst. 77. art. 3. Tum quia principium operativum est propter operationem: operatio autem propter obiectum: ergo species ultima principij operativi desumitur ab obiecto.

Tertio probatur conclusio. 28
Quia si actus naturales possent attingere obiecta supernaturalia, ex conclusio 3. Probatur supernaturali motivo, sequeretur ead. ab ista in primis, quod virtutes supernaturales essent superflua: istæ enim conveniunt solum eo fine dantur, ut suppleant defectum virtutis potentia in attingentia obiecti supernaturalis. Deinde sequeretur, quod actus naturalis voluntatis, supernaturali cognitione posset regulari: magis enim dependet actus à suo obiecto, quam à cognitione regulante. Ex quo ulterius sequeretur, quod actus supernaturalis posset etiam obiectum naturale ex motivo naturali attingere: siquidem id, neque illius specificatio, neque quid aliud impediret. Et tandem etiam sequeretur, actum supernaturalem voluntatis posse regulari naturali cognitione; ea præcipue, quæ illi ostenderet supernaturalem bonitatem, ex supernaturali motivo diligibilem. Ex quo fieret, quod ad regulandam piam affectionem supernaturalem deservientem fidei; immo ad regulandam charitatem, non esset necessarius aliquis actus supernaturalis; quod est hæreticum.

§. V.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

29
COntra præcedentem conclusionem obijcies primo. Beatitudo supernaturalis ex motivo supernaturali potest nobis proponi; ut maxime bona, & conveniens per naturale iudicium, quo, ut probabiliter cognoscibilis, cognoscatur; sed tunc excitabitur affectus naturalis erga illam: ergo possibilis est affectus naturalis erga beatitudinem supernaturalem ex supernaturali motivo. Mai. supponitur, & min. probatur: quia in illo

illo casu excitabitur aliquis affectus: non supernaturalis; cum iudicium regulativum sit naturale: ergo naturalis.

Solutio 1.
obiectio-
nis.

Ad hoc arg. quo gloriatur P. Ripalda, distinguenda est mai. beatitudo supernaturalis, materialiter sumpta, concedo mai. formaliter ut supernaturalis, nego mai. & permissa min. distinguatur consequentis eodem modo. Beatitudo enim supernaturalis, solum potest per naturalem cognitionem ex naturali motivo cognosci; non autem ex supernaturali propter dicta. Quare solum ut materialiter supernaturalis, non autem ut formaliter, potest per cognitionem naturalem proponi; & sic per naturalem appetitum appeti.

30
Instantia
contra dic-
ta, & eius
dirutio.

Sed instabis. Hæreticus, qui non errat circa supernaturalem beatitudinem, cognoscit illam ut formaliter supernaturalem; non per actum supernaturalem: ergo per naturalem. Min. cum consequentia tenet, & mai. probatur. Tum quia cognoscit illam, ut distinctam ab omni obiecto naturali: tum quia illam cognoscit, prout sub est revelationi Divinæ: ergo prout formaliter supernaturalem. Respondetur negando mai. Ad primam probationem distinguendum est antecedens; ut distinctam materialiter concedo antecedens, formaliter nego antecedens, & consequentiam. Motivum enim, quo hæreticus cognoscit illam, ut ab omni ente naturali distinctam, non est motivum aliquod supernaturale, sed naturale, propria, scilicet, existimatio, aut quid simile. Unde illam solum cognoscit, ut materialiter distinctam ab omni ente naturali, & solum ut materialiter supernaturalem. Ad secundam probationem dicatur, quod licet cognoscat beatitudinem illam, quæ Divinæ revelationi subest; eam tamen non cognoscit ex motivo Divinæ revelationis, quod in alijs materijs inefficax existimat, sed ex alio motivo naturali; ac proinde ut materialiter supernaturalem.

Obijcies secundo. Non repugnat quod actus specie differentes tendant in idem obiectum formale, sub diversa ratione: ergo non repugnat quod actus naturalis tendat in obiectum formaliter supernaturale. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Primo. Quia motus rectus, & circularis; tendunt in eundem terminum formaliter, & solum specificè differunt per diversum modum tendendi. Secundo, quia sensatio albi elicità à sensu externo, specificè differt à sensatione eiusdem elicità à sensu interno; non nisi propter diversum modum tendendi: ergo. Tertio, quia propter eandem rationem differt cognitio, quæ Angelus superior cognoscit inferiorem, ab ea, quæ inferior se ipsum cognoscit. Tandem, quia hoc etiam modo differunt virtutes morales infusæ, ab acquisitis, quæ circa eandem materiam versantur, ut amor naturalis Dei à supernaturali amore eiusdem: ergo.

31
2. Obiec-
tio.

Confirmatur primo. Quia actus supernaturalis potest specificari ab aliquo naturali formaliter: ergo, & naturalis à supernaturali. Probatür antecedens. Tum, quia modus hypostaticæ unionis specificatur ad humanitatem Christi: tum quia, accidens supernaturale specificatur à subiecto, in quo est, quod est aliquid naturale: tum quia omnes actus scientiæ infusæ Christi Domini sunt supernaturales; & tamen aliqui eorum specificantur à veritatibus naturalibus, quas solas cognoscunt: & idem constare potest in fide nostra Theologica, per quam veritates aliquas puto naturales cognoscimus: ergo.

Confir-
mat. 1.

Confirmatur secundo. Quia potentia obedientialis est entitativa naturalis; & tamen prout sic ab aliquo supernaturali specificatur: ergo. Tertio, & est omnium ratio. Quia non repugnat, quod specificativum inadæquatum alicuius actus naturalis sit supernaturale, ut constat in obiecto quod; sed obiectum formale, secundum quod ex ob-

Confir-
mat. 2.

obiecto quo, & quod ad integratur, est tantum specificativum inadæquatam actus illud attingentis: ergo non repugnat; quod hoc sit supernaturale, & actus naturalis. Min. probatur est D. Thom. locis ubi supra num. 20. asserentis; quod operationes specificantur à forma, quæ est operationis principium: ergo hæc, saltem inadæquate ingrediuntur specificativum illarum.

Solutio
argum. Ad arg. responderetur negando antecedens, de quo merito dixit P. Suarez lib. 2. de necessitate gratiæ cap. 11. illud totam Philosophiam evertere: Et certè si esset verum, nullum esset fundamentum, ad probandam unitatem, aut distinctionem specificam potentiarum, habituum, & actuum. Ad exempla autem, quibus illius probatio intenditur, in communi dicatur: quod sicut inter omnia illa salvatur distinctio specifica; ita, & inter obiecta per ea attracta: non præcise penes diversum modum attingendi: quia dum diversitas ista, non refunditur in obiectis, solum arguit distinctionem accidentalem, & non essentialem in actibus vel potentijs. Quod constat in actu intellectus, & remisso, libero, & necessario eiusdem obiecti formalis; qui licet diverso modo illud attingant; non essentialiter, sed tantum accidentaliter differunt.

32
Occurrit
AA. exē-
pi.
In particulari autem descendendo ad exempla, ad primum dicitur: quod motus rectus, & circularis, licet convenienter materialiter in eodem termino, formaliter tamen distinguuntur per diversas attingibilitates, quæ ex parte illius sunt, quæque solum à nobis explicari possunt, aut intelligi per diversa media, quibus potest attingi. Ad secundam dicitur, quod sensatio albi elicita à sensu externo, respicit illud sub ratione lucidi colorati; elicita autem à sensu communi, sub ratione sensibilis: quare obiectum illud, prout ab utroque sensu attingitur, formaliter est distinctum. Ad tertiam pariter dicitur, quod illud obiectum sub diversa ratione

attingitur ab uno, & ab alio Angelo, sub maiori, vel minori immaterialitate, secundum illorum excessum. Ad quartam, quod etiam virtutes infusæ respiciunt eandem materiam, quam respiciunt acquisitæ, sub diversa ratione: nam virtutes infusæ respiciunt materiam illam, per ordinem ad finem supernaturalem; virtutes autem acquisitæ per ordinem ad finem naturalis rationis, ut expresse tradit D. Thom. 1. 2. quæst. 63. art. 1. & quæst. de virtut. art. 10. ad 8. Idem contingit in amore naturali Dei, & supernaturali: quia, ut idem S. D. affirmat 1. 2. quæst. 109. amor naturalis Dei fertur in Deum prout est principium naturalis boni; amor autem charitatis, secundum quod est obiectum beatitudinis: quare ibi distincta etiam ratio motiva invenitur.

Ad primam confirm. negandum est antecedens. Ad primam illius probationem, dicatur, unionem hypostaticam, non specificari ab humanitate Christi, sed à Verbo Divino, quod principaliter respicit, ut illi uniat humanitatem. Ad secundam dicatur, quod si accidens supernaturale, est immediate operativum, immediate specificatur ab operatione, & mediate ab obiecto; si autem sit ipsa operatio, ab obiecto specificatur, ut diximus: si autem neque est immediate operativum, neque ipsa operatio, qualis est gratia habitualis; dicatur: quod sicut in primo sui esse est quid absolutum; ita non specificatur ab aliquo extrinseco, sed à suis prædicatis essentialibus, sicut albedo: specificari enim ab extrinseco, est proprium respectivorum. Vel cum alijs dicatur, gratiam specificari à natura Divina, cuius est formalis participatio; de quo videatur hic Illustrit. Godoy. Ad tertiam dicatur: Quod omnes veritates naturales, quas Christus Dominus, per scientiam supernaturalem infusam cognoscit, cognoscit quidem per ordinem ab obiectum supernaturale, primum, & specifi-

Satis fit re
confutari.

ficativum talis scientiæ: insuper, & ex supernaturali motivo, sicut, & Fides Catholica: undè non sequitur, quod aliquis actus earum ab obiecto formaliter naturali specificetur.

Satis fit 2.
confirm.

Ad secundam confirm. dicatur quod iam dub. 1. concl. 2. diximus, quod cum potentia obedientialis comparatur ad supernaturales operationes, tanquam ad aliquid conveniens ei, præter illius naturam, & ex participatione superioris; ab eis non specificatur. Alij autem qui oppositum sustinent, argumento respondeant; quod non facile præstabunt. Ad tertiam iam ex supra dictis constat: nam vel dicendum cum aliquibus, quod D. Thomas loquitur de actionibus transeuntibus, non autem de immanentibus; vel magis probabiliter cum alijs, quod loquitur de operationibus in esse actionum, non autem in esse passionum. Vel tertio, quod magis probamus; quod quando asserit, quod forma, quæ est operationis principium, specificat operationem, intelligendus est, ut ipse se explicat, supposita specifica unitate, aut distinctione obiecti, à quo ipsa forma specificatur: quare prima radix unitatis, aut distinctionis specificæ actionum, ab earum obiectis desumitur.

§. VI.

TERTIA CONCLUSIO statuitur.

**REPUGNAT APPETITUS
visionis beatificæ efficax, efficacia
aliqua extrinseca, vel
conditionata.**

33
Declaratio conclusio-
nis.

Explicatur conclusio. Duplici efficacia potest gaudere aliquis appetitus erga proprium finem: aut efficacia absoluta, aut conditionata. Ille appetitus dicitur efficax efficacia absoluta, qui ex se infert media necessaria ad finis consecutionem, ita ut connectatur cum illis. Ille autem dicitur efficax efficacia conditionata, qui talis est na-

turæ, quod licet ex se talia media non inferat, neque cum illis connectatur; habet tamen sufficientem virtutem ad executionem mediorum, si vires adsint; & hic etiam dicitur efficax efficacia extrinseca.

Quo supposito; licet omnes Theologi convenienter repugnare appetitum naturalem efficacem efficacia absoluta, & intrinseca, respectu visionis beatificæ; quia repugnat; quod actus naturalis connectionem habeat cum supernaturalibus; aliqui tamen eorum, quorum supra meminimus, concedunt appetitum naturalem efficacem efficacia conditionata, aut extrinseca, talisque naturæ, quod sit ex se sufficiens, ut moveat omnes virtutes supernaturales, si in subiecto supponantur, ad consecutionem supernaturalis finis erga quem aspicitur. Contra omnes ergo procedit nostra conclusio, quæ non parvi æstimanda est; cum ab ea summopere dependeat elevatio entis supernaturalis supra naturam, & necessitas gratiæ.

34
Prob. 1.
conclusio
ex Sac Pa-
gna & ex
plicatione
SS. DD.
August. &
Thom.

Probatur ergo primo conclusio autoritate. Quia si esset possibilis talis affectus efficax erga finem supernaturalem, ex viribus naturæ, natura seipsa, & sine ulla Dei gratia supernaturali posset erga talem finem efficaciter aspicere; sed hoc est contra illud Apost. ad Philip. 2. *Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere*; nam ut ibi explicat D. Thom. lect. 3. *per hæc verba excludit Apost. falsam existimationem Pelagianorum dicentium, electionem esse in nobis, & prosecutionem operum in Deo; quia velle est à nobis, sed perficere à Deo. Et hoc excludit dicens: & velle, & perficere. Undè Roman. 9. non est volentis, scilicet, velle, sine auxilio Dei, neque currentis, scilicet, currere; sed Dei misericordis.* Videatur insuper S. Aug. Epist. 107. ad Vitalem, ubi eodem modo expendit prædicta verba; ex eisque probat necessitatem gratiæ, non solum ad bene operandum, sed etiam ad velle bene operari.

Quod

Consen-
sus, & dis-
sensus DD.
in hac par-
te.

35
 Cœnium.
 ex 2. Syn.
 Milev. &
 Syn. Pon-
 tifici, &
 PP.

Quod confirm. ex Conc. Mile-
 vitano cap. 14. ubi expresse defini-
 tur necessitas gratiæ Dei per Chris-
 tum, ad hoc, *ut quod faciendum*
cognoverimus, etiam facere diliga-
mus, & ex Cœlestino I. Epist. ad
Episcopos Gallia, & ex cap. 12. ibi:
Omnia bonorum affectuum, atque
operum, & omnium studiorum, om-
niumque virtutum, quibus ab initio
fidei attenditur, Deum profitemur
Authorem. Et ex Leone I. serm. 8.
 Epiphaniæ cap. 1. *dubium non est*
hominem bona agentem habere à Deo,
& affectum operis; & initium vo-
luntatis. Videatur insuper S. Aug.
 lib. de don. persever. cap. 20.
 & de prædestinatione Sanctorum
 cap. 2. & contra duas Epist. Pe-
 lagian. cap. 8. quibus in locis,
 & pluribus alijs, semper fatetur,
 & propugnat, Deum esse Autho-
 rem per gratiam suam, non solum
 supernaturalium operationum, sed
 etiam, & affectus, voluntatisque
 illas operandi: non ergo ex viribus
 naturæ talem affectum habere pos-
 sumus.

36
 Prob. 1.
 Conclusio
 ratione.

Ratione autem probatur con-
 clusio primò: Quia appetitus effi-
 cax finis supernaturalis est efficax
 intentio illius; sed repugnat effi-
 cax intentio naturalis erga finem
 supernaturalem: ergo Mai. est
 certa, & min. probatur primò. Quia
 ab intentione efficaci causatur elec-
 tio mediòrum conducentium ad fi-
 nis consequentiam; sed media con-
 ducentia ad consequentiam finis
 supernaturalis sunt supernaturalia,
 ac proinde electio eorum: ergo
 nequit ab intentione naturali cau-
 sari. Min. cum consequentia constat,
 & mai. est frequentior senten-
 tia, manifestaturque ex eo, quod
 sic se habet intentio efficax finis
 ad electionem mediòrum, sicut as-
 sensus præmissarum ad assensum
 conclusionis; iste autem effective
 causatur à præmissarum assensu:
 ergo.

Prob. 2.
 min. prin-
 cipalis.

Secundò probatur eadem min.
 Quia magis concurret intentio effi-
 cax finis ad electionem mediòrum,
 quam iudicium regulativum ad ac-

tum amoris; sed implicat quod su-
 pernaturalis amor reguletur per
 iudicium naturale, alias non esset
 necessaria fides ad amorem chari-
 tatis; quod reputatur absurdum:
 ergo, & implicat quod electio su-
 pernaturalis ab intentione naturali
 oriatur. Min. cum consequentia tenet,
 & mai. probatur. Quia plus
 est applicare, & movere ad aliquem
 actum, illumque imperare, quam
 ad illius elicentiam dirigere; sed
 primo modo concurret efficax in-
 tentio ad electionem, secundo au-
 tem modo iudicium regulativum ad
 actum regulatum: ergo.

37
 Prob. 3.
 ead. min.

Probatur tertio eadem min.
 Quia saltem intentio efficax finis im-
 perat electionem mediòrum; sed
 omnino impossibile est, quod in-
 tentio naturalis imperet supernatu-
 ralem electionem: ergo. Probatur.
 Min. tum quia alias natura subij-
 ceret sibi gratiam; cum tamen
 e converso sit, quod gratia subijcit
 naturam, & ad altiorem modum
 operandi elevat. Tum, quia impe-
 rare supernaturalem electionem est
 dominium supra illam exercere: do-
 minium enim est facultas utendi re
 aliqua, tanquam propria; sed plus
 est habere dominium in supernatu-
 ralem electionem, quam in eam
 physice influere: imperari enim,
 & dominari superioris est formaliter;
 cum tamen physice influere,
 possit esse æqualis, aut inferioris,
 ut cum ministerialiter influit: er-
 go.

38
 Confirmatur hoc: ideo natu-
 ræ denegatur vis physica influxiva
 in actus supernaturales, sive ad-
 æquata, sive inadæquata apud
 Thomistas, & saltem adæquata
 apud omnes, quia vis illius influ-
 xiva, est adæquate naturalis, &
 actus adæquate supernaturalis est
 supra illam; sed etiam dominium
 naturæ est adæquate naturale: er-
 go actus adæquate supernaturalis
 adæquate erit supra illud: non er-
 go poterit à natura, ratione sui, im-
 perari. Ex quo deducitur, quod
 sicut apud Thomistas gratia est to-
 ta ratio agendi in ordine superna-
 tu-

turali; etiam sit tota ratio applicandi, & tales operationes imperandi. Et apud alios; quod sicut natura se sola, & sine adiutorio gratiæ ex parte principij influentis, non potest operationem aliquam supernaturalem efficere; ita nec sine adiutorio eiusdem gratiæ ex parte principij applicantis, & dominantis, possit illas imperare.

39

2. Prob. Conclusio ab incōv. sententiæ applicæ.

Deinde probatur eadem conclusio ab inconvenientibus. Nam in primis sequitur ex opposita sententiâ, quod possit homo viribus proprijs aliquid efficere conducentis ad vitam æternam; sed hoc est contra cōcilia, & SS. PP. oppositum deducentes ex illo Apost. *non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis*: ergo. Sequela probatur. Quia appetitus ille in homine habente gratiam, & virtutes supernaturales, infert actus virtutum supernaturalium, & efficaciter applicat ad illos, quibus de facto consequitur vita æterna: ergo conducit.

Primum effugium recluditur 1.

Nec refert si dicas, appetitum illum conducere quidem physice, non autem moraliter, & per modum meriti; & secundum, & non primum negare cōcilia, & SS. PP. actibus naturalibus. Sed contra primum. Quia talem appetitum conducere per modum meriti, & non solum physice, infertur ex tali suppositione, à D. Aug. lib. 1. contra duas Epist. Pelagianorum cap. 8. his verbis. *Si sine Dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipsum conceptum, erit meritum, cui, tanquam ex debito grati ventat adiutorium.* Cui consonat S. Fulgentius lib. de incarnatione cap. 18. his verbis. *Si autem secundum opinionem illorum, nostram est velle credere, priusquam Dei gratia nos incipiat adiuvare, iniuste dicitur gratia, quia non gratis homini datur, sed bona tribuitur voluntati*: ergo iuxta SS. PP. si voluntas illa boni supernaturalis, ex viribus naturæ præcederet, non solum præcederet, per modum physice conducentis, sed etiam per modum meriti, & moraliter.

Contra secundo: quia actus disponentes ad gratiam non concurrere meritorie ad illam, est communis sententiâ Theologorum, & certissima, si sermo sit de dispositione non concomitanti, sed præcedenti gratiam; & tamen omnes denegant vires naturæ, ut se disponat ad gratiam; & oppositum Pelagianum reputatur: ergo non solum excludenda est conducentia moralis ab actibus naturalibus, sed etiam physica, in ordine ad finem supernaturalem.

Recluditur 2.

Secundo sequeretur ex prædicta positione, quod supposita gratia, & virtutibus supernaturalibus, tantum concomitanter, & sine ullo influxu in actus, posset homo mereri de condigno vitam æternam, sed hoc est plusquam absurdum: ergo. Sequela probatur: quia gratia, & virtutibus supernaturalibus, positus modo dicto, posset homo ex viribus naturæ habere quidquid requiritur ex parte intentionis efficaci finis ad consecutionem vitæ æternæ: ergo habere posset quidquid requiritur ex parte electionis mediorum ad talis finis consecutionem. Patet consequentia, quia nobiliori modo concurrens ad consecutionem finis intentio efficax, quam electio mediorum; ex intentione enim electio originatur: ideoque D. Thomas, & ceteri Theologi ponunt charitatem ex parte finis per modum intentionis illius, & ceteras alias virtutes supernaturales ex parte mediorum per modum electionis: si ergo ex viribus naturæ, supposita gratia, tantum concomitanter, & nullatenus influente, potest haberi quidquid requiritur ex parte intentionis ad consecutionem vitæ æternæ; poterit pariter haberi quidquid requiritur ex parte electionis, quæ est ratio meriti.

40
2. Inconveniensex sententiâ opp.

Sequeretur tertio, quod primum discrimen consentientis à dis-

41
3. Inconveniensex ead. sententiâ, & 4.

cre-

cretio, & voluntas, qua unus præ alio vult efficaciter consentire: ergo si hæc voluntas posset esse ex natura, independentem, à grâtia influente; talis esset prima illorum discretio. Quartò sequeretur, quod connanti, & pulsanti ex viribus naturæ Deus infallibiliter conferret gratiam; sed hoc est contra communem SS. PP. sententiam explicantium illud, *facienti, quod est in se, ex viribus gratiæ, non ex viribus naturæ*: ergo. Sequela probatur. Nam in respectu illius efficaciæ intentionis, quæ ex viribus naturæ adstruitur, Deus conferret infallibiliter gratiam efficacem homini habenti virtutem supernaturalem, ut ad electionem mediõrum procederet.

42
Ult. incon-
veniens.

Tandem sequeretur, quod ad fidem supernaturalem non sit necessaria pia affectio voluntatis supernaturalis; sed hoc est contra Concilium Arausicanum Can. 2. cap. 5. definiente; *quod credulitatis affectus, quo in eum credimus, qui iustificat impium, datur nobis Spiritus Sancti inspiratione corrigente voluntatem nostram de infidelitate ad Fidem*: ergo. Sequela autem probatur. Quia tunc casus sufficeret naturalis voluntas, qua efficaciter vellet Fidei Divinæ assentire, ut habitu Fidei associata talem assensum præstaret.

1. Effugiũ
cavetur.

Nec valet si dicas primo: piã affectionem voluntatis esse tantum requisitam ad credendum, sicut oportet ad salutem, non à absolute. Non, inquam, valet; quia ex suppositione Fidei Theologicæ, qua credimus, sicut oportet ad salutem, sufficiens esset illa voluntas naturalis, qua hoc modo vellemus credere: quod si non sufficiat: ergo esto adsint vires. sufficientes ad credendum, sicut oportet, ad salutem, non poterit voluntas ex viribus naturæ talem actum imperare; ex quo sequeretur esse idem dicendum de aliis actibus supernaturalibus.

2. Effugiũ,
& ejus pre-
clusio.

Dices secundo. Piã affectionem supernaturalem esse requisitam ad actus Fidei non ut absolute elicien-

dos, sed tantum connaturaliter. Non, inquam, valet: tum quia esse absolute requisitam constat ex verbis adductis Concilij, & pluribus autoritatibus, quæ adducuntur à nostris Thomistis tractatu de Fide. Tum quia nec esset requisita, ut tales actus connaturaliter elicerentur: Primò, quia connaturaliter elici, est elici conformiter ad proportionem naturæ, sed tunc valde conformiter ad proportionem naturæ elicerentur, cum ipsa per se, esset proportionata ad talem piã affectionem: ergo. Secundo, quia magis connaturaliter eliceretur sine virtute supernaturali, quod potest naturaliter elici, quam cum illi: virtus enim supernaturalis ad supplendum defectum naturæ datur: ergo si absolute tales actus possent elici sine virtute supernaturali piã affectionis, connaturaliter sine illa elicerentur.

§. VII.

SOLVUNTUR ARGUMENTA

42
1. Objec-
tio.

CONtra hanc conclusionem obij- cies 1. illud Apost. ad Rom. 7. *Velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non invenio*, quibus in verbis satis apertè indicat discrimen inter velle, & perficere, quod velle habet homo ex se, perficere autem tantum ex gratia. Quibus consonare videtur Sanctus Hieronymus lib. 2. Dialogorum contra Pelagium cap. 2. ubi sic habet: *nostrum est velle, sed ut voluntas nostra compleatur, ad Dei misericordiam pertinet*: & similiter profert cap. 3.

43
Distinctio 1.
Object. ex
D. Thom.

Respondetur, quod autoritate illa Apost. usus fuit Casianus collat. 13. cap. 9. ut probaret iniquum nostræ salutis, sive piã affectionem credendi esse ex nobis, quod damnatum fuit ab Ecclesia verbis supra citatis in Concilio Arausicano: exponenda ergo est prædicta autoritas, sicut exponitur à D. Thom. ibi lect. 3. *quod ergo dicit velle adiacet mihi, scilicet, per gratiam reparato, est ex-*
ope-

operatione Divina gratia; per quam quidem gratiam, non solum volo bonum, sed etiam aliquid boni facio, quia repugno concupiscentia, & contra eam ago ductus spiritu. Sed non inventio mea potestate quomodo istud bonum perficiam, ut scilicet, totaliter concupiscentiam excludam. At post pauca subdit: si vero referatur ad hominem sub peccato constitutum, sic exponi poterit, ut velle accipiatur pro voluntate incompleta, qua ex instinctu naturæ in quibuscumque peccantibus est ad bonum, sed illud velle adiacet homini, id est iuxta hominem iacet, quasi infirmum, nisi gratia voluntati tribuat efficaciam ad perficiendum.

D. Hieronymi ex-ponitur.

Ad testimonium D. Hieronymi dicatur, quod quando dicit, nostrum esse velle; non excludit necessitatem Divinæ gratiæ ad illud, quam ibidem lib. 2. cap. 7. sæpius adstruit: commendat ergo per illa verba consortium liberi arbitrii cum gratia. Quando autem Deo attribuit operis complementum, hoc specialiter facit, quia Deus specialiter ad illud concurrat: sapius enim, id ipsum, quod ex Dei gratia volumus, executioni non mandamus, & ad id speciali Dei adiutorio indigemus.

44
2. Obiectio satis difficilis.

Secundo obijcies. In hoc existente in gratia datur appetitus naturalis visionis Dei, sive regulatus per fidem naturalem, sive per naturalem discursum, ut fere omnes fatentur; sed per huiusmodi appetitum, potest homo se movere ad eliciendos actus omnium virtutum supernaturalium, & ad omnia præcepta supernaturalia adimplenda, quæ sunt media requisita ad consequendam visionem Dei: ergo potest dari appetitus naturalis efficax, efficacia conditionata, aut extrinseca erga obiectum supernaturale. Discutius est legitimus, & min. in qua est difficultas probatur primo. Quia per actum naturalem peccaminosum vana gloriæ, v. g. potest quis moveri ad eliciendos actus supernaturales fidei, ita, ut actus internus fidei vitietur ex prava cir-

cumstantia motivi extrinseci, ut tenent plures Theologi. Similiter, ex intentione venialiter peccaminosa potest quis moveri ad confitendum peccata, & ad habendam attritionem supernaturalem ad Sacramentum requisitam, ut plures alij affirmant; & idem dici potest de Sacramento Baptismi: multo ergo magis actus naturalis honestus potest ad actus supernaturales movere.

Secundo probatur eadem min. Quia experientia constat, quod homines ex motivis, & actibus naturalibus, pluries moventur ad actus supernaturales: sicut vir qui movetur ex pulchritudine, dote, aut nobilitate foeminae, ad contrahendum matrimonium validum, & fructuosum: & Sacerdos qui ex amore naturali erga infirmum, aut defunctum, movetur, ad celebrandum, alias non celebraturus; & uxor, & filij, qui se disponunt, ad recipiendum Sacramentum Pœnitentiæ, aut Eucharistiæ, alias non recepturus, ut placeant marito, aut patri: ergo etiam ex appetitu naturali visionis Dei potest quis moreri, ad eliciendos actus supernaturales, & meritorios illius.

Hoc, & sequenti arg. convincitur doctissimus quidam Thomista, ut in oppositam inclinaret sententiam, in quo nequaquam est immittendus: tum propter dicta, quæ minime salvari possunt in principiis Thomistarum. Tum, & maxime, quia ipse consequentia ductus, illud, *faciendi quod est in se, Deus non denegat gratiam*, explicat de operante ex viribus natura, quod in nostris principiis, valde absurdum reputatur. Unde ad arg. concessa mai. Vel illa prætermissa neganda est min. Ad primam eius probationem negandum est antecedens: neque illorum Theologorum sententiam ullatenus admittimus. Nam licet possit quis ex inani gloria conari naturali elicere actum internum fidei, conatus tamen iste, est omnino inefficax, & improportionatus, ad actum illum imperandum

2. Prob. min. principalis.

45
Sententia M. evoluto sæculo celebratissimi. Solutioni præmissa.

prop-

propter dicta. Quare ut actus ille eliciatur, necesse est, quod Deus ulterius misericorditer voluntatem eius ad piam affectionem moveat, & hæc ad actum fidei: in quo casu, inanis gloria tantum concomitanter, & non influxive se habebit.

Exemplū
2 fugatur

Ex quo ad secundum exemplum, pariter dicatur, quod licet possit quis ex vanagloria, aut alia intentione venialiter peccaminosa, moveri ad confitendum peccata, secundum quod dicit de naturali eorum relatione, aut de alijs actionibus naturalibus, ad id concurrentibus: quia, scilicet, aliquæ earum, tanquam partes ad integrantes Sacramentum, ad causandam gratiam concurrant; concurrunt tamen ut elevatæ per supernaturale auxilium; ad habendam autem attritionem supernaturalem, non potest ex illo motivo moveri. Quod præcipue verum debet esse apud Thomistas, qui non admittunt actum simul bonum, & malum moraliter: talis enim attritio bona ex se esset, & mala ex motivo innanis gloriæ.

Inft. con-
tradicta,
ei. solut.

Sed dices: ergo per peccatum veniale impeditur gratia Sacramentalis Pœnitentiæ; quod videtur valde durum, & contra omnem Theologorum sententiam. Respondetur distinguendo consequens: per peccatum veniale, quod tantum concomitanter se tenet, nego consequentiam; influxive in dolorem, concedo consequentiam. Dum ergo peccatum in dolorem influit, aufert supernaturalitatem eius ad essentiam Sacramenti requisitam; quare, & aufert Sacramentum, & fructum illius.

Dispellunt
ut alia
exempla.

Ad exempla autem, quæ in secunda probatione adducuntur, similiter dicatur, quod ex intentione naturali, potest quis moveri ad actus externos, qui naturales sunt, quibus aut contrahit matrimonium, aut Missam celebrat, aut recipit Eucharistiam, aut peccata confitetur; non autem potest moveri ad actus internos, & supernaturales ad id ipsi a requisitos.

Sed contra hanc solutionem instabis. Actus naturalis honestus nequit movere ad actus prævios; & peccaminosos: non enim sunt facienda mala, unde veniant bona; sed actus externi prædicti essent peccaminosi, & sacrilegi, nisi provenirent ab actibus internis, & supernaturalibus: ergo ad hoc debet etiam intentio illa naturalis movere. Min. constat: quia sacrilegium est, peccata confiteri, Missam celebrare, & contrahere matrimonium sine supernaturali dispositione: ergo. Ex quo ulterius infertur idem esse dicendum; & si intentio naturalis sit venialiter peccaminosa. Et ratio eadem est. Nam qui ex intentione venialiter peccaminosa, v. g. ex intentione conciliandi bonam famam apud confessarium, ponit actionem externam confitendi peccata, potest non peccare mortaliter; at mortaliter peccaret necessario, si non imperaret actum internum, supernaturalemque dispositionem; cum accedere ad Sacramentum sine ea, peccatum mortale sit: per actionem ergo illam peccaminosam imperat etiam actus supernaturales.

46

Inft. ab
inconv.

Respondetur: quod licet ponere prædictos actus externos, sine interna dispositione, sit peccatum mortale, & sacrilegium; ut tamen hoc vitetur, non est necesse quod actus imperans actiones internas, imperet etiam & internam dispositionem; sed sufficit, si dum actiones illæ externæ, per actum naturalem imperantur, ponantur pariter, & internæ supernaturales, quamvis non ab actu naturali, sed ab alio supernaturali imperante: hoc enim modo actiones externæ non redduntur sacrilegæ, sed iuxta conformitatem actionis naturalis imperantis; bonæ quidem, si ipsa fuerit bona, malæ autem venialiter, si ipsa talis fuerit. Per quod etiam constat ad id, quod additur.

47

Solutio
præced.
inft.

Secundo arg. ex prædicto M. & 3. In ordi-
est ratio, quam ipse vocat à priori: ne obiec-
quia virtutes supernaturales sub-
duntur nostræ voluntati: conferuntur ex eodem
tur Sap. M.

48

tur enim per modum habituum: habitibus autem utimur cum volumus; quod precipue verum est, si talis usus non destruat finem, ad quem datur habitus; sed quando aliquod principium operativum subditur nostre potestati, illo uti possumus, quando voluerimus, & ex quocumque motivo non destruyente usum proprium illius: ergo cum finis extrinsecus naturalis, & honestus, non destruat usum proprium habitus supernaturalis, ex motivo illius tali habitu uti possumus. Quod confirmat ex D. Thom. 2. 2. quæst. 171. art. 2. ubi probat prophetiam non esse habitum, quia ipsa non potest uti Propheta quando voluerit. Et quæst. 12. de veris. art. 5. ad 3. asserit quod prophetia iam habita potest uti Propheta ad malum finem. Idemque docet 3. part. quæst. 63. art. 2. de caractere Sacerdotali, quod nimirum potest Sacerdos illo abuti. Idemque communiter dicitur de gratijs gratis datis, & si sunt supernaturales.

49

Occurritur obiectioni. Viri Doctissimi.

Ad hoc arg. respondetur distinguendo mai. Virtutes supernaturales subduntur nostre voluntati per suam naturam, nego mai. ut constituta per gratiam, concedo mai. & disting. est min. ea ratione, qua nostre subduntur potestati, concedo min. qua ei non subduntur, nego min. & consequentiam: sicut enim per virtutes supernaturales constituitur voluntas potens illarum operationes elicere; ita pariter per vires supernaturales, & non aliter, potest illis uti; easque imperare: dominium enim super actus supernaturales, sicut & eorum continentia, solum per vires supernaturales haberi potest.

Satis fit confirmationi.

Ex quo ad confirmationem dicimus, recte probasse D. Thomam prophetiam non esse habitum, quia non possumus uti, quando volumus, neque per vires naturæ, neque per vires gratiæ. Virtutibus autem supernaturalibus, licet non per vires naturæ, per vires tamen gratiæ, quando nobis placet, uti

possumus. Id autem quod additur de prophetia iam habita, quod illa male uti potest Propheta; potius nocet, quam favet parti oppositæ: nam inde non colligitur, quod ex malo fine, possit actus propheticus imperari, sed potius quod actu prophético ex gratia habito, non solum quo ad elicentiam, sed quo ad applicationem, potest quis male uti, illum in prævum finem ordinando, ut in finem avaritiæ, vel vanitatis ordinando; quod non est ad rem.

Ad id, quod dicitur de caractere Sacerdotali, quod potest Sacerdos illo male uti; dicitur, hoc potest accidere, quatenus ex pravo fine potest ponere actus naturales, & externos, qui elevantur physice ad causandam gratiam, aut ad convertendum panem in Corpus Christi: sicut, & actiones pure naturales, ut ablutio exterior, elevatur etiam ad causandam gratiam.

Ad exemplum autem, de alijs gratijs gratis datis, dicendum, sicut de prophetia diximus, vel de accessu ad recipienda Sacramenta, quod qui illas habet, potest ex motivo naturali, etiam pravo, ad actiones naturales concurrentes, applicari. Vel quod actu earum, iam elicito, potest in malum finem uti; nunquam tamen, ex tali fine, vel alio pure naturali, poterit ad illarum actus supernaturales applicari.

S. ULTIMUS.

QUOMODO SIT INTELLIGENDA

ratio Divi Thomæ

EX dictis conclusionibus præcedentibus constat, quod appetitus, quem pro medio assumpsit D. Thomas, ad probandam possibilitatem visionis beatificæ, non est appetitus innatus illius, neque appetitus aliquis naturalis elicitus ex motivo supernaturali procedens, neque tandem appetitus aliquis naturalis efficax efficacia aliqua conditionata, vel extrinseca, sive ex motivo supernaturali, sive ex naturali

50

Quid dicitur habetur pro intellig. medijs a D. Th. assumpti.

rati procedat. Restat ergo pro complemento dubij explicare; qualis sit talis appetitus; & qualiter ex illo possibilitas visionis probetur.

51 *Diversitas inter S.D. Diff. cip. & quid senserint Cai. & à S.Th.* Circa quod adhuc non est una mens apud Thomistas. Nam Caetan. quem sequitur M. à S. Thomæ, asserit rationem D. Thomæ procedere de appetitu supernaturali elicitō, qui sequitur cognitionem supernaturalium effectuum: qui appetitus, naturalis vocatur à D. Thomæ; non quia talis absolute sit, sed ex suppositione elevationis. Ex quo iudicat Caetan. possibilitatem visionis, demonstrative, & evidenter, probari à D. Thomæ; cum appetitus iste, cum illius possibilitate connectatur. Sed explicatio ista magis communiter rejicitur, quia non videtur ad intentum D. Thomæ. Primò. Quia hæc ratio, eadem est cum alia, qua ad idem intentum utitur S. D. 3. contr. gent. cap. 50. & 51: ut iam vidimus; sed in illa ratione expresse loquitur de appetitu naturali, cum loquatur de appetitu, qui consequitur ad Angelum ex vi cognitionis Dei per propriam substantiam: ergo. Secundò, quia loquitur de appetitu, qui consurgit visis effectibus; sed effectus supernaturales non videntur; neque per lumen naturæ, neque per lumen fidei, quod est essentialiter obscurum: ergo loquitur de appetitu, qui consurgit ex visis effectibus naturalibus; hic autem quo ad substantiam naturalis est: ergo. Tertiò, quia loquitur de desiderio omnibus communi; sed fides est propria fidelium: ergo non loquitur de desiderio, qui consequitur fidem.

52 *Aliorum sensus, & eorund. adhuc dividuntur.*

Qua propter alij dicunt, quod ratio D. Thomæ procedit de appetitu naturali elicitō visionis Dei, prout Authoris naturæ, quæ prout sic, non est supernaturalis. Sed isti dividuntur inter se, alijs conantibus, appetitum istum esse efficacem, alijs tantum esse inefficacem: sed nihilominus efficaciter, & demonstrative, probari ex eo,

formaliter, & immediate possibilitatem visionis Dei, ut Authoris naturæ; identice tamen, & immediate, etiam visionis illius, prout supernaturalis Authore: quia quantumvis appetitus inefficax; est tamen appetitus universalis; qui saltem in aliquibus debet suum effectum consequi: sicut dicitur de voluntate illa generali; qua Deus vult, omnes homines salvos fieri.

Sed explicatio ista minus placeat, quam præcedens: & in primis videtur aperte falsum talem appetitum esse efficacem: quod sic ostenditur. Primò; quia vel dicitur efficax, quia in nullo frustratur, & hoc evidenter est falsum; cum plures sint, qui appetunt beatitudinem, quam non consequuntur: vel quia in omnibus non potest frustrari; & hoc etiam est falsum: nam cum talis appetitus etiam reperiretur in statu puræ naturæ, in illo; in omnibus frustraretur: ergo. Secundò: quia appetitus, qui non connectitur cum medijs sufficientibus ad consequitionem rei desideratæ, inefficax est; sed talis esset ille appetitus: nam media ad videndum Deum, etiam ut Authoris naturæ, sunt supernaturalia; ac proinde supra connexionem appetitus naturalis: ergo.

Contra id autem, in quo huius explanationis AA. conveniunt, obstat etiam primò; quod hic loquitur D. Thomas de visione Dei, secundum quod est supernaturalis: ergo si hæc ex appetitu naturali demonstratur, aliquid supernaturale poterit ex principijs naturalibus demonstrari; quod est fere contra omnes Theologos. Mai. in qua est. Difficultas, probatur. Tum, quia de ea visione loquitur in prædicta ratione, quam per primam probaverat; sed per primam probaverat visionem supernaturalem, ut constat testimonijs Sacrae Scripturae, quibus inimitur: ergo. Tum quia, de ea visione loquitur; ad quam in art. 2. requirit essentiam Divinam unitam per modum speciei, & in art. 5. huiusmodi gloriae supernaturalis; sed

53 *Sensus præced. rejicitur.*

Rejicitur etiam id, in quo AA. solution. conveniunt.

sed hæc visio est supernaturalis quo ad substantiam : ergo.

Validius
reijcitur
Hic. DD.
sensus.

Quod confirmatur. Quia visio Dei, prout est Author naturæ, est supernaturalis quo ad substantiam: ergo si hanc demonstravit ex principijs naturæ, aliquid supernaturale quo ad substantiam ex eis demonstravit. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Tum ex dictis, quia etiam ad istam visionem requiritur unio essentiæ Divinæ per modum speciei impressæ, & lumen supernaturale elevans. Tum, quia Deus prout in se est Author naturæ, & quidditative, est aliquid supernaturale: ergo cum visio deberet illum attingere, prout est in se, & quidditative, attingeret illum, prout est aliquid supernaturale: visio ergo ipsa esset supernaturalis. Tum, quia saltem visio illa connecteretur cum visione Dei, prout est Author supernaturalis: neque enim prout est Author naturæ videri potest, quin ut Author supernaturalis videatur; sed nihil naturale potest cum aliquo supernaturali quo ad substantiam connecti: ergo. Tandem quia licet naturale cum supernaturali connecti posset, minime tamen potest identificari; at visio illa identificaretur cum visione Dei, ut Authoris supernaturalis: neque enim potest per aliquem actum videri sub una formalitate, quin sub alia videatur: ergo.


54

Quare dicendum est rationem

D. Thomæ, procedere ex desiderio naturali, elicto, & inefficaci, ex naturali motivo procedenti, scilicet, ex visis effectibus naturalibus, terminarique ad visionem Dei, prout est in se; per illudque possibilitatem visionis, non demonstrative, sed congruenter probasse. Sic magis communiter Thomista. Unde quando D. Thomas in hoc art. asserit, quod hoc desiderium non potest remanere inane, & in 3. contra gent. cap. 51. Quod est impossibile quod frustretur; intelligendus est, quod moraliter non potest manere inane, & similiter quod est moraliter impossibile illud frustrari; licet sit possibile physice, aut metaphysice. Cuius ratio ea est, quia cum desiderium istud, sit ita generale, & in tot sapientibus repertum, non potest prudenter iudicari illud frustraneum esse. Præcipue, cum illius impossibilitas, & eiusdem termini, nulla ratione possit ostendi. Quare ratio hæc apta etiam est ad convincendos Gentiles, ita ut prudenter non possent illi dissentire; & ideo D. Thomas ea contra illos usus fuit. Neque aliud est necesse, neque possibile, ad probanda supernaturalia mysteria rationibus naturalibus: sic ergo fecit D. Thomas. Et hæc de hoc dubio, applicanda litteræ M. in 4. dist. 49.

§. Solet etiam.

Intelligē-
tia relati
principij;
ex mente
Authoris.



DISPUTATIO SECUNDA.

DE SPECIE AD VISIONEM DEI REQUISITA.

DUBIUM PRIMUM.

UTRUM SIT POSSIBILIS SPECIES ALIQUA
impressa creata Deum quidditative representans?

§. I.

ALIQUA SUPPONUNTUR.

N. 1. **A**Ntequam ad propositam difficultatem deveniamus, primò supponendum est, quod lumen gloriæ non gerit munus speciei impressæ ad videndum Deum. Quæ suppositio contra P. Vazquez, & Alarcon, est communis apud Theologos, & constat primò ex D. Thoma hic art. 2. asserente quod ad visionem Dei, duo requiruntur, scilicet, virtus visiva, & unio rei visæ cum visu: sicut similitudo lapidei est in oculo per quam fit visio in actu. Idem expresse docet art. 5. ad 2. ubi sic habet: *lumen istud, non requiritur ad videndum Dei essentiam, quasi similitudo, in qua Deus videatur, sed quasi perfectio quædam intellectus confortans ipsum ad videndum Deum*: de quo insuper videri potest 3. contra gentes cap. 53. & in 4. dist. 49. quæst. 3. art. 1. & 3. & ibidem ad Anibal. art. 1. & quodlib. 7. art. 1. quæ si legisset, aut voluisset attendere P. Vazquez non posset de mente S. D. dubitare.

2. Deinde probatur eadem suppositio ratione. Primò. Quia lumen gloriæ est virtus subiective determinans, & elevans potentiam ad intelligendum: species autem impressa est obiectiva determinatio huius virtutis: ergo lumen nequit esse species impressa. Secundò, quia species impressa concurrit ex parte obiecti tanquam repræsentatio illius ad intellectionem: ab obiecto enim, & potentia paritur notitia; sed lumen non concurrit ex parte obiecti, sed ex parte potentie; neque est obiecti repræsentatio: ergo. Tandem quia ex opposito sequeretur,

quod ad nullam cognitionem sive sensitivam, sive intellectivam necessaria esset species aliqua impressa, sed ad id sufficeret lumen cognoscitivum, quod etiam munus speciei, & illius concursus superaret; quod est contra omnes Philosophos Durando excepto. Quod si lumini naturali hoc munus denegatur; nulla esset ratio, cur saltem non concederetur lumini supernaturali, & sic lumen fidei, doni intellectus, scientiæ, & sapientiæ sufficerent, sine speciebus superadditis, ad proprias cognitiones eliciendas; quod est aperte falsum.

Nec refert si dicas primò, quod D. Thomas hic art. 2. asserit, quod similitudo requisita ad videndum Deum est lumen gloriæ confortans intellectum; sed hæc similitudo est species impressa: ergo. Secundò, quia hoc ipsum adhuc expressius traditur ab eodem S. D. quodlib. 7. art. 1. ubi sic habet: *lumen gloriæ ab essentia Divina descendens facit hoc respectu Divina essentia in intellectu; quod facit respectu aliorum intelligibilium, qua non sunt lux tantum, species rei intellectæ, simul & lumen*: ergo lumen gloriæ, non solum habet rationem virtutis ex parte potentie; sed etiam munus speciei.

Ad primam autoritatem respondentur, quod quando D. Thomas vocat lumen gloriæ similitudinem Dei, non intelligit esse similitudinem per modum repræsentationis, qua obiectum uniatur potentie, sed per modum cuiusdam participationis Divini intellectus, qua illi in

3.
2. Obiectio contra suppositio & ratio probatio.

Dirutio obiect.

D hoc,

hoc, quod est posse Deum intuitive videre; assimilatur præterquam, alia similitudine opus est ex parte obiecti, ut ibidem asserit D. Thomas. Ad secundam dicitur, verba illa intelligenda esse, quo ad unionem rei intellectæ cum intellectu, ad hunc sensum: quod sicut supposito lumine, & specie, obiectum, non medio alio, unitur potentia; ita supposito lumine gloriæ, essentia Divina, non medio alio, sed per se ipsam unitur intellectui: sed in hac unione, exercet, & munus speciei, & obiecti cogniti.

4
2. Supp. contra Egid. quæ ena probat.

Secundo supponendum est, de facto non dari speciem aliquam impressam creatam ad intuitive videndum Deum, sed quod ipsa essentia Divina gerit munus speciei. Suppositio hæc etiam est communis, contra Egidium à Præsentatione, & probatur. Quia tunc solum obiectum indiget specie impressa à sua entitate distincta, cum per se ipsum non potest uniri potentia; vel quia non est satis proportionatum, vel satis ei coniunctum; sed Divina essentia, in esse obiecti intelligibilis, est satis proportionata cum intellectu lumine gloriæ illustrato, & insuper intime illi præsens: ergo. Mai. asseritur à D. Thoma infra quæst. 36. art. 1. & ea probat nullum Angelum habere speciem intelligibilem à sua substantia distinctam ad sui intellectionem. Et illius ratio est: quia species eo dantur, ut suppleant vices obiecti: undè, & illius Vicariæ dicuntur: ergo quando obiectum per se ipsum, id, quod faceret species, facere potest; superflue ponentur species ab eo distinctæ.

5
Opinio- nes DD. referuntur.

His suppositis: circa præsentem difficultatem, quæ de potentia absoluta procedit, est duplex extreme opposita sententia. Prima affirmativa, quæ communiter tribuitur Scoto, de quo aliqui ex eius discipulis dubitant: eam tamen absolute defendunt Suarez, Vazquez, Molina, Valentia, Alarcon, Arriaga, Oviedo, & alij Recentiores magis communiter. Secunda est ne-

gativa, quam tenet D. Thomas, cum omnibus eius discipulis, Divus Bonaventura, Alensis, Durandus, & ex PP. Societatis, eandem sequitur Granados, Lugò, & Arrubal cum alijs paucioribus. Eandem sequitur Egidius Romanus S. D. discipulus, & auditor, qui in suo castigatorio art. 1. vocat divinitus revelatam. Pro veritatis ergo resolutione sit.

§. II.

UNICA CONCLUSIO.

REPUGNAT, ADHUC POTENTIA DEI ABSOLUTA ATTENTA, SPECIES ALIQUA CREATA DEUM QUIDDITATIVE REPRESENTANS.

6
Matura animadu- Auctoris.

NON indigemus probare hanc esse mentem D. Thomæ; cum ipsi adversarij eum sibi contrarium fateantur. Quare tantum nostrum erit eandem veritatem rationibus S. D. probare. Tres ergo asserit in hoc articulo; quarum primam sic proponit. *Sicut dicit Dionysius 1. de Divinis nominibus, per similitudines inferioris ordinis rerum, nullo modo superiora possunt cognosci; sicut per speciem corporis, non potest cognosci essentia rei corporea: multo igitur minus per speciem creatam quamcunque potest essentia Dei videri.*

7
Prob. 1. conclusio 1. ratione D. Thom. expolita.

Ratio hæc D. Thomæ valde profunda est; & ex proprijs speciei efficaciter convincens intentum. Pro cuius intelligentia, distinguendi sunt cum ipso S. D. hic art. 4. quatuor gradus, vel ordines immaterialitatis rerum, quibus correspondent quatuor alij gradus, immaterialitatis specierum: primus est rerum sensibilium, quæ sunt in materia individuali; quarum immaterialitas consistit in quadam actualitate sufficienti ad immitandum sensum; & huic correspondet primus gradus specierum sensibilium representantium res in singulari; & secundum conditiones individuales. Secundus gradus, est quidditatum rerum ma-

terialium, quæ, licet in re habeant esse in materia individuali; per intellectum tamen ab ea abstrahuntur: & huic etiam correspondet secundus gradus specierum à phantasmatis abstractarum representantium quidditates, & naturas materiales, à singularibus abstractas.

Tertius est rerum spiritualium, quæ habent esse omnino separatam à materia; non tamen à potentialitate: & tales sunt Angeli. Et huic correspondet gradus specierum intelligibilium, quæ non sunt à phantasmatis abstractæ; habent tamen ad mixtam aliquam potentialitatem, quales sunt species, quibus Angeli cognoscunt. Quartus est illius entis, quod est separatam, non solum à materia physica, sed etiam à metaphysica; ita ut nullam includat potentialitatem: & hoc est solus Deus, qui solus est actus purus, & omnem potentialitatem excludens. Cui etiam debet correspondere species aliqua ab omni materia separata, quæ sit etiam actus purus.

Ex qua suppositione; sic explicatur ratio D. Thomæ. Species quidditative representans aliquod obiectum, debet esse eiusdem, vel superioris gradus immaterialitatis eum illo; sed nulla species creata, potest esse eiusdem; & multo minus superioris immaterialitatis cum Deo: ergo nulla species creata potest quidditative representare Deum min. ex dictis constat: nam gradus immaterialitatis, in quo est Deus, est summæ, & purissimæ actualitatis, per exclusionem omnis potentia, tam physica, quam metaphysica; quod nulli rei create convenire potest.

Quare tota difficultas reducitur ad probationem maioris, quæ probatur primò à D. Thomæ, auctoritate D. Dionysij, ex quo eam desumpsit. Secundo inductione ibi insinuata, quia per species sensibiles non possunt quidditative cognosci quidditates rerum materialium: nec per species abstractas à phantasmatis substantia spirituales: e contrario autem potest acci-

dere: nam per species intelligibiles possunt quidditative cognosci substantia materiales, & per species abstractas à phantasmatis obiecta sensibilia; sed huius nulla potest ratio assignari, nisi quia species quidditative representans debet esse, vel eiusdem; vel superioris gradus immaterialitatis cum obiecto representato: ergo.

Dices: non ea ratione, sed quia species sensibilis est improporcionata cum quidditate materiali, & species abstracta à phantasmatis, cum quidditate spirituali, in ratione habitudinis representativæ. Sed contra est: quia hæc improporcionatio in nullo alio potest fundari nisi in materialitate speciei, quam excludit obiectum; sed omnis species creata includit materiam metaphysicam, quam Deus omnino excludit: ergo nulla species creata potest esse proportionata in esse representativo cum Deo.

Tertio probatur eadem mai. & hoc amplius confirmatur. Nam sicut ratio intellectivi sumitur ab immaterialitate, ita ratio intelligibilis, ut ex Philosoph. probat D. Thomas infra quæst. 14. art. 1. Et sicut potentia intellectiva est virtus, qua aliquid proxime intellectivum constituitur, ita species impressa est virtus, qua obiectum proxime intelligibile redditur; sed implicat potestas proxima intellectiva, quæ non sit eiusdem gradus immaterialitatis cum substantia intelligente: ergo & implicat species impressa quidditativa alicuius obiecti, quæ non sit eiusdem gradus immaterialitatis eum illo.

Quarto probatur eadem mai. Quia non minus species quidditative representans debet convenire in immaterialitate cum obiecto representato, quam potentia connaturaliter illud cognoscens: immo magis clare percipitur necessitas huius convenientiæ in specie, quæ est obiecti similitudo, & per illam intra potentiam constituitur, quam in potentia; sed potentia, quæ connaturaliter cognoscit aliquod ob-

Continua
tor expen
sio eiusde
rati. ad
idem in-
tentum.

8
Meduli-
tus ratio
S.D. spe-
ritur.

9
Prob. mul-
tipliciter
mai. pri-
mo assup-
ta.

10
Evasio
prob. præ-
ced. &
eius im-
pug.

Prob. 3:
mai. prin-
cipal.

4. Proba-
ead. mai.

iectum, debet esse in eodem gradu immaterialitatis cum illo, ut hic art. 4. probat D. Thomas; ex quo infert nullam potentiam creatam posse Deum connaturaliter cognoscere, quod etiam est verum fere apud omnes aduersarios: ergo idem dicendum est de specie.

II

Instantia
contra
immed.
prob.

Dices ex P. Oviedo, quod potius ex hac probatione validissima fit contra nostram rationem instantia, sub hac forma: quia potentia, & obiectum debent esse in eodem gradu immaterialitatis; nulla potentia materialis potest attingere obiectum spirituale, quantumvis elevata quibuscumque principijs fingatur: ergo quia potentia, & obiectum debent esse in eodem gradu immaterialitatis, nulla potentia creata, quantumvis elevata, poterit quidditative attingere obiectum increatum. Quæ consequentia ab omnibus negatur: pariter ergo dici poterit, quod licet nulla species sensibilis possit, adhuc elevata, rem spiritualement quidditative representare; species tamen aliqua creata, poterit illam representare.

Impug.
prædicta
inst.

Sed contra est, quod licet potentia possit ex elevatione attingere, quod connaturaliter non potest; implicat tamen quod species elevetur ad representandum, quod connaturaliter non representat: ergo omne quod representat, representat connaturaliter; ac proinde debet cum eo in eodem immaterialitatis gradu convenire. Antecedens autem probatur, reddendo disparitatem. Nam potentia comparatur ad cognitionem per modum causæ efficientis. Species autem ad representationem per modum causæ formalis habentis per sua prædicata formalia representare; sed nulla est repugnantia in eo, quod aliquid concurrens in genere causæ efficientis, elevetur ad faciendum id, quod connaturaliter non potest: nam cum operetur, per elicientiam operationis a se distinctæ, potest servata propria natura recipere virtutem, ut faciat id, quod connaturaliter non potest; est ra-

men repugnantia, ut aliquid concurrens in genere causæ formalis, elevetur ad id, quod connaturaliter non potest: nam causa formalis operatur per suam entitatem, & per sui formalem communicationem: ergo.

§. III.

SECUNDA RATIO D. THOMÆ
pro conclusione expendi-
tur.

Secundo probat D. Thomas suam conclusionem hac ratione. *Essentia Dei est ipsum esse eius, ut supra ostensum est, quod nulli forma creatæ competere potest: non potest igitur aliqua forma creata esse similitudo representans videnti Dei essentiam.* Ratio hæc D. Thomæ ab aliquis Thomistis sic intelligitur, quod coincidat cum præcedenti, & solum sit maior illius explicatio: quare, scilicet, nulla res creata possit esse in eodem gradu immaterialitatis cum Deo; quia nimirum nulla res creata, potest identificare suum esse, vel esse actum purum; quod est idem apud D. Thomam. Ab alijs autem aliter intelligitur; ita, scilicet, ut constituat distinctam rationem à præcedenti: quos imitantes; sic cum eis prædicta ratio formatur.

Munus proprium speciei impressæ est reddere obiectum proxime intelligibile, & ad illius intellectionem, tanquam virtus ipsius movere; sed implicat quod Deus constitutur proxime intelligibilis quidditative per aliquid creatum, & quod aliquid creatum sit virtus ad sui intellectionem movens: ergo. Mai. constat: nam obiectum independentem à munere speciei impressæ, est tantum radicaliter intelligibile, & per speciem impressam redditur actualiter intellectum: insuper, & per solam speciem impressam proxime ad intellectionem concurrat: ergo. Min. autem probatur ratione D. Thomæ. Nam essentia Dei est suum esse, & consequen-

Varij
DD. mo.
di D. Th.
rat. intel-
ligendi.

Expendi-
tur præ-
dicta ra-
tio pro co-
clutione.

quenter identificat secum ultimam actualitatem à toto genere entis, estque actus purus, tam in linea essendi, quam in linea operandi, aut intelligibilis; sed quia est actus purus in linea essendi, nequit esse per aliquid à se distinctum, & quia est in linea operandi, nequit operari, aut intelligere per actionem à se distinctam: ergo si etiam est in linea intelligibilis, nequit; prout est in se, intelligibilis reddi per aliquid à se distinctum, neque potest ad sui intellectionem concurrere.

Roboratur 1. ead. ratio. Confirmatur hæc ratio primò: Non minus ratio proxima intelligibilis passivi est perfectio simpliciter, simplex quam ratio proxima active intelligentis; sed propter secundum implicat, quod Deus, qui est actus purus, in ratione intelligentis non identificet secum vim proximam intellectivam: ergo & propter primum implicabit, quod Deus qui est actus purus, in ratione passivi intelligibilis, non identificet secum speciem impressam, quæ est forma constituens illum proxime intelligibilem.

Roboratur 2. Confirmatur secundò: Sicut amabilitas passiva se habet ad Deum, ita passiva intelligibilitas: utrunque enim ad illius prædicata, & eodem modo consequitur; sed quia Deus est actus purus, ita ratione sui est amabilis, quod implicet constitui talem per aliquid creatum, sive proxime, sive radicaliter: ergo implicabit etiam quod constituatur intelligibilis per aliquid creatum, sive proxime, sive radicaliter.

1. 2. Effugium rationis. Dices primò huic rationi, quod de ratione actus puri in linea intelligibilis solum est, quod identificet intelligibilitatem proximam, qua infinito modo est intelligibilis: ad hoc autem solum potest essentia Divina per modum speciei fecundare; & non species illa creata, quæ Deum finito tantummodo intelligibilem repræsenteret. Sed contra primò: quia si semel admittitur species creata Deum quidditative repræsenterans, esset etiam possi-

Effugium A. A. redarguitur.

bilis species aliqua creata, quæ Deum infinito modo cognoscibilem, immò & modo comprehendens sive repræsenteret: ergo. Antecedens partim iam constat ex ratione præcedenti: species nanque, quæ Deum quidditative repræsenteret, deberet cum eo convenire in gradu immaterialitatis, qui est actus purus; sed huic speciei nihil deficeret, quo minus repræsenteret Deum infinito, & comprehensivo modo: ergo. Quod amplius constabit ex ratione sequenti.

Contra secundò, quia de ratione actus puri in linea amabilis, non solum est quod identificet secum amabilitatem proximam, qua modo infinito, à se ipso amatur, sed etiam eam, qua modo finito amatur à creaturis: neque enim Deus est, prout in se amabilis à creaturis per aliquid creatum, sed per suam bonitatem, quæ talis est per essentiam: pariter ergo de ratione actus puri in esse intelligibilis, non est solum, quod identificet secum intelligibilitatem proximam, qua modo infinito est intelligibilis, sed & qua modo finito:

Tertiò. Quia ea ratione, qua Deus identificat secum suam intelligibilitatem radicalem, qua in esse talis per suam essentiam, præcisive à munere speciei impressæ constituitur; identificat etiam suam intelligibilitatem proximam: neque aliter conceptus actus puri in Deo salvaretur; sed identificat secum suam intelligibilitatem radicalem, qua intelligibilis est non solum modo infinito, sed etiam finito: ergo identificat secum suam intelligibilitatem proximam, qua non solum modo infinito, sed etiam finito, est intelligibilis.

Et omnium ratio est: quia modus finitus amabilitatis, aut cognoscibilitatis, non se tenet ex parte rei amabilis, aut cognoscibilis in Deo; nisi tantum extrinsece, & denominatione desumpta ab amore, & cognitione, quæ in se sunt finita: quidquid autem ex parte Dei, sive ad movendum, sive ad terminandum

Redargit 2.

Redargit 3.

Ratio omnium redargitur.

nandum cognitionem quidditativam, & amorem, se tenet ex parte Dei, infinitum in se, & intrinsecè est, finito tamen modo attractum. Undè sicut Deus identificat secum, non solum id, quo est infinite, sed etiam finite participabilis; pariter, & identificat secum id, quo est, non solum infinito, sed & finito modo intelligibilis, & amabilis.

14

2. Effugium
AA.

Recluditur 1. effugium.

Dices secundò, quod de ratione actus puri est, quod identificet secum intelligibilitatem proximam ei intrinsecam, non autem extrinsecam; species autem impressa solum est intelligibilitas extrinseca proxima, ut constat in specie, qua unus homo, aut Angelus, alterum intelligit. Sed contra primò, quia hæc solutio petit principium: ratio enim adducta, ex eo quod Deus est actus purus, in linea intelligibili, probat respectu illius, nullam esse intelligibilitatem extrinsecam, aut ab eo realiter distinctam, sed omnem debere esse illi identificatam: ergo dicere quod non debet identificare intelligibilitatem extrinsecam, est petere principium.

Recluditur 2.

Secundò, quia si solutio illa stare, posset etiam quis dicere, quod de ratione actus puri, non est quod identificet secum omnem sui amabilitatem, sed tantum intrinsecam: insuper, & quod de ratione illius, non est quod identificet secum omnem potentiam, sed tantum intrinsecam, & id tandem dicere de omnibus alijs Dei attributis; quod est absurdum: manet ergo fixum, quod de ratione actus puri in aliqua linea est, quod secum identificet omnia, quæ ad illam lineam pertinent. Et huius ratio à priori ea est: nam si aliquid non identificaret, vel illud esset actus, vel potentia: si actus, se haberet in potentia ad illum; si autem potentia, se haberet per modum actus incompleti; utrumque autem rationem actus puri destruit: ergo.

15

Ul. AA.
effugium.

Tandem dices: quod licet essentia Divina sit seipsa proxime intelligibilis ab intellectu Divino, ab

intellectu tamen creato, non est se ipsa proxime intelligibilis, sed ratione voluntatis Divinæ ad id intellectum creatum libere moventis; quem concursum libere suspendere potest, & loco illius speciem creatam subrogare, quæ illius gerat vices. Sic refert Illustrif. Godoy ex aliquibus Scotistis.

Sed solutio hæc, minus sufficiens, minusque doctrinalis est, quam præcedentes. Et in primis possunt contra illa omnia argumta facta instaurari, ut facile constabit consideranti. Deinde obstat primò. Quod aliud est Deum libere concurrere per modum obiecti motivi, & proxime intelligibilis cum intellectu creato; & aliud quod concurrat formaliter per voluntatem liberam: sicut aliud est quod libere concurrat ad suppositandam humanitatem, & aliud quod huiusmodi suppositio fiat à Deo formaliter per voluntatem liberam. Primum est verum: sed ad id sufficit quod libere intellectum humanum perfundat lumine gloriæ, libereque illum applicet ad intelligendum: sicut ut libere terminet humanitatem, sufficit quod libere applicet suam subsistentiam, qua formaliter terminat. Secundum autem est manifeste falsum: nam ad id erat necesse quod voluntas Dei libera, prout ab essentia distincta formaliter, focundaret intellectum creatum ad Dei intellectionem; quod est manifeste falsum: hoc enim munus convenit essentiæ Divinæ, prout ab attributis distinctæ, sicut, & munus terminandi humanitatem, convenit subsistentiæ verbi, prout à reliquis predicatis Divinis distinguitur.

Secundò, quia licet munus hoc exerceret Deus per suam voluntatem liberam, non solum effective, aut applicative, sed etiam formaliter; ac proinde posset illius suspendere concursum; male inferitur, quod loco illius posset aliquid creatum subrogare, ad sui quidditativam cognitionem: quod sic ostenditur. Nam licet denominatio

16

Effugium
occluditur
r.

Ocluditur 2.

volentis libere conveniat Deo formaliter per suam volitionem liberam ; ac proinde possit libere tali denominatione carere ; non inde inferitur , quod effectus ille libere volentis , possit ab aliquo creato, Deo praestari , loco liberę volitionis subrogato : ergo.

17
pulchra
rati. D.
Th. for-
ma.

Aliter hæc ratio D. Thomę, & satis pulchre ab aliquibus formatur. Repugnat quod Deus sit indistans, & unitus alicui rei creatę per aliquid à se distinctum ; hoc enim est proprium munus immensitatis, quę est cum Deo identificata ; sed munus proprium speciei impressę est reddere obiectum intelligibile indistans, & unitum intellectui : ergo repugnat quod detur species aliqua impressa creata Deum quidditative representans.

18
Evasio
rati. op-
pugnat.

Nec valet dicere quod per immensitatem est Deus physice pręsens omnibus rebus, non autem obiective ; per speciem autem impressam est pręsens obiective, & non physice. Contra enim est : nam pręsentia, quam Deus habet ratione immensitatis omnibus rebus per intimum illapsam, ac proinde intellectui creato, non solum est pręsentia physica, sed etiam obiectiva, si ex parte illius detur lumen glorię sufficiens ad eam pręsentiam percipiendam : neque enim alia intimior, aut arctior explicari potest, ut obiectum quantum est de se, sit pręsens potentię, & potens illam fecundare ad sui cognitionem : si ergo Deus habet pręsentiam istam per immensitatem secum identificatam, non potest illam habere per aliquid à se distinctum.

Explicatio
oppugnat. præced.

Quod explicari potest. Nam unio, quam habet substantia Angelici cum suo intellectu per modum radicis intellectus, non solum est pręsentia physica, sed etiam obiectiva, & per modum speciei impressę ; sed hoc, non alia ratione, nisi quia est unio substantię immaterialis cum intellectu habente proportionatam activitatem ad illam intelligendam : ergo unio, vel in

distancia immensitatis ; quas Deus habet cum intellectu perfuso lumine glorię, non solum esset physica, sed etiam obiectiva, & per modum speciei impressę.

19
Instantiã
contra ex
plic. doc-
tr. datę.

Sed dices. Ex eo quod substantia Angeli sit intime pręsens, & proportionata cum proprio intellectu, licet inferatur, quod de facto non indigeat specie aliqua impressa à se distincta, ad sui cognitionem ; tamen non inferitur hanc speciem non esse de potentia absoluta possibilem : pariter ergo dicere possumus, quod licet ex intima pręsentia, quam Deus habet cum unaquaque re, inferatur quod intellectus non indigeat alia specie superaddita ad Deum cognoscendum ; non tamen inferitur prædictam speciem esse impossibilem.

20
Inst. dif-
pellitur.

Respondetur permissio antecedent ; de quo merito plures dubitant ; negando consequentiam. Et disparitas stat in eo, quod nulla est repugnantia, quod aliqua species creata faciat respectu intellectus Angelici, id ipsum æquivalenter, quod sua faciat substantia, quoad munus fecundandi illum, & se ipsam representandi. At maxima apparet repugnantia in eo, quod aliquid creatum faciat id ipsum, adhuc æquivalenter quoad munus pręsentandi, & constituendi Deum in aliqua re, quod facit Divina immensitas.

21
Inst. con-
tra totam
doctrinã
datam.

Sed adhuc dices : quod licet sit repugnantia in eo, quod aliquid creatum faciat, vel æquivalenter, id quod facit immensitas Dei, quoad munus pręsentię physice in rebus ; nulla tamen apparet in eo, quod faciat æquivalenter, quoad munus pręsentię intentionalis : sicut licet sit repugnantia in eo, quod species aliqua superaddita faciat in intellectu Angelico id ipsum, quod facit sua substantia, quoad munus pręsentię physice ; nulla tamen est in eo, quod faciat, id ipsum, vel æquivalens, quoad munus pręsentię intentionalis.

22
Multi-
plex dilu-
tio inst.

Pro solutione huius, vel negandum est, quod supra permissimus, contra doctrinã datam.

mus, scilicet; quod intellectus Angelus possit se ipsum per speciem aliquam superadditam cognoscere; sicut hic negatur ab Illustris. Godoy; vel reddenda est disparitas ex iam dictis: quæ consistit in eo, quod in creatis, munus præsentia intentionalis separari potest à munere præsentia physice, non autem in Divinis: tum propter convenientiam in eodem gradu immaterialitatis, qui est indivisibilis: tum propter identitatem, quam in esse intelligibili cum ea requirit. Iuxta quem modum dicendi ratio hæc ex præcedentibus debet roborari, ut subsistat. Secundò potest reddi disparitas ex eo, quod non posse suppleri substantiam Angeli, quoad munus præsentia physice, non provenit ex eius perfectione, sed ex eo, quod talis præsentia à munere radicis, & naturæ separari non potest: qui conceptus à nulla re creata potest suppleri. At non posse suppleri munus præsentia intentionalis per aliquid creatum in Deo, eo provenit, quia ab eius immensitate, cuius nullus effectus potest suppleri propter sui perfectionem, præstatur.

§. IV.

TERTIA RATIO D. THOMÆ
proponitur.

23
S. D. pro cōcl. ratio.

Tertia D. Thomæ ratio sic ab eo proponitur. *Divina essentia est quid in circumscriptum, continens in se super eminenter quid quid ab intellectu creato significari, vel intelligi potest, sed quæcumque forma creata, & creabilis est finita, & limitata ad aliquam peculiarem rationem, vel sapientia, vel virtutis, &c.* ergo per nullam formam creatam Dei essentia representari potest quidditative.

Prædicta
3. S. D. ratio expenditur.

Quæ ratio D. Thomæ sic expenditur: species quidditative representans aliquid obiectum debet esse illi similis secundum omnia prædicata quidditative illius; sed nulla species creata, potest esse si-

milis Deo secundum omnia prædicata quidditative illius: ergo. Maior constat, nam essentia, & quidditas rei est sicut numerus: ergo sicut deficiente aliquo prædicato illius, deficit essentia; deficiente ex parte speciei representatione, & similitudine alicuius, species non representat quidditative illud. Minor autem probatur. Nam essentia Divina est aliquid in circumscriptum, & infinitum; omnis autem species creata aliquid determinatum, & finitum: ergo nulla species creata potest habere similitudinem cum essentia Divina secundum omnia illius prædicata.

Dices primò huic rationi quod, licet nulla species creata possit esse infinita in esse entitativo; bene tamen in esse representativo: sicut licet sit accidens in esse entitativo, potest esse substantia, in esse representativo. Quæ solutio dupliciter explicari potest: primò, ita ut attribuat speciei aliquam infinitatem intrinsecam, & subiectivam; sicut ratio representativi est illi intrinseca. Sic aliqui insinuare videntur. Vel secundò, ita ut nullam ei attribuat infinitatem intrinsecam, & subiectivam, sed tantum extrinsecam, & terminativam, ut exemplum de specie accidentali, convincere videtur: in quo sensu magis communiter approbatur ab adversarijs sequentibus. P. Suarez.

Sed neutro modo solutio evacuat vim argumenti: non primò: implicat enim representationem speciei esse intrinsece, & subiective infinitam: ergo. Assumptum probatur. Primò, quia representatio speciei subiective, & intrinsece, est aliquid creatum, & participatum à Deo: quidquid enim boni est à parte rei, & non Deus, creatum est, & à Deo participatum: ergo & finitum. Secundò, quia representatio speciei subiective accepta, identificatur cum illius entitate; sed entitas speciei, ut concedit solutio, est finita: ergo, & representatio subiective accepta.

Quod

24
Bifariam
rat. expen-
ditur AA. oc-
cur.

25
t. Via
AA. præ-
cluditur.

Validies
vires ad re-
pugnatur
eod. AA.
exemplo.

Quod confirmatur exemplo adducto in solutione. Magis repugnat, quod identificetur aliquid finitu cum infinito; quam quod identificetur substantia cum accidenti: maior enim distantia inter prima, quam inter secunda extrema reperitur; sed implicat quod aliqua substantia identificetur cum accidenti; quare dum species est entitativa accidens, representatio illius subiective, & intrinsece accepta accidens est: ergo. Tertio, quia representatio speciei subiective accepta, saltem fundatur supra esse entitativum illius, non minus quam intelligibilitas cuiuscunque rei intrinsece accepta; sed implicat quod intelligibilitas infinita identificetur cum entitate finita, aut e converso: ergo.

26
Inst. im-
pug. pra-
ced.

Nec refert, quod operationes Christi Domini sunt intrinsece finita, & limitata in esse physico, in esse autem moris infinita; & pariter peccatum mortale, intrinsece finitum est, non solum in esse physico, sed etiam in esse malitiae, quae ad genus moris pertinet; & tamen in esse offensae est intrinsece infinitum: poterit ergo pariter species impressa, esse finita in esse physico, infinita, tamen in esse representativo.

Everfio
inst.

Non, inquam, refert, propter manifestam disparitatem. Infinitas enim operationum Christi Domini, & peccati mortalis in ratione offensae, est infinitas moralis desumpta per ordinem ad aestimationem prudentum; prudentes existimantium opera Christi Domini, propter coniunctionem ad personam verbi, quam apprehendunt per modum formae moralis, habere infinitam aestimabilitatem, & valorem; quod pariter existimant de peccato in ratione offensae, cuius formam moralem apprehendunt personam offensam: at representatio speciei non est aliquid morale; quod desumatur per ordinem ad iudicium prudentum, sed est quid reale, & physicum identificatum cum ipsa entitate speciei, & ab ea

desumpta: unde si haec est finita, & representatio debet esse finita.

Contra secundam autem applicationem eiusdem solutionis, scilicet, quod representatio speciei est subiective, & intrinsece finita, obiective autem, & extrinsece infinita: obstat primo. Quia species representat obiectum, non ea ratione, qua effectus representat causam, sed per formalem similitudinem intrinsecam, & subiectivam cum ipso; quod modo supponimus, constatque exemplo speciei visualis; dum formatur in speculo: ergo species, quae quidditative representat obiectum infinitum, debet esse formaliter illi similis subiective, & intrinsece; in infinitate. Tum sic; sed similitudo fundatur in convenientia: ergo species representans obiectum infinitum, debet esse subiective, & intrinsece infinita.

Secundo. Quia si semel species creata, media representatione finita, potest esse formalis similitudo obiecti infiniti, non est cur non sit formalis similitudo Dei quaecumque creatura, praecipue homo, qui specialiter dicitur formatus ad imaginem, & similitudinem Dei; & magis praecipue gratia habitua- lis, quae est formalis participatio naturae Divinae: cum ergo non admittatur hoc; nec primum debet admitti.

Tertio. Quia nulla forma finita in essendo potest esse formalis participatio infinitatis Dei: ergo nulla forma finita in representando, potest esse formalis similitudo obiecti infiniti. Antecedens communiter conceditur; quia res formaliter participans aliquod praedicatum, habet illud formaliter; nulla autem res finita habet formaliter infinitatem. Consequentia autem probatur. Tum, quia forma, quae esset formalis similitudo obiecti infiniti, esset formalis participatio infinitatis illius: de his enim, quae sunt formaliter similia, praedicatum, in quo assimulantur, de-
bet

27
2. AA. via
intercidi-
tur pri-
mo.

Intercidi-
tur §.

Tertio.

bet formaliter dici : infinitatem autem , non posset ab alio habere creatura , nisi à Deo. Tum , quia plus est exterminis esse formalem similitudinem Dei , quam esse formalem participationem illius : omnis namque formalis similitudo Dei , ut supernaturalis Authoris , est illius formalis participatio , non autem e converso : ergo si repugnat forma finita , quæ sit formalis participatio infinitatis Dei , repugnat etiam representatio finita , quæ sit formalis similitudo obiecti infiniti.

28

Ult. inter-
cid. ead.
2. AA. via

Tandem impugnatur prædicta solutio , redditurque disparitas de exemplo adducto de accidenti , quod representat substantiam. Ex eo namque non repugnat , quod species , quæ est accidens , sit formalis similitudo substantiæ , quia ratio accidentis materialiter , & præsuppositivè se habet ad conceptum formalem speciei , & imaginis intentionalis : si namque in explicito , & formali conceptu similitudinis intentionalis ratio accidentis explicaretur , imago illa potius dissimilis esset obiecto substantiali , quam similis : ratio enim entis in alio est dissimilis enti per se. Ex quo sequitur , quod id , quod facit speciem accidentalem dissimilem substantiæ , non transit ad conceptum imaginis , sed materialiter , & præsuppositivè se habet. Quilibet autem species creata in sui representatione intrinseca , & in intrinseco conceptu imaginis , & similitudinis , finita est , & limitata : secundum istum enim conceptum , etiam est creata , & participata à Deo : quare id , quod facit dissimilitudinem cum Deo , transit ad conceptum proprium , & formalem speciei : licet ergo species accidentalis possit esse formaliter similis substantiæ , nulla tamen species creata potest esse formaliter similis Deo.

29

Ult. præ-
dictæ 3.
ser. obiant
AA.

Tandem dices , quod licet sit contra conceptum speciei create , & finite , quod representet obiectum infinitum , modo infinito ; non tamen est contra illum , quod illud

representet modo finito : sicut licet sit contra rationem cognitionis finite attingere obiectum infinitum modo infinito ; non tamen est contra illius rationem , illud modo finito attingere .

Sed contra hanc solutionem 30
obstat primò , retorquendo exem-
plum adductum : licet non sit con-
tra rationem cognitionis finite
cognoscere quidditative obiectum
infinitum ex elevatione , & parti-
cipatione naturæ superioris ; est ta-
men contra illam , quod cognoscat
obiectum infinitum modo finito
connaturaliter , & sine ulla eleva-
tione : pariter ergo erit contra ra-
tionem speciei finite , quod connatu-
rally representet obiectum in-
finitum adhuc modo finito ; sed ut
supra num. 10. probavimus , omne
quod species representat , connatu-
rally representat , ita , ut non
possit elevari ad aliquid represen-
tandum , ad quod connaturaliter
est impotens : ergo. Nec (ut taci-
tè objectioni occurramus) species
naturales , quæ deserviunt fidei , &
alijs habitibus supernaturalibus ad
hoc elevantur , ut representent ali-
quid , quod antea non representa-
bant ; sed ad hoc præcise , ut idem
representantes , aliud efficiant , sci-
licet , cognitionem supernaturalem ,
quam antea efficere non pote-
rant.

Obstat secundò contra eandem
dem solutionem , quod est proba-
bilior Philosophorum sententia ,
quod omnis species quidditative
alicuius obiecti , & etiam compre-
hensiva illius ; ac proinde species
quidditative Dei , debet Deum mo-
do infinito , & comprehensivo re-
presentare. Cuiusmodi dicendi fa-
vet in primis D. Thomas 3. contra
gent. cap. 49. ratione 4. ubi sic ha-
bet : *omnis intelligibilis species , per
quam intelligitur quidditas , vel es-
sentia alicuius rei , comprehendit in
representando rem illam.* Et paucis
subiunctis ; sic infert nostram con-
clusionem : *cum autem impossibile
sit , quod aliqua species creata tota-
liter Deum representet ; impossibile
est,*

Revincuntur
AA. 1.

Revincuntur
ex proba-
bilior Phi-
los. senten-
tia.

est, quod per aliquam speciem creatam Divina substantia intelligatur.

Itē ex ratione suffrag. prædict. sententiæ.

Deinde fayet huic modo dicendi ratio. Quia ut aliqua species sit comprehensiva alicuius obiecti, sufficit quod repræsentet omnia illius prædicata, tam formalia, quam virtualia; sed hoc habet omnis species quidditativa respectu sui obiecti: ergo. Probatur min. nam in primis non potest, non repræsentare omnia prædicata illius formalia: aliter neque esset species illius quidditativa: deinde his repræsentatis; non potest non repræsentare virtualia: ea enim ratione, qua repræsentat prædicatum aliquod; formale, potentiam v. g.; repræsentat ea, quæ in illo continentur. Quod confirmatur. Nam quod cognitio aliqua non pertingat ad comprehensionem alicuius obiecti, non tam est defectus speciei, quam defectus luminis intellectus: sicut quod discipulus per speciem M. non tantum penetret obiectum; quantum penetratur à M. non provenit ex defectu speciei, sed ex defectu luminis. Et magis ad propositum: quod beatus de facto non comprehendat Deum, non est defectus speciei, quæ est ipsa essentia Divina, sed ex defectu luminis gloriæ provenit: omnis ergo species quidditativa alicuius obiecti est etiam comprehensiva illius.

31
Absolutior AA.
revinctio i

Sed quia sententia opposita est etiam apud Thomistas probabilis, probabiliter enim aliqui iudicant, quod species, quas Angelus inferior habet, superiorum, quæ sunt quidditativæ, non sunt illorum comprehensivæ, sed proportionatæ potentia inferioris, quæ solum quidditative, non autem comprehensive cognoscit superiores: ideo ea admittit, aliter impugnanda est prædicta solutio. Primo, quia licet sit possibilis species aliqua rei creatæ quidditativa, & non comprehensiva illius; implicat tamen species quidditativa Dei, quæ non sit illius comprehensiva. Assumptum probatur. Tum ex dictis in prima ratione.

Nam species quidditativa debet convenire in eodem gradu immaterialitatis cum obiecto representato; species autem, quæ conveniret in gradu immaterialitatis cum Deo, esset actus purus; ac proinde Dei comprehensiva. Tum, quia si species illa, non repræsentaret Deum sub modo infinito, magis haberet de dissimilitudine cum Deo, quam de similitudine; esset enim infinite dissimilis, & tantum finite similis; sed hoc est contra rationem speciei quidditativæ: ergo. Tum, quia ut num. 20. vidimus cum species obiectum infinitum quidditative repræsentans debeat esse repræsentative intrinsece infinita, nihil ei deficeret; quo minus infinito modo illud repræsentaret:

Tandem impugnatur eadem solutio. Quia adhuc admissio, quod sit possibilis species creata quidditativa Dei, quæ non sit illius comprehensiva; tamen admissa possibilitate primæ, non potest negari possibilitas secundæ: quod probatur. Nam si, ut species quidditative repræsentet obiectum infinitum, non requiritur quod in se habeat aliquam infinitatem intrinsecam, aut si requiritur, hoc non reputatur inconveniens, quia est in esse repræsentativo; & diminuto: ut idem obiectum modo infinito repræsentet, aut non requiratur, quod habeat in se intrinsece modum illum infinitum representationis, aut si hoc requiritur non debet ab AA. reputari inconveniens; quia modus ille esset etiam in esse repræsentativo, & diminuto: quare in consequenter conceditur possibilitas

primæ speciei, & negatur secundæ.

32
Ult. AA.
revincuntur.

§. V.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

33 **P**recipua arg., quæ contra nos-
tram conclusionem obijciun-
tur, eo præcipue tendunt, vel ut
solvant, vel insistent rationes D. Tho-
mæ. Obijcies ergo primò. Per spe-
cies rerum inferioris ordinis possunt
quidditative cognosci res ordinis su-
perioris: ergo per speciem creatam
potest Deus quidditative cognosci.
Consequentia est evidens ex con-
tradictorio principio primæ rationis
D. Thomæ. Antecedens autem
probatum primò. Quia per speciem,
quæ est accidens, potest quiddita-
tive cognosci substantia; sed acci-
dens est inferioris ordinis ad sub-
stantiam: ergo. Secundò, quia per
speciem Angeli inferioris inferior
cognoscit quidditative superiorem;
sed hæc etiam est inferioris ordinis
ad Angelum superiorem, quia iux-
ta D. Thomam infra quæst. 55. art.
3. species impressæ in Angelis sunt
inæquales iuxta inæqualitatem ip-
sorum: ergo. Tertio, quia non mi-
nus requiritur proportio inter in-
tellectum, & rem intellectam,
quam inter speciem, & rem repræ-
sentatam; sed per intellectum in-
ferioris ordinis potest quidditative
cognosci res ordinis superioris: er-
go.

Dilutio
i. object.

Ad hoc arg. quod specialiter
tangit primam rationem, responde-
tur negando antecedens, iuxta dis-
tinctionem ordinum, supra num. 7.
ex D. Thomæ desumptam. Ad pri-
mam eius probationem, neganda
est min. nam species, quæ est en-
titative accidens, potest esse, vel
superioris, vel æqualis, vel infe-
rioris ordinis ad substantiam (ordi-
nis, inquam, immaterialitatis, pe-
nes quem ratio cognoscibilis atten-
ditur) quod totum constat in spe-
cie abstracta à phantasmatibus: hæc
enim inferioris ordinis est ad sub-
stantiam intelligibilem, non enim
abstrahit à materia communi, à
qua talis substantia abstrahit: est
autem eiusdem ordinis cum sub-

stantia materiali: abstrahit enim à
materia sensibili, à qua talis sub-
stantia abstrahit, & concernit etiam,
sicut & ipsa substantia, materiam
communem: superioris tamen est,
ad rem ut sensibilem, vel singularem,
quia ab ea materia abstrahit, quam
res illa concernit. Quare quamvis
species accidentalis, in esse entis,
& materialiter, sit inferioris ordi-
nis ad substantiam; in esse tamen in-
telligibilis, quod attenditur penes
abstractionem à materia, potest ef-
se, vel æqualis, vel superioris.

Sed dices: ergo accidens, quod 34
est ordinis inferioris ad substantiam Repli. co.
in esse entis, potest esse æqualis or- tra solut.
dinis, immò superioris, in esse in- data.
telligibilis. Pariter ergo poterit da-
ri species aliqua, quæ quamvis in
esse entis, sit inferioris ordinis ad
Deum, in esse tamen intelligibilis:
possit esse æqualis; sed hæc non
esset Deus ut constat: ergo esset
creatura.

Respondetur negando conse- Solat. re-
quentiam, & disparitas est manifeste pliæ.
ta: accidens nanque, quod est
æqualis aut superioris immateriali-
tatis ad substantiam, penes quod
attenditur ordo cognoscibilis, est
adhuc entis ens, & alteri inhærens:
conceptus enim isti, inter se com-
possibiles sunt. Unde de facto spe-
cies illa est inferior, imperfectior-
que, in esse entis, substantia. At
species, quæ esset eiusdem ordinis
cum Deo, in esse intelligibilis; es-
set actus purus, & omnino impo-
tentialis: in hoc enim ordine immat-
erialitatis Deus constitutus est:
cum hoc autem componi nequit,
quod sit Deo inferior, in esse enti-
tativo.

Ad secundam probationem 35
iuxta sententiam num. 24. insinua- Dilut. 2.
ram, quæ asserit, quod omnis spe- prob. ante
cies quidditativa, est etiam com- ced. prin-
prehensiva; dicendum est, quod cip. secun-
species, quam Angelus inferior ha- dum uni-
bet superioris, est, non solum eius- viam.
dem generis, sed etiam speciei im-
materialitatis cum Angelo superio-
ri. Neque inde sequitur, quod in-
ferior comprehendat superiorem,
quia

quia ad hoc ultra æqualitatem speciei requiritur æqualitas luminis. Neque insuper sequitur, quod omnes species sint æquales in omnibus Angelis, quia licet omnes sint comprehensivæ, sunt tamen magis, vel minus universales secundum eorum maiorem, vel minorem perfectionem. Et quidem quando Angelus superior illuminat inferiorem, facit illum perfectiori modo cognoscere id, quod antea minus perfecte cognoscebat, non per diversas, sed per eandem species, per quas antea cognoscebat: signum ergo est, quod nihil illius deficit ex parte specierum, sed tantum ex parte luminis.

In sententia autem opposita, quam etiam probabilem inter Thomistas reputamus, aliter dicendum est eidem probationi: nimirum; quod inferioritas, quam habet species Angeli superioris, quæ est in inferiori, est tantum inferioritas in specie, non autem in ordine, aut gradu immaterialitatis; quia sicut Angelus superior omnem materiam physicam excludit, includit autem metaphysicam; ita, & species illius, quæ est in Angelo inferiori: quamvis quia non pertingit ad actualitatem superioris, deficiat specificè.

Sed contra hoc instabis primo, ut species repræsentet quidditative aliquod obiectum non requiritur, quod conveniat eum eo in eadem specie immaterialitatis: ergo neque in eodem gradu, aut genere. Pater consequentia, quia species quidditativa non solum repræsentat obiectum, secundum gradum genericum, sed etiam secundum differentialem, & specificum. Secundo, quia species descendens ab specifica immaterialitate Dei, non est Deus: ergo s. ut species aliqua repræsentet quidditative aliquod obiectum, non requiritur quod pertingat ad eius immaterialitatem specificam; ut repræsentet quidditative Deum, non requiritur quod sit Deus. Tertio, quia duæ species inæquales specificè possunt repræsen-

tare quidditative idem numero obiectum: ergo & Deum; sed istæ non possunt esse in creatura: ergo vel una erit in creatura, & altera creata, vel utraque creata.

Ad primam neganda est consequentia, quam non convincit probatio. Convenientia enim speciei cum obiecto in eodem gradu immaterialitatis, sufficit, ut omnia illius prædicata, tam genericæ, quam specificæ, non connotative, sed prout sunt in se repræsententur: v. g. convenientia speciei cum obiecto in gradu immaterialitatis excludentis omnem materiam physicam, sufficiens est, ut species repræsentet illud, non ad instar rei materialis, sed ut in se est immaterialiale, non solum genericè, sed etiam specificè; licet defectus, ratione cuius non convenit cum illo in immaterialitate specificæ, sit iam causa, ut non repræsentet illud, sub modo tantæ actualitatis, & perfectionis, quam in se habet: hoc autem non requiritur ad cognitionem quidditativam, sed tantum ad comprehensivam. Sed hoc amplius explicabitur inferius.

Ad secundam dicatur, quod id, quod de formali requiritur, ut species aliqua quidditative repræsentet aliquod obiectum, est convenientia cum eo in eodem gradu immaterialitatis: quod autem specificè ab eo deficiat, aut illud specificè excedat, de materiali se habet ad illius quidditativam repræsentationem; licet se habeat de formali, & per se, ut repræsentatio sit; vel non sit comprehensiva. Quare prius ponendum est, quod species quidditative repræsentans aliquod obiectum, conveniat cum eo in eodem gradu immaterialitatis; & hac positione facta, videntur, si gradus ille admittit latitudinem, ut possit dari species obiectum excedens, aut ab eo deficiens: quod si non admittat; necessario species quidditativa ponenda est, æqualis, immo indivisibilis immaterialitatis cum obiecto. Talis autem est gradus immaterialita-

Solutio
1. inst.

2. Inst.
dissolv.

Dis. ca. 1.
2. prob. secundum

36
alt. viam.
Cõtra im.
mod. dic.
ta instab.
multiplic.

nis, in quo Deus collocatur, qui est actus purus, ac proinde indivisibilis, in quo, omne quod ponitur, Deus est.

Dissolvi-
tur etiam
§. inst.

Per quod etiam constat ad tertiam. Species enim inaequales specificae, possunt quidditative repraesentare idem obiectum, dum gradus, in quo species, & obiectum esse debent latitudinem diversitatis specificae admittit; sicut contingit in rebus creatis: secus autem, dum nullam admittit latitudinem; & talis est gradus actus puri, in quo Deus, & illius species quidditative esse debent. Et quidem replica habet contra se evidentem instantiam: nam gradus immaterialitatis, in quo sunt Angeli, talis est naturae, quod admittit plures Angelos specificae diversos; & tamen inde non sequitur, quod in eodem gradu, in quo est Deus, possiat dari plures Dei specifica differentia distinctis ergo.

37
§. Prob.
anteced.
princip.
dilatatur.

Ad tertiam probationem principalis antecedentis num. 33. propositam disting. & mai. non minus requiritur proportio immaterialitatis inter intellectum connaturaliter intelligentem, & rem sic intellectam, concedo mai. intelligentem ex elevatione, & rem intellectam, nego mai. & sub eadem distinctione min. neganda est consequentia. Immo ut supra num. 9. vidimus ex proportione requisita inter intellectum, & rem connaturaliter intellectam intulit D. Thomas hic art. 4. nullum intellectum creatum posse Deum connaturaliter quidditative cognoscere; cum quo tamen stat, quod ex elevatione illum quidditative attingat.

38
Multipliciter
repleatur
contra im-
med. dic-
ta.

Sed contra instabis. Primò: ergo pariter, licet repugnet species impressa creata, quae connaturaliter repraesentet Deum quidditative; non tamen repugnabit species impressa creata, quae ex elevatione possit Deum quidditative repraesentare: ad id enim requiritur, quod sit in eodem gradu immaterialitatis cum Deo; quod totum paritate intellectiois convinci videtur. Secundo,

quia reddenda est ratio, cur ut intellectus cognoscat connaturaliter Deum quidditative requiratur, quod sit in eodem gradu immaterialitatis cum illo; non autem ut eum ex elevatione cognoscat. Tertio, quia de facto lumen gloriae, quod est lumen creatum, est virtus Deum naturaliter cognoscens; & tamen non est in eodem gradu immaterialitatis cum Deo: ergo. Quarto, quia idem accideret, si esset possibilis intellectus creatus supernaturalis: hic enim etiam connaturaliter Deum cognosceret, nec tamen esse posset in eodem gradu immaterialitatis cum ipso.

Occurritur
1. re-
plic. & 2.

Ad primam repl. dicatur, quod species impressa non potest elevari, ut repraesentet, quod connaturaliter non repraesentat: intellectus autem potest elevari ut cognoscat, quod connaturaliter non cognoscit, cuius disparitatis ratio supra num. 11. est insinuata. Ad secundam dicatur rationem desumi ex D. Thoma hic art. 4. quia nimirum intellectus, dum aliquid connaturaliter cognoscit, cognoscit ad modum naturae, à qua dimanat; dum autem ex elevatione cognoscit, non cognoscit ad modum naturae, à qua dimanat, sed ad modum illius naturae, ad quam, & per cuius participationem elevatur: quare nihil potest materialiter cognoscere quidditative, quod proportionem immaterialitatis suae naturae excedit; potest tamen illud ex elevatione cognoscere: quia tunc non attenditur natura, à qua intellectus dimanat, sed illa, ad cuius participationem elevatur.

Per quod constat ad tertiam! Alijs re-
nam, ut diximus, ratio, ob
quam intellectus requirit conve-
nientiam immaterialitatis cum ob-
iecto, quod connaturaliter cognos-
cit, est quod in connaturaliter cog-
noscendo non potest excedere pro-
portionem naturae, in qua radicitur:
ratio autem, quare ipsam id requi-
rat species, est propter similitudinem
cum obiecto; & praeventientiam
illius in esse intelligibilis: utrunque
au-

autem deficit lumini gloria. Primum : quia non in natura creata, sed in Deo radicitur, & ab eo dimanat. Secundum, quia non attingit Deum per modum similitudinis, aut representationis. Unde sine convenientia cum eo in eodem gradu immaterialitatis potest per modum virtutis elicere cognitionem quidditativam Dei, respectu ipsius connaturaliter. Sed de hoc infra ex proposito. Ad ultimam dicatur, quod ex eo impossibili utrunque sequeretur : nimirum, quod connaturaliter videret Deum, & quod non videret connaturaliter: primum, quia esset supernaturalis, sub cuius specificativo proportionato Deus clare visus contineretur. Secundum, quia cum deberet intelligere connaturaliter ad modum propriæ naturæ, in qua radicitur; si hæc esset creata, cum non posset pertingere ad gradum immaterialitatis Dei, non posset illius intellectus Deum quidditative connaturaliter cognoscere.

Arguitur secundo, & argumentum specialiter procedit contra secundam rationem D. Thomæ, prout à nobis explicatur. Non minus est proprium Dei esse sui cognoscitivam, quam esse sui cognoscibilitatem; sed ex quo sit actus purus in esse cognoscitivi, solum sequitur, quod identificet secum cognitionem sui infinitam, & comprehensivam, non autem cognitionem finitam, quamvis quidditativam: hac enim ratione cognoscitur ab intellectu creato: ergo ex quo sit actus purus in esse cognoscibilis, solum sequitur, quod identificet secum cognoscibilitatem proximam comprehensivam, & infinitam; non autem finitam, & quidditativam. Facilius hoc ipsum formatur. Ex quo Deus sit actus purus in esse sui cognoscitivi, non sequitur quod identificet secum omnem sui cognitionem quidditativam, aut quod non detur cognitio Dei quidditativa ab eo realiter distincta, & illi extrinseca: ergo ex quo sit actus purus in esse cognoscibilis, non sequi-

tur quod identificet secum omnem sui cognitionem proximam, aut quod non detur cognoscibilitas sui proxima ab eo realiter distincta, & illi extrinseca; quæ alia esse non potest, nisi species impressa creata.

Confirmatur hoc. Quamvis Angelus identificet secum sui cognoscibilitatem proximam per ordinem ad proprium intellectum, non sequitur quod non possit se ipsum cognoscere media cognoscibilitate à se realiter distincta: ergo quamvis Deus identificet secum sui cognoscibilitatem, non solum ab intellectu Divino, sed etiam à creato; non sequitur quod non possit reddi cognoscibilis ab intellectu creato media cognoscibilitate, & specie à se realiter distincta.

Ad hoc arg. concessa mai. distinguenda est min. non sequitur, quod identificet secum cognitionem sui finitam, qua creatura denominatur Deum cognoscens, concedo min. quia ipse Deus, nego suppositum min. & consequentiam. Ex eo enim, quod Deus est actus purus in esse intellectivi, sequitur quod identificet secum omnem intellectionem, & potentiam cognoscitivam, qua denominatur cognoscens; aut potens cognoscere. Ex quo infertur, quod si Deus posset se ipsum modo finito cognoscere, hanc etiam cognitionem secum identificaret: quamvis ex alio capite non identificaret; & ideo talis modus cognoscendi Deo repugnat. Non est autem de ratione actus puri in esse cognoscitivi, aut sui, aut aliorum, quod etiam identificet secum omnem aliam cognitionem, qua obiectum ipsum ab alijs possit cognosci: quia cognitiones illæ omnino disparate ad Deum se habent. Ex quo ulterius sequitur nostræ conclusionis, & rationis veritas: quod, nimirum, licet non sit de ratione actus puri in esse cognoscibilis, quod identificet secum omnem cognoscibilitatem, per quam alia obiecta cognoscibilia redduntur; at de ratione illius, est quod secum identificet omnem cognosci-

39
2. Obiecta.
n. illar.
speciali-
ter con-
tra 2. rat.
D. Thom.
proponi-
tur: sub
duplici
forma.

40

Solutio:
arg. sub
priori for-
ma.

biliratem, qua in esse cognoscibilis constituitur: quare si in se est cognoscibilis, non solum modo infinito, sed etiam finito, utramque debet identificare: præcipue cum modus finitus cognoscibilitatis, non ex parte obiecti, sed ex parte cognitionis se teneat, ut iam supra num. 13. est explicatum.

Disolv. sub poste-riori forma. Ex quo constat ad aliam formam, qua idem proponitur arg. distinguendum est enim antecedens. Non sequitur quod identificet se cum omnem cognitionem sui quidditativam, qua Deus cognoscens constituitur; nego antecedens, qua creatura, & non Deus constituitur, concedo antecedens. Et distinguendum est consequens: non ex eo, quod identificet se cum omnem cognoscibilitatem proximam, qua Deus, prout in se cognoscibilis est, constituitur; nego consequentiam: qua alia obiecta, aut Deus aliter ac est in se, concedo consequentiam: quod iam constat ex dictis.

Côfirmat. si satis. Ad confirmationem, vel negandum est antecedens, qualiter negatur ab Illustr. Godoy in præsentia, vel illo omisso neganda est consequentia. Cuius discriminem in eo stat, quod licet Angelus sit sufficienter proportionatus cum proprio intellectu, ut ratione sui, & sine specie superaddita se ipsum cognoscat; at in hac linea, non est actus purus: unde datur locus, ut ulterius possit reddi à se ipso cognoscibilis per speciem superadditam; quod secus accidit in Deo, propter oppositam rationem.

41 Obijcies tertio præcipue contra tertiam rationem. Species entitative finita potest esse quidditative similis obiecto infinito: ergo ex eo, quod Deus sit infinitus, & in circumscriptione, non sequitur, quod non possit dari species aliqua finita illum quidditative representans. Consequentia est evidens, & antecedens probatur. Primo, quia species, quæ est entitative accidens, potest esse similis quidditative substantiæ: ergo species, quæ est entitative

finita potest esse quidditative similis obiecto infinito. Patet consequentia, quia non minus inter se dissimilari videntur ens per se, & ens in alio, qualiter comparantur accidens, & substantia; quam ens à se, & ens ab alio, sicut se habent Deus, & creatura: ergo. Secundo probatur idem antecedens. Quia species entitative infinita, potest esse quidditative similis obiecto finito: ergo & e converso species entitative finita, poterit esse similis quidditative obiecto infinito. Antecedens constat in essentia Divina, quæ est species per quam quidditative cognoscuntur creaturæ; consequentia autem probatur: quia cum similitudo, dicat mutuam conformitatem, & unitatem, æquè dissolvi videtur per cuiuscumque extremi excessum, sicut & per defectum in illa forma, in qua fundatur.

Tertio probatur idem antecedens: quia maior repugnantia videtur in eo, quod aliquid creatum habeat convenientiam cum Deo, in esse entitativo, quam in esse intelligibili; sed gratia habitualis habet convenientiam cum Deo in esse entitativo; est enim participatio formalis naturæ ipsius, ut communiter fatentur Theologi: ergo possibilis est etiam species aliqua impressa creata, quæ habeat convenientiam cum Deo, & sit illi similis quidditative in esse intelligibilis. Quarto, quia ad rationem similitudinis alicuius obiecti non requiritur, quod contineat prædicata obiecti, sub modo essendi physico, sed sufficit quod ea contineat sub modo essendi intentionali, & representativo, quod est tantum apparenter, & non vere tale; sed iste modus deficit substantialiter à perfectione prædicatorum, quæ continet, ut constat in speciebus creatis, quæ signa sutorum obiectorum constituuntur: ergo talis modus continendi prædicata Divina potest convenire speciei create.

Ad arg. respondetur neg. antecedens: ad eius primam probationem, solut.

3. Primi anteced. prob.

4. 2

3. Obiect. nem, solut.

nem, concesso antecedenti neg. est consequentia; quam non convincit probatio: ratio enim accidentis, omnino de materiali, & præsuppositive se habet ad conceptum similitudinis, & imaginis in eo repertum: alias non esset quidditative similis, sed dissimilis, nec posset quis per speciem accidentalem decipi, iudicando esse substantiam, quod non semel accidit: quare species accidentalis potest esse quidditative similis substantiæ. At ratio finitæ, creatæ, & participatæ, non se habent in specie creatæ, sub conceptu imaginis, & representationis, præsuppositive, & de materiali, sed de formali: species enim creatæ, non est solum creatæ, & finita sub conceptu entis, sed etiam sub conceptu imaginis, & similitudinis; quare in proprio ipsius conceptu importat id, ratione cuius sit dissimilis Deo, quoniam se infinitus, & illimitatus est.

43 Satis fit 2. prob. antec. princip. Ad secundam concesso antec. neganda est consequentia: & ad huius probationem dicatur, quod similitudo cum obiecto, quæ ad conceptum speciei quidditative requiritur, est similitudo adæquationis per exclusionem defectus ex parte speciei, non autem ex parte obiecti: cuius ratio est, quia dum modo species repræsentet omnia, quæ habet obiectum quidditative, nihil ei deficit, ut per illam obiectum quidditative cognoscatur. At quando aliquid est quidditative ex parte obiecti, quod per speciem non repræsentatur; non potest intellectus per illam quidditative obiectum cognoscere. Species autem infinita, qualis est Divina essentia, & si plura alia repræsentet, quam quoddamque obiectum creatum sit; nihil tamen est aliquod creatum, quod per Divinam essentiam non repræsentetur: quare apta est in esse similitudinis, ut per illam quoddamque obiectum creatum possit cognosci. Secus autem est dicendum, de quacumque specie creatæ ad Deum quidditative cognoscendum.

Sed dices: sicut ratio finiti non solum convenit speciei creatæ sub conceptu entis, sed etiam sub formali conceptu similitudinis, ita ratio infiniti, non solum convenit essentiæ Divinæ sub conceptu entis, sed etiam sub conceptu formali similitudinis; sed ex primo intulimus, quod species creatæ non potest esse Deo infinito similis: ergo ex secundo debet inferri, quod species infinita non potest esse obiecto finito similis. Vel ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis. Sed responderetur ex dictis, quod dissimilitudo, quæ convenit speciei per excessum representationis, non tollit ab ea rationem quidditative, sicut neque repræsentare omnia prædicata quidditative obiecti. Dissimilitudo autem, quæ ei convenit per defectum, omnia illa ab specie aufert: cuius, præter dicta, alia ratio assignari potest: nimirum, quia licet excessus ille, conveniat speciei infinite formaliter, prout est representatio Dei, & aliorum obiectorum; de materiali tamen se habet ad illam, prout est representatio rei finitæ, & limitatæ: ad hoc enim tantum de formali requiritur præcontinentia illorum prædicatorum, quæ in obiecto representato reperiuntur.

Ad tertiam distinguenda est Satis fit 3. mai. maior repugnantia videtur, prob. antec. princip. quod aliquid creatum habeat convenientiam cum Deo in esse entitativo in omnibus prædicatis Divinis, concedo mai. in aliquo, eam subdistinguo: convenientiam adæquatam, concedo mai. inadæquatam, neg. mai. & sub eadem distinct. min. nego consequ. species namque quidditative haberet primo modo convenientiam cum Deo, ut ex probationibus constat; quod rei creatæ repugnat. Gratia autem habitualis tantum habet convenientiam cum Deo in prædicato naturæ Divinæ, non prout dicit radicem infinite videndi, & amandi ipsam amore, & visione cum Deo identificata, sed præcisè, secundum quod dicit

44
Replicæ
contra se-
lut. & eius
dirat.

te radicem videndi, & amandi Deum præcisiuè à modo finito, vel infinito. Et in hoc sensu dicitur gratia formalis participatio naturæ Divinæ, ut ibidem explicant Thomistæ.

Satis fit
4. eiusd.
anteced.
prob.

Ad quartam concessa maiori; disting. est min. si modus sic continendi talis defectus, sit capax concedo min. si sit incapax neg. min. & conseq. modus autem continendi intentionaliter, & representativè prædicata Dei, non admittit aliquem defectum rei sic continentis à Deo: tum propter primam rationem, quia sic continens debet convenire cum re contenta in gradu immaterialitatis: tum propter secundam, quia sic continens, constituit rem contentam proximè intelligibilem; tum propter tertiam, quia debet representativè, & intrinsecè esse infinitum, quod solum rei infinitæ entitativè convenit.

45
A. Obiect.
contra ob.
clusionem
& immed.
dict.

Quartò obijcies. Nullus effectus finitus potest essentialiter exigere causam proximè infinitam; sed visio Dei est effectus finitus: ergo non potest exigere speciem impressam infinitam. Min. Cum consequentia tener, & mai. probatur. Primo. Quia nullus effectus naturalis potest exigere causam supernaturalem: ergo multo minus effectus finitus causam proximè infinitam; plus enim distat finitum, & infinitum, quam naturale, & supernaturale. Secundo. Quia visio Dei, nec ex parte intellectus, nec ex parte luminis, exigit infinitatem: ergo neque ex parte speciei. Patet consequentia, nam sicut partialiter producitur ab specie, ita partialiter producitur ab intellectu medio lumine. Tertio. Et esse potest ratio à priori: quia in eodem ordine, in quo est possibilis aliquis effectus, sunt possibilis principia productiva illius: principium enim sufficiens est illud, quod in actu primo præcontinet, quod continet effectus: ergo cum ad continendum in actu primo effectum infinitum sufficiat principium finitum; non est cur requiratur principium infinitum.

Ad hoc arg. resp. negando min. 46
cuius falsitas manifestè colligitur. 4 Obiect.
dirutio.

Tum in qualibet substantia spiritali. Tum in qualibet forma supernaturali. Tum etiam in quolibet opere miraculoso: omnia enim ista finita sunt; nec tamen à causa finita, proximè, sed ab infinita procedere valent. Undè ad primam probationem in contrarium concessio antec. neganda est consequentia. Quia essentia entis supernaturalis in eo stat, quod sit supra exigentiam cuiuslibet entis naturalis sive creati, sive creabilis; quod si ab aliquo ente naturali posset produci, non esset supra illius exigentiam: omnis enim causa sui effectus productionem exigit. At de ratione entis infiniti, licet sit quod infinite excedat ens finitum; non tamen est quod ab eo non exigatur.

Satis fit
2. prob.
mai. princip.

Ad secundam neg. est consequentia. Nam, ut pluries diximus, aliter concurrens species ad visionem, & aliter intellectus per lumen gloriæ. Species enim concurrens ex parte obiecti, & per modum virtutis illius: Undè & debet convenire cum eo in gradu immaterialitatis, cum eo identificari, & esse in omnibus illi similem: hæc autem rei finitæ convenire non possunt. Lumen autem, & intellectus ex parte subiecti videntis se tenent, & nihil horum habent, aut aliquid simile, ratione cuius infinitatem exigit.

Satis fit
3. prob.
eiusd. mai

Ad tertiam neganda est mai. Cuius falsitas exemplis adductis constat. Et ad illius probationem dicatur: quod si esset possibilis species, quæ illa tantum prædicata, & non alia, quæ continet visio Dei, contineret; species illa esset finita, & à visione Dei tantum exacta: sicut si esset possibilis causa, quæ tantum contineret in actu primo Angelum, & non alium effectum; causa illa esset finita, & ab Angelo ad sui productionem exacta. At sicut est impossibilis hæc; ita & prima propter rationes adductas. Undè licet effectus ille sit finitus; causa tamen illius præconventiva debet esse infinita.

47
5. Obiect.
ad idem.

Quintò obijcies. Licet non sit possibile species impressa creata Deum infinito modo representans; non tamen repugnat, quæ representet Deum modo finito; sed hæc sufficeret ad cognitionem Dei quidditativam finitam, qualis est visio creaturæ: ergo mai. Probatum primò, quia licet repugnet cognitio creata cognoscens Deum infinito modo, non tamen repugnat cognitio creata, quæ Deum quidditative, finito tamen modo cognoscat: ergo pariter. Secundò, quia non repugnat species impressa representans Deum quidditative, & non comprehensive; sed hæc representaret Deum finito modo: ergo. Mai. probari potest. Tum eodem exemplo cognitionis creatæ: tum, quia non repugnat species impressa obiecti creati, quæ representet illud quidditative, & non comprehensive, ut de speciebus, quas Angeli inferiores habent superiorum aliqui ex Thomistis probabiliter affirmant: & idem constare videtur de specie, quam de facto habemus Lunæ, per quam eam possumus cognoscere quidditative, non autem comprehensive, quia per illam de eius quantitate, & de alijs accidentibus certificari non possumus.

48
Solut. §.
obiect.


Sed ad hoc constat ex dictis: in summa neg. est mai. ad primam eius probationem neganda est consequentia propter disparitatem im-

mediate adductam, & iam pluries insinuatam. Ad secundam omisso antecedenti, quod etiam aliqui factis probabiliter negant, neganda est consequentia: quia licet in rebus creatis non repugnet species quidditativa, quæ non sit comprehensiva, eo est, quia gradus immaterialitatis, in quo convenire debent, admittit latitudinem, & quia nulla res creata est actus purus in esse intelligibilis, & quia similitudo inter speciem, & obiectum requisita, nullam arguit infinitatem ex parte speciei: secus autem dicendum est de specie quidditativa Dei propter oppositam rationem.

Tandem obijci potest, quod non repugnat species expressa creata representans Deum quidditative: ergo neque impressa. Antecedens conceditur ab aliquibus Thomistis. Et consequentia probatur: quia omnes rationes implicationis, quas pro specie impressa adduximus, instati videntur in expressa. Hoc arg. petit quod explicemus, an cum sententia D. Thomæ de repugnantia speciei impressæ Deum quidditative representantis, stare possit possibilitas expressæ, in qua Deus quidditative cognoscatur? Pro quo sequens apponimus Dubium,

& hæc de præsentibus applicanda litteræ M. in 1.
dist. 27. & in 4.
dist. 40.

49
Ult. obiect. exposita solur. ipsius dub. sequenti remittitur.



DUBIUM SECUNDUM.

UTRUM BEATI IN VISIONE BEATIFICA VERBUM,
*seu speciem expressam producant, aut producere
 possint?*

§. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS STATUENDA EST
resolutiva conclusio.

N. 1. **C**irca presentem difficultatem
 supponenda in primis est ef-
 sentia verbi, seu speciei expressæ,
 & illius in nostro intellectu, ut
 obiectum intelligat, necessitas. Ef-
 sentia ergo, quidditasque verbi in
 eo stat, quod sit formalis quadam,
 expressæque similitudo obiecti, in
 qua intellectus illud contemplatur:
 sic colligitur ex D. Thoma opusc.
 13. de verbo mentis. Ex quo collig-
 gitur primò, illius ab specie im-
 pressa distinctio; nam species impres-
 sa, quamvis sit similitudo obiecti
 cogniti, aut non est formalis, sed
 virtualis, ut aliqui existimant, aut
 si est formalis, quod verius iudica-
 imus; non tamen est similitudo, in
 qua intellectus intelligit, sed qua
 intelligit, id est, media qua format
 similitudinem, in qua intelligit,
 quæ est verbum.

Secundò colligitur necessitas
 verbi ad intellectionem: requiritur
 enim primò, ut obiectum reddatur
 intellectum in actu ultimo, seu ter-
 minativè, sicut per speciem im-
 pressam redditur intelligibile in ac-
 tu primo, & per modum principij
 cognitionis. Secundò requiritur ut
 obiectum reddatur præsens poten-
 tiæ in ratione termini intellecti. Ter-
 tiò, ut possit rem, quam intelligit,
 dicere, & manifestare, quod sit
 per verbum. Et tandem ut in-
 tellectio trahat rem intellectam
 ad se repræsentativè, & in-
 tra se intelligat, & non feratur in
 illam. Quæ omnia colliguntur etiam
 ex D. Thoma, tum opusc. citat. &
 ibidem opusc. 14. & 4. contra gent.
 cap. 11. & 12. & quæst. 4. de verit.
 art. 2. quæst. 8. de pot. art. 1. & 9,
 art. 5.

Secundò supponendum est, 2
 verbum, seu speciem expressam,
 esse realiter distinctam à cogniti- 2. Supp.
 one. Quæ suppositio admittenda est: quæ Div.
 Thom. ex-
 pressa of-
 tenditur.
 tum, quia expressa D. Thomæ fe-
 rè omnibus loc. cit. præcipue quæst.
 8. de pot. art. 1. ubi sic in fine
 corp. habet *differt autem conceptio,
 quod est verbum, ab actione intellec-
 tus, quia prædicta conceptio conside-
 ratur, ut terminus actionis &
 quasi quoddam per ipsum constitu-
 tum.* Videatur insuper 1. part. quæst.
 34. art. 1. Tum etiam quia id ratio
 D. Thomæ convincit: verbum enim
 se habet ad actionem intellectus,
 tanquam quid productum ad actio-
 nem producentem, ut constat in
 Divino Verbo, quod per actionem
 intellectus à Patre Eterno produ-
 citur, cuius similitudo, quantum
 ad hoc, in Verbo creato observari
 debet.

Tum, quia omnia, quæ dixi-
 mus, propria sunt verbi, nec agrè
 de actione intellectiva verificantur:
 licet enim obiectum per intellectionem
 reddatur extrinsecè, & activè
 intellectum; non tamen redditur
 intrinsecè, & terminativè, quali-
 ter fit per verbum. Deinde; per
 actionem redditur obiectum præ-
 sens potentiaè effectivè, per verbum
 autem formaliter: & eodem modo
 comparatur actio intellectiva ad
 manifestationem, & loquutionem;
 cum tamen verbum sit formalis ma-
 nifestatio, & expressio: ac tan-
 dem quia intellectio non trahit
 obiectum ad se formaliter per mo-
 dum repræsentationis, aut imagi-
 nis, sed tantum per modum actio-
 nis imaginem istam, & repræsentationem
 formantis. Tandem admit-

Compro-
 barut in-
 super di-
 cta supp.

tenda est hæc suppositio : quia , ea adhuc admissa , restat præsens difficultas solvenda , an scilicet , sit possibilis , vel impossibilis ; similitudo hæc , seu imago expressa obiecti , quæ sit terminus intellectio- nis : neque enim difficultas est , an sit vel non possibilis intellectio creata , ad Deum clare videndum terminata. Undè hanc suppositio- nem , pro præsentis difficultate , fe- rè omnes Theologi admittunt , licet plures illorum illam alibi negent.

3
Referun-
tur iam
DD. sen-
tentia.

His ergo suppositis ; possibili-
tatem verbi , seu speciei expressæ
formatæ à beatis , defendunt omnes
illi , qui possibilem reputant spe-
ciem impressam creatam ad Deum
intuitivè videndum. Quam etiam
sententiam probabilem existimant ,
& in eam inclinant aliqui ex Tho-
mistis ; quamvis convenient in im-
possibilitate speciei impressæ : sic
Ferrariensis , & Capreolus , Silves-
ter , M. Soto , M. Ildephonsus Mi-
chael ; quibus favere videtur Caiet.
infra quæst. 27. art. 1. ea parte , qua
admittit beatos formare verbum
partiale , quod repræsentet aliquod
attributum Divinum v. g. sapien-
tiam , aut iustitiam. Secunda sen-
tentia negat expressæ speciei possi-
bilitatem : sic omnes alij Thomistæ ,
citatis exceptis. Sit ergo cum his.

§. II.

NOSTRA CONCLUSIO.

*REPUGNAT VERBUM , SEU
species expressa forma à beatis , re-
presentans Deum prout est in
se ; & quiddita-
tive.*

4
Concl. S.
Thom. es-
se plurib.
in hoc of-
tenditur.

Conclusionem istam de mente
D. Thomæ existimo , sicut &
præcedentem , quæ negavimus pos-
sibilitatem speciei impressæ : nam
S. D. non solum hic art. 2. sed &
quæst. 8. de verit. art. 1. & in 4.
dist. 49. quæst. 2. art. 1. absolute
negat esse possibilem aliquam simi-
litudinem creatam repræsentativam

Divinæ essentia , prout est in se , quæ
ex parte obiecti se teneat , & solum
admittit similitudinem ex parte sub-
iecti , quod est lumen gloriæ ; sed
compertum est quod species ex-
pressa , sicut & impressa , est simi-
litudinem non ex parte subiecti , sed
obiecti se tenens : ergo sicut ne-
gavit speciem impressam , pariter
& expressam. Immo P. Vazquez ,
ut dub. præced. vidimus , conten-
dit D. Thomam tantum negare spe-
ciem expressam , non autem impres-
sam : cuius dictum , quoad id , quod
ponit , verum existimamus , sicut &
falsum ; quoad id , quod exclu-
dit.

Quod confirmari potest ex eodem S. D. ad Corinth. 12. lect. 2. ubi explicans illa verba Apost. *Vidi arcana verba , quæ non licet homini loqui* , sic ait : *secundum Aug. Paulus raptus est , ad videndam Divinam essentiam , quæ quidem non potest videri , per aliquam similitudinem creatam. Undè manifestum est , quod illud , quod Paulus vidit de Divina essentia , nulla lingua humana potest dici , alias Deus non esse incomprehensibilis.* Quibus in verbis , in primis D. Thomas ex eo quod Divina essentia , non potest per aliquam similitudinem videri , intu- lit , quod id , quod Apost. vidit de Divina essentia , non licet homini loqui , id est , conceptibus expri- mere : quod & ita impossibile repu- tavit , sicut & quod Deus sit com- prehensibilis. Quod valdè profun- dè contradditum videtur ab Apost. in formalitate suæ loquutionis : non enim dixit quod in illo sui raptu *formavit ; aut produxit verbum* , sed *quod audivit arcana verba* ; innuens per hoc , quod sicut qui audit in quantum audit , non à se habet ver- bum , sed ab alio ; sic beati , qua- tenus tales , non dicunt verbum , sed audiunt ; hoc est , à Deo acci- piunt : undè subiungitur quod eis non licet loqui. Quæ Glossa valdè conformis est verbis Apost. & ex- positioni D. Thomæ , traditurque à M. à S. Thoma in præsentis.

Confir. eod. S. D. id ipsum

5
 7. Ratio
 S. Thom.
 pro præ-
 ced. con-
 clusione
 adducta
 hoc etiam
 convincit.
 2.

Rationes huius conclusionis alia non sunt ab eis, quibus D. Thomas repugnantiam speciei impressæ probavit. Summatim ergo sunt proponendæ, & præsentî materiæ applicandæ. Prima autem sic proponitur: non solum species impressa quidditative repræsentans aliquod obiectum, sed & expressa sic illud repræsentans, debet esse eiusdem gradus immaterialitatis cum illo; sed implicat, species aliqua creata sive impressa, sive expressa, quæ sit eiusdem gradus immaterialitatis cum Deo, ut ex dictis dub. præced. constat: ergo. Mai. probatur. Quia species expressa, debet esse tantæ, aut maioris immaterialitatis, quantæ est impressa, licet non debeat esse tantæ universalitatis: ergo si species impressa debet esse eiusdem gradus immaterialitatis cum obiecto quidditative repræsentato, ut dub. præced. vidimus; & expressa. Antecedens probatur. Nam species impressa comparatur ad expressam, sicut actus primus in esse passivè cognoscibilis ad actum ultimum; sed actus ultimus alicuius lineæ debet esse æqualis, aut superioris immaterialitatis cum actu primò: se habet enim respectu illius, ut quid formalius, & actualius: ergo.

2. Prob.
 mai. prin-
 cipal.

Secundò probatur eadem mai. quia sicut per species impressas sensibiles non possumus quidditative cognoscere substantias materiales, neque per species abstractas à phantasmatibus substantias spirituales, ita neque per species expressas, sive idola sensibilia, à sensibus, scilicet, internis fabricata, possumus cognoscere quidditates materiales, neque per species expressas, quæ procedunt ab impressis abstractis à phantasmatibus, possumus quidditative cognoscere substantias immateriales: ergo sicut ex primo colligitur, quod species impressæ quidditative repræsentantes aliquod obiectum, debent esse, vel eiusdem, vel superioris immaterialitatis cum obiecto repræsen-

tato; idem colligi debet ex secundo respectu speciei expressæ.

Tertiò. Quia sicut ratio cognoscitivi, & cognoscibilis proximi desumitur ab immaterialitate; ita ratio cognoscibilis ultimi: quæ cognoscibilitas habetur formaliter per verbum; sed ex primo intulimus cum D. Thoma hic art. 4. quod potentia cognoscitiva connaturaliter cognoscens aliquod obiectum, & species impressa illud quidditative repræsentans, debent esse in eodem gradu immaterialitatis cum illo: ergo ex secundo id ipsum inferitur de specie expressa. Min. cum consequentia tenet, & mai. probatur. Tum, quia tota linea cognoscitiva, & cognoscibilis desumitur ex immaterialitate, ut ex Philosoph. refert D. Thomas infra quæst. 14. art. 1. ergo ultimum lineæ cognoscibilis, quod est species expressa, etiam ab immaterialitate desumitur. Tum, quia ratio cognoscitivi, & cognoscibilis in genere desumitur ab immaterialitate: quia cognitio exerceretur recipiendo formas aliarum rerum, ad quod immaterialitas, tam ex parte recipientium, quam ex parte receptorum requiritur; sed hoc convincit idem esse dicendum de speciebus expressis, ac de impressis: nam omnes sunt aliarum rerum formæ, quæ in intellectu cognoscente recipi debent, ut intellectio exerceatur: ergo. Neque video quid huic rationi responderi possit, præter ea, quæ dub. præced. adduximus, dum pro specie impressa est formata; sed illa nullam inter unam, & alteram speciem assignant disparitatem, quod Authores contrarij intendunt, & quod communiter contra utramque afferunt, ibidem est impugnatum.

Eodem modo convincit hanc conclusionem secunda ratio præcedenti adducta, quæ sic ad præsens applicari debet. Munus proprium speciei expressæ est reddere obiectum ultimo intellectum; sed implicat quod Deus constitua-

3. Prob.
 ead. mai.

6
 2. Etiam
 rat. pro-
 conclusio-
 ne præ-
 ced. huic
 adapt.

tur

tur ultimo intellectus prout est in se per aliquid creatum: ergo. Mai. constat ex dictis, in primo notabili min. autem probatur. Nam essentia Dei est suum esse, & consequenter identificat secum suam ultimam actualitatem à toto genere entis, & est actus purus in linea essendi, operandi, intelligibilis, & amabilis; sed quia est actus purus in linea essendi, nequit existere per aliquid à se distinctum; & quia talis est in linea operandi, nequit operari per aliquid à se distinctum: ergo si talis etiam est in linea intelligibilis, nequit reddi intellectus ultimo per aliquid à se distinctum.

Explic.
ead. 2. rat.

Confirmatur, & explicatur hæc ratio. Non minus ratio intelligibilis passivi dicit perfectionem simpliciter simplicem, quam ratio intelligentis activi: & sicut intelligenti activo intellectio est ultima actualitas; ita intelligibili passivo esse intellectum, seu verbum; sed quia hæc vera sunt de intelligenti activo, implicat quod Deus, qui est actus purus in tali linea, non identificet secum suam intellectionem: ergo cum sit etiam actus purus in esse intelligibilis passivi, implicat pariter, quod non identificet secum esse intellectum, seu verbum; quod est idem. Quæ ratio desumitur ex D. Thoma 4^o contra gent. cap. II. ubi probat, quod solum in Deo, in quo idem est, esse & intelligere, est etiam idem, esse, & intentio intellecta, sub cuius nomine verbum *intelligit*, ut ibidem explicat.

7
1. Effug.
2. rat.

Dices, quod licet essentia Divina, ex eo quod actus purus, & suum esse, debeat esse per se ipsam intelligibilis, & actu intellecta ab intellectu Divino; non tamen oportet quod sit actu intellecta ab intellectu creato: sine ullo enim suæ actualitatis detrimento, potest esse in potentia, ut ab intellectu creato sit actu intellecta; neque enim modo à me essentia Divina est actu intellecta: licet ergo debeat secum identificare verbum,

quo à se formaliter est intellecta, non est necesse quod identificet verbum, quo ab intellectu creato formaliter intellecta dicitur, & est.

Sed contra est: quia licet de 8
ratione actus puri in esse intelligibilis non sit, quod sit actu intellectum ab intellectu creato, prout esse intellectum est denominatio extrinseca ab actione intellectus proveniens; de ratione tamen illius est, quod sit ita actualis in hac linea, quod sine novæ alicuius actualitatis additione, possit quamcumque intellectionem terminare; sed si hoc ita est, sine ullo verbo creato superaddito, potest etiam intellectionem creatam terminare: ergo. Min. constat, nam esse intellectum, in quo formaliter consistit verbum, non est denominatio extrinseca ab intellectione proveniens; sed est quid intrinsicum ex parte obiecti se habens. Mai. autem; quoad secundam partem probatur. Quia licet de ratione actus puri in esse subsistentis, non sit, quod in quacunque natura actualiter subsistat; de ratione tamen illius est, quod ita sit actuale, quod sine nova aliqua actualitate, possit quamcumque naturam subsistentem facere, & eam terminare: & idem est de ratione illius, in esse existentis, & actualiter ad extra operantis. Et omnium ratio à priori eadem est: quia si aliquid actualitatis ei deficeret, ut intellectionem terminaret, vel ut quamcumque naturam subsistentem, aut existentem faceret, vel tandem ut aliquid ad extra produceret; aliquid ex parte illius ad munera ista deficeret; ac proinde esset in potentia ad illud, & non esset actus purus: quod secus accidit; ex eo quod denominationes istæ defectu alicuius, non ex parte ipsius se habentis, sed ex parte connotati deficient; qualiter deficiunt, vel defectu intellectionis, ad Deum terminatæ, vel defectu naturæ, quam subsistentem, vel existentem faciat, vel tandem defectu materiæ, circa quam Divina actio exerceatur.

Effuga
præcluditur,

Nec

9. Nec refert, si ulterius dicas, quod non obstante, quod essentia Divina sit actus purus in esse intelligibilis, producitur à Patre Eterno Verbum, in quo illam contempletur, licet non ex necessitate, tamen ex fecunditate: pariter ergo poterit produci à quolibet beato sine actus puri detrimento. Non, inquam, refert: quia licet non opponatur rationi actus puri, in esse intelligibilis Verbum ab eo in distinctum, opponitur tamen Verbum distinctum; at Verbum Divinum in distinctum est ab essentia Divina, esset tamen realiter distinctum, quodcumque Verbum creatum: ergo licet non sit contra rationem illius, quod producat Verbum Divinum, esset tamen si creatum produceretur. Min. cum consequentia constat, & mai. probatur. Quia dum Verbum est ab objecto cognito in distinctum, illud non actuat, neque objectum ad illud in potentia se habet, secus tamen accidit, dum est ab eo distinctum: ergo...

10. Sed adhuc dices, quod saltem se habebit in potentia objectum ad Verbum, ea ratione, qua Verbum ab eo distinguitur; at Verbum distinguitur saltem virtualiter ab essentia Divina: ergo essentia Divina se habebit in potentia virtuali ad illud: cum quo tamen adhuc componitur essentiam Divinam esse actum purum, tam formaliter, quam virtualiter: idem ergo dici poterit, & si producat Verbum ab ea realiter distinctum. Sed hoc iam tangit aliam difficultatem: an, scilicet, inter predicata Divina detur potentia virtualiter passiva, vel predicata aliqua per modum actus primi ab actu secundo virtualiter distincta? De quo suo loco ex professo.

Ult. ref. fug. diver. res à prop. ad propof. cavetur.

Pro nunc autem sufficit dicere, quod quidquid de hoc sit; certum tamen apud omnes est, quod si daretur in Deo predicatum aliquod actuabile realiter per aliud; Deus non esset actus purus: & hoc accideret, si se haberet in potentia ad Verbum realiter distinctum.

Quod si se habet in potentia in ordine ad aliquod predicatum virtualiter distinctum, sicut intellectus in ordine ad intellectionem apud AA., qui hoc defendunt, non infertur in predicatis Divinis potentialitas aliqua Logica adhuc virtualis, sed tantum Dialectica. Quia cum in horum Authorum sententia distinctio inter illa predicata non est Logica, sed Dialectica, quia non est penes excludens, & exclusum, sed penes implicitum, & explicitum; inde est quod nec potentialitas, sit Logica, sed Dialectica, quæ nullatenus opponitur rationi actus puri.

Tandem hæc conclusio non minus convincitur tertia ratione D. Thomæ, quæ eadem pariforma proponitur. Species expressa quidditative representans aliquod objectum, debet esse similis illi formaliter; secundum omnia predicata quidditativa illius; sed nulla species creata, potest esse formaliter similis Deo secundum omnia predicata quidditativa illius: ergo Mai. constat. Tum pro similitudine formali, quam nullus speciei expressæ denegat: tum pro similitudine in omnibus predicatis, quia si est species quidditativa, debet representare quidditatem; quidditas autem est sicut numerus, quæ deficientem quolibet predicato solvitur. Min. autem probatur: Nam essentia Divina est aliquid incircumscripsum, & infinitum, & quolibet species creata aliquid determinatum; & finitum: ergo nulla species creata potest esse formaliter similis essentia Divinæ secundum omnia illius predicata. Patet consequentia, quia similitudo formalis fundatur in convenientia, & unitate.

Huic rationi, ommissis alijs solutionibus, quas dub. preced. impugnavimus, potest quo ad præsens responderi; quod licet hæc ratio convincat impossibilitatem speciei impressæ, non tamen expressæ: cuius, quo ad hoc, reddes disparitatem ex eo, quod, species impressa,

I I
3. Rat. præc. res sol. adduc. ta præsen. ti iustit. gatur.

I 2
Unica sol. lut. ad præced. rat.

cum se habeat ex parte principij cognitionis, debet sine ulla limitatione representare obiectum prout est in se; impossibile autem est, quod species aliqua creata, & finita obiectum infinitum sic representet: at species expressa, cum se habeat ex parte termini cognitionis, tanquam id, quo intellectus loquitur, & rem conceptam exprimit, nullus autem loquatur, aut exprimat obiectum, nisi prout ab eo cognoscitur, qualitercumque illud in se sit; inde est quod licet obiectum sit infinitum, si tamen modo finito cognoscatur, qualiter Deus à nobis cognoscitur, potest per speciem expressam finitam representari; quia tunc iam habet unde limitetur, nempe à modo finito cognitionis, cui proportionari debet.

3 Sed contra hanc solutionem
 Impug. 1. obstat primo, quod dum intellectus videt Deum per essentiam, nihil est ex parte Dei, quod ab intellectu non videatur: ergo nihil est, quod per speciem expressam non representetur: ergo nihil pariter est, cui species expressa formaliter non assimilatur; sed in hoc posita est repugnantia, quod, nimirum, species aliqua creata, quæ finita, & limitata est, sit formaliter similis Deo incircumsripto, & infinito: ergo. Urgetur hoc intellectus videns Deum per essentiam, cognoscit Deum, licet modo finito ex parte sui, ut infinitum, & incircumscriptum in se; ergo per speciem expressam correspondentem huic cognitioni exprimit Deum, ut infinitum, & incircumscriptum in se, licet modo finito cognitum: ergo species illa assimilatur Deo formaliter, ut infinito, & incircumsripto; quod repugnat speciei creatæ.

Impug. 2. Obstat secundo. Quod modus finitus cognitionis, aut non representatur per speciem expressam, aut si representatur tantum exercere, & non signate representatur: species enim expressa, quæ representat signate obiectum ut cogni-

tum, conceptus reflexus est, & non directus: species autem expressa, in qua beati cognoscunt Deum, conceptus directus est: ergo id, cum quo species illa expressa debet assimilari, est Deus; prout est in se, signate per illam representatus; sed hoc repugnat speciei creatæ: ergo.

Tertio. Quia licet non repugnet, quod cognitio finita obiectum infinitum modo finito attingat; repugnat tamen quod species aliqua finita obiectum infinitum modo finito, quidditative tamen representet: ergo licet species expressa sit terminus cognitionis finitæ, dum tamen hac quidditative attingit Deum, non potest illum modo finito, representare. Consequentia est evidens, & antecedens probatur: nam species; & non cognitio, representat obiectum quidditative cognitum, per formalem similitudinem cum ipso: ergo species, & non cognitio, debet convenire cum obiecto infinito quidditative cognitum in infinitate: ergo licet cognitio possit obiectum infinitum modo finito quidditative cognoscere; repugnat tamen quod species modo finito illud quidditative representet.

Tandem: quia sicut species expressa est similitudo obiecti cogniti, ita impressa est similitudo obiecti cognoscibilis; sed licet species impressa representet obiectum infinitum finito modo cognoscibile ab intellectu creato; non sequitur quod illud modo finito representet: ergo pariter licet species expressa representet obiectum infinitum finito modo cognitum ab intellectu creato, non sequitur quod illud modo finito representet. Antecedens iuxta Authores huius solutionis constat; consequentia autem probatur. Quia ideo primum est verum, vel quia repugnat quod species, quidditative representet obiectum infinitum, & quod infinite illud non representet, quod etiam tenet in specie expressa; vel quia ut representet obiectum infi-

Impug. 3.

Ult. inde pug.

nitum modo finito cognoscibile non requiritur, quod modus iste finitus ex parte representationis habeatur, sed sufficit, quod se habeat ex parte unionis infinitæ representationis ad intellectum finitum, ita ut quando representatio illa, quantumvis in se infinita, lumini finito intellectus uniatur, obiectum, ut modo finito cognoscibile, representet; sed hoc eodem modo verificatur de specie expressâ; & si namque in se sit infinita, potest modo finito intellectui uniri: ergo tunc etiam exprimet obiectum illud infinitum, ut modo finito cognitum.

14
Extēditur
vis præ-
ced. ratio-
nis.

Omnes istę rationes pariter convincunt repugnare speciem expressam creatam Deum inadæquate, aut secundum aliquod tantum attributum representantem. Primo quidem: nam species illa deberet etiam convenire cum attributo sic representato in eodem gradu immaterialitatis; sed hoc etiam est impossibile, nam quodlibet attributum Dei, non minus quam Deus ipse in se, est actus purus: ergo. Secundo. Quia etiam attributum illud esset actus purus in esse intelligibilis passivi: ergo repugnat etiam quod constituatur intellectum, per aliquid creatum à se realiter distinctum. Pariter, & tertio: quia quodcumque Dei attributum est simpliciter infinitum, & in propria linea incircumscriptum; sed in hoc nulla res creata potest illi assimilari: ergo.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA:

15
1. Obiect.
ex M. P.
Aug.

Contra præcedentem conclusionem obijcies primò, ex D. August. lib. 9. de Trinit. cap. 11. ubi sic habet: *Quemadmodum cum per sensus corporis discimus corpora, sit eorum aliqua similitudo; ita cum Deum noscimus; illa notitia verbum est; & sit aliqua Dei similitudo.* Et cap. 7. sic: *in illa æterna veritate, formam, secundum quam sumus, resumentes concipimus; at-*

que inde conceptam rerum veracem notiam, tanquam verbum apud nos habemus, & dicendo intus gignimus; & 15. de Trinit. cap. 16. loquens de beatitudine nostra sic habet: & tunc quidem verbum nostrum non erit falsum, quia neque mentiemur, neque falleremur. Et lib. 14. de Trinitat. cap. 17. de eadem beatitudine loquitur sic: *in hac imagine perfecta erit similitudo, quando Dei perfecta erit visio.*

Ad primum testimonium respondentur, vel quod loquitur S. August. de cognitione, quam de Deo in via habemus: neque enim in toto illo capite est aliquod verbum cogens prædictam loquutionem intelligendam esse de cognitione Dei in patria; vel, quod notitiam illam vocat verbum terminativè, quia ad verbum terminatur; similitudinem autem, ad eum sensum, quo diximus, lumen gloriæ esse similitudinem Dei; scilicet, ex parte subiecti, & non ex parte obiecti. Ad secundam dicatur, quod nomine *æternæ veritatis* non intelligit ibi S. August. beatitudinem; sed rationem æternam, vel æternam legem, quæ est regula rationis; secundum quam concipimus, qualis mens nostra esse debeat: de qua agit D. Thomas 1. part. quæst. 97. art. 9. Ad tertiam dicatur, quod verbum, in quo beati vident Deum vocatur nostrum à S. August. non elicitive, sed applicative, & terminative; in quo sensu subsistentia verbi dicitur etiam subsistentia humanitatis: Ad ultimum dicatur, quod ibi non loquitur de imagine aliqua ex visione Dei formata; sed de anima nostra, quam Dei imaginem appellat, & de qua dicit, quod in Dei visione perfecta erit.

17
2. O. iect.
ex D. Th.

Secundò obijcies aliqua D. Thomæ testimonia. Primum habetur 1. part. quæst. 27. art. 1. ubi sic habet: *quicumque intelligit; ex hoc ipso quod intelligit producit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ, & dicitur verbum.* Ubi loqui universaliter de omni intellectione, constat; tunc ex tenore ver-

borum: tum quia eis verbis utitur ad probandum quod in Deo Filius procedit ut verbum; sed hoc non probaret, nisi universalem assumeret propositionem: ergo. Secundum desumitur ex quæst. 4. de verit. art. 2. in corp. ibi: *Verbum intellectus nostri, secundum cuius similitudinem, loqui possumus de verbo in Divinis, est id, ad quod operatio intellectus nostri terminatur*: & post pauca subdit: *Et hoc est verum universaliter de omni, quod in nobis intelligitur, sive per essentiam intelligatur, sive per similitudinem.* Sed per essentiam Deus videtur à beatis: ergo illum videndo formant verbum. Conformiter ad quæ ibidem ad quintum sic ait: *in nobis dicere, non solum significat intelligere, sed intelligere cum hoc, quod est ex se exprimere aliquam conceptionem: neque aliter possumus intelligere, nisi huiusmodi conceptionem exprimendo.* Videatur insuper 4. contra gent. cap. 11.

18 Ad primum testimonium, omis-

1. Expositio. 1. ref. Thom. D. Thomæ *omne intelligens, ex hoc ipso quod intelligit, producit verbum*, intelligenda est, non pro singulis generum, hoc est, pro quacumque persona intelligente, & pro quacumque eius intelligence; alias verbum Divinum, & Spiritus Sanctus intelligendo, verbum producerent; quod est hæreticum: sed pro generibus singulorum; hoc est, quod in quocumque intelligentium genere, datur aliquod suppositum, cuius intellectio producit verbum; quod verum est, & ex eo rectè infertur, quod in Divinis datur productio verbi, non autem infertur, quod in creatis, quando Deus quidditative cognoscitur, verbum produceatur.

2. Expositio. 2. ref. S. D. Thomæ. Secunda autem expositio asserit, quod D. Thomas nec docuit, neque probavit quod Deus producit verbum ex hoc, quod

omne intelligens, ex hoc quod intelligit format verbum, sed supposito secundum Fidem, quod in Divinis sit processio unius personæ ab alia; quod ex locis Sacræ Scripturæ deduxit: & supposito quod talis processio, non est secundum quod causa procedit in effectum ad extra, neque secundum quod effectus ad extra procedit à causâ; differtur processionem illam debere esse secundum modum, quo verbum procedit ab intelligente: & ad hoc explicandum assumit propositionem illam *omne intelligens, &c.* quæ ut sit exemplum, & explicatio modi procedendi secundæ Personæ, sufficit quod habeat veritatem in his, quæ experimur. Quare ex illa inferri non potest, quod etiam beati producant verbum. Hanc expositionem latè prosequi M. Ferre in præsentî.

In secundo autem testimonio solum etiam intendit S. Doct. declarare modum, quo verbum procedit in divinis; & docet, quod procedit eo modo, quo verbum nostrum, secundum quod est terminus, ad quem operatio intellectus nostri terminatur, sive quando nos per aliquam similitudinem res intelligimus, hoc est, per speciem impressam à rebus distinctam, sive quando mens nostra se ipsam, sine specie super addita intelligit: & hoc vocat intelligere per essentiam. Semper tamen est verum quod producat verbum, ad cuius similitudinem processio verbi in divinis intelligatur. Undè post verba relata statim subdit S. Doct. *Undè etiam quando mens intelligit se ipsam, eius conceptio, quæ est verbum, non est ipsa mens, sed aliquid expressum à notitia mentis.*

In tertio autem testimonio loquitur D. Thomas de omni nostra intelligence, quæ ad rem creatam terminatur, de qua universaliter verum est, quod significat *intelligere cum hoc*, quod est ex se exprimere aliquam conceptionem; quod & ratio D. Thomæ ibidem adducta, & 4. contra gentes cap. 11., convincit: quia, nimirum, in nulla re creata

Exponitur 2. S. D. testim.

3. Testim. eiusd. S. D. exponitur.

est idem intellectus, intellectum, & intelligere: unde ex potentia, quam una quæque res creata habet ad esse intellectum, infert necessitatem verbi ad illius intellectionem: è contra autem accidit in Deo, in quo sicut nulla datur potentialitas ad intelligere; ita neque ad esse intellectum; ac proinde sine verbo distincto potest, debetque intelligi.

19

3. Obiect.

Tertio objicies. Licet essentia Divina sit actus purus in esse intelligibilis, non sequitur quod identificet secum suam ultimam actualitatem, ratione cuius intellecta constituitur ab intellectu creato; sed hæc ultima actualitas est verbum: ergo. Min. cum consequentia constat, & mai. probatur. Primò. Quia licet sit actus purus, in esse moventis per modum finis voluntatem creatam ad sui amorem, non sequitur quod identificet secum suam ultimam actualitatem, ratione cuius ad id moveat: est enim sententia valde probabilis apud Thomistas, quod causalitas finis, quæ est illius ultima actualitas, realiter identificatur cum actu voluntatis; cui opinioni favet D. Thomas, quæst. 22. de verit. artic. 2. *affertens quod sicut influere causa efficientis est agere, ita influere causa finalis est appeti; sed actus voluntatis creatæ realiter distinguitur à Deo: ergo.*

Mai. 1.
assumpt.
prob. 2.

Secundò. Quia licet sit actus purus in esse amabilis, producitur tamen à voluntate impulsus ab eo realiter distinctus, ut actu ametur: ergo licet sit actus purus in esse intelligibilis, poterit produci verbum, ut actu intelligatur. Antecedens est communior sententia, & consequentia probatur. Quia sic se habet impulsus respectu voluntatis, ut amet; sicut verbum respectu intellectus, ut intelligat. Tertio. Quia si identificaret ultimam actualitatem, ratione cuius intellectionem creatam terminat, semper ut in actu secundo esset talem intellectionem terminans; sicut semper, & in actu secundo terminat sui intellectionem, & est à se intellectus; at hoc est evidenter falsum: ergo.

Respondetur negando maiorem. Ad eius primam probationem, dicatur in primis, solvendam esse ab omnibus Thomistis: non enim minus certum est in eorum principijs, quod nulla res creata potest identificare secum ultimam actualitatem ex suo formali conceptu dicentem perfectionem simpliciter simplicem, quam quod hæc debeat identificari cum Deo. Nunc autem, si constituitur, quod causalitas finis est ab actu voluntatis distincta, consistens in metaphorica inorione finis; urget arg. quomodo, scilicet, possit cum sine creato identificari: neque enim inter finem; & voluntatis actum cadit aliquod medium ab utroque realiter distinctum: quidquid ergo huic respondeatur, possumus & nos arg. facto ex opposita sententia supposita respondere. Quare si dicatur, sicut aliqui dicunt, non esse inconveniens, quod finis creatus identificet secum suam causalitatem; quia licet ex suo conceptu formali, non dicat imperfectionem, est tamen non propriè, sed tantum metaphoricè talis: hoc & nos dicere possumus in opposita sententia; non esse, scilicet, inconveniens, propter eandem rationem, quod cum ente in creato non identificetur: reddereque disparitatem de verbo dicendo! esse ultimam actualitatem obiecti, non tantum metaphoricè talem, sed verè, & propriè.

Secundò responderi potest concessa mai. & min. negando consequentiam. Et disparitas fiat in eo, quod in illa sententia causalitas finis est illi, ex suo formali conceptu; omnino extrinseca, neque ab eo physicè egrediens, aut aliqualiter in illo recepta: solum ergo recipitur in voluntate, à qua physicè egreditur, & quam intrinsecè movet, & actuat. Unde licet sit à sine realiter distincta, non sequitur quod aliqualiter opponatur finis illius actualitati; cum ad illam per modum actuabilis non comparetur. At verbum ita est ultima actualitas obiecti, in esse intelligibilis; quod

20

Satis fit
3. o. obiect.
& prob.
1. mai. se-
cundum
un. m. viâ.

21

Satis fit
prob. iux-
ta 2. viam.

comparatur ad illud per modum formæ actuantis, & proportionantis, ut reddatur ultimo intellectum: quare si ab obiecto distinctum ponitur, necesse est ponere potentialitatem ex parte obiecti, quæ rationem actus puri destruat.

Vel aliter, concessa mai. neg. est min. quam non convincit probatio. Nam, licet, admittamus, quod actus voluntatis sit causalitas finis; non est tamen illius ultima actualitas: ulterius enim restat passiva terminatio actus voluntatis, quæ fini etiam in quantum tali competit, quamque Deus non ratione alterius à se distincti exercere potest, sed ratione bonitatis secum identificata.

Nec refert si dicas primò, quod causalitas causæ efficientis est illius ultima actualitas: ergo & causalitas causæ finalis. Secundò, quod licet causalitas causæ finalis non sit illius ultima actualitas, ad eam tamen in esse talis pertinet; sed non minus est de ratione actus puri in aliqua linea, quod identificentur eam ultimam actualitatem talis lineæ, quam omnia alia, quæ ad illam pertinent: alias ad aliquid per modum potentiæ, aut actus in completi compararetur: ergo.

Non, inquam, refert. Nam ad primum, neg. est consequentia, & disparitas est manifesta ex dictis. In causa namque efficienti, nihil reperitur se habens ex parte illius, eius causalitate posterius: quare eius causalitas debet esse ultima illius actualitas. At in causa finali datur terminatio passiva actus voluntatis, quæ intelligitur posterior ad ipsum actum voluntatis, ut à fine motum: quare illa terminatio, & non causalitas, est illius ultima actualitas.

Ad secundam disting. est mai. pertinet tanquam quid purè extrinsecum ex suo formali conceptu, concedo mai. tanquam quid intrinsecum, nego mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia: causalitas namque finis in hac sententia ex suo formali conceptu

petit esse extrinseca fini, & intrinseca voluntati. Quod autem id, quod extrinsecè ad actum purum comparatur, cum eo non identificetur, illius actualitatem non auferit, nec diminuit. At verbum, licet in rebus creatis, comparetur ad obiectum intellectum, ut aliquid extrinsecum, neque aliter per illud obiectum intellectum constituatur; hoc tamen non habet ex suo formali conceptu, sed ex imperfectione materiæ: ex se namque ad unitatem cum obiecto tendit, quam tantum similitudinis in rebus creatis consequitur, propter illarum potentialitatem; in Deo autem, qui totius potentialitatis est expers, eam consequitur identitatis. Quæ doctrina colligitur ex D. Thoma 4. contra gent. cap. 11. ubi diversos gradus vitæ secundum diversam unitatem inter principium movens, & terminum motus distinguit.

Ad secundam principalem probationem mai. concesso antecedenti, neganda est consequentia: & disparitas stat in eo, quod impulsus non se tenet ex parte obiecti amati, illud amabile, aut amatum reddens; sed ex parte voluntatis illam ad obiectum ferens, & completè inclinans: insuper & ex parte impulsus nulla similitudo cum obiecto, aut convenientia in gradu in materialitatis requiritur: quare non est undè repugnet. At verbum se tenet ex parte obiecti illud intellectum reddens: insuper & debet esse simile illi formaliter, cum quoque in gradu immaterialitatis convenire, ut ex dictis constat; quæ omnia impossibilitatem verbi creati respectu Dei clare visi convincunt.

Ad tertiam neg. est etiam sequela, nam ut in actu secundo sit ab intellectu creato intellectus, non sufficit quod identificentur id, quo ultimo redditur ex parte sui intellectus, sed alterius requiritur, quod id ipsum intellectui creato sit applicatum, & ab eo perceptum: sicut licet personalitas verbi habeat quidquid ex parte sui humanitatem subsistentem faciat; non tamen subsist-

Iuxta 3. viam fit satis 3. prob.

2 2 Infatur fibræ cōtra imm. med. dicta.

2 3 1. Inf. solut.

2. Inf. dicitur.

2 4 Fit satis 2. prob. mai. princip.

Satis fit 3. prob. eiusd. mai.

rentem facit defectu applicationis ad illam. Et huius infinita superant exempla, adhuc in creatis.

25

4. Obiect.

Obijctis 4. implicat intellectio, quæ non producat terminum; sed terminus per intellectionem productus esset verbum: ergo implicat intellectio, quæ non producat verbum. Min. cum consequentia tenet, & mai. probatur: primò. Quia intellectio est dictio; intellectio enim cum dictione identificatur; sed dictio essentialiter est productio verbi: ergo. Secundò. Quia implicat intellectio, qua intellectus non trahat res ad se: hic enim est proprius modus operandi intellectus, prout à voluntate distinguitur; sed non potest visio beata aliter trahere res ad se, nisi per verbum: ergo. Tertiò. Quia intellectio est actio de prædicamento actionis; sed implicat actio de prædicamento actionis, sine termino per illam producta; sicut implicat fieri sine facto: ergo. Min. cum consequentia constare videtur. Mai. autem probatur. Quia si non esset actio, esset qualitas; at hoc non: tum quia alias supponeret actionem, qua produceretur: tum quia à se ipsa esset verbum: haberet enim ultimò intellectum perficere, & illi obiectum repræsentare; quorum utrumque est falsum: ergo.

26

Respons.
4. obiect.

Ad hoc arg. respondetur negando mai. cuius falsitas constat secundum fidem in intellectione Filij, & Spiritus Sancti. Ad primam probationem distinguo mai. intellectio est dictio quando aut *fecunditas exposcit*, aut *necessitas*, concedo mai. quando utrumque deficit, neg. mai. utrumque autem deficit in præsentis; fecunditas quidem, quia verbum procedens (ut ex dictis constat) deberet esse eiusdem immaterialitatis cum obiecto: cum tamen nihil eiusdem immaterialitatis cum Deo ab intellectu creato produci valeat. Deficit insuper, & necessitas; quia ex parte obiecti, utpotè actus purus, est sufficiens proportio, ut ab intellectu creato possit per se ipsum intelligi.

Ad secundam respondetur. Quod proprius modus operandi intellectus, prout à voluntate distinguitur, est trahere res ad se, prout est idem, ac rem intra se intelligere; in quo differt à voluntate quæ ad illas, prout sunt extra se, fertur. Hoc autem facit intellectus, sive formando verbum, quando obiectum ratione sui non est intra illum; sive non formando, quando nimirum obiectum per se ipsum est intra intellectum, ut in nostro casu contingit.

Respons.
2. prob.
mai. prin.
cip.

Ad tertiam dupliciter respondetur: primò negando mai. Quia visio beatifica, sicut & quæcumque alia actio vitalis, est de prædicamento qualitatis; de cuius ratione non est terminum à se distinctum producere, sed ipsa ratione sui est productio, & terminus productus, quia propter sui eminentiam continet virtualiter perfectionem actionis, & formaliter rationem qualitatis. Undè non comparatur per se, ut via, aut fieri, sed per modum actualitatis perficientis intellectum, quæ, & propter sui eminentiam, terminum potest producere. Nec ex inde infertur, ut probatio contendit, quod ipsa per se sit verbum: nam verbum non est quæcumque qualitas, aut quæcumque intellectus perfectio, sed quæ se tenet ex parte obiecti per modum formalis repræsentationis illius; qualiter non se habet intellectio.

Respons.
1. 3. prob.
eiusd. mai

Secundò respondetur, admit-tendo intellectionem esse de prædicamento actionis, vel quod non est de huius ratione habere terminum productum; quando est immanens, sed solum quando est transiens, quia hæc secunda, & non prima, est propter terminum; vel quod, licet sit de illius conceptu habere terminum; illum habet, scilicet applicare potentiam intellectivam obiecto intellecto: sicut actio productiva hominis est de prædicamento actionis, non quia materiam, aut formam producat, sed quia unum applicat alteri; & hac ratione verificatur producere totum.

2. Respõ.

27
s. Obiect. Obijcies 5. nequit Deus uniri intellectui creato per modum verbi; sed nequit dari intellectio sine verbo, producto, vel unito: ergo nequit non intellectus beati Deum videndo producere verbum. Min. cum consequentia constat, & mai. probatur: primò. Quia verbum, in quo intelligit intellectus creatus, repræsentat obiectum finito modo ab eo intellectum: est enim expressio suæ intellectiois; sed nequit Deus repræsentare se ipsum finito modo intellectum: ergo. Secundò. Quia verbum, licet non sit actio vitalis, est tamen terminus vitalis; sed nequit Deus uniri alicui per modum termini vitalis; aliàs posset uniri per modum impulsus voluntati creatæ: impulsus enim non est vitalis per modum actionis, sed tantum per modum termini: ergo cum hoc reputetur impossibile, pariter, & primum.

28
Solut. 5. s. Obiect. Ad arg. neg. est mai. ad primam eius probationem, iam constat ex dictis num. 13., quod ut verbum repræsentet obiectum finito modo intellectum ab intellectu creato, non est necesse, quod finitudo ex parte repræsentationis verbi se teneat, sed sufficit, quod se habeat ex parte unionis, & applicationis ad intellectum finitum: sicut ut species impressa repræsentet obiectum finito modo cognoscibile ab intellectu creato, & ut subsistentia Divina faciat naturam humanam finito modo subsistere, sufficit finitudo unionis, & communicationis, neque alia requiritur.

Solut. 2. s. prob. mai. princip. Ad secundam concessa mai. neg. est min. Neque ideo Deus in illa sententia non potest uniri voluntati per modum impulsus, quia impulsus est terminus vitalis, sed quia talis terminus est, scilicet, quo voluntas voluntariè fertur ad obiectum amatum: ex hoc enim habet, quod ab intrinseco illius debeat provenire, & non possit communicari ab extrinseco. Nec refert si dicas, quod non minus est impossibile quod suppleatur terminus vitalis, quam actio vitalis; non enim

minus impossibile est, quod aliquis sit Filius alicuius; à quo non processit, quam quod aliqua actio sit vitalis respectu illius à quo non elicitur: ergo si Deus non potest supplere actionem vitalem; neque terminum illius.

Respondetur distinguendo mai. quo ad esse *dicti*, vel *producti* concedo mai. qui ad esse *uniti*, vel *applicati*; neg. mai. & concessa min. neganda est consequentia. Non enim Deus supplet munus verbi creati, faciendo quod verbum Divinum sit dictum, vel vitaliter productum ab intellectu creato, sed faciendo, quod etsi ab eo non producat, vel dicatur, ei per modum termini repræsentativi uniatur. Esse autem alicuius filium, significat terminum vitalem, ut ab eo procedentem: quare non potest Deus facere, quod illius sit filius, à quo non procedit. Pariter & esse actionem vitalem alicuius dicit essentialiter ab eo procedere, sicut & quod per illam se moveat: quare neque huius munus potest à Deo suppleri. At esse terminum vitalem, licet dicat vitaliter ab quo procedere; non tamen dicit, aliquod ab eo, cui unitur, procedat; quia per illum formaliter non vivit: sufficit ergo quod ab altero vitaliter procedat, & alteri uniatur.

Tandem obijcies fundamentum, cui magis innittitur M. Ildephonus Michael. non est impossibile actio creata intellectiva Dei intuitiva: ergo nec est impossibile verbum creatum Deum intuitivè repræsentans. Probatur consequentia. Perfectior est intellectio ex genere suo, quam verbum: ergo si est possibilis intellectio, possibile est etiam verbum. Consequentia videtur bona, & antecedens est plurimum Thomistarum, traditumque videtur à D. Thoma, quæst. 8. de Potentia, artic. 1. ubi sic habet: *Conceptio intellectus ordinatur ad rem intellectam, tanquam ad finem: propter hoc enim intellectus conceptionem rei in se format, ut rem intellectam cognoscat.* Et certè: non intelligimus, ut producamus verbum, sed pro-

Solut. præced. inst.

29
Ult. obiect.

producimus verbum ut intelligamus : finis ergo verbi intellectio est; ac proinde verbo perfectior.

30
Satis fit
ult. ob-
iect. in
do in pri-
mis.

Hoc arg. in primis manifestè instatur in specie impressa, cuius possibilitatem negat hic Author: nam propter eandem rationem, quã verbum imperfectius cognitione constituitur, debet etiam constitui species impressa ex genere suo. Neque enim intellectio est propter speciem impressam, sed potius species impressa propter intellectio- nem; & tamen cum hoc fiat esse possibilem intellectio- nem intuitivam Dei, non autem speciem impressam: idem ergo dici poterit de verbo. Quare concessò antecedenti, neganda est consequentia. Ad cuius probationem, distinguendum est antecedens, qua verbum *pro- ductum*, concedo antecedens, qua

verbum *non productum*, & quod si- ne dependentia gerit vices verbi, neg. antecedens, & consequentiam: in quo sensu intelligendus est D. Thomas. Verbum enim, quod ab intellectu producitur, est propter intellectio- nem, & ei tanquam fini subordinatum: eo enim tantum sine producitur, ut intellectus in illo contempletur obiectum. At quando verbum non producitur, sed habet purè terminare intellectio- nem; solum habet illam perficere, illamque sibi subordinare, ut constat in substantia, quæ à natura, quam terminat, non dimanat: & hoc tantum modo essentia Divina exer- cet munus verbi respectu intellec- tus beatorum. Et hæc de hoc Dubio applicanda litteræ Magistri ubi, & præ- cedens.



DISPUTATIO TERTIA.

DE LUMINE GLORIÆ.

DUBIUM PRIMUM.

UTRUM LUMEN GLORIÆ SIT ADÆQUATA RATIO,
seu virtus eliciendi visionem beatam?

§. I.

PRÆMIUNTUR ALIQUA RESOLUTIONI.

N. 1.
Animad-
versio Au-
thor.

Præfens difficultas, quamvis sub determinatò nomine lumi- nis proponatur, communis tamen est omnibus habitibus, & super- naturalibus auxilijs in ordine ad proprios actus. Quare, ut quod de lumine gloriæ dictum fuerit, dic- tum etiam intelligatur de quo- cumque alio habitu; vel superna- turali auxilio; magis communiter, in illius discussione utemur hoc no- mine, *habitus supernaturalis*, quam nomine *luminis gloriæ*.

Supposit.
1. contra in primis supponendum est, quod
Luther.

actus supernaturalis, non ita pro- cedit à supernaturali habitu, quod potentia naturalis illum activè non producat, sed merè passivè se ha- beat. Suppositio ista certa est se- cundum fidem; expressèque diffi- nita in Concil. Trident. contra Lu- therum sess. 6. cap. 5. & Can. 4. ibi: *Si quis dixerit liberum hominis ar- bitrium nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, sed merè passivè se habere; Anathema sit.* Quod & constat manifesta ra- tione. Nam operationes istæ super- naturales, plures sunt liberè, plures

voluntarie, & omnes vitales; sed de ratione agentis libere, voluntarie, & vitaliter est quod actio procedat à principio intrinseco, & non solum quod ab alio recipiatur: ergo.

2. **Supp. 2.** **Contra aliquos Theologos.** Secundò etiam est certum, quod prædictæ operationes, non ita procedunt à potentia vitali, quin etiam activè; & tanquam à virtute influxiva procedant à supernaturali virtute. Huius suppositionis oppositum tribuitur Baconio, & Aureolo asserentibus quod licet requiratur habitus supernaturalis ad illarum elicentiam, non tamen requiritur per modum principij activi, sed aut per modum conditionis elevantis, ea ratione, qua scala requiritur, ut quis in locum sursum operetur, aut per modum cuiuscumque alterius conditionis: sed suppositio nostra certissima est apud reliquos Theologos, & constat 1. ex illo 2. ad Corinth. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: & ex illo ad Philipp. 2. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere.* Et ex Concilio Arausic. Can. 7. ibi: *Si quis per natura, vigorem bonum aliquod ad salutem pertinens vite æternæ cogitare, eligere, sive evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat, hæretico fallitur spiritu.* Et ex Trident. sess. 6. cap. 16. ibi: *Cum ille Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, iungiter virtutem infuset, quæ virtus bona illorum opera semper antecedit, committatur, & subsequatur, & sine qua Deo grata, & meritoria esse non possunt; &c.* Ex quibus auctoritatibus constat evidenter habitus supernaturales, non solum per modum conditionis, sed per modum sufficientiæ, & virtutis activæ requiri ad supernaturalem operationem.

3. **Aperitur iam status istius, & dicitur.** His ergo suppositis; difficultas stat in explicando, qualiter potentia naturalis, & supernaturalis virtus se habeant in causando actum supernaturalem? An, scilicet, una-

quæque per suam innatam virtutem in actum supernaturalem influat? An, licet intellectus influat, totam tamen vim, & virtutem influxivam habeat per supernaturalem habitum? In quo non agitur de nomine, ut sibi volunt aliqui Recentiores, inter quos est P. Oviedo, sed de re, eaque gravissima: nam qui primum tenent, licet concedant, quod potentia naturalis agit; insuper, & quod naturalis virtus, quæ à potentia naturali distincta est, actum supernaturalem operatur; non tamen concedunt, quod ratione virtutis naturalis agit, sicut ab alijs conceditur, sed ratione supernaturalis. Insuper & iuxta hanc sententiam, licet totus actus supernaturalis à potentia producat; nullum tamen est prædicatum, quod correspondeat potentie naturali ratione sui, adhuc in consortio supernaturalis virtutis. Discriminantur insuper & alijs rebus, quæ in disputationis progressu attingentur.

4. Tandem notandum est difficultatem istam specialiter contraheri apud Theologos, qui contra Durand. & Scot. admittunt actus istos esse supernaturales, non solum quo ad modum, sed etiam quo ad substantiam: quæ sententia iam apud Theologos invaluit. Si namque oppositum asseratur; consequenter etiam dicendum est, quod potentie naturales per suam innatam virtutem totam substantiam actuum producant, solumque apud eos erit difficultas; an etiam per suam innatam virtutem possint in eos influere, quo ad modum? Ea, scilicet, ratione qua supernaturales sunt, & præmij supernaturalis meritorij? Circa quod pars negativa facile ex illis Authoribus deducitur, nisi cum Pelagio gratiæ necessitatem ad meritum excludant.

5. His ergo statutis, circa præsentem difficultatem duplex in genere versatur sententia. Prima asserit habitum supernaturalem, rû diversitas in hoc agendi in supernaturalem actum, quia fertur.

Alia Author. animadv. pro mai. clar.

Sér. DD. Soc. & eorum punct. requia fertur.

quin etiam potentia per suam innatam virtutem in eum agat: ita omnes Societatis AA: cum hoc tamen inter eos discrimine, quod P. Suar. quem magis communiter sequuntur, affirmat, quod actus supernaturales, non solum secundum rationem genericam, sed etiam secundum rationem ultimam; & differentialem, & prout supernaturales sunt, procedunt à potentia naturali per suam innatam virtutem agendi: ad quod, in ea constituit quandam virtutem activam obedientialem, ut huiusmodi actus producat, & ratio sub qua, ab ea producuntur, sit ratio vitalitatis, quæ magis formaliter potentia naturali correspondet.

In quo
Vazq. &
alii diff. à
Suar.

Alij autem cum P. Vazquez negantes huiusmodi potentiam obedientialem activam, solum concedunt influxum potentia naturalis in supernaturales actus, secundum rationem genericam intellectionis, aut vitalitatis; rationem autem supernaturalitatis solum productam existimant à supernaturali virtute. Iuxta utramque autem sententiam verum est primò. Quod ratio producendi ex parte obiecti respectu naturalis potentia non est super naturalitas actus, licet ex parte rei producta sit iuxta P. Suarez, non sit iuxta P. Vazquez. Secundò etiam est verum quod licet virtus supernaturalis sit requisita, vel ut producat, vel ut supernaturalitas sola producat, non tamen requiritur per modum virtutis, qua potentia potens producere constituitur, sed per modum concausæ cum potentia productiva, ea ratione, qua species impressa ad intellectionem requiritur. Quod valde notandum est in hac sententia.

Secunda sententia per oppositum affirmat, quod licet potentia naturalis actus super naturales producat, non solum quo ad rationem genericam, sed etiam quo ad specificam, & individualem: tota tamen ratio, & virtus illos producendi est supernaturalis virtus, ita ut

potentia, & habitus non comparentur tanquam diæ causæ partiales simul concurrentes, sed tanquam unica causa ex habitu, tanquam ex forma, & ex potentia, tanquam ex subiecto constituta; ea proportionali ratione, qua ex anima, & ex potentia ab ea realiter distincta unica causa resultat. Sic communiter Thomistæ cum quibus sit.

Sentent.
Discipul.
Scholæ
Thomist.

N O S T R A C O N C L U S I O
*statuitur, & autoritate
probat.*

L U M E N G L O R I Æ, S E U
*habitus supernaturalis est tota ratio,
& adequata virtus, eliciendi actus supernaturales.*

Conclusio ista verissima mihi est, facta suppositione, de supernaturalitate istorum actuum quo ad substantiam: & probatur primò autoritatibus tum Sacrae Scripturae, tum SS. PP. ex illo Apost. ad Rom. 9. *Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis*: quæ verba expendens D. August. in Enchiridione, cap. 32. referensque aliorum expositionem afferentium propterea hoc dictum esse, quia non est ex sola voluntate hominis quod velit, aut currat, sed etiam ex misericordia Dei (quæ est sententia adstruentium concursus partiales) eam impugnat ex eo, quod ex dicta expositione inferitur, rectè etiam dici posse, *non esse miserentis Dei, sed volentis hominis*, quia misericordia Dei id sola non exequitur: undè sic concludit: *Si ergo gratia nullas Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis hominis, ne Apost. apertissime contradicat; restat ut propterea verè dictum intelligatur, non volentis nec currentis, sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam, & præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam.*

6
Prob. 1.
conclus.
Script. &
SS. PP.

Et ex illo eiusdem Apost. secunda ad Corinth. 19. *Non quod*
7
Professur.
tut. Au-
suf-
thor prob

sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quæ verba expendens D. Chrysostomus ibidem sic ait: *Quasi dicat Paulus planius, non ita dicebam fiduciam habemus, ut partim sit nostrum, partim sit Dei, sed totum illi tribuo, acceptum refero:* ubi secundum hanc expositionem, totam sufficientiam tribuebat Apostolus Deo, ut opera supernaturalia operareretur, immò & cogitaret.

Ad id ipsam con-
nitiit.

Quod etiam aperte colligitur ex eodem Apostolo ibidem cap. 9. *Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abutredetis in omne opus bonum:* quibus in verbis non partem sufficientiæ, sed omnem sufficientiam ad bonas operationes, gratiæ attribuit; & ex illo 1. ad Corinth. 3. *Sicut Deus dedit, vel divisit;* quæ verba sic exponit D. Thomas. *Contingit quod Ministri hominum habeant ab ipsis aliquam dignitatem vel virtutem, ex qua idonei ad ministerium fiunt: sed hoc non est de Ministris Dei; & idè offendit Apostolus quod tota virtus, & dignitas Ministrorum Dei est à Deo dicens, unicuique sicut Dominus dedit, vel divisit; quasi dicat: in tantum aliquis habet de virtute ministrandi, in quantum ei Dominus dedit: unde 2. ad Corinth. 3. Sufficientia nostra ex Deo est, qui idoneos nos fecit Ministros Novi Testamenti.* Quibus in verbis, iuxta D. Thomæ interpretationem, apertissimè docet Apostolus quod tota virtus Ministrorum Christi ad proprios sui ministerij actus, qui sunt supernaturales, est à Deo, & non solam pars virtutis. Et eodem modo explicat verba illa ad Ephes. 3. *Cuius factus sum ego Minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi:*

confirmati, à quo non solum partem virtutis, sed omnem virtutem acceperunt. Innumera SS. PP. testimonia, ad propositum confirmandum possemus afferre: quia tamen brevitatis non sustinet, unum, vel alterum ex efficacioribus adiungemus. Illud in primis D. Augustinus de dono persever. cap. 6. *Tutiores igitur vivimus, si totum Deo demus, non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus.* Et illud D. Fulgentij de Incarnat. & grat. cap. 24. ubi sic habet: *Veruntamen in anima nostra, & carne, non parvum gratiæ Dei monstratur exemplum: nam sicut ex se ipsa vitam non habet, sed ab anima accipit; sic homo non potest habere fidem, nisi ex munere donantis Dei acceperit. Sicut etiam ut caro vivat solius opus est animæ, ita quoque ut homo credat, solius opus est gratiæ. Et sicut caro nihil operari potest si eam vivificare anima desinat, sic homo nihil bene velle potest si ab eo gratiæ iuvamen abscedat. Ut ergo caro & vivere possit, & operari, presentis animæ vivificatione fulsitur; homo quoque ut bonum velit, aut faciat, gratiæ vivificante subsidio adiuvatur.* Hæc S. Fulgentius quo nihil clarius, aut altius pro nostra conclusione explicanda, & confirmanda adduci potest.

Hoc ipsum non minus clare deducitur ex D. Thomæ tum locis supra citatis, tum ex hac 1. part. in hac quæst. art. 6. ubi docens unum beatum alio perfectius Deum videre; subdit: *Hoc erit per hoc quod intellectus unius beati habebit maiorem virtutem, seu facultatem ad videndum Deum, quam alterius: facultas autem videndi Deum, non competit intellectui creato, secundum suam naturam; sed per lumen gloriæ, quod intellectum in quadam Dei formitate constituit.* Idem docet ad 3. & quæst. unica de charit. art. 1. probat contra Magistrum, actum charitatis, non posse provenire à Spiritu Sancto, sed debere provenire à principio intrinseco supernaturali, quia sequeretur unum e

9
Authore
adhuc, &
ratione D.
Thomæ
reboratur.

8
Adhuc è
Script. &
1. P. prob.
conclus.

Id ipsum constat ex illo Ps. 32. *Verbo Divini Cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quibus in verbis iuxta intelligentiam D. Augustini Ang. Doct. & utriusque Glossæ, Cæli intelliguntur Apostoli à Spiritu Sancti gratia

duobus, aut non esse voluntarium quod est impossibile, aut quod non excedat facultatem naturæ quod est hereticum; sed discursus iste D. Thomæ esset omnino inefficax, si admittantur concursus partiales: nam in primis nullatenus sequeretur quod non esset voluntarius; ad hoc enim sufficeret quod partialiter à voluntate procederet, ut oppositi AA. fatentur. Deinde nec sequeretur, quod non excederet facultatem naturæ, aut quod solum inadæquatè excederet: quia vel excederet ex eo, quod ad illius productionem esset requisitus concursus in debitus Spiritus Sancti, vel solum ratione supernaturalitatis, & non ratione vitalitatis excederet; quorum neutrum reputant inconveniens Adversarij: ergo. Videatur idem S. Doct. 3. contr. gent. cap. 53. & in 1. dist. 17. quæst. 1. art. 1., & ibidem dist. 3. quæst. 4. art. 2. & quæst. 20. de verit. art. 2. ad 1. & quodlib. 7. art. 1.

§. II.

RATIONIBUS PROBATUR
nostra conclusio.

IO
r. Ratio
pro con-
clusionem.

Prima ratio pro nostra conclusione sic formatur. Adæquata ratio continendi aliquem effectum est adæquata ratio elicienti illum effectum; sed virtus supernaturalis est adæquata ratio continendi visionem beatam: ergo. Mai. est per se nota, etiam apud Adversarios. Min. autem probatur. Effectus adæquatè supernaturalis debet contineri in virtute adæquatè supernaturali; sed visio beata est adæquatè supernaturalis: ergo virtus & ratio adæquata illius contentiva debet esse supernaturalis: tum sic; sed potentia intellectus, & virtus illius est adæquatè naturalis: ergo visio beata non præcontinetur adhuc inadæquatè in virtute, & potentia intellectus. Min. subsumpta cum consequentia constat, & mai. probatur. Tum quia res ordinis inferioris nequit sua virtute continere actum ordinis supe-

rioris: sicut comburere nequit contineri in natura inferiori ad ignem: tum quia de ratione entis supernaturalis est quod sit supra exigentiam, & activitatem entis naturalis; sed quod continetur in virtute naturali, non est supra activitatem illius, quia ad hoc in illa continetur, neque supra exigentiam; quia omnis virtus activa suam operationem exigit, alias frustra daretur: ergo.

Aliter formaliter hæc ratio. Virtus adæquatè naturalis se ipsa solum est ratio elicienti effectum naturalem; sed virtus intellectus est adæquatè naturalis: ergo se ipsa solum est ratio elicienti effectum naturalem. Tunc sic; sed nihil est in visione beata naturale; cum sit adæquatè supernaturalis, ut nobiscum supponunt Adversarij: ergo nihil est in illa, quod ab intellectu ratione sui eliciatur: tota ergo ratio illam elicienti est supernaturalis habitus, qui adæquatè supernaturalis est.

Prima huius rationis solutio adhibetur ex P. Suarez dicendo: quod licet effectus supernaturalis non possit contineri in virtute naturali tanquam in causa principali, quæ sui effectus perfectionem adæquate debet; bene verò tanquam in causa instrumentali: & hoc modo concurrunt potentia naturalis ad actus supernaturales. Sed hæc solutio communiter displicet Theologis, etiam domesticis, & rejicitur primò. Quia potentias vitales elicere operationes supernaturales non tanquam instrumenta Dei, sed tanquam causæ principales; efficacissimè probatur à Thomistis: tum ex eo quod causæ instrumentales, non operantur sibi, sed principali, cui deserviunt: sed intellectus creatus, sibi videt Deum, dum videt: & voluntas sibi eum diligit: ergo. Tum, quia causam instrumentalem dum operatur, non se movet, sed parè movetur; sed potentia vitales verè se movent elicienti actus supernaturales: ergo. Tum quia instrumentum, ut tale, non operatur ut dominus, sed ut deserviens princi-

Aliter
proponit
ead. ratio.

II
Respon.
Suar. & al.
i. ihppuz.

pali; sed voluntas, dum operatur actum charitatis, operatur illum, ut illius domina; quod est manifestum in actibus, quos libere elicit: ergo. Tum quia de ratione causæ instrumentalis; ut talis, est quod non operetur per virtutem propriam, sed per virtutem agentis principalis; at iuxta P. Suarez, dum potentia vitales influunt in actus supernaturales, per virtutem propriam influunt: & hoc adeo verum existimat quod iudicet nunquam posse verificari; quod potentia vitalis propriè, & per se agat, per supernaturalem virtutem: ergo. Tandem, quia esse causam instrumentalem, aut principalem, communiter reputatur ab Advers. pro quæst. de nomine: ergo ex illius resolutione, nihil potest deduci quod ad rem, de qua agimus, conducatur.

Impug. 2.
ca. solut.

Secundo rejicitur eadem solutio. Quia admittendo quod potentia vitalis concurrat per modum instrumenti ad actus supernaturales, adhuc non sequitur, quod naturalis potentia se ipsa sit præcontentiva effectus supernaturalis: ergo. Assumptum probatur. Tum quia, licet effectus possit excedere causam illius instrumentalem, non potest tamen excedere virtutem causæ principalis, quæ instrumento tribuit ut producat effectum: unde licet per semen arboris, possit produci arbor illo perfectior, non tamen potest produci animal; sed actus supernaturalis, non solum excedit quamcumque potentiam naturalem, sed etiam quamcumque illius innatam virtutem, quæ etiam naturalis est: ergo. Tum quia, licet Sacramenta sint causæ instrumentales gratiæ, constituuntur in esse talium non per virtutem innatam, sed per supernaturalem superadditam, quod expressè docet D. Thomas 3. part. quæst. 62. art. 4. & quæst. 78. art. 4. addit quod oppositum asserere derogat dictis SS. PP. & dignitati Sacramentorum novæ legis: ergo.

12
2. Solut.

Dices secundo cum alijs: quod in actibus supernaturalibus, & est

ratio vitalitatis, & ratio supernaturalitatis: secundum primam rationem nihil explicat ratione cuius non possint per virtutem innatam intellectus produci: quare sub ea producuntur: non autem sub ratione supernaturalitatis, secundum quam explicat improportionem, ut à virtute innata producantur. Quæ solutio dupliciter explicari potest. Primò, ita quod licet intellectus per virtutem sibi innatam non producat nisi vitalitatem actus supernaturalis; per virtutem autem supernaturalis auxiliij, verè & propriè producat illius supernaturalitatem; adeo ut verum sit, quod intellectus tanquam causa per se utrumque producat, licet vitalitatem ratione sui, supernaturalitatem autem, ratione supernaturalis virtutis superadditæ: in quo sensu, non possunt uti prædicta solutio Patres Societatis, sed attribuitur aliquibus ex Antiquioribus Thomistis.

Aliorum
Atiq. ad
rat.

Aliter ab alijs explicatur: qui licet cum prioribus convenient, in eo quod intellectus ratione propriæ virtutis non producat nisi vitalitatem actus supernaturalis, addunt tamen, quod conceptum differentiali supernaturalitatis non producit intellectus per se, nec propria, nec aliena virtute, sed solum determinativè. Ita ut licet sit verum, quod intellectus cum supernaturali virtute actum, ut supernaturalem operetur; falsum tamen est, quod ratione illius operetur: sicut licet sit verum, quod intellectus cum specie impressa intellectionem operetur, falsum tamen est, quod intellectus ratione speciei operetur: in quo sensu attribuitur hæc solutio P. Vazquez, & aliquibus alijs familiæ eiusdem.

Explicatio
eiusd.
solut. ex
R.R.

Solutio ista, secundum id in quo utraque explicatio convenit, impugnat ab aliquibus ex eo, quod vitalitas actus supernaturalis non est vitalitas utcumque, sed identificata cum supernaturalitate; ac proinde supernaturalis: ergo im-

13
1. Impugnatio
solut. impugnatæ

plicat quod intellectus ratione sui producat vitalitatem, quin producat supernaturalitatem. Probant consequentiam: quia causalitas physica ad entitatem rei, prout physicè est in se, terminatur; & non secundum nostros conceptus. Sed quamvis impugnatio ista, fortassis sit efficax contra Jesuitas, qui huiusmodi præcisionem in causando inter omnino identificata, ex capite identitatis negant, ut inter entitatem actus peccaminosi, & illius malitiam (si identificata ponantur) inter motum claudicationis, & eius obliquitatem, & his similia; tamen apud Thomistas, qui has, & similes præcisiones admittunt; ita quod non obstante identitate inter entitatem peccati, & illius malitiam, entitatem dicunt produci à Deo, & non malitiam; & pariter quod motus sub ratione vitalis producitur ab anima, & non sub ratione obliquitatis; difficillimè ex hoc principio contra Adversarios probatur.

14.
Aliter i.
impugnatio
paratur.

Quare, impugnatione ex hoc cap. omissa, ex alio, secundum id, in quo convenit utraque solutio, impugnanda est. Primò. Quia licet ratio vitalitatis, ut à naturali, & supernaturali præscindens, non explicet aliquid, ratione cuius repugnet, à virtute innata intellectus produci, tamen nec etiam explicat aliquid, ratione cuius possit ab ea produci: ergo quatenus est ex parte illius conceptus, præscindit à producibilità, vel improducibilità, per virtutem innatam intellectus, eritque determinatè producibilis, vel improducibilis iuxta qualitatem differentie, per quam contrahitur. Consequentia constat, & antecedens probatur: quia sicut ratio illa in sui præcisione, non explicat supernaturalitatem, ratione cuius improducibilis est, per virtutem innatam potentie naturalis, ita neque explicat naturalitatem, ratione cuius, est positivè ab ea producibilis per virtutem innatam: ergo in ea præcisione, præscindit à producibilità, vel improducibilità per virtutem innatam potentie naturalis.

Explicatur hoc. Vitalitas, quæ est ratio specificativa potentie naturalis vitalis, non est vitalitas supernaturalis, neque vitalitas à naturali, & supernaturali præscindens, sed vitalitas determinatè naturalis: immò non qualicumque, sed determinatè speciei, qualis & potentia fuerit: sicut, & potentia naturalis, non est vitalis vitalitate supernaturali, neque vitalitate à naturali, & supernaturali præscindente, sed determinatè naturalis, & talis determinatè speciei: ergo quod est producibile à potentia vitali naturali, debet esse vitale vitalitate determinatè naturali: tum sic; sed talis non est conceptus ille vitalitatis, sub quacumque præcisione consideretur: ergo sub nulla potest à potentia vitali naturali produci.

Urgetur hoc. Nam sicut in intellectione supernaturali, reperitur conceptus intellectionis vitalis, qui à naturali, & supernaturali præscindit, ita in volitione supernaturali reperitur conceptus actionis vitalis, ab affectiva, & intellectiva præscindens; & in Divina intellectione, reperitur conceptus intellectionis, à creata, & increata præscindens; & in visione sensitiva conceptus cognitionis à materiali, & immateriali præscindens: quæ prædicata, præcisiivè accepta, nullam profecto repugnantiam explicant, ut ab intellectu creato producantur: in eo namque, & in ejus actione omnia ista prædicata reperiuntur; & tamen ex hoc non sequitur quod intellectus creatus, per virtutem sibi innatam possit producere, aut volitionem secundum conceptum actionis vitalis, aut intellectionem divinam, secundum conceptum intellectionis, aut visionem sensitivam, secundum conceptum cognitionis: ergo pariter, quamvis in actu supernaturali reperiatur conceptus actionis vitalis, qui à naturali, & supernaturali præscindit; non sequitur, quod prout sic, possit ab intellectu naturali per virtutem sibi innatam produci.

Fortius
roboratur
doctrina.

15 Et huius ratio à priori ea est, *Ratio à priori doct. da- ra.* quam supra dub. 1. insinuavimus. Nam quando gradus aliquis communis, per differentiam est determinatus, non specificatur à ratione illa communi, quæ in sui abstractione, & si esset prout sic subsistens, posset ei competere, sed ab illa, ut iam per aliquam differentiam sibi correspondentem determinatur; quare quamvis illa ratio communis, si in sui abstractione esset per se subsistens, à simili ratione communi abstracta specificaretur: ut si daretur potentia aliqua vitalis, sic existens sine aliqua determinatione ad intellectivam, & volitivam; pro actu proprio, & specificativo haberet actionem vitalem, sic pariter præcissam; ac proinde posset producere conceptum actionis vitalis, tam repertum in volitione, quam in intellectione; tamen dum potentia illa sic abstracta non datur, sed per aliquam differentiam determinata; ratio formalis, & effectus illi correspondens debet esse simili differentia determinatus, nec poterit illum producere, nisi ubi propria differentia determinatum invenerit; quod & exemplis supra adductis est manifestum: potentia ergo intellectiva in homine reperta, non à ratione intellectioneis ut sic specificatur, sed ab ea, prout subest tali differentia: unde neque eam prout sic producere potest, sed prout stat sub tali differentia. Hæc autem est determinatio illius secundum quod est intellectio naturalis: ubi ergo differentiam naturalitatis non invenit, qualiter non invenit in visione beatâ, nihil inveniet producendum.

16 *2. Impug. ead. solut.* Secundò eadem solutio, prout primo modo explicatur, rejicitur. Quia si intellectus per sua naturalia produceret conceptum illum actionis vitalis, & per habitum supernaturalis; Deus pariter, prout Author naturæ, unò concursu produceret conceptum illum communem, & prout Author supernaturalis,

alio conceptum differentialem supernaturalitatis; sed hoc est inconveniens: ergo. Mai. conceditur ab illis Authoribus, & infra constabit: Min. autem probatur. Nam sine dubio primus concursus esset superfluous; quod sic ostenditur. Concursus Dei, ut supernaturalis Authoris sufficiens est ad producendum actum illum, non solum secundum rationem differentialem, sed etiam secundum rationem genericam: sicut unicus concursus Dei, ut supernaturalis Authoris sufficiens est ad producendum gratiam habitualem, non solum secundum rationem differentialem supernaturalitatis, sed etiam secundum rationem genericam qualitatis; neque ad hanc rationem producendam aliquis Theologorum requisivit alium concursum Dei, ut Authoris naturæ: ergo pariter, & cætera.

17 Tertiò rejicitur specialiter prout secundo modo explicatur. *3. Impug. ead. solut. ut 2. modo explic:* Tum, quia idèò actus supernaturalis secundum rationem illam communem habet procedere, & per se, à potentia vitali, quia prout sic est vitalis; de ratione autem vitæ est quod à principio intrinseco procedat; at etiam secundum ultimam differentiam est vitalis vita supernaturali, & participata à Deo: verè enim beatus videndo Deum, vivit vita propria Dei, proprietate connaturalitatis: ergo non solum secundum rationem genericam, sed etiam secundum rationem differentialem supernaturalitatis debet propriè, & perse à potentia procedere. Tum etiam, quia licet oppositum ægre posset substineri in visione beatæ, in actu ramen meritorio præmij supernaturalis est omnino intolerabile: nam actus iste petit procedere à libero arbitrio, prout meritorius est; aliter liberum arbitrium non mereretur, nisi tantum improprie; sed non est meritorius secundum rationem communem à naturali, & supernaturali præscindens; sed determinatè, prout est supernaturalis; nam non aliter habet proportionem cum præmio: ergo prout super-

naturalis, debet à libero arbitrio, potentiaque vitali procedere. Tandem quia modus iste concurrenti in rationem communem, & non differentialem, constituit potentiam naturalem causam partialem, non solum partialitate causæ, sed etiam effectus; sicut sunt duo portantes navim; quod in visum est alijs Recentioribus.

18

Solut. P. Suar.

Qua propter P. Suarez, quem magis communiter imitantur alij eiusdem familiæ, asserit, quod potentia naturalis, non solum producit vitalitatem actus supernaturalis, sed & illius supernaturalitatem, identicè quidem, & sub ratione vitalitatis, Et quia si ratio ista procederet à potentia, ratione supernaturalis habitus, non procederet ab ipsa, (ut hic Author existimat) per se, sed per accidens, & purè denominativè; idè asserit, quod procedit à potentia, ratione virtutis innatæ: cum quo tamen salvare contendit supernaturalitatem actus, quia procedit à potentia naturali, per modum potentiæ obedientialis activæ, improporcionatæ, incompletæ, & dependentis à concursu Dei sibi in debito.

19

Rejicitur multipliciter solut.

Sed hæc solutio peior est præcedentibus, & aut sibi contradicit, vel impropria usurpatione vocum occultare intendit id ipsum, quod asserit: qua propter & quia Adversariorum mentem, & doctrinam, magis exprimit; acuratius impugnannda est. Primò. Quia virtus innata sive intellectus, sive voluntatis (quamvis obedientialis vocetur) verè est virtus naturalis: ergo effectus qui ab ea producit, secundum omnem sui formalitatem est effectus naturalis. Antecedens conceditur, & consequentia probatur. Primò. Quia ens supernaturale est supra exigentiam, & activitatem virtutis naturalis; quod saltem verificari debet de virtute adæquata, & illius secundum omnes formalitates causativa. Undè D. Thomas 1. 2. quæst. 6. art. 5. asserit, quod aliquid dicitur naturale dupliciter: uno modo quod est

à natura; sicut à principio activo, sicut calefacere est naturale igni, &c.: ergo vel visio beata est purè naturalis, vel nequit illo modo procedere à potentia naturali. Secundò, quia voluntas, & intellectus secundum omnem suam innatam virtutem proveniunt à Deo Authore naturæ: ergo illorum operatio provenit etiam adæquatè à Deo Authore naturæ. Patet hæc consequentia, quia quod est causa causæ, est causa causati. Undè D. Thomas 1. part. quæst. 105. art. 5. & quæst. 3. de potentia art. 7. probat quod Deus est causa efficiens omnium actionum, & effectuum creaturarum, quia eis dedit virtutem agendi. Tum sic; sed actio proveniens à Deo, tanquam ab Authore naturæ, est naturalis: neque enim aliter Deus, prout Author naturæ, differt à se ipso ut supernaturali Authore, nisi quia primo modo naturales effectus, secundo autem modo operatur supernaturales: ergo.

Nec refert, si dicas huic probationi, quod licet virtus innata potentia sit à Deo, ut Authore naturæ, utitur ea, ut supernaturalis Author, tanquam instrumento ad effectus supernaturales producidos: effectus autem instrumenti, potius attribuitur eo utenti, quam instrumentum facienti; sicut scissio artificiosa potius attribuitur fabro lignario ferra utenti, quam ferrario illam facienti. Non, inquam, refert. Nam potentiam viralem non esse verè, & propriè instrumentum in ordine ad actus supernaturales iam supra probavimus. Et licet oppositum admitratur, adhuc solutio est insufficiens; quod sic ostenditur: nam licet effectus instrumenti potius attribuatur causæ conferenti illi virtutem, & eo utenti, quam causæ illud purè facienti, ut exemplo adducto convincitur; potius tamen debet attribui causæ conferenti illi virtutem, licet eo non utatur, quam causæ eo purè utenti: potius enim attribuitur productio arboris alteri arbori, ex cuius

Solut.

præcedentis impug. & eius redargutio.

ius femine producitur, quam illo femine utenti, illudque seminanti: undè effectus ille naturalis, & non artificialis dicitur, ut videre est apud D. Thomam quæst. 5. de potentia art. 5. ad 8.: ergo effectus potentia obedientialis potius attribuendus esset Deo, ut Authori naturæ, virtutem tali potentia conferenti, quam ut Authori supernaturali, licet admittamus quod prout sic posset ea uti.

20 Tertiò impugnatur eadem solutio: quia actus qui procedit à virtute potentia naturalis, tanquam à virtute proportionata, & completa, est actus naturalis; sed iuxta prædictam solutionem sic procederet actus visionis Dei à virtute potentia intellectiva: ergo. Mai. ab ipsis conceditur, qui hac ratione potentiam obedientialem activam improportionatam inchoatam, & incompletam ponunt. Min. autem probatur. Tum quia, illa virtus dicitur proportionata completa, & perfecta in esse virtutis in ordine ad aliquem actum, vel effectum; quæ effectum, vel actum continet, non solum secundum rationem genericam, sed etiam secundum rationem differentialem: nec facile aliam virtutem magis completam, & perfectam invenire poterunt; sed hoc modo continetur iuxta eosdem AA. actus visionis Dei in virtute innata intellectus: ergo. Tum quia, illa virtus dicitur proportionata, & completa in ordine ad aliquem effectum, cui nihil virtutis ad illius productionem deficit; sed virtuti innatæ intellectus nihil virtutis deficit ad producendum visionem beatam: neque enim iuxta eos donum supernaturale aliquid virtutis confert intellectui, per quam operetur: ergo. Tertiò, quia virtus, à qua sola potest procedere effectus accedente solo Dei concursu simultaneo, completa est in ratione virtutis; at talis etiam est in eorum principijs virtus innata intellectus in ordine ad visionem beatam: ergo. Min. constat, nam asserunt posse visionem beatam ab intellectu

procedere sine ulla elevatione intrinseca. Mai. autem probatur. Nam concursus simultaneus nihil ponit ex parte actus primi, seu virtutis productivæ, sed est tantum actio, Dei, qua producit effectum: ergo.

Nec refert si dicas, quod virtus illa dicitur improportionata, & incompleta, quia operari non potest sine concursu Dei illi in debito; & talis est virtus intellectus ad producendos actus supernaturales. Non, inquam, refert: Tum quia si concursus Dei, non est aliquid requisitum ex parte actus primi ad illam virtutem constituendam, qualiter non requiritur apud Advers., defectus illius, non erit defectus alicuius requisiti ex parte actus primi, & virtutis; ac proinde non erit defectus reddens virtutem illam incompletam, & improportionatam in esse virtutis. Tum quia, licet homini non debeatur concursus Dei, ad ipsum, ut Authoreni naturæ, per multum tempus diligendum, & ad observantiam totius legis naturæ pro eodem tempore: hoc enim est specialis gratia, ut nobiscum fatentur Advers., non sequitur quod non habeat virtutem completam, & perfectam saltem physicè, licet non moraliter, de quo non ad præsens: ergo pariter licet potentia illi, non sit debitus concursus Dei ad actus supernaturales eliciendos, si tamen talis concursus nihil virtutis potentia communicat; non infertur potentiam illam, & virtutem esse incompletam.

Ex quo rejicitur etiam aliorum solutio asserentium virtutem innatam naturalis potentia improportionatam incompletamque dici, quia non potest influere in effectum supernaturalem, nisi ut elevata per supernaturalem virtutem. Reijcitur, inquam, ex dictis: nam elevatio ista, aut confert potentia aliquam virtutem, per quam operetur, aut nullam confert? Non primum apud Advers.: tum quia potentia non operatur nisi vitaliter; sed hoc

Inst. cõtra dict. & ei. redargutio.

21 Aliorum solut. ad 1. rat. im pugnat.

iuxta illos non potest facere, nisi per virtutem convenientem ei ab intrinseco: ergo. Tum quia potentia operatur, non tantam denominative, sed etiam proprie, & per se; sed ad hoc etiam requirunt virtutem ab intrinseco: ergo. Tandem, quia si per illam posset constitui potens: ergo vel ad gradum genericum, vel differentialem actus supernaturalis; sed ad hoc etiam est superflua, cum potentia, iuxta ipsos, per suam innatam virtutem ad hoc sit potens: ergo elevatio illa nullam prestat virtutem potentiae. Quod, si ita est, tantum habebit in effectum concurrere, virtutemque potentiae in esse talis, prout antea erat, relinquere: quapropter vel antea erat completa, & proportionata, vel non completur, & proportionatur ratione elevationis. Qui discursus magis constat, si supponatur eorum sententia de elevatione potentiae per auxilium extrinsecum.

§. III.

SECUNDO ALIJS RATIONIBUS probatur nostra conclusio.

22
2. Rat.
pro con-
clusionem.

SECUNDA ratio pro nostra conclusionem, eaque efficacissima sic formatur: quando duae causae concurrunt ad eundem effectum per suas virtutes partiales, licet una operetur cum altera, neutra tamen operatur per alteram; sed potentia naturalis non solum operatur cum habitu supernaturali, sed etiam per illum: ergo potentiae, & habitus non concurrunt ad actum supernaturalem per suas virtutes partiales, sed unica virtus est supernaturalis habitus. Consequentia est bona, & praemissae sunt probandae. Mai. autem probatur primo inductione facta in omnibus alijs causis sic concurrentibus: licet enim verum sit, quod Petrus cum Paulo portat lapidem, quod intellectus cum specie impressa producit intellectionem, quod masculus cum femina generat foetum,

falsum tamen est quod unum per alterum effectum proprium producat. Et ratio huius est, quia praepositio per non solum designat concomitantiam concursus, qualis in omnibus causis simul concurrentibus invenitur, sed etiam effectivam formalem virtutis unius in aliam, ut per illam, tanquam per virtutem, in actu primo constituatur potens effectum producere; quod nec in illis causis, neque in alijs, quae per propriam virtutem concurrunt, verificatur.

23
Min. autem quam Advers. negant, & negare tenentur, probatur primo ex Sacra Script. ex illo Apost. ad Hebr. 12. *Habemus gratiam per quam serviamus placentes Deo.* Et ad Corinth. 3. *Secundum gratiam, quae data est mihi, ut sapiens Architectus fundamentum posui.* Et ad Ephes. 3. *Cuius factus sum ego Minister secundum donum gratiae Dei.* Ad quod etiam faciunt omnes illae auctoritates, quibus supra num. 7. probavimus sufficientiam nostram ad actus supernaturales ex Deo esse; sufficientia enim idem est quod virtus: virtus autem est id, per quod operamur. Secundo probatur min. ex Concilijs: ex Trident. sess. 6. cap. 5. ubi docet homines per gratiam excitantem, & adjuvantem cooperari eidem gratiae. Et ibidem Can. 32. definit, quod hominis iustificati bona opera, fiunt ab eo *per gratiam Dei, & Christi meritum.* Unde Pius V. & Greg. XIII. contra Michaellem Baium prop. 14. definiunt quod opera meritoria fiunt per spiritum adoptionis inhabitantem corda Filiorum Dei. Id ipsum contraditur a D. Aug. pluribus in locis ex quibus duo referemus. Primum habetur lib. 3. contra duas Epist. Pelagian. cap. 3. ubi *Adiutorem volunt esse Deum; non largitorem virtutis; cum Sancti clamant ad illum dicentes: diligam te Divine Virtus mea:* ubi gratiam non solum ut virtutem operantem actum requirit, sed etiam ut virtutem per quam nos operemur. Et de gratia Christi cap. 20. adversus

Pelagium afferentem Deum adiu-
 vare, ut quod per liberum arbitrium
 homines facere iuventur; facilius
 possint implere, sic habet: *Tolle
 facilius, & non solum planus verum
 etiam sanus est sensus.* Idem habe-
 tur apud D. Thomam pluribus in
 locis videatur 1. 2. quæst. 109. ubi
 pluries asserit quod gratia sanat li-
 berum arbitrium, quod præstat illi
 vires, quod per illam possumus id
 quod ex viribus naturæ non possumus,
 & alia his similia; quæ inten-
 tum convincunt.

24
 Ratione
 educta ex
 D. Prosp.
 prob.

Quod & constat manifesta ra-
 tione: nam virtutes supernaturales
 ad hoc dantur, non solum ut cum
 eis operemur, sed eo præcipue, ut
 per eas operemur: tum quia eo di-
 cuntur, & dantur per modum vir-
 tutis, ut explicetur, quod ad ope-
 rationem eius, qui cum eis opera-
 tur, non solum concurrunt per mo-
 dum concausæ; sed etiam per mo-
 dum rationis formalis. Tum quia
 sic constat in habitibus naturali-
 bus operativis, etiam si ab extrin-
 seco per accidens, infunderentur:
 per illos namque verè, & proprie
 homo operatur, & sunt rationes
 formales ex parte principij elicien-
 di operationes, saltem quoadmo-
 dum facilitatis; & delectationis.
 Tum quia hoc ipsum apertè colligi-
 tur ex diffinitione virtutis, qua di-
 citur, quod est *bona qualitas men-
 tis, qua rectè vivitur*: quæ diffinio
 communis est tam virtuti naturali,
 quam supernaturali: ergo utrius-
 que est proprium esse id quo viva-
 mus, & quo vitaliter operemur.
 Qui discursus colligitur ex S. Pros-
 pero lib. 2. de vocat. gent. ubi sic
 habet: *Deus ergo his, quos eligit
 sine meritis, dat unde ornentur &
 meritis: virtutum quippe muneribus
 otiosa esse non possunt: non enim ad
 hoc datur continentia, ut concupis-
 centijs non repugnet, neque ideo cui-
 quam tribuitur sapientia, aut in-
 tellectus ut non die, ut nocte in
 Domini lege meditetur.* Quibus in
 verbis loquitur manifestè de virtu-
 tibus supernaturalibus, quæ solè
 ad rationem meriti conducunt, &

de ipsis stantibus in electis asserit,
 quod non deficit ratio operandi, &
 supernaturaliter merendi.

Nec dici potest omnia ista de-
 bere intelligi de homine operante
 per virtutes non tanquam causa
 per se; sed tantum denominativè,
 & per accidens. Non, inquam, di-
 ci potest. Nam præterquamquod
 oppositum satis constat ex proprie-
 tate loquendi Sacræ Script. & SS.
 PP. quorum verba sine magno in-
 convenienti ad sensus improprios
 adduci non possunt: & præterquam-
 quod oppositum etiam constat ra-
 tionibus insinuat: neque enim
 aliquis Theologorum hucusque in-
 tellexit, quod homo per virtutem
 solum ut causa per accidens; & non
 ut causa per se operetur: præter
 hæc, inquam, obstat quod ex hac
 solutione habetur primo, quod non
 cum maiori proprietate sit verum;
 quod homo operatur actum meri-
 torium per gratiam, quam quod
 aqua per calorem calefaciat. Quo
 exemplo explicant causalitatem per
 accidens, quod, nescio, qua fron-
 te possit concedi. Insuper, & habe-
 tur, quod non cum maiori sanon per
 vires supernaturales ei datas ope-
 rabatur operationes illas mirabiles;
 (& idem est de quolibet alio per Dei
 gratiam supernaturalem operante);
 quam quilibet arteptitus a demo-
 ne, & per eius vires operatur;
 quod neque etiam potest conce-
 di.

Confirmatur primò hæc ratio:
 Licet anima sit ab extrinseco, corpo-
 ri infusa; quia tamen est ei intrinseca
 informativè, corpus per illam verè,
 & proprie constituitur radicaliter
 operativum; & non tantum deno-
 minativè; & per accidens. Et ma-
 gis ad propositum: licet gratia ab
 extrinseco etiam infundatur homi-
 ni; quia tamen est illi intrinseca
 inhæsitivè, verè, & proprie consti-
 tuit hominem principium radicale
 operationum supernaturalium; &
 principium dimanationis supernatu-
 raliū virtutum: quod enim ipsa
 ut quò habet, subiecto apto com-
 municata formaliter tribuit, & ta-
 le

25
 Evali.
 Adv. &
 multiformis re-
 clusi.

26
 Confir-
 i. 2. ratio
 conclusio-
 nis.

le ut *quod* constituit ; sed ipsa ut *quo* est principium radicale , & physicum , in communiori sententia , operationum supernaturalium , & emanationis supernaturalium virtutum : ergo pariter , licet habitus supernaturalis sit homini ab extrinseco infusus ; cum tamen sit illi inhæsiuè intrinsecus , constituet illum principium proximum operationum supernaturalium , ita ut per habitum , tanquam per virtutem , tales operationes , verè , & propriè eliciat . Et ratio eadem est : quia , scilicet , habitus debet præstare homini ut *quod* quod in se habet ut *quos* ; sed in se ut *quo* est principium proximum supernaturalium operationum : ergo .

27
 Confir. 2.
 ead. rat.

Confirmatur secundo. Quando duæ causæ partiales concurrunt ad eundem effectum per suas partiales virtutes , nulla earum , ut reddatur potens , indiget , adhuc connaturaliter , intrinseca informatione alterius ; sed potentia naturalis , ut reddatur potens elicere supernaturalem actum , indiget , saltim connaturaliter , intrinseca informatione habitus : ergo . Min. constat . Quia nisi connaturaliter indigeret intrinseca informatione habitus , adhuc connaturaliter esset potens elicere supernaturalem actum per solam assistentiam extrinsecam ; quod non concedunt Advers. Mai. autem probatur : tum inductione facta in omnibus alijs causis partialibus , per propriam virtutem concurrentibus , ut sunt duo portantes lapidem ; eodemque modo se habent intellectus , & species impressa (de quo posset esse difficultas) ad productionem intellectio- nis . Nam intellectum non indigere adhuc connaturaliter informatione intrinseca speciei ; constat : tum in beatis , qui connaturaliter intelligunt Deum , quin essentia Divina , quæ gerit munus speciei impressæ , illorum intellectum informet . Tum in Angelo , qui se ipsum per suam substantiam connaturaliter intelligit , sine ulla suæ substantiæ informatione . Et illius ratio habetur ex

dictis : nam tunc solum requiritur , quod virtus unius causæ , alteram causam informet , quando illa alia constituitur influens in effectum , per alterius virtutem ; si namque unaquæque per suam virtutem influit , licet una sola non possit totum effectum producere , indigebit quidem concursu alterius , non in causam , sed in effectum .

Tertio principaliter probatur conclusio . Nullus effectus potest esse supra exigentiam virtutis effectivæ , adhuc partialis ; sed actus supernaturalis est supra exigentiam virtutis naturalis : ergo virtus naturalis non potest esse virtus effectiva illius , adhuc partialis . Min. cum consequentia constat , & mai. probatur : tum quia sic est verum in omnibus alijs causis partialibus , in quibus , licet effectus possit excedere perfectionem cuiuscumque earum divisivè , non potest tamen supra illarum exigentiam esse . Constat hoc in intellectu , (exemplo Adversarij communi) licet enim intellectio , quia vitalis excedat in perfectione speciem intelligibilem ; quia tamen in illa inadæquatè præcontinetur , non est supra exigentiam eius : & idem est de reliquis . Tum quia nullus effectus potest esse supra exigentiam suæ virtutis activæ adæquatæ : ergo neque inadæquatæ . Antecedens est certum , & consequentia probatur . Quia idèd causa adæquata exigit suum effectum , quia illum præcontinet , & non stat præcontinere , & non exigere ; sed etiam inadæquata , licet inadæquatè , præcontinet effectum : ergo .

Dices : quod causa totalis , & adæquata , cum se sola , & independenter ab alio principio sibi in debito contineat effectum , connectitur cum illo : & idem est de causa partiali , quæ , licet non se sola , dependenter tamen ab aliquo principio sibi debito continet effectum ; & talis est intellectus respectu intellectio- nis , quia eam præcontinet dependenter ab specie impressa sibi debita . At causa partialis , quæ non se

28

3 Probi
conclus.

29

Effugium
Advers.
ad 3. rat.

se sola, nec dependenter ab aliquo principio sibi debito, & eiusdem ordinis, & sibi in debiti, præcontinet effectum; non est necesse quod cum illo concedatur absolute, sed solum ex suppositione talis principij: & talis est potentia naturalis in ordine ad actus supernaturales.

30
Ocludi-
tur effug.
1.

Sed contra primo, quia omnis causa partialis activa exigit alteram concausam ad producendum effectum; sed nulla virtus naturalis potest exigere virtutem supernaturalem: ergo nulla virtus naturalis potest esse causa partialis activa ad producendum effectum cum virtute supernaturali. Mai. in qua est difficultas, probatur. Tum quia sic constat in omnibus alijs causis partialibus: intellectus enim exigit speciem impressam, & e converso, ad producendam intellectionem: tum quia causa efficiens adæquate continens effectum exigit concursum Dei ad illius productionem, ut ipsi fatentur: ergo & causa partialis exigit alteram concausam. Patet consequentia: nam ideo primum est verum, quia alias frustra esset continentia effectus in causa totali completa, si ei non esset connaturalis, & debitus concursus Dei ad illum producendum; sed etiam frustra esset continentia inadæquate effectus in causa partiali, si non esset ei debitus concursus alterius concausæ: ergo. Tum: nam quia lumen, & si non vitale, producit totam visionem sub ratione supernaturalis; non potest esse illi indebitus concursus intellectus in eandem visionem sub ratione vitalis: ergo pariter.

31
Oclud. 2.
rale effugium.

Secundo impugnatur eadem solutio. Quia repugnat quod anima sit virtus radicalis effectiva habitus supernaturalis, adhuc inadæquate, & in consortio gratiæ: ergo & quod potentia naturalis sit virtus proximè effectiva actus supernaturalis, adhuc inadæquate, & in consortio supernaturalis habitus. Antecedens est communis sententia Theologorum cum D. Thoma 2. 2. quæst. 24. art. 2. con-

sequentia autem probatur. Tum, quia nullum potest assignari principium, cur repugnet animæ partialiter radicare habitum supernaturalem; quod etiam non probet repugnare partialiter proximè influere naturalem potentiam in supernaturalem actum. Tum & præcipuè ad propositum: quia si stat cum supernaturalitate amoris Dei, quod voluntas sit causa efficiens partialis per propriam virtutem, & sine exigentia illius, quia non potest illum producere sine alio principio sibi in debito, scilicet, sine charitate; eadem ratione stabit supernaturalitas habitus, & si partialiter radicaretur in animas quia, nimirum, hæc radicatio, cum esset dependens à concursu gratiæ animæ in debito, non faciet talem habitum non esse supra exigentiam animæ. Immo eadem ratione poterit dici, quod, non obstante supernaturalitate actus, poterit à virtute naturali potentiæ, tanquam à causa adæquata procedere, cum dependentia tamen ab habitu supernaturali, tanquam à pura conditione illius; quæ est sententia Baconij: quia nimirum, quamvis potentia naturalis esset illius causa adæquata, si tamen ad illius productionem indigeret habitu supernaturali sibi in debito; & si per modum puræ conditionis, faceret talem actum non esset debitum potentiæ, sed supra exigentiam illius: quod communiter reputatur absurdum.

32
Oclud.
effug.

Tertio impugnatur. Quia ex eadem solutione pariter sequeretur non repugnare, quod aliquod ens purè naturale, sit virtus dispositiva proxima, saltem inadæquata ad aliquam formam supernaturalem consequens sapit Pelagianismum: ergo. Sequela autem probatur. Ideo repugnaret, quia dispositivè exigit formam, ad quam præparat; sed licet hoc verum sit de dispositione adæquata, falsum tamen esset, (iuxta datam solutionem) de dispositione inadæquata, & quæ ad munus dispositionis exercendum,

requireret aliquod aliud principium supernaturale, & sibi in debitum: ergo. Explicatur hoc: ideo potest excogitari iuxta Advers. virtus effectiva actus supernaturalis, sine illius exigentia, quia talis virtus esset inadæquata, & in sui productione dependens ab alio principio effectivo supernaturali ab illa non ex actò: ergo idem poterit dici de virtute dispositiva naturali inadæquata, in ordine ad formam supernaturalem. Quod confirmatur. Plus debet conformari cum forma virtus effectiva illius, quam dispositiva: ergo si possibilis est virtus effectiva naturalis inadæquata supernaturalis effectus; etiam erit possibilis virtus dispositiva naturalis inadæquata respectu illius. Antecedens probatur: quia virtus effectiva, præcontinet effectum; dispositiva autem non præcontinet, sed tantum subiectum ad illum coaptat: quare anima rationalis, quæ spiritalis est, dependet ab aliquo corporeo per modum dispositionis; cum tamen non possit ab illo dependere per modum principij effectivi; adhuc inadæquati: ergo.

Evasio, & reclus.

Nec refert, si dicas, quod virtus dispositiva per se ipsam habet munus dispositionis; neque ad id elevari potest: at virtus effectiva potest elevari ad effectivè producendum: non est autem inconveniens quod aliquid naturale possit ex elevatione aliquid supernaturale producere. Non, inquam, refert, nam potius ex hac solutione fit arg. Si nanque respectu formæ supernaturalis non potest aliquid naturale habere virtutem dispositivam elevabilem, adhuc ex suppositione conjunctionis cum alia forma supernaturali: ergo nec potest habere virtutem effectivam etiam elevabilem adhuc pro casu eiusdem conjunctionis. Probatum consequentia. Tum à paritate: tum quia sicut rei naturali, altera forma supernaturali ei coniuncta, nihil præstat, ratione cuius disponat, sed ipsa per suam entitatem habet dis-

ponere; ita neque altera concavitata supernaturalis, causæ partiali naturali adiuncta, aliquid præstat, ratione cuius ad supernaturalem effectum concurrat, sed semper illum per suas vires innatas operatur.

Tandem probatur conclusio. 33

Quia si intellectus, v. g. per vires sibi innatas, influit in visionem beatam; qua vitalis, tantum influit in illam, quantum in aliam cognitionem naturalem; sed hoc est falsum: alias sicut cum solo influxu intellectus, & speciei producitur tota naturalis cognitio, sine alio principio producente specialiter illius naturalitatem, pariter cum solo concursu intellectus, & speciei, producitur supernaturalis visio Dei, sine alio principio producente supernaturalitatem: ergo. Mai. autem probatur primò. Quia sicut intellectus totam cognitionem naturalem producit solum sub ratione vitalis, ita totam visionem Dei, etiam illius supernaturalitatem, producit pariter sub ratione vitalis: ergo tantum influit in unam; quantum in alteram. Secundò. Quia intellectus id influit in cognitionem naturalem, quod sufficit, ut per aliam constitutur vivens, non solum vita ut sic, sed determinat speciei; sed hoc etiam influit in visionem Dei: nam beatus vivit per illam, non solum vita ut sic, sed vita supernaturali, huius determinatæ speciei, scilicet, Divinæ per participationem: ergo. Ex quo infertur adductum inconveniens: Nam quia intellectus sic influit in naturalem cognitionem, quod influat in illam, quantum necesse est, ut per illam vivat vita naturali, & determinatè speciei; non est necesse, quod ad illam concurrat aliud principium, specialiter producens illius naturalitatem; ita pariter si sic influit in visionem Dei, non erit necessarium aliud principium illius supernaturalitatem producens.

Ult. probat. conclusio.

§. IV.

SOLVUNTUR ARGUMENTA
ab auctoritate.24
Primo se-
ries argu-
ment.

Contra hanc conclusionem
omissis pluribus auctoritati-
bus Sacrae Scripturae, quas conge-
rit P. Ripalda disp. 30. de ente super-
naturali, quia ut bene dicit P. Oviedo,
eis solum probat, quod potentia
naturales active concurrant ad
supernaturales actus, quod ut cer-
tum de fide ab omnibus admittitur,
& solum est controversia; qua vir-
tute ad id concurrant; an propria, &
innata; an solum supernaturali?
de quo nihil apud illas auctoritates
determinatur; solum obijciemus eas,
quas praedictus Oviedo efficaces
reputat, eisdem verbis, & ponde-
rationibus, quibus ab eo obijciun-
tur.

1. Arg. ex
Apost. &
PP. Aug.
Greg. &
Bernar.

Sic ergo obijcit tract. 1. con-
troversia 6. punct. 1. Primum testi-
monium desumo ex Paulo II. ad
Corinth. 15. *abundantius illis omni-
bus laboravi, non ego autem, sed gra-
tia Dei mecum*: quod accepit Apost.
Sapientiae 9. *mitte illam de Coelis, ut
mecum sit, & mecum laboret*, id est
non ego solus, nec gratia sola, sed
gratia Dei mecum. Sic intellexit
praedicta verba D. August. de grat.
& libero arbitr. cap. 5. ubi sic habet:
*Ne ipsa voluntas sine gratia Dei pu-
tetur aliquid boni posse, continuo,
cum dixisset, gratia eius in me va-
cua non fuit, sed plus illis omnibus
laboravi; subiungit, & dicit: non
ego autem, sed gratia Dei mecum;
ac per hoc, nec gratia Dei sola,
nec ipse solus, sed gratia Dei cum
illo.* Consonat Bern. de gratia, &
libero arbitrio circa finem, ubi sic
habet: *Non autem, ego ait Apost., sed
gratia Dei mecum. Potuit dicere per
me: sed quia minus erat, maluit
dicere mecum, praesumens se non so-
lum operis esse Ministrum, sed operan-
tis quodammodo socium per consen-
sum.* Consonat D. Greg. lib. 16. mo-
ralis, cap. 12. haec dicens; *quia se-
cum aliquid invenit cum gratia, ad-
iungit; sed gratia Dei mecum: non*

*enim diceret mecum, si cum proce-
niente gratia liberum arbitrium non
haberet. Ut tamen sine gratia nihil
esse ostenderet, ait; non ego: ut
vero secum gratiam operaturam ef-
ficeret per liberum arbitrium demon-
straret, adiunxit: sed gratia Dei
mecum.* Haec omnia, prosequitur
assignatus Author, clarissime ex-
primunt nostram conclusionem. Si
enim liberum arbitrium in actus vo-
luntatis non influeret; gratia sola
diceretur illos producere, & ope-
rari: & dicere non potuisset Apost.
gratia Dei mecum, nec Paulus esset
aliquomodo socius Dei operantis
per consensum, ut ait Bern. nec
potuisset dicere secum gratiam ope-
ratam fuisse per liberum arbitrium,
ut iuxta expositionem Gregorij ip-
se testatus est verbis illis: *sed gra-
tia Dei mecum.* Sic praedictus Au-
thor.

Ad hoc arg. resp. quod testi-
monia ista non amplius convincunt,
quam ea quae adducuntur a Ripal-
da, quae iuxta ipsum Oviedo so-
lum probant concursum activum
potentiarum naturalium in super-
naturales actus. Unde nec gratia
sola, nec potentia naturalis solas;
sed gratia cum potentia naturali
supernaturales actus operatur; quod
omnes fatentur. Quod autem po-
tentia naturalis per virtutem sibi
innatam simul cum gratia opere-
tur actus supernaturales (in quo
consistit sententia), ex praedicto tes-
timonio, & expositionibus SS. PP.
nullo modo colligitur. Quare non
magis sunt ad propositum quam
alia testimonia, quae ipse imperti-
nentia iudicavit in P. Ripalda. Si-
cut si quis diceret, quod non ani-
ma sola; nec intellectus solus, sed
anima cum intellectu in naturalem
intellectionem concutrit; verè qui-
dem diceret: quia intellectio ab utro-
que active concurrente procedit.
Quod si ex hoc inferret; quod ani-
ma per distinctam virtutem, ab ea
qua producit intellectus, efficit in-
tellectionem; malè in principijs
D. Thomae inferret: iuxta quae, li-
cet utrumque active concurrat, per
ean-

35

Solut. 1.
arg. & in-
effic. ad
int. tes-
tim. PP.

eandem virtutem proximam concurrat. Idem ergo, proportionem servata, dicimus de naturali potentia, quod licet activè concurrat, & gratia pariter activè concurrat ad supernaturalem actum, ideoque venificetur quod gratia Dei nobiscum concurrat, nam per hoc solum simultas concursus significatur; at tamen virtus, ratioque concurrendi in utroque, una est, eaque supernaturalis, quæ est gratia, sicut effectus supernaturalis pariter est.

36. Quibus addi potest primo, quod prædicta verba Apost. sic ibidem leguntur à D. Christof. : *non ego autem, sed gratia, qua in me est: ubi licet libero arbitrio concursus activus non denegetur; negatur tamen virtus propria, ratione cuius concurrat, & refertur gratiæ. Secundo, quod eadem verba explicantur à D. Thom. loc. cit. lect. 1. de gratia præveniēti, cui per sufficientem cooperamur: sic enim habet: Non autem ego solus operor, sed gratia Dei mecum, qua movet voluntatem ad hoc: Deus enim non solum infundit gratiam, quæ nostra opera fiunt grata, & meritoria, sed etiam movet ad bene utendum gratia infusa; & hæc vocatur gratia cooperans. Tertiò, quia ibi Apost. sibi negat meritum laboris, illis verbis: non autem ego, illud quæ attribuit gratiæ, illis sed gratia Dei mecum; sed non denegat sibi, quia ipse solus sine adiutorio gratiæ non laborabat, quia propter eandem rationem poterat etiam illud gratiæ denegare: nam hæc etiam, sine libero arbitrio nihil facit: restat ergo quod intelligamus, hoc dixisse Apost. quia licet ipse ad talia opera effectivè concurreret, virtus tamen unica, qua id faciebat, erat gratia, qui discursus similis est alteri quod supra num. 6. ex D. Aug. retulimus ad illa verba non est volentis, neque currentis.*

37. Secundo objicies ex Trident. sess. 6. cap. 5. ubi hæc habet verba: *Per eius excitantem atque adiuvantem gratiam, ad convertendum se ad suam ipsorum iustificationem, et*

dem gratiæ libere assentiendo, & cooperando disponantur. Et ibidem Can. 4. sic. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium, à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, nec posse dissentire si velit, sed veluti inanime quoddam, nihil omnino agere, neque passivè se habere. Anathema sit. Quibus in verbis, docet in primis Concilium hominem cooperari gratiæ Dei: ergo non sola gratia activè operatur, sed etiam homo, ut à gratia distinctus. Insuper & docet, non merè passivè se habere, sed omnino agere: ergo non solum operatur activè habitus, quia si ille solus activè operaretur, homo merè passivè se haberet.

Ad hoc arg. quod ut Achillem sententiæ suæ obijciunt Advers. respondetur, quod in illis auctoritatibus nihil aliud continetur, aut ex eis aliud deducitur, nisi quod homo in ordine supernaturali operatur, & quod cooperatur gratiæ Dei; quod est activè concurrere, & non merè passivè se habere; quod nullus Catholicorum negat. Quod autem cooperetur, & operetur per virtutem sibi innatam, & non per virtutem gratiæ, non determinatur: immò potius oppositum deducitur: totus namque concursus activus hominis, in eo consistit; & cooperetur gratia Dei; sed ut constat ex verbis primo adductis, homo consentit, & cooperatur gratiæ per ipsam gratiam: non ergo præstat concursum activum, per vires sibi innatas. Pariter in secundo test. Solum definitur, quod liberum arbitrium non se habet merè passivè, ut dicebat Lutherus, sed activè concurrere, & cooperari: non necessario, ut assererat Calvinus, sed libere, & cum potestate antecedenti ad dissentiendum Divinæ vocationi. Quod autem talem concursum activum præster liberum arbitrium per vires sibi innatas, nullatenus ex Concilio deducitur.

Solus
2. argum.
expō. In
dent.

38
Multipli-
citer so-
lut. impe-
tius.

Sed contra hanc solutionem instant. Nam in prædictis authoritatibus eam sententiam damnat Concilium, quam Calvinus defendebat; at defendebat Calvinus gratiam esse totam virtutem agendi, quod & probabat ex illo Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere*; & ex illo ad Rom. 9. *Non est volentis, neque currentis, sed Dei misereantis*, ex quibus verbis, eodemque discursu suam conclusionem probabat, concursusque partiales rejiciebat, quo & nos probavimus. Insuper & eandem adducit expositionem ex D. August. ut videre est apud P. Maldonatum, ad illum locum Ioan. & apud Stapletonium in Antidoto ibidem & loc. cit. ad Rom: ergo sententia ibidem damnata à Concilio est sententia tribuens gratiæ totam virtutem agendi.

1. Confir.

Quod confirmant primo: nam Calvinus non negavit voluntatem nostram active concurrere ad actus supernaturales, sed solum asseruit, quod tota concurrendi ratio, sit gratia, & nihil à se ipso habere liberum arbitrium: si ergo mentem illius damnavit Concilium, hoc damnavit; quæ est ipsa nostra sententia. Antecedens aperte convincitur illius verbis, quæ refert Cameracius lib. 10. de libero arbitrio cap. 5. quæ talia sunt *non hoc queritur, agat ne voluntas? Quod extra dubium est: sed agat à se ipsa; an pro modo Divina actionis? Quis enim nescit per voluntatem fieri ut velit homo.* Et apud eundem cap. 6. sic: *Homines sic docemus agi Dei gratia, ut simul agant.*

Confir. 2.

Confirmatur secundo; quia eam sententiam ibidem definiuit Concilium, quam ipse Calvinus sibi contrariam iudicavit, & Catholicis attribuebat; sed hæc est quæ concursus partiales naturali potentie per suam innatam virtutem negat, & gratiæ attribuit in supernaturales actus: ergo hanc sententiam definiuit Concilium verbis ipsius, apud eundem Maldonatum ubi supra: *Tale est* (inquit Calvinus) *Papistarum commentum: nos sine*

Christo, nihil posse; eo tamen ad iustos, habere aliquid ex nobis præter gratiam; Christus vero contra pronuntiat, nihil nos posse ex nobis: Palmes, inquit, nullum fructum habet ex semetipso: ergo non tantum cooperantis sua gratia auxilium commendat, sed nos penitus privat omni virtute, nisi quam ipse tribuit vobis.

Confirmatur tertio, in eo sensu Concilium damnavit hæreticos; & definiuit sententiam Catholicorum, in quo & ipsi hæretici definitionem Concilij intellexerunt, & reprobarunt; at intellexerunt per eam damnari, gratiam esse totam virtutem agendi, & definiti naturam per vires sibi innatas ad actus supernaturales concurrere: ergo. Min. probatur ex Kennitió Calvini discipulo sic intelligentis, & explicantis mentem Concilij: *Asserit* (inquit) *Concilium quod in motibus, & actionibus spiritualibus, ex gratia; & ex liberi arbitrij viribus fit una causa efficiens; ita ut ad efficiendos motus supernaturales hæc duo simul concurrant; gratia; scilicet, & naturales vires liberi arbitrij.* Et post pauca sic: *Naturales esse inditas vires aliquas; & facultates qualescumque (suple asserit Concilium) ad res Divinas; seu actiones.*

His replicis actum esse de nostra sententia existimant Advers. sed advertendum illis erat maximam discretionem adhibendam esse in impugnandis hæreticis, ut prætiosum à vili separaretur, & non sub specioso titulo eos impugnandi factis plausibilis in Schola Angelicæ Doctrina damnetur. Neque enim omnia, quæ apud hæreticos reperiuntur, hæretica sunt, sed plura admixcent Catholicæ: quare non ex illorum scriptis, sicut isti facere videntur, discernendum est, quid sit, vel non Catholicum; quasi id omne intelligatur damnatum, quod in eorum scriptis habetur: potius ergo doctrina illorum cum Concilij, & Scriptura conferenda est, & in eo solum intelligenda damnata; in quo ab eis discordat.

Confir. 3.

39
Monitum
Authoris
valde ne-
cessarium

Exposi-
tur Con-
cil. sen-
sus.

Ad propositum ergo, fatemur omnia prædicta à Calvino asserta fuisse, quibus & totam rationem proximam operandi gratiæ tribuebat, & insuper assererat naturam activè, per gratiam, & cum gratia cooperari: fatemur insuper, & in hoc cum nostra sententia convenire; sed undè ostendent ista in Calvino damnata esse? Non ex adducto Canone: quia ibidem solum damnatur quod liberum arbitrium nihil operetur, nihil agat, quod merè passivè se habeat: hoc autem non assererat Calvinus, ut ipsi fatentur, sed Lutherus. Neque hoc etiam constat, quia intentum huius Canonis fuit Calvinum damnare, & hoc reperitur in Calvino: intentum namque Canonis ex ipsius forma constare debet, & non ex doctrina Calvini; apud quem, ut supra diximus, plura Catholica inveniuntur: aliàs etiam damnaretur Calvinus, in eo, quod contra Pelagium, gratiam requisivit ad supernaturales actus, & in eo quod cum hoc componebat liberum arbitrium activè concurrere contra Lutherum. Damnatur ergo Calvinus illo Canone, non quia gratiam totam esse virtutem agendi opera supernaturalia assererat, neque in eo, quod activitatem naturæ per gratiam cognoscebat; sed quia cum hoc non cognovit, talem actionem ab homine liberè procedere, & cum potestate ad dissentendum ipsi gratiæ; quod & significatur illis verbis: *nec posse dissentire, si velit.* Sed in hoc quantum separatur ab omnibus Catholicis ipsi Advers. agnoscunt. Vel damnatur etiam Calvinus eò Canone, quia licet assereret, quod natura per gratiam operabatur; hoc non intelligebat de operatione provenienti à natura propriè, & per se, sicut intelligunt Thomistæ, sed denominative tantum, & per accidens, sicut Advers. intelligunt, & nos ex supra adductis probavimus idem debere concedi ab eis, si per virtutem innatam, intellectus, & voluntas influunt in actus supernaturales; estò aliunde.

non influant sine gratia, sed, ut diximus, non propriè *per gratiam*, & quantum ad hoc, reclamant Advers.

Per quod const. ad inst. & eius 1. confir. Ad 2. pariter dicimus, non esse opus quod omnis sententia, quæ apud Catholicos invenitur, Calvino contrarietur, & diffinita intelligatur, dum damnatur Calvinus, nisi ea tantum parte, qua Calvino contrariatur; in quo & ipse damnatur. Constat autem ex dictis ipsum damnatum fuisse, ea solum parte, qua cooperationem liberam, cum gratia negavit, aut naturam verè, & propriè per gratiam agere: quare sententia illi, quoad hoc, contraria est tantum diffinita: aliàs, & sententia Pelagij, & Lutheri, quæ etiam Calvino opponitur, diffinita esset.

Sed dices: saltèm sententia illa, quam Calvinus Papillis attribuit, & quæ adstruit concursus partiales, communis erat apud Catholicos, exòaque Calvino. Sed respondetur quod præterquamquod, Calvinus, non est ita fidedignus, quod ei fidem adhibere debeamus in referendis Catholicorum sententijs, præcipuè cum magis ad eius propositum faceret, si eas non benè, aut magis probabiles referret: Præter hoc, inquam, nèquè ipse asserit communem esse Catholicorum sententiam; sed sufficiebat ei, eam in uno aut aliquibus probabilem vidère, ut ratione insinuata Catholicis attribuat. Sed ut iam monuimus, ipse nèquè in ea impugnanda; nèquè in argumentis; quibus impugnatur, damnatus est.

Ad tertium resp. neg. mai. nèquè video quæ vel apparenti ratione stare oporteat in intelligentia Concilij expositioni hominis hæretici, & non tot Catholicorum. Immo talem sententiam prout ab eò refertur non solum indignam Concilio, sed & homini Catholico censuit Bellarminus; metamque illius imposturam. Quod ut constet placet verba illius referre. Sic ergo habet lib. 6. de gratia; & libro arbitrio cap. 13. in quoddam

Ex doctr.
dãta sol.
luit. Inst.
cum 1. &
2. confir.
mat.

Réplica
cõtra dõ-
ta, & se-
lue.

40
Solut. 3.
confirm.

Corollario, & solutione ad primum: Ex qua solutione detegitur deceptio, vel Fraus. Kemnitij: scribit: enim Catholicos in ea sententia esse, ut liberum arbitrium per gratiam excitantem exerceat vires suas; quas habebat, antequam excitaretur; ut per suas vires vocationi Divinae consentiat, ita ut gratia preveniens non tribuat vires libero arbitrio, sed quasi sopitas excitet. At hoc; profertur Cardinalis, non dicunt Catholici; sed agnoscunt quidem liberum arbitrium; etiam antequam gratia Divina illud preveniat; quia liberum arbitrium est res naturalis, qua per peccatum non amittitur: sed tamen non dicunt nec sentiunt liberum arbitrium habere esse potentiam illam saltem proximam ad actum pietatis; sed eam accipere à Deo per gratiam prevenientem. Quæ verba oporteret Advers. meditari, & non ita avide cuperent, se in illa sententia esse, quam Kemnitius Catholicis, & Concilio adscribit.

Tertio objicies ex D. Thomâ, ex quo plura adducit testimonia idem Ripalda: quæ referre, molestiam sine ulla, ut verum fatear utilitate affert. Quare solum ea, quæ aliquam ingerunt difficultatem proponemus: Primum desumitur ex hac quæst. 12. art. 5. ubi in corp. sic asserit: *Lumen gloriae confert intellectui, augmentum virtutis; augmentum autem virtutis, non est tota virtus.* Et ad primum sic: *Lumen gloriae ad hoc datur intellectui, ut fiat potens ad intelligendum per modum quo potentia fit potentior ad operandum per habitum: & ad secundum asserit, quod lumen hoc requiritur quasi perfectio quadam intellectus, confortans ipsum ad videndum Deum.* Id autem, quo potentia fit potentior; & quo confortatur ad operandum, supponit esse in potentia aliquam virtutem activam, licet imperfectam in ordine ad actum: ergo. Secundum desumitur ex 1. disti. 17. art. 3. ubi sic habet: *Quando actus charitatis procedit ex tota virtute habentis, & quantum ad virtutem naturam, & quantum ad virtutem habitus in-*

fusi; tunc unus actus disponit, & meretur augmentum charitatis, ut statim fiat. Quibus in verbis aperte concedit actum charitatis procedere non solum ex virtute gratiæ, sed ex virtute naturæ.

Tertium ex 1. 2. quæst. 114. Item ex art. 3. ubi sic habet: *Opus meritorium hominis dupliciter considerari potest: uno modo secundum quod procedit ex libero arbitrio; alio modo secundum quod procedit ex gratia Spiritus Sancti.* Si consideretur secundum substantiam operis, & secundum quod procedit ex libero arbitrio; sic; non potest esse ibi condignitas propter maximam inæqualitatem; sed est ibi congruitas propter quandam aequalitatem proportionis: videtur enim congruum; ut homini operanti secundum suam virtutem; Deus recompenset, secundum excellentiam suæ virtutis. Quibus etiam in verbis docet S. D. quod opus meritorium de condigno vitæ æternæ procedit etiam à libero arbitrio secundum suam virtutem.

Quartum ex 2. 2. quæst. 171. Tamdem art. 2. ad 3. ibi: *Omne donum gratiæ hominem elevat ad aliquid, quod est supra naturam humanam. Quod quidem potest esse dupliciter: uno modo quantum ad substantiam actus; sicut miracula facere, & cognoscere incerta, & occulta Divinae Sapientiae: & ad hoc actus non datur homini donum gratiæ habituale. Alio modo est aliquid supra naturam humanam quantum admodum actus, non autem quantum ad substantiam ipsius, sicut diligere Deum; & cognoscere eum in speculo creaturarum; & ad hoc datur donum gratiæ habituale.* Ex quibus verbis sic arg. Ad id, quod non est supra naturam; datur facultas in natura; sed diligere Deum non est quo ad substantiam supra naturam: ergo.

Ad primum respondetur ex eodem S. Doct. 3. contra gentes, cap. 53. quod contingit alicuius virtutem dupliciter confortari: uno modo per simplicem ipsius virtutis intensiorem; sicut virtus caloris augetur per intensiorem caloris, ut

41
3. Arg. ex
Ang. &
Præcept.
ex 1. part.
& 1. sent.

Tamdem
ex 2. 2.

42
Solut. 33
argum. &
1. D. Th.
testim.

possit facere vehementiorem actionem eiusdem speciei; alio modo per novæ formæ appositionem, sicut diaphani virtus augetur, ut possit illuminare, per hoc quod fit lucidum actu: & hoc idem virtutis argumentum est ad alterius speciei operationem. Et hoc secundo modo, augetur, & confortatur virtus intellectus per lumen gloriæ: quare non sequitur, quod ex se habeat aliquam virtutem, sicut neque diaphanum, ad illuminandum.

Exponitur 2. S. Doct. ref. tim.

Ad secundum respondetur quod verba illa adducta sunt à D. Thomâ, quia habitus charitatis, & illius actus subijcitur dominio voluntatis: unde sequitur quod possit voluntas uti habitu ad efficiendum actum intensum, vel remissum: tale autem est dominium voluntatis supra habitum, quod ad utendum illo constituatur potens per gratiam: ad omittendum autem ex se ipsa est potens. Ex qua doctrina verba D. Thom. explicantur, dicendo: quod quando distinguit duplicem virtutem, naturæ, scilicet, & habitus, non intendit, quod utraque positivè in actum influat, sed quod virtus habitus positivè in illum influat; virtus autem naturæ, non positivè, & directè, sed tantum indirectè, & permissivè, quatenus non retardat, aut non impedit influxum habitus secundum talem, aut tantam intensiorem; quod ex se facere poterat. Quomodo autem cum hoc componatur, quod actus ille disponat ad augmentum, ut statim conferendum, cum intensiorem eius non adæquet; alterius est loci, & à nobis iam explicatum Dub. ult. de charit.

Exponitur 3.

Ad tertiam dicatur quod verba illa D. Thomæ intelligenda sunt, quia aliquando opera meritoria sunt quo ad substantiam naturalia; ac proinde quo ad substantiam procedunt à libero arbitrio virtute propria: secundum quem respectum optime allerit non esse meritoria de condigno, sed tantum secundum quod procedunt ex imperio charitatis per gratiam Spiritus Sancti

Ad ultimum in primis dicatur, *Exponitur ult. S. Doct. ref. tim.* difficultas hæc versatur de actionibus supernaturalibus, quo ad substantiam: si ergo arg. contendit esse quo ad substantiam naturales, non est ad propositum. Deinde respondetur, quod discrimen statutum à D. Thomâ inter primas, & secundas operationes in eo stat, quod miracula facere, & cognoscere occulta, & incerta Divinæ sapientiæ, prout his nominibus significantur, ita est supernaturale, quod non possit dari aliqua operatio aliquo ex his nominibus significata, quæ supernaturalis non sit; & hoc significat ibidem; dicens: *Esse supernaturales quo ad substantiam.* At diligere Deum, & eum cognoscere in speculo creaturarum non est; prout his nominibus significatur, supernaturale; datur enim dilectio Dei, & illius cognitio in speculo creaturarum, quæ naturales sunt: sunt ergo istæ operationes supernaturales quoadmodum, quia solum determinantur, ut sint operationes supernaturales, prout aliquo modo afficiuntur: ut si dicatur cognitio Dei in speculo creaturarum, secundum quod est supernaturalis author, aut prout illius revelationi innititur; & idem est de amore.

§. V.

SOLVUNTUR ARGUMENTA à ratione.

Objicies quarto, potentia naturalis est causa per se actus supernaturalis, & non solum denominativa, & per accidens; sed si habitus supernaturalis esset tota ratio agendi; potentia naturalis esset tantum causa denominativa; & per accidens supernaturalis actus: ergo Mai. est certa: tum quia potentia istæ, de quibus loquimur, sunt potentia vitales, quæ per actus supernaturales vivunt; actus autem, quo aliqua potentia vivit, per se ab illa procedit: vivere enim est se move-

43
2. Scrivi-
ri & ordi-
ne 4. ar-
gum.

te. Tum quia actus, qui ab aliquo principio tantum denominativè procedit, verè ab illius influxu non procedit, sed ab influxu alicuius virtutis, aut coniunctæ cum illo, aut ab illo sustentatæ; quod patet in calefactione ab aqua calida: quare tale principium potius se habet merè passivè ad actus supernaturales, quam activè; sed potentia naturalis, non merè passivè se habent ad actus supernaturales, quod ex auctoritate inducta Concilij constat: ergo:

Min. autem, in qua est difficultas, probatur. Quia causa per se actus supernaturalis, prout à tantum denominativa differt, debet producere illum actum, aut per virtutem secum identificatam, aut si per virtutem realiter distinctam; tamen ab ea emanantem; sed si lumen gloriæ est tota ratio agendi, potentia naturalis non producit actum supernaturalem, aut per virtutem secum identificatam; aut ab ea dimanantem, ut per se constat: ergo. Mai., in qua est difficultas, probatur primò. Quia non sufficit virtutem per se productivam alicuius effectus esse intrinsecè receptam in aliquo; ut illud, causam per se constituat eiusdem effectus: ergo requiritur, vel esse cum illo identificatam, vel ab eo dimanare. Antecedens constat pluribus exemplis; licet enim calor, qui est virtus per se calefactiva, recipiatur in aqua, non constituit aquam per se calefactivam, sed tantum denominativè; & peraccidens: & pariter, licet lux, quæ est per se illuminativa, in diaphano recipiatur, non constituit illud per se illuminans, sed tantum denominativè. Idem constat, de quocumque impulsu ab extrinsecò, qui licet sit virtus per se causativa motus; in proiecto tamen receptus, illud non constituit se movens, sed tantum

2. Prob. motum; ergo. Secundo probatur mai. 1. in eadem mai. & est illius ratio à prior. Quia principium per se operans, assumpta. aut operatur immediatè, aut tantum mediatè; si immediatè, debet

per virtutem secum identificatam operari; operari enim immediatè est per se ipsum; & non mediante alio operari. Si autem mediatè, debet per virtutem ab eo dimanantem operari: influxus enim mediatu non transit ad extremum sine transitu per medium: & ita fructus nequit procedere à radice medio ramo, si ramus non procedat immediatè à radice; neque Nepos procedit ab Avo nisi medio Patre, qui Avi sui sit Filius, & sic de reliquis: ergo effectus qui procedit ab aliquo media virtute ab eo realiter distincta; & ab eo non dimanante, sed ab extrinsecò communicata, nequit ab eo tanquam à causa per se procedere.

Mirabile est quantum Advers. 44 de hoc arg.; quod eis est præcipuum, gloriantur: sed quam inaniter; constat, tum quia illius, inateria tribuit nobis efficacissimam rationem contra eos. Tum quia, ut nostri Thomistæ notarunt, eo usus fuit Lutherus ad probandum quod liberum arbitrium non tanquam causa per se, sed passivè merè concurrat, ad actus supernaturales, & meritorios; sed adeò ineffaciter; quod eum in hac parte defendere erubuerunt etiam ipsi Lutherani, ut refert Cardinalis de Bellarmino lib. 6. de gratia, & libero arbitrio cap. 9. & quod mihi magis in eorum displicet doctrina est, quod asserant liberum arbitrium ad nihil operandum constitui potens per gratiam, tanquam causa per se, & quod nihil per illam nisi tantum denominativè, & improprie operatur. Ex hoc nanque plura absurda sequuntur. Primum quod liberum arbitrium; non indigeat gratia, ut conferente aliquam virtutem; per quam proprie operetur, sed ut innatas vires; sopitas tamen per peccatum excitante: quod commentum hæreticorum; indignumque viris Catholicis existimavit idem Bellarminus verbis num. 40. cit. Secundo sequitur; quod Deus sit tantum ad operationes nostras adiutor; & non virtutis;

Redarguuntur Advers. ipso eorum arg. & aliquid collig.

per quam operatur, largitor; quod eam reprehendit S. Aug. in Pelagianis, ut verbis etiam supra adductis constat. Tertio, quod liberum arbitrium non operetur per se supernaturalitatem actus, & illius rationem meritoriam de condigno pramij supernaturalis; aut quod si per se id operatur, operetur illud, per vires naturales, & sibi innatas; quorum utrumque est absurdum. Quarto, quod non solum non indigeat gratia intrinsicè recepta, ut connaturaliter eliciat operationes supernaturales; sed etiam quod connaturaliter, non possit illi dari: nam gratia ad hoc esset illi necessaria intrinsicè, ut per illam posset, quod ex se non potest: at nihil per illam operari potest, sed omnia operatur per se: ergo. Quod si ut ad effectum concurrat est necessaria; ad hoc impertinenter se habet, quod ex parte hominis intrinsicè ponatur. Ex quo & plura alia absurda deduci possunt. Dicendum ergo est, gratiam esse formam intrinsicam libero arbitrio præstantem vires, quibus operari possit, per illamque tanquam per virtutem per illum verè, propriè, & per se operari; neque aliter testimonia Sacræ Scripturæ, Conciliorum, & SS. PP. apertè requirentium gratiam sanantem, & confortantem, potensque constituentem liberum arbitrium, contra Pelagium, salvari possint.

45
Solvitur
iam arg.
4. direc.
tè.

Quare ad arg. responderetur concessa mai. negando min. ad eius probationem neganda etiam est mai. cuius falsitas pluribus exemplis manifestari potest: nam in primis corpus verè, & propriè, & tanquam causa per se operatur operationes sensitivas; & tamen anima, per quam operatur, non est, aut cum eo identificata, aut ab eo dimanans, sed ab extrinseco infusa, eique tantum intrinsicè per informationem. Secundo. Quia per habitus per accidens infusos, qui illos haberet, verè, & propriè, & non tantum denominativè operaretur. Tertio. Quia si cocco a nativitate,

Deus potentiam visivam miraculose infunderet, per illam verè, & propriè, & per se videret. Quarto. Quia si Deus alicui infunderet fortitudinem, per illam etiam verè, & propriè, & per se opera mirabilia efficeret, sicut defacto accidit in Samfone, qui, ut supra notavimus, non operabatur ut arreptitius, sed sicut Dominus virtutis, quam habebat. Quinto. Quia aqua, per augmentum frigiditatis ab extrinseco non solum denominativè, sed per se, infrigidationem intensam faceret.

Undè ad primam eius probationem dicatur, quod ut aliquod subiectum constituatur per se operativum alicuius effectus, non sufficit quod in se recipiat virtutem, per se operativam illius, sed insuper est necesse quod virtus illa per se constituat subiectum recipiens, in esse operativi; ad quod requiritur quod subiectum capax sit talis effectus. Utrumque autem deficit in exemplis adductis, & verificatur in habitibus supernaturalibus, & naturalibus potentijs: deficit quidem, nam licet calor sit per se virtus calefactiva, & lux virtus per se illuminativa, & impulsus virtus per se motiva; tamen nec calor, nec lux, nec impulsus habent essentialitèr constituere subiectum, in quo recipiuntur, per se operativum illorum effectuum: neque enim aqua potest per se calefactiva constitui, quia eius naturæ repugnat; neque diaphanum per se illuminativum, quia omnino etiam præter eius est naturam; neque inanimata per se sui motiva, quia carent partibus organicis ad se movendum requisitis; cum omne quod movetur ab alio debeat moveri: quare restat, quod solum sint capacia recipiendi, aut sustentandi in se virtutes causativas illorum effectuum, non autem ut constituantur per se illorum productiva, sed tantum denominativè, & per accidens.

Probatio
ni r. min.
fit satis.

Aliter autem contingit in habitibus supernaturalibus respectu naturalium potentiarum: tum proprie

Disparitas
ad exempla
contrar.
ter

ter ipsos habitus, qui sunt essentialiter formæ elevativæ potentialium vitalium ad vitaliter operandum: potentia autem vitales, ut tales, per se debent operari, & non tantum denominativè, & per accidens: undè habitus illi sunt essentialiter formæ, non solum ad per se operandum, sed etiam ad constituendum subiectum, in esse principij per se operativi. Tum etiam propter easdem potentias elevatas, quæ, licet per se non habeant virtutem proximam ad operationes illas supernaturales elicendas; habent tamen coaptationem essentialem, & talem conformitatem cum illis, ut sint capaces ut eleventur ad elicendas operationes illas propriè, & per se.

46

Satis fit
2. prob.
ciusd. min

Ad secundam probationem dicitur, quod homo operatur operationes supernaturales immediatè, *immediatione suppositi* mediatè autem *mediatione potentia, & virtutis*, & quod si primo modo mediatè operaretur, necesse erat quod illud suppositum, aut semisuppositum, medio quo operaretur, ab eo procederet, ut exemplo, rationeque adducta constat. Et hac ratione se habent, Avus & Pater in ordine ad Nepotem: radix, & ramus, in ordine ad fructum. Ut autem operètur mediatè secundo modo, non requiritur quod virtus, aut potentia, media qua operatur ab ipso principio procedat, sed sufficit quod ei sit intrinseca cum conditionibus assignatis: quia tunc ex utroque nec resultarent duæ principia operativa, aut unum solum unitate ordinis, sicut in primo casu, sed unum unitate compositionis; in quo id, quod operatur remotè se habet ut materia, & id, medio quo operatur, se habet ut forma; & hoc modo se habent habitus & potentia, essentia & potentia proxima: quare non est necesse quod habitus à potentia dimanet, aut potentia ab anima, ut illas per se operantes constituent.

Per quod solvitur aliud arg., ⁴⁷ quod cum præcedenti coincidit sub alia tamen forma propositum. Argum. præced. contextes sub alia forma. Si lumen gloriæ est tota ratio agendi, sequitur quod actus visionis possit procedere à solo lumine sine intellectu; at hoc est falsum: ergo. Sequela probatur: tum quia ideò calefactio potest à solo calore sine igne, vel sine alio subiecto influente, procedere, quia est tota ratio calefactiva: tum quia virtus adæquata alicuius effectus, non indiget ulterius causa remota, ut illud producat: ad id enim causa remota necessaria esse potest in productione alicuius, ut virtutem productivam compleat: ergo.

Solvitur, inquam, ex dictis. Solvitur ex doctrina iam data. Iuxta quæ neg. est mai. cuius falsitas constat, tum in intellectu, qui est adæquata virtus intelligendi; & tamen separatus ab anima intelligere non potest: tum in anima ipsa, quæ est adæquata ratio sentiendi; & tamen à materia separata sentire non potest. Undè ad illius probationem neg. est causalis: causa enim adæquata est, quia licet calor sit virtus essentialiter calefactiva; non est tamen essentialiter virtus constituens subiectum, in quo recipitur per se calefactivum, quia non est virtus constituens illud vivens, aut se movens, vel necessario alia movens. At lumen gloriæ, & quælibet alia potentia vitalis, vel illius habitus, habent essentialiter constituere ut *quo* subiectum, in quo recipiuntur, potens se movere; quia sunt principia ut *quo* operationum vitalium: hoc autem facere non possunt dum à proprio subiecto vitali separantur; ac proinde ab illo separatæ, & independentes ab illius influxu, per illas non possunt suas actiones producere. Per quod constat ad secundam probationem: principium enim radicale, non solum exigitur ad operationes vitales, ut virtus illarum productiva sit adæquata, sed etiam ut per illas se moveat: quare eo deficiente, etiam virtus adæquata sit, non

non potest actum vitalem producere.

48
5. Argum.

Obijciens quintò. Actus supernaturalis, non solum est supernaturalis, sed etiam vitalis: ergo ratio, & virtus productiva illius debet esse non solum supernaturalis, sed etiam vitalis: tum sic, sed habitus supernaturalis, ut distinctus à potentia naturali, non est vitalis: ergo. Prima consequentia constat: quia in principio, & virtute proxima debet effectus præcontineri: ergo sicut qua supernaturalis nequit contineri in virtute proxima non supernaturali: qua vitalis, nequit contineri in virtute proxima non vitali. Minus autem subsumpta probatur, nam habitus supernaturalis non convenit naturæ ab intrinseco; sed principium vitale debet convenire naturæ ab intrinseco: vivere enim est se movere: & se movere dicit principium motus ab intrinseco convenire: ergo.

Solutio
adhibita
præocupa-
tur multi-
pliciter.

Nec refert si dicas, quod de ratione principij vitalis, non est quod sit ab intrinseco dimanativè, sed sufficit si sit intrinsecum inhæssivè: habitus autem supernaturalis intrinsecus inhæssivè est. Contra enim est primò. Quia de ratione actionis vitalis aliter est procedere ab intrinseco, quam de ratione actionis violentæ, sed actio violenta, est à principio intrinseco inhæssivè: motus enim violentus lapidi ab impulsu intrinseco lapidi est: ergo. Secundò. Quia sicut potentia vivit per actionem vitalem in actu secundo, ita in actu primo per principium actionis; sed de ratione actionis vitalis non solum est quod sit intrinseca inhæssivè subiecto viventi, sed etiam egressivè: ergo pariter de ratione principij actionis vitalis. Tertiò. Quia species impræssæ sunt intellectui inhæssivè intrinsecè; & tamen non sunt vitales nec per modum principij vitalis concurrunt ad intellectionem: ergo. Tandem quia actiones, & motus naturales petunt provenire à principio intrinseco, non solum inhæssivè, sed

etiam egressivè: multo ergo magis actio vitalis.

Hoc arg. nullam supra præcedens addit difficultatem: supposito enim quod homo per habitus supernaturales, tanquam per virtutem verè, & propriè operatur; isti habitus sunt rationes eliciendi simul, & recipiendi supernaturales actus; ac proinde vivendi per illos: vivere nanque est se movere, & se movere est agere simul & recipere. Undè ad arg. concessio antecedenti distinguendum est consequens: vitalis ut *quo* concedo consequentiam, ut *quod* præcisè nego consequentiam. Nam sicut de ratione principij vitalis ut *quod* est id quod se movet per actum vitalem; ita de ratione principij vitalis ut *quo* est esse id, quo per talem actum principium *quod* se movet. Et sicut principium *quod* se movet; actum ut *quod* eliciendo, & illum recipiendo; ita principium *quo* est, ut se moveat, dum est ratio, ut illum eliciat, & recipiat: taliter autem se habet habitus supernaturalis in ordine ad supernaturales actus, & ad subiectum illos eliciens, ut constat ex dictis, undè vitalis est ut *quo*.

Ad huius autem improbationem bene ibi dictum est; nam non esse de ratione principij vitalis quod sit ab intrinseco dimanativè, sed sufficere esse intrinsecum inhæssivè, constat tum in anima, quæ est vita corporis, & principium vitale *quo*, omnium operationum vitalium, quæ etiam medio corpore efficit; constat autem animam solum esse intrinsecam corpori informativè. Tum in potentia visiva cæco miraculosè à Deo infusa, quæ etiam esset principium vitale operationum videndi. Tum in habitibus naturalibus scientiæ, & virtutis, si per accidens infunderentur, qui etiam essent vitales ut *quo*, principiaque eliciendi operationes vitales saltem quoadmodum facilitatis, & delectationis. Præter quæ sunt etiam aliæ rationes, quæ specialiter pro-

49
Solutio
5. argum.

Fit satis
sub sumptis
rationibus
stando solutionibus
datis

probant vitalitatem in habitibus supernaturalibus. Tum quia sunt virtutes, quibus vivimus, ut in eorum diffinitione dicitur. Tum quia sunt formales participationes vitalitatis Divinae: sicut enim gratia est formalis participatio naturae Divinae, in esse naturae, & ratio operatum Divinarum, idcircoque vita animae est, ut pluries vocatur à D. Thomae, ut videre est 2. 2. quaest. 23. artic. 2. & quaest. 27. de veritate, artic. 3. ita & lumen gloriae est formalis participatio Divini intellectus in esse principij proxime intelligendi modo Divino. Tum quia vitalitas visionis, non est vitalitas naturalis intellectui, sed ei supernaturalis: beati namque per illam non vivunt vita propria, sed Divina per participationem: ergo principium quo huius vitae non debet esse naturale intellectui; neque ab eo dimanare, sed sufficit, si sit illi intrinsicum, modoque sufficienti; ut illum elevet, ut vivat vita Divina.

40. Instantia autem in contra adducta nihil convincunt. Pro quarum solutione advertendum est, quod licet ad rationem principij vitalis, non requiratur quod sit ab intrinseco, sed sufficiat esse intrinsicum informativè, ut ex dictis constat, tamen non quaecumque informatio sufficiens est, ut constituat principium vitale, sed illa solum, qua praedicatum aliquod, ita informat, ut per illud, tanquam per virtutem, aut potentiam, vivens possit agere, simul, & recipere motum; quod est se movere: hac autem ratione, ut iam vidimus, habitus supernaturales informant naturales potentias. Ex quo, ad primam replicam dicitur, quod licet principium actionis violentae, sit intrinsicum mobili, non tamen est illi intrinsicum ita, ut per illud se moveat, sed solum ut moveatur.

Ocurrit. Ad secundam concessa mai. & 2. 3. & 4. min. neg. est consequentia. Nam vivere in actu secundo, quod convenit per actionem, est illam elicere, simul & recipere; nequit au-

tem intelligi elicere, sine eo, quod actio egrediatur: unde nec vivere in actu secundo. At vivere in actu primo tantum, est posse elicere, & recipere doctorem; bene autem potest intelligi quod aliquid constituatur in esse potentis elicere, & recipere, per virtutem à se non dimanantem, sed ab alio sibi inhaerentem: immo hoc necessarium esse; dum se movet per actionem superioris naturae, iam probavimus. Ad tertiam constat ex dictis: quia licet species impressae sint intrinsicè informativè intellectui, non tamen sunt per modum formae, aut virtutis, qua intellectus constituatur potens intelligere, sed per modum virtutis obiecti ad simul concurrendum ad intellectionem. Ad ultimam dicitur antecedens esse manifestè falsum: nam si principium proximum motus est intrinsicè cum inhaerentè naturae mobili, & ei conforme, ab eaque exactum, reddit motum naturalem, licet non sit illi intrinsicè egressivè; quod patet in caeco: idemque accideret in motu gravitationis, & si proveniret à gravitate non dimanante à grave, sed à solo Deo illi communicata, & conformiter ad eius naturam producta.

Quod si inquiras, qua ratione habitus supernaturales sint, & dicantur vitales, formaliter, scilicet, an virtualiter? dicatur: hoc nihil, aut parum inter esse ad propositum, & fortassis est quaestio tantum de nomine. Circa eam tamen probabilis mihi videtur esse formaliter vitales: tum quia non solum sunt virtuales, sed formales participationes vitalitatis Divinae. Tum quia potentiam constituunt viventem, non solum virtualiter, sed formaliter, licet in actu primo, quem effectum tribuunt per modum formae: forma autem ut talis, solum praestat subiecto praedicatum, quod in se formaliter habet: dicendi ergo sunt formaliter vitales.

Obj-

51
Cuidam interrogat: sit satis.

52
6. Argum.

Objicies sexto. Inest voluntati nostra libertas proxima, & immediata ad actum supernaturalem; sed hæc salvari non potest, si habitus supernaturalis est tota ratio agendi; ergo. Min. constat, nam libertas proxima, & immediata salvari non potest sine potestate proxima, & immediata: libertas enim dicit essentialiter activitatem cum indifferentia ad non agendum: ergo libertas immediata, & proxima dicit activitatem immediatam, & proximam ad actum cum potestate ad non agendum: si ergo hæc convenit voluntati in ordine ad actum supernaturalem, habitus supernaturalis non est tota ratio, & virtus proxima illum operandi. Mai. autem, in qua est difficultas, probatur. Primo. Quia voluntas per se, & immediate est liberum arbitrium, tam ad actus naturales, quam ad supernaturales: ergo illi inest libertas proxima, & immediata, ad actum supernaturalem.

2. Prob.
mai. 1. as.
sumpta,
& 3.

Secundo, quia si voluntas non est immediate, & proxime libera ad actus supernaturales, debet assignari aliquid quod sit immediate, & proxime liberum; sed hoc non potest esse habitus: ergo. Min. probatur. Tum quia alias daretur duplex liberum arbitrium, aliud ad actum naturalem, quod est voluntas, & aliud ad supernaturalem, quod esset habitus. Tum, quia habitus est determinatus ad actum, & non indifferens, ad agendum, & non agendum; quia non agere non provenit ab habitu; sed libertas proxima dicit indifferentiam ad agendum, & non agendum: ergo. Tum quia libertas proxima, est determinativa potius ad agendum, quam ad non agendum, vel e converso; sed habitus talis non est: solum enim potest determinari ut agat, non autem ut non agat: ergo. Tandem quia si habitus charitatis v. g. esset liber, esset formalis participatio libertatis Divinæ; sed hoc est impossibile, cum

charitas, qua Deus se ipsum diligit, & cuius est formalis participatio habitus charitatis, non sit libera, sed necessaria: ergo.

Ad hoc arg. respondetur, quod illud tenentur omnes solvere: nam apud omnes verum est quod voluntas se sola non habet vires proximas sufficientes ad actus supernaturales, sed ad hoc indiget gratia elevante: non ergo voluntati soli, & suis solis viribus, sed ex viribus gratiæ elevatae inest libertas proxima ad actus supernaturales. Ex quo non sequitur, aut quod distinguendum sit duplex liberum arbitrium, aliud quod sit voluntas sola, & aliud voluntas ut elevata per gratiam; aut quod voluntas elevata, & ea ratione qua concurret ad actus supernaturales possit etiam ad actus contrarios, aut contradictorios concurrere; aut tandem quod illa prout sic possit determinari ad actum, potius quam ad actus omissionem. Insuper apud omnes debet esse verum id quod asserit Concilium Arausicum 2. can. 3. : quod arbitrium voluntatis per peccatum primi hominis, ita fuit infirmatum, quod nisi per gratiam non potest reparari. Quod & repetit ibidem can. 25. & id quod asserit D. Aug. Epist. 107: scilicet, quod liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus. Quæ debent intelligi de libero arbitrio, secundum quod dicit potestatem proximam ad actus supernaturales. Ex quibus eodem modo urgeri potest. Arg. factum, seu potius debilitari convincendo falsitatis maiorem illius in sensu; quæ ab eis accipitur.

Pro illius autem solutione, triplex libertas distinguenda est, alla potentiae, alia habitus, seu virtutis, & alia actus secundi. Libertas potentiae consistit, in positiva potestate indifferenti ad actum, & omissionem, vel actum contrarium; libertas habitus, vel virtutis non consistit in positiva indifferentia

53

Solutio
argum.
Advers.
etiam ex
petit.

54

Defina
tio pre
mittenda
solutionis

ad

ad actum, & omissionem, vel actum contrarium; quia habitu, si sit virtutis, nemo male uritur, & si sit vitij nemo bene: consistit ergo eius libertas in potestate ad actum proprium, vel in determinatione ad illum; ita ut relinquat in potentia indifferentiam potestatis ad oppositum, quæ indifferentia; ea ratione, qua respicit actum contrarium habitum, dicitur permissiva. Libertas autem actus secundi, etiam non consistit in indifferentia aliqua positiva, sed in eo, quod ita sit determinatio potentiae ad unum extremum, quod relinquat illi indifferentiam potestatis ad alterum. Ex his utem tribus libertatibus sola libertas per modum potentiae dicitur; & est liberum arbitrium; aliae autem, aut sunt determinationes, seu inclinationes liberi arbitrij, aut actus secundi, in quibus explicatur:

Ex his ergo facilis est solut. argumenti: disting. est enim mai. concedendaque de libertate per modum potentiae, & neganda de eadem per modum virtutis ad actus supernaturales. Primò namque modo est immediatè libera; quia nulla alia potentia mediat; nos autem secundo modo, quia mediat habitus; qui est virtus illius constitutiva. Undè distinguendo eodem modo min. neganda est consequentia. Prima autem probatio maioris hoc; & non aliud convincit, quia iam vidimus, quod non quæcumque libertas; constituit liberum arbitrium; sed ea solum, quæ est talis per modum potentiae. Ad secundam disting. est mai. debet assignari aliquid distinctum à potentia, quod sit immediatè liberum, per modum habitus; concedo mai. per modum potentiae, nego maiorem: in quo sensu; neg. etiam est min. nam libertas hæc habitibus supernaturalibus etiam convenit: ipsi namque ita determinant potentiam, per modum facultatis ad actus proprios, quod relinquat in ea potestatem ad oppositum. Per quod constat; ad primam, & secundam huius improbationem; nam

quæ ibi refferuntur, solum sunt necessaria ad libertatem per modum potentiae, non autem per modum actus, vel habitus. Ad ultimam etiam dicatur, quod charitas nostra id quod habet de amore Dei, participat formaliter ab amore, quo Deus se ipsum amat; id autem quod habet de libertate participat etiam formaliter à libertate in eodem amore Dei reperta; non secundum quod ad Deum terminatur, sed ad creaturas.

Sed contra instabis. Gratia, & charitas saltem non possunt esse principium actus liberi amoris Dei; quo adimpletur præceptum: ergo libertas talis actus reducenda est in voluntatem: cumque eadem ratio sit illius, & libertatis aliorum, omnium actuum; libertas reducenda est in voluntatem. Utraque consequentia est bona, antecedens autem probatur. Principium liberum debet esse compossibile cum actu, cuius est principium, & cum eius omissione; sed gratia, & charitas non sunt compossibiles cum omissione libera actus præcepti; cum sit peccatum: ergo. Mai. continet definitionem actus liberi: est enim actus liber, quod positus omnibus principijs requisitis ad operandum, potest esse, & potest non esse.

Quod confirmatur. Quia stantè gratia, & charitate implicat ommissio peccaminosa: ergo implicat actus liber omissioni oppositus. Consequentia est bona: implicat enim libertas ad actum, quin sit libertas ad omissionem. Antecedens autem probatur: quia ommissio actus in eo casu deberet componi cum gratia; vel illam destruere: non primum; quia ommissio illa esset peccatum: nec secundum; quia supponimus quod in illo instanti temporis existeret gratia, tanquam principium amoris; ratione cuius ommissio redditur libera: ergo.

Propter hanc replicam aliqui Recentiores existimant, quod gratia, & charitas non possunt influere in actus præceptos, dum obligant sub mortali. Ex quorum sententia le-

55
Inst. contra solut.

Roborat. inst.

56
Aliquorū opinio, & quid ex ea sequat.

Solut. iam
6. argum.

quitur primo esse impossibilem virtutem obedientiæ supernaturalis cum gratia, & charitate connexam; nam hæc debet influere, in actus præceptos, cum proprium obiectum obedientiæ sit præceptum. Insuper sequitur gratiam, & charitatem neque inclinare, neque ulla ratione conducere ad liberam observantiam mandatorum Dei; quod neque Pelagius ausus est concedere, apud quem, saltem ad facilius ad implere, requisita erat gratia, ut ex D. August. supra notavimus. Sed de hoc alibi ex proposito.

Solutio
re-
plicæ.

Ad replicam autem neg. est antec. ad eius probationem disting. est mai. principium liberum per modum *potentiæ*, concedo mai. per modum *habitus*, nego mai. & concessa min. neg. est consequentia: ad rationem enim actus liberi sufficit, quod potentia, ita illum eliciat, quod possit omittere: quod autem per eandem virtutem, per quam elicit, possit etiam, & omittere; ac proinde quod virtus cum utroque liberatis extremo possit coniungi, non requiritur: qui enim per habitum logicæ bene syllogizat, potest etiam male syllogizare, sed non per illum habitum; & idem est de quolibet habitu virtutis in ordine ad proprium actum.

Confirm.
sic satis.

Ad confirmationem distinguendum est antecedens. Implicat *antecedenter*, nego *ant. consequenter*, & ex suppositione libera existentiæ gratiæ, concedo antecedens, & neganda est consequentia. Ad eius probationem concessio antec. quo ad primam partem, negandum est quo ad secundam. Nec sufficit quod fiat suppositio de existentia gratiæ: hæc enim suppositio est consequens libertatem de non ponenda omissione actus; quam si poneret excluderet gratiam: suppositio autem consequens non tollit potestatem antecedentem. Nec refert, quod si poneret omissionem, iam careret pro illo instanti potestate antecedenti ad actum, quæ est gratia; ac proinde ommissio li-

bera non esset: non, inquam, refert. Tum quia potest dici, quod licet careret gratia, posset etiam esse potens ad actum per auxilium transiens. Vel quod licet utroque careret, adhuc ommissio esset libera, quia libere caruit potentia ad illam evitandam: sed de hoc sufficit ad præsens.

Obijcies 7. licet visio beata sit supernaturalis, non sequitur, quod intellectus per suam vim innatam non possit ad illam concurrere partialiter? ergo. Consequentia est bona, & antecedens probatur primo. Quia ex conceptu generico nullam explicat supernaturalitatem, sed ab ea præscindit: ergo saltem sub hoc conceptu poterit ad illam concurrere. Secundo. Quia species naturales concurrunt ad actum fidei theologice, qui est supernaturalis, & una præmissa naturalis, ad assensum Conclusionis Theologicæ, qui in sententia probabili etiam est supernaturalis. Tertio. Quia species non vitales concurrunt efficienter ad intellectionem vitalem: ergo, & virtus naturalis poterit efficienter concurrere ad effectum supernaturalem. Quarto. Quia Deus producit entitatem peccati, quin deformitatem producat cum entitate identificatam; ergo, & poterit intellectus producere vitalitatem visionis, quin producat supernaturalitatem cum ea identificatam. Tandem, & potest esse ratio à priori: quia etsi visio beata procederet ab intellectu per suam virtutem partialiter concurrentem, adhuc salvaretur eius supernaturalitas; nam etiam exigeret procedere à lumine, quod est supernaturale: hanc autem exigentiam nulla res naturalis habere potest: ergo.

Respondetur concessio antec. neg. consequentiam. Ad primam probationem dicatur, quod sicut visio Dei ex conceptu generico non explicat supernaturalitatem, ita non explicat naturalitatem: ratio autem intellectionis producibilis ab intellectu creato per suam virtutem innatam debet esse determinate na-

57
Postremum
argum.

Postremum
arg. so-
luti

turalis. Ad secundam dicatur, quod tam species naturales concurrunt ad actum fidei supernaturalis, quam assensus præmissæ naturalis ad assensum supernaturalis conclusionis, non per suam innatam virtutem, sed per elevationem virtutis supernaturalis; non qua species eleventur, ut aliud representent, quod antea non representabant, sed ut idem representantes, aliud efficiant, quod per suam virtutem efficere non valebant.

58

Solut. M. Ferre ad 3. ut minus recta impag.

Ad tertiam M. Ferre negat intellectionem esse adequate vitalem: afferit enim solum esse vitalem, secundum quod procedit ab intellectu, non autem secundum quod procedit ab specie. Sed solutio non placet primò. Quia intellectio est adequate intellectio, quamvis non omne principium à quo procedit, sit intellectus: ergo erit adequate vitalis, quamvis non omne illius principium sit vitale. Consequentia est bona. Tum à paritate: tum quia si est adequate intellectio, est adequate vita intellectiva: hoc enim intellectionis nomine significamus. Secundò. Quia dicere intellectionem non esse adequate vitalem, vel est dicere, quod ei convenit subiectivè, aliquod prædicatum quod vitale non sit, vel quod licet subiectivè, secundum omnia prædicata, sit vitalis; hoc tamen, non habet denominatione desumpta ab omni principio, à quo procedit. Primum est falsum: quia cum intellectio sit indivisibilis, si aliquod prædicatum illius est vitale, subiectivè omnia debent esse vitalia. Secundum autem non solvit arg. Quia equa ratione dicent Advers. quod licet omnia prædicata visionis sint subiectivè supernaturalia, possunt tamen esse naturalia terminativè, seu denominatione desumpta ab aliquo principio illius inadæquato, quod sit naturale.

Unde hoc solutione omiſſa, ad solutio tertiam probationem respondetur ad 3. an- concessio ant. neg. consequentiam, tec. 1. pro- propter duplicem disparitatem ex dictis desumptam. Prima: quia virtus effectiva exigit efficere, & si non

fit adæquata, exigit comprincipia ad efficiendum: cum ergo nulla sit repugnancia, quod principium non vitale exigit actum vitalem, & potentiam vitalem, ut comprincipium; sit autem repugnancia, quod principium naturale exigit aliquid supernaturale; non repugnat quod principium non vitale, possit per modum virtutis inadæquate effectum vitalem producere: repugnat autem quod principium naturale sic effectum supernaturalem producat. Secunda: quia intellectio vitalis, ea ratione, qua naturalem representationem obiecti importat, non est extra spheram specificativam speciei impressæ rationalis obiecti: ac ratio sub qua potentia intellectiva naturalis est vitalitas determinate naturalis: cum autem hæc in visione beata non invenitur, est omnino extra illius specificativum.

Ex quo etiam constat ad quartam neg. est enim consequentia: quia ratio sub qua omnipotentia Divina, ut est productiva ad extra, est ratio entis phisici: unde ubicumque hanc rationem invenit, sicut invenit in actu peccati, ibi invenit quod producat, quin producat rationem malitiam, quæ omnino extra rationem entis phisici est. At in visione beata, non invenit intellectus rationem vitalitatis naturalis, quæ est eius ratio sub qua: quare ibi nihil producere potest per suam innatam virtutem.

Solutio ad 4. prob. eiusd. ant. ceced.

Ad ultimam probationem, quam valde magnificant, & desumitur ex Ripalda, respondetur, quod eius inefficacia constat primò, quia hoc eodem argumento possent Baconista probare visionem minime exigere ad sui supernaturalitatem virtutem supernaturalem adhuc partialiter productivam, dicendo exigere lumen gloriæ per modum conditionis, quod nulla res naturalis exigit. Secundò eadem ratione dici posset, quod virtus dispositiva ad formam supernaturalem potest esse naturalis inadæquate: immo & adæquate, dummodo dependeret, vel à principio effectivo superna-

59 Respons. ad ultim. prob. eiusd. ant. ceced.

turali, vel ab alia supernaturali conditione. Tertio dici posset, esse possibilem habitum supernaturalem, cuius vel inadaequata radix esset anima, dummodo dependeret ab alio principio, vel conditione supernaturali. Quae omnia sunt absurda. Unde ad illam negandum est antecedens. Ad illius probandum dicitur, quod talis effectus esset, & non esset supernaturalis; esset quidem; quia exigeret principium supernaturale; non esset; quia illud principium esset ab alio principio naturali exactum; & quia illud naturale principium talem actum etiam exigeret: hoc autem est contra rationem entis supernaturalis; sicut a simili deberet etiam dici in exemplis adductis.

§. ULTIMUS.

DUO COROLLARIA EX DICTIS sequuntur.

60 **E**X dictis inferitur primo, intellectus adeo dependere in elicitione visionis beatæ a forma intrinseca elevante, quod nec de potentia absoluta possit illam sine tali forma elicere. Quam sententiam expresso propugnayimus tract. de Charit. dub. 8. adeoque evidenter ex dictis inferitur, quod non dubitent Adversarij, ut videre est apud Suarez, & Hurtado, & communiter reliquos AA. Societatis. Et eius ratio est: quia implicat aliquam actionem, vel effectum, egredi ab aliqua causa efficienti, quin ipsa habeat virtutem, & potentiam contentivam talis effectus; quod est per se notum, sicut & bonitas consequentiæ a negatione potentiæ ad negationem actus; sed intellectus carens lumine gloriæ, sive per modum habitus, sive per modum auxiliij, caret in hac sententia tota virtute, & potentia productiva visionis: ergo.

61 **Q**uestio non aspernanda, & quid juxta

Sed quæ res: an in sententia admittente concursus partiales dicensum sit etiam consequenter, quod intellectus sine elevatione intrinseca possit elicere visionem beatam?

Respondetur, quod si concursus partiales ita explicentur, quod intellectus per vires sibi innatas producit totam visionem, usque ad ultimam illius differentiam, licet solum sub ratione vitalis, ita, quod lumen gloriæ, non sit id per quod producit, sed solum cum quo producit, prout explicari, propugnarique solet a Patribus Societatis: si, inquam, hoc modo admittantur concursus partiales; tunc consequenter debet dici, quod potest intellectus visionem beatam elicere, sine forma intrinseca elevante, non solum de potentia absoluta, sed etiam de potentia ordinaria; immo & quod talis intrinseca elevatio esset superflua.

Quod etiam ex dictis, præcipue num. 21. & 44. manifeste inferitur, & probatur: nam in hoc modo dicendi, intellectus non constituitur intrinsece ad videndum Deum per lumen, neque lumen est id per quod, tanquam per virtutem intellectus concurret, sed solum se habet, ut concursus ex parte Dei ad talem effectum; sed ad hoc impertinenter se habet, quod sit intrinsecum potentia: ergo. Explicatur hoc: nam in hac sententia concursus luminis, non est per quod concurret intellectus, sed cum quo: neque lumen virtus, per quam, sed cum qua concurret: sicut concursus unius, qui portat lapidem, non est per quem alter portat, sed cum quo: ergo sicut impertinenter se habet, quod concursus alterius, sit mihi intrinsecus; vel virtus illius, ut ego cum illo portem lapidem; pariter se habebit impertinenter, quod lumen sit alicui intrinsecum, ut ipse cum illo eliciat visionem. Instantia autem, quæ contra hoc, adducitur de specie impressa; iam supra soluta est.

Si autem concursus isti partiales ita explicentur, quod intellectus per vires sibi innatas concurrat ad communem conceptum vitalitatis, & secundum rationem genericam, sub qua supernaturalitatem non explicat, ad conceptum

sa sensum
aliquorum.

Idem con-
tinuatur
asumpt.

62
Quid di-
cendum
iuxta alio-
rum sen-
sentiam

conceptum autem differentialem concurrat per lumen gloriæ; qua ratione ab alijs sic explicantur: tunc dicendum est, quod nec de potentia absoluta potest intellectus videre Deum sine forma intrinseca elevante. Et ratio est: quia in hac sententia (& in omni sententia vera) nequit intellectus videre Deum, sine eo, quod visio ab eo egrediatur, non solum sub ratione generica intellectionis, sed etiam sub ratione specifica supernaturalis, & visionis Dei: per illam enim vivit intellectus, non solum vita, ut sic à naturali, & supernaturali præscindente, sed vita supernaturali, & æterna, ut constat ex illo Joan. 17. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, &c.* Sed licet intellectus per vires sibi innatas sit in hac sententia, intrinsecè potens ad conceptum communem intellectionis; non est tamen intrinsecè potens, sed impotens ad illius conceptum differentialem, & prout dicit supernaturalitatem: si ergo prout sic debet egredi ab intellectu, ad id debet constitui potens intrinsecè per aliquam formam intrinsecam; & in hoc sensu possunt concursus partiales admitti, & simul defendi, quod non potest intellectus elevari per auxilium aliquod extrinsecum. De reliquis autem hanc sententiam concernentibus videantur dicta loc. citat.

63
2. Corollarium bipartitum.

Secundo infertur, quod excessus unius visionis supra aliam solum potest provenire ab excessu luminis gloriæ; secus autem esset dicendum, si intellectus per vires sibi innatas in visionem beatam influeret: tunc enim excessus etiam posset provenire ab excessu unius intellectus supra aliam. Prima pars corollarij probatur: nam excessus unius visionis supra alteram est aliquod prædicatum intrinsecum, & supernaturale, repertum in excedente, quod non reperitur in altera: cum ergo omne prædicatum ibidem repertum debeat ab aliqua virtute activa produci, si hæc est adequatè lumen gloriæ, ab eo debet provenire, non ab æquali alteri: nam

tum non libere, sed ex necessitate operentur, æqualem effectum producent: ergo inæqualitas visionis ab inæqualitate luminum debet provenire.

Secunda autem pars etiam probatur: quia quando idem effectus à duplici causa per suam virtutem operante procedit; si utraque, secundum id quod potest, operatur, ex augmento cuiuscumque necessario augetur influxus: si ergo intellectus, & lumen tanquam duæ causæ partiales; per suas virtutes concurrunt ad eandem producendam visionem, ex augmento virtutis cuiuscumque necessario debet augeri influxus; qui à visione non distinguitur; ac proinde crescet visio non solum secundum incrementum luminis, sed etiam secundum incrementum virtutis intellectivæ; quod ferè apud omnes Adversarios est falsum, & expressè contra D. Thomam hic artic. 5. Dicere autem quod tunc influxus intellectus determinaretur, & impediretur à minori lumine; ut æqualiter cum eo concurrat; est contra rectam rationem: iuxta quam gratia nec destruit; nec imperficit naturam, sed potius eam adjuvat, & confortat: ergo non posset impediri à lumine, ne iuxta suum posse in effectum influat.

Immo adde; quod ex prædicta sententia etiam sequeretur, quod visio hominis, & Angeli; sunt inæquales inæqualitate specifica, quod etiam est contra ferè omnes Theologos cum D. Thom. quæst. unica de Anima, artic. 7. sequela autem probatur. Nam effectus, qui procedunt à causis, ut specificè distinctis, non possunt non specificè distingui; alias non procederent ab illis prout distinguntur, sed prout conveniunt; sed visiones hominis, & Angeli procederent ab eis prout specificè distinguntur; iuxta hanc sententiam: ergo. Probatur min. Nam virtutes innatæ intellectus eorum per suas differentias specificè distinguntur; at visiones istæ, procederent ab in-

2. Pars corollarij.

64
Maior pars confirmatio.

tellectibus eorum secundum suas ultimas differentias: tum quia deberent ab illis procedere secundum totum suum posse, cum non libere, sed necessario influant: tum quia aliter solum beatificarentur secundum rationem genericam, & non secundum specificam: ergo tales visiones ab eis procederent, secundum quod specificè distinguuntur. Hoc autem minime sequitur ex nostra sententia: nam licet vi-

siones istæ procedant ab intellectu hominis, & Angeli secundum suas ultimas differentias; quia tamen lumen gloriæ, quod in utroque est tota ratio producendi, est eiusdem speciei; diversitas potentiarum de materiali se habet, ad inducendam diversitatem specificam in visione. Et hæc de hoc dubio applicanda litteræ Magistri in 1. dist. 17. & in 3. dist. 22. & in 4. dist. 49. & alijs in locis.



DUBIUM SECUNDUM

*UTRUM SIT POSSIBILIS SUBSTANTIA ALIQUA CREATA,
cui sint connaturalia, lumen gloria,
& visio beata?*

§. I.

ALIQUBUS SUPPOSITIS REFERUNTUR SENTENTIAE.

I In quo DD. in hac parte conveniunt. Licet Authores qui possibilitatem substantiæ supernaturalis propugnant, non unicam tantum, sed plures, easque speciè distinctas posibles imaginentur; ut aliam, cui connaturales tantum sint virtutes supernaturales infusæ; aliam, cui etiam sint connaturales virtutes Theologicae, & aliam tandem, cui etiam sint connaturales visio beatifica, & virtus ad ipsam, quod est lumen; tamen ferè omnes conveniunt in eo, quod admittit possibilitate alienius substantiæ, cui connaturales sint virtutes infusæ, aut Theologicae; admitti, concedique etiam debet possibilitas alterius substantiæ, cui connaturalia esse possint lumen gloriæ, & visio beatifica. Et merito quidem: Tum quia si concedatur possibilis substantia, cui sint connaturales virtutes supernaturales infusæ, quia complexum ex substantia; & his virtutibus est aliquid finitum: siue quia potentiam naturalem, non posse ad harum virtutum effectum; est propter defectum virtutis; ac pro-

inde Deus potest, aut producere aliquam illi complexo æquivalentem, aut cum tantis viribus, quod aliarum superadditione non indigeat; quocumque modo ex his illius possibilitas probetur; æquè probat possibilitatem substantiæ, cui etiam sint connaturalia lumen fidei, & gloriæ, & quæcumque alia accidentia supernaturalia: nam etiam complexum ex eis, & naturali substantia resultans etiam est quid finitum: & naturalem substantiam non posse ad istarum virtutum effectum, etiam ex defectu virium provenit. Tum quia cum omnia accidentia supernaturalia sint eiusdem ordinis; cui unum accidens supernaturale connaturale esset, reliqua non possent esse supernaturalia; sed omnia essent illi connaturalia, licet non debito proprietatis, debito tamen conformitatis; ut constat in accidentibus naturalibus; quæ sunt eiusdem ordinis: alias unum comparative ad aliud supernaturale esset, ac proinde non eiusdem ordinis cum illis.

Qui-

2. Quibus addē, quod longe probabilius apparet, esse impossibilem substantiam aliquam ita determinatam, quod non possit ad plura se extendere, quam habitus fidei; aut alius habitus cuiuscumque alterius supernaturalis virtutis: tum quia in naturalibus impossibilis communiter iudicatur substantia naturalis, quæ non ad plura obiecta naturalia se extendat, quam unus, vel alter naturalis habitus: habitus namque essentialiter habet, determinare potentiam, ex se ad plura potentem; ad certa determinataque obiecta: tum quia substantia illa, cui connaturale esset lumen fidei, sine ulla elevatione posset Deum videre: nam in primis posset: nam cum haberet intellectum, haberet potentiam carentem omni materia; ac proinde capacem ut Deum videret: quod autem posset sine elevatione, probatur: nam elevatio est ad superiorem ordinem; sed visio Dei non esset superioris ordinis ad lumen illius substantiæ; cum utrumque esset in ordine supernaturali; ergo. Tum quia substantia illa non posset non habere connaturaliter intellectum supernaturalium principiorum; sed hoc non potest esse fides, quia intellectus principiorum per se pertinet ad intellectum, sine dependentia voluntatis: fides autem essentialiter dependet à motione voluntatis: ergo.

3. Ex quo sequitur difficultatem istam coincidere cum ea, quæ inquiritur an sit possibilis substantia aliqua creata supernaturalis? Eam tamen aptius sub præfixo titulo disputamus: tum pro connexionem materia: tum quia clarius apparet eius repugnantia sub his terminis, quam absolute. Sed ante illius resolutionem advertenda prius est divisio communis entis supernaturalis quo admodum, & quo ad substantiam: naturale quo admodum dicitur illud, quod substantiam, & naturam habet naturalis ordinis; fieri autem illius naturale est: sicut illuminatio cæci,

aut resurrectio mortui: id enim quod per has actiones fit, est aliquid naturale quo ad substantiam, homo, scilicet, & potentia visiva; modus autem faciendi supernaturalis est.

Supernaturale autem quo ad substantiam est illud, cuius species, & quidditas supernaturalis est, & non solum modus illam producendi: & talis est gratia habitualis. In quo autem ratio entis supernaturalis quo ad substantiam consistat; modo determinare non possumus: quia nihil fixum est; in quo omnes, tanquam in principio; pro disputatione conveniant; sed unusquisque sic constitutum illius designat, prout sibi accomodatum videtur; ad affirmandam, vel negandam talis substantiæ possibilitatem: aliqua tamen sunt circa illud, in quibus omnes convenire videntur: quæ ideo, & quia non parum lucis ministrant ad quæstionis resolutionem præmittenda sunt.

Primum est quod ens naturale quo ad substantiam tale esse debet, quod excedat connexionem, & activitatem naturalem cuiuscumque naturæ creatæ, etiam Angelicæ. Secundum: quod huiusmodi formæ sic supernaturales habeant, tanquam proprium munus, elevate naturas creatas ad modum operandi Divinum, & ad consortium Divinæ naturæ: quod colligitur ex illo 2. Petri 1: *per quædam maxima, & præstiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini Divina consortes naturæ:* quod etiam per similitudinem Dei explicatur 1. Joan: 3: *Cum appa-ruerit, similes ei erimus, quia videbimus eum; sicuti est:* Tertium, & sequitur ex his: quod entia supernaturalia, quæ defacto dantur, sunt virtutes Dei participatæ ab ipso; quibus naturas creatas ad proprium modum operandi elevat. In his tribus facile omnes conveniunt. Difficultas autem in eo stat, an sit possibilis creaturæ aliqua, ita perfecta, quod respectu illius, formæ istæ supernaturales,

4. Quid supernaturalis quoad substantiæ

5. Nota billa.

non se habeant, aut per modum elevationis, aut per modum virtutis Dei, quibus ad operandum modo Divino elevetur, sed cui omnes illæ sint connaturales, & virtutes propriæ, sive ab ea dimanantes, sive tanquam accidentia, eiusdem tamen ordinis, convenientiæ?

6
Referuntur sententia.

Circa quam difficultatem duplex extreme opposita versatur sententia. Alia possibilem iudicans talem substantiam: eam tanquam probabilem tenent Molina, Hericæ, Valentia, Becano, & Alarcon, licet non sine timore: excuso tamen timore, eam absolutè defendit, & propugnat Pater Ripalda tom. 1. de ente supernaturali, disput. 23. per decem, & octo Sectiones: quamvis ibidem etiam fateatur, quod stando authoritati, sententia negativa tenenda sit; sed nihilominus ipse affirmativam propugnat. Secunda sententia negat talis substantiæ possibilitatem: ita omnes alij Theologi cum D. Thoma artic. 5. ad tertium, & tertio contra gentes, cap. 52. & 54. & 12. quest. 110. artic. 2. ad 2. pro qua sententia.

§. II.

STATUITUR CONCLUSIO,
Quæ aliquibus rationibus probatur.

IMPLICAT SUBSTANTIA
aliqua creata cui connaturalia sint, lumen gloria, & visio beata.

7
Pulchra Authoris refl. xio ex D. Th. & eruditissim. sapientissim. moque viro M. Cano.

Nostra conclusio est, quod implicat substantia aliqua creata, cui connaturale sit lumen gloria, aut visio beatifica Dei. Omnisque fundamentis, quæ ab authoritate, tam Sanctorum PP. quam aliorum Theologorum desumi possunt, quia eos stare pro nostra sententia absque difficultate Adversariis fatentur, & solum ex vi rationis licent definiendam proclamant: quasi si in rebus supernaturalibus non priorem locum teneret authoritas

SS. PP. & Theologorum, quam naturalis ratio, præcipuè si evidentissima non sit, ut colligitur ex D. Thoma, 1. part. quest. 1. artic. 9. & late, ritè eruditeque probat M. Cano libro 7. de locis, cap. 7. concl. 5. aut quasi si SS. PP. & reliqui Theologi cum eis consentientes, irrationabiliter in unam conspirent sententiam, relinquuntque rationem P. Ripalda, ut ab eo prohibito corrigantur, quod dici nequit: quare mihi irrefragabilis consequentia videtur, quod si pro nostra sententia stat SS. PP. & Theologorum autoritas, etiam stet, & ratio. Sed eis in hac parte consentiendo, rem rationibus agamus: ex pluribus autem, quæ à Theologis adducuntur, aliquas tantum proponemus, ne plus debito dubium accrescat.

8
1. Ratio pro conclusione expenditur.

Prima ergo ratio nostræ conclusionis, sic proponitur. Implicat creatura aliqua intellectiva, quæ non sit in potentia obedientiali in genere intelligendi, & cognoscendi, in ordine ad Deum, potentem illam, ad superiorem intellectionem, & lumen intellectivum elevare; sed si esset possibilis substantia aliqua creata, cui connaturale esset lumen gloriæ, & visio beata, non sic esset in potentia obedientiali ad Deum: ergo. Mai. & min. sunt probandæ, & prius probatur mai. Primo. Quia qualibet creatura, utpotè determinatæ speciei, debet habere connaturalem modum operandi limitatum, & determinatum ad illam speciem: ergo debet esse capax habendi aliam perfectionem sibi non connaturalem, & extra terminos illius speciei. Secundo. Quia nulla est creatura ita perfecta, qua perfectionem non possit Deus producere: ergo quæ non sit capax, ut ab alia perfectiori illuminetur illuminatione sibi non connaturali: ergo multo minus quæ non sit in potentia obedientiali, ut à Deo illuminetur, & ad superiorem modum cognoscendi elevetur. Tertio. Quia quicumque intellectus creatus, quantumvis perfectus, comparatur ad intellectum Divinum, tanquam ad

actum purum, & infinite ab eo distantem: ergo ut in potentia obedientiali, ut à Deo elevari possit.

Minor autem probatur. Quia supremus gradus intelligendi, ad quem creatura aliqua, sive creata, sive creabilis pertingere potest, est cognitio Dei intuitiva: ergo si hanc connaturaliter haberet, non esset in potentia obedientiali, ut à Deo elevaretur ad aliquem perfectiorem modum intelligendi eo, quem connaturaliter haberet. Consequentia tenet, & antecedens probatur. Tum quia visio Dei est operatio in ordine Divino, qua efficiuntur Divinæ naturæ confortes, & ei similes in operando; sed hac nulla potest esse superior in creatura: ergo. Tum quia in tali visione consistit ultimâ felicitas omnium creaturarum intelligibilium; non solum existentium, sed & possibilium: nulla enim altiore finem habere potest, neque perfectiori operatione, quam visione, & frutione ipsius illum apprehendere: ergo hæc est omnium possibilium perfectissima. Tum quia nullus ordo inter creatos est ordine supernaturali superior: est enim Divinus per participationem, quo nihil superius est, nisi Divinus per essentiam: cum ergo illa operatio esset in ordine supernaturali, & in illo ordine perfectissima; nulla superior illa est possibilis.

Dices substantiam illam adhuc fore in potentia obedientiali in ordine ad Deum, à quo posset elevari, licet non ad operationem superioris ordinis, superioris tamen speciei in illo ordine; aut saltem superioris intensiois in eadem specie. Sed contra primo. Quia de ratione naturæ intellectivæ inferioris speciei ad alteram est; quod possit elevari elevatione superioris speciei, quæ sit solum connaturalis naturæ elevanti, & non elevata; ut constat in Angelis: ergo de ratione naturæ inferioris ordinis ad aliam, est quod possit elevari à superiori elevatione superioris ordinis ad elevatam; & solum connaturali natu-

ræ elevanti. Antecedens est certum, & consequentia bona: tunc sic; sed Deus est nedum superioris speciei, sed etiam ordinis ad quamcumque naturam creatam, & creabilem: ergo de ratione cuiuscumque est; quod sit in potentia obedientiali ad Deum, ut ab eo possit elevari, elevatione superioris ordinis.

Secundo. Quia illa substantia Impugnatur 2. admittitur, sequeretur esse possibilem aliam, quæ non posset elevari elevatione superioris speciei, aut intensioris intra eandem speciem: ergo deficit etiam quo ad hanc partem solutio. Assumptum probatur. Et quo ad elevationem diversæ speciei, constat in primis ex eo, quod est verior Theologorum sententia, non esse possibilem gratiam, lumen gloriæ, aut visionem beatam, diversæ speciei, ab his, quæ defacto dantur: de quo 1. 2. quæst. 110. quo ad utramque autem simul partem probatur: quia si esset possibilis elevatio diversæ speciei, & amplioris intensiois ad lumen, & actum, quæ connaturalia sunt illi substantiæ, erit etiam possibilis alia substantia, sive alterius, sive eiusdem speciei, cui illæ formæ elevantes sint connaturales: illæ enim finitæ sunt; & complexum ex eis, & substantijs elevatis finitum etiam est: quo argumento utuntur ad probandam possibilitatem substantiæ, cui connaturalis sit visio Dei, & lumen gloriæ: ergo possibilis erit substantia, quæ non possit à Deo elevari, elevatione superioris speciei, aut intensiori intra eandem speciem. Explicatur, & urgetur hoc: Deo propter infinitum excessum, quo super eminet creaturis, debet esse possibilis forma aliqua elevativa earum, aut plures, in ordine ad quas omnes creaturæ non solum existentes, sed etiam possibles, se habeant in potentia obedientiali; at vel hoc est falsum, iuxta sententiam oppositam, vel nullâ est ratio, cur tales formæ non sint formæ supernaturales, quæ defacto dantur: ergo. Mai. ex infinitate Dei, ex li-

Prob. min
principal.

9
Occursus
rationi
impugna-
tur 1.

imitatione creaturarum, & ex dominio, quod Deus supra ipsas habet, deducitur: min. autem probatur: quia formæ illæ, utpotè finitæ, & complexum ex illis, & substantia elevata, utpotè finitum, aut posset adequari à substantia aliqua simplici, aut si non posset; nulla est ratio, quare formæ istæ supernaturales, quæ defacto dantur, & complexum ex eis, & substantia elevata, quantumvis finita, possit à substantia aliqua simplici adequari.

10
1. Con-
firm. al-
sumpti.

Confirmatur primò. Quia formæ illæ, quæ ita essent Deo propriæ, ut nulli creaturæ possent esse connaturales, nihil aliud haberent, quam esse formales participationes Dei, secundum quod excedit omnes creaturas; & per eas ad sui similitudinem, & consortium elevare, & Dei formes constituere; sed omnia ista formis istis supernaturalibus, quæ modo dantur, conveniunt: ergo nulli creaturæ possunt esse connaturales, sed omnes comparari debent ad illas, ut in pura potentia obedientiali.

2. Con-
firm. al-
sumpti.

Confirmatur secundò. Quia virtutes ad patranda miracula, taliter sunt Deo de facto propriæ, quod nulli creaturæ possibili possunt esse connaturales, sed omnes se habent ad illas, ut in potentia obedientiali; sed formæ istæ supernaturales multo perfectiores sunt, & ex se elevatiores, quam virtutes ad patranda miracula: tales ergo etiam sunt, quod nulli creaturæ possunt esse connaturales. Min. probatur. Quia virtutes ad patranda miracula, licet habeant modum supernaturalem operandi, & sic sint supernaturales quoadmodum; quo ad substantiam tamen naturales esse solent, sicut, & earum effectus, ut lumen ad cognoscendum aliquod futurum contingens, est purè naturale; sed formæ istæ, & earum effectus, non solum quo admodum, sed etiam quo ad substantiam sunt supernaturales; ergo si illæ nulli possunt esse connaturales, neque formæ supernaturales, quæ defacto dantur.

Ex quibus robur accipit quò-
dam arg. quo communiter utuntur
nostri Thomistæ, deduciturque ex
D. Thoma 1. 2. quæst. 110. artic. 2.
ad 2. nam formæ istæ, quæ defacto
dantur, sunt supernaturales abso-
lutè, & simpliciter; sed de ratione
entis supernaturalis, quod est tale
absolutè, & simpliciter, est quod sit
supra omnem naturam creatam, &
creabilem: ergo. Mai. conceditur, &
min. probatur. Tum quia hac ra-
tione operationes miraculosæ di-
cuntur supernaturales absolutè, &
simpliciter. Tum quia si sufficeret
ad talem supernaturalitatem esse
supra naturas defacto creatas, pro-
ductio alicuius Angeli, qui omni-
bus existentibus esset superior, su-
pernaturalis esset absolutè, & sim-
pliciter, & consequenter ipse An-
gelus productus talis etiam esset.
Tum tandem: quia formæ istæ su-
pernaturales absolutè, & simplici-
ter dicuntur, quia sunt formales
participationes Dei, prout Deus à
creaturis secernitur, & subiectum
illas participans: ad Dei confor-
tium elevatur prout omnem crea-
turam super excedit; sed ex hoc
habent esse supra omnes illas, sive
productas, sive producibiles: er-
go.

Secunda ratio pro nostra con-
clusionem desumitur ex D. Thoma
hic artic. 5. ad 3. quæ sic formatur.
Ultima dispositio ad aliquam for-
mam, non potest esse connatura-
lis, nisi habenti connaturaliter ta-
lem formam; sed lumen gloriæ est
ultima dispositio ad essentiam Di-
vinam, ut habendam per modum
speciei intelligibilis: ergo nequit
esse connaturale, nisi connaturali-
ter habenti essentiam Divinam, per
modum speciei intelligibilis. Tum
sic; sed essentia Divina per mo-
dum speciei intelligibilis, nequit
esse connaturalis alicui substantiæ
create, aut creabili: ergo. Uterque
discursus est legitimus, mai. primi
est certà, explicaturque à D. Tho-
ma exemplo ultimæ dispositionis
ad formam ignis, quæ nulli nisi ta-
lem formam connaturaliter habenti
po-

11
2. Ratio
conclusio-
nis.

potest esse connaturalis. Et eius ratio est : quia ultima dispositio coaptat subiectum cum forma, ad quam disponit, & eam per sui naturam exigit : ergo solum potest esse connaturalis, & connaturaliter, ubi forma illa, ad quam disponit, connaturaliter est.

Probat. Min. autem subsumpta probatur. Primò ex D. Thoma ibidem : quia per essentiam Divinam unitam in esse formæ intelligibilis constituitur formaliter intellectus, cui unitur, Dei formis ; sed esse Dei forme nulli naturæ creatæ, aut creabili potest esse connaturale : per hoc enim explicatur, aut assimilatio cum Deo, aut participatio eius in propriissimis eius prædicatis : ergo. Secundo probatur eadem min. a D. Thoma ibidem ; quia species intelligibilis, quæ est forma substantialis, nequit esse connaturalis in esse speciei intelligibilis, nisi cui est connaturalis in esse formæ substantialis : sicut essentia Gabriëlis nequit esse connaturalis in esse speciei, nisi Gabriëli, cui est connaturalis in esse formæ substantialis : ergo essentia Divina nequit esse connaturalis alicui creaturæ, nisi sit creatura natura Divina ; quod est impossibile. Tertio potest probari eadem min. quia forma, quæ est in superiori gradu, nequit esse connaturalis formæ existenti in inferiori, sed essentia Divina est in superiori gradu, non solum in esse entis, sed etiam in esse intelligibili ad quancumque naturam creatam, aut creabilem : ergo nulli potest esse connaturalis. Probat. mai. nam eo species intelligibiles nequeunt esse connaturales brutis, neque Angelicæ nobis, neque essentia Divina de facto Angelis, qui in superiori gradu sunt : ergo.

I 2 Solutio ad rationem revocatur stado princip. Div. Thon. Dices : rationem istam ad summum tenere posse in principiis D. Thomæ negantis possibilitatem speciei impressæ creatæ ad videndum Deum ; cuius oppositum pluribus Theologis videtur, etiam ex eis, qui conveniunt nobiscum in deneganda possibilitate substantiæ : non

ergo alliganda est hæc sententia huic rationi. Sed præterquamquod sufficeret nobis ; quod hæc ratio probaret in principiis D. Thomæ, quæ vera existimamus, & propugnanda suscipimus, quia verum consonat vero, neque est necesse quod consonet falso ; præter hoc, inquam, ratio assignata etiam probat in aliorum principiis admittentium possibilitatem speciei impressæ.

Assumptum probatur primo. Quia licet talis species possibilis admittatur, negatur tamen defacto communiter ; sed essentia Divina est connaturalis per modum speciei impressæ lumen gloriæ, & visioni beatificæ, quæ defacto dantur : ergo si hæc possunt esse connaturalia alicui substantiæ creatæ, etiam poterit illi esse connaturalis essentia Divina per modum speciei impressæ. Nec refert dicere, quod lumen gloriæ, quod esset connaturale illi substantiæ, esset diversæ speciei à lumine quod defacto datur ; ac proinde non sequitur, quod si huic sit connaturalis essentia Divina per modum speciei, etiam sit connaturalis illi substantiæ. Non, inquam, refert : tum quia essentiam Divinam defacto gerere munus speciei respectu huius luminis, non tam provenit ab ipso, quam ab essentia Divina, quæ, utpote proportionata, perse non indiget specie superaddita : ergo diversitas specifica luminis gloriæ (adhuc eius possibilitate admittenda) impertinenter se habet ad ponendam defacto speciem quidditativam Dei. Tum : quia adhuc admisso ; hoc provenire à perfectione luminis, magis exigeret illud aliud lumen connaturale substantiæ, & illa alia visio essentiam Divinam per modum speciei, quæ lumen, & species, quæ defacto dantur : perfectior enim esset illa visio, utpote à perfectiori intellectu proveniens, & a virtute supernaturali, quæ modo magis perfectio existeret, scilicet connaturaliter : ergo ex se perfectionem speciem exigeret. Tandem. Quia adhuc admittenda ampliori perfectione ex parte luminis, quod

Revocatur etiam in principiis aliorum.

defacto datur; tamen ista maior perfectio non esset, qua illud excederet in ordine, sed ad summum in specie intra eundem ordinem: ergo non esset talis, quod huic luminis esset connaturalis species diversi ordinis, ab ea quae alteri debetur: si ergo huic est connaturalis essentia Divina per modum speciei, pariter, & alteri.

13
2. Prob. assumptu.

Secundo probatur idem assumptum, quia esto admittatur, quod essentia Divina defacto videretur per speciem intelligibilem creatam; talis tamen species deberet esse superioris ordinis in esse intelligibili etiam, ad quamcumque naturam creatam, sicut & obiectum per illam representatum; sed ut superius arguebamus, id, quod est superioris ordinis, nequit esse connaturale rei inferioris ordinis: ergo. Quod confirmatur. Quaecumque natura intellectiva completa exigit per modum proprietatis species illas, quae deservire possunt ad cognitione obiectorum naturaliter sibi debitorum; quod in Angelis constat: ergo cum substantia illa supernaturalis non posset non esse natura intellectiva completa; non posset non exigere per modum proprietatis speciem quidditativam Dei, si Deum connaturaliter cognosceret; at hoc est impossibile, quia cum proprietatis sit propter essentiam, est illa inferior; species autem illa esset superioris ordinis: ergo.

14
Resp. Ripald. eid. r. ratio.

Aliter respondet Ripalda dicendo: non esse inconveniens, quod aliquid creatum exigit connaturaliter essentiam Divinam per modum speciei impressae: nam cum munus proprium speciei sit effectivè concurrere ad cognitionem; eam connaturaliter exigere, nihil aliud est, quam eam exigere ut specialiter concurrentem ad intellectionem; in quo nullum apparet absurdum; similem namque exigentiam videmus: Calor enim ut octo in absentia ignis exigit Deum, ut specialiter ignem facientem, & Angelus semel productus Deum

ad illius conservationem concurrentem.

Sed contra est: Quia minus speciei impressae non est tantum effectivè ad intellectionem concurrere, sed etiam intellectum intrinsicè foecundare, & formaliter determinare ad illam producendam; sed haec unio, & determinatio intrinseca ratione essentiae Divinae non potest non esse super exigentiam cuiuscumque naturae creatae, aut creabilis: ergo. Tum quia, ut supra arguebamus ex D. Thoma, per illam constituitur intellectus creatus Dei formis. Tum quia forma unita est superioris ordinis ad quamcumque creaturam: ergo.

15
Impugn. solutio.

Urgetur hoc. Licet effectus, qui procedit à Deo, ut à causa efficienti, utpotè finitus, & limitatus possit non esse super exigentiam creaturarum; effectus tamen, qui ab eo formaliter procedit, supra omnem naturam creatam, & creabilem esse debet: effectus namque ipse ab ipso Deo, à quo praestatur, & qui supra omnes, & supra omnium exigentiam est, non distinguitur; sed species impressa non solum efficienter ad intellectionem concurrat, sed etiam formaliter, & intrinsicè intellectum determinat: ergo esse enti à Divina sub munere speciei impressae supra exigentiam cuiuscumque creaturae possibilis debet esse.

16
Praesius impugnat

§. III.

ALIJS RATIONIBUS PROBATUR

conclusio.

Tertia ratio pro nostra conclusione desumitur ex D. Thoma hic artic. 4. & sic formatur. Intelligens, & obiectum connaturaliter intellectum debent convenire in eodem gradu immaterialitatis; sed nulla est possibilis substantia creata, quae conveniat in eodem gradu immaterialitatis cum Deo: ergo nulla est possibilis, quae connaturaliter quidditivè cognoscat Deum:

17
3. Ratio conclusionis ex S. D. accepta

Deum. Min. constat: nam gradus immaterialitatis, in quo est Deus, est actus puri, à quo omnis creatura possibilis infinite distat: mai. in qua est difficultas, dupliciter probatur à D. Thoma. Primo: quia cognitio contingit secundum quod cognitum est in cognoscente; sed cognitum est in cognoscente ad modum cognoscentis: ergo cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ: si ergo modus essendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoscentis, oportet quod cognitio illius sit supra naturam cognoscentis.

sibili, sed potius ab eâ abstrahunt: & talis est anima nostra, ut intellectiva, corpori concreta. Tertius rerum per se subsistentium, id est; non in aliqua materia, quales sunt Angeli; qui adhuc includunt compositionem ex esse, & essentia, & ex genere, & differentia, quæ vocatur materia metaphisica. Quartus est; in quo est Deus, qui est actus purus, & excludit omnem potentiam tam phisicam, quam metaphisicam.

Qua distinctione supposita sic probatur à D. Thoma eadem mai. res existentes in primo gradu nequeunt connaturaliter cognoscere, eas quæ existunt in secundo; sicut sensus nequit cognoscere res in universali: neque res quæ existunt in secundo possunt connaturaliter cognoscere eas, quæ sunt in tertio: sicut anima nostra Angelos: neque Angeli, qui existunt in tertio, possunt connaturaliter cognoscere quidditative Deum, qui existit in quarto; sed hoc non alia ratione, nisi quia sunt diversi gradus immaterialitatis: ergo verum est principium D. Thomæ, quod intelligens, & res connaturaliter intellecta debent esse in eodem gradu immaterialitatis. Tertio probatur eadem mai. ex eodem S. D. infra quæst. 14. art. 1. Immaterialitas est ratio cognoscendi, & cognoscibilis: ergo diversus gradus immaterialitatis arguit diversum gradum cognoscendi, & cognoscibilis: ergo res quæ sunt in inferiori gradu immaterialitatis non possunt habere eundem modum cognoscendi; neque respicere pro obiecto naturali idem cognoscibile, quod habent, & quod respiciunt res superioris gradus immaterialitatis: substantia ergo connaturaliter cognoscens aliquod obiectum debet esse in eodem gradu immaterialitatis cum illo.

Quarto, & hoc amplius explicatur ex eodem S. D. 3. Contra gent. cap. 54. omnis intellectus respicit pro obiecto proportionato, & connaturali substantiam illam, à qua procedit, & cui est connaturalis, vel gradum, in quo est talis

2. Aperte prob. illa mai.

4. Probat eiusd. mai

Quæ probatio D. Thomæ sic explicatur. Cognitio fit secundum quod cognitum est in cognoscente per sui speciem impressam; quia tunc fit connaturaliter, secundum quod species illius impressa connaturaliter est in cognoscente; sed species impressa superioris gradus immaterialitatis, nequit connaturaliter esse in intellectu inferioris gradus, ut ex ratione præcedenti constat: ergo cum species quidditative Dei debeat esse superioris gradus immaterialitatis ad quancumque rem creatam, & eiusdem cum Deo, ut ex dictis disp. 2. dub. 1. præcipue à num. 7. constat; non potest esse connaturalis alicui.

18 Secundo probatur ab eodem S. D. inductione facta in rebus naturalibus; ex quibus discurrendum est in super naturalibus, nisi manifesta obtinet authoritas. Pro qua inductione triplicem gradum immaterialitatis distinguit, sub quorum primo duo alij includuntur, & sic numerantur, quos iam explicavimus loc. nuper citat. Primus est rerum existentium in materia phisica, qualis est anima nostra, sub quo comprehenduntur duo: alter eorum, quæ omnino dependent, non solum à materia specificè accepta, sed etiam individuali, & sensibili; sicut sunt animæ brutorum, & anima nostra ut sensitiva: alter autem rerum, quæ licet, dependant à materia phisica, seu specificè accepta, non tamen ab individuali, & sen-

subt

Prob. mai. explicatur.

Mai. 1. assumpta ex eod. S. D. prob.

substantia: ergo ut substantia aliqua connaturaliter cognoscat aliquod obiectum, debet in eodem gradu essendi cum eo convenire. Consequentia constat, & antecedens probatur. Tum inductione: nam intellectus noster in statu contractionis respicit pro obiecto sibi proportionato substantiam concretam, & in statu separationis ipsam animam separatam, & intellectus Angelicus substantiam propriam per se subsistentem; intellectus autem Divinus ipsam naturam Divinam; cuius signum evidens est, quod omnia alia, quæ intelligunt, iuxta modum suæ naturæ intelligunt: ergo. Tum quia intellectus proportionatur suo intelligibili ratione immaterialitatis, & actualitatis, sive virtutis activæ ad intelligendum; sed nequit habere maiorem actualitatem, neque immaterialitatem, quam habet principium radicale, à quo dimanat: ergo neque superius intelligibile proportionatum, & connaturale.

19 Tandem probatur nostra conclusio ab inconvenientibus, quæ ex opposita sententia inferuntur: nam in primis, ea admissa, sequitur esse possibilem creaturam aliquam omnino impeccabilem, tam in ordine naturali, quam supernaturali, sed hoc est absurdum, utpotè contra unanimum SS. PP. sententiam soli Deo impeccabilitatem; creaturis autem, quia ex nihilo factis, defectibilitatem, non solum physicam, sed moralem attribuentium, ut modo supponendum est: ergo. Sequela probatur primò: quia substantia, cui connaturaliter debetur lumen gloriæ, & visio beatifica, se ipsa esset sancta, immo & ipsa sanctitas: sanctitas enim est radix videndi, & amandi Deum; sed ex ipsa sanctitate nullum peccatum grave, aut leve oriri potest; ut per se est manifestum; traditurque à D. Aug. lib. 3. ad Bonifacium cap. 3., ad hunc sensum explicans, & intelligens illud 1. Joanni cap. 3. *Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quia semen ipsius*

in eo est, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est: ergo. Explicatur hoc. Licet homo iustus possit peccare, quia potest independentè ab influxu gratiæ, ex influxu naturæ facere peccatum gratiæ exclusivum; Christus tamen impotens est ad peccandum; quia omnia operari debet ex influxu unionis hypostaticæ, cui, quia sanctitas est, repugnat influxus in peccatum; sed omnia illa, quæ substantia supernaturalis operaretur, faceret ex influxu sanctitatis, quæ esset cum illa identificata: nihil ergo posset male operari.

Quod inconveniens etiam sequitur, etsi fingatur substantia illa supernaturalis, non cum sanctitate, & gratia identificata, sed cui tantum sit connaturale lumen gloriæ, aut virtutes infusa. Tam quia, ea admissa, non potest negari possibilitas alterius, cui sit connaturalis visio beata; ac proinde quod se ipsa sit sanctitas, ut ex iam dictis constat: tum quia & huius impeccabilitatis facile demonstrari potest ex dictis. Primò. Quia omnis operatio, quæ ab ea procederet, esset supernaturalis, & à principio supernaturali dependens; sed nulla operatio supernaturalis potest esse peccaminosa, ut ex dictis disp. 1. dub. 2. concl. 2. constat: ergo. Secundo. Quia etsi admittatur operationem supernaturalem posse vitari; vitium tamen illi accidere non potest ex supernaturali principio, à quo accipit supernaturalitatem, sed ex alio principio naturali ei adiuncto, & ipsam in prævum finem ordinante; sed omnia principia operativa illius substantiæ supernaturalia essent, utpotè ei conformia: ergo ex nullo posset aliqua illius actio vitari.

Explicatur hoc primò. Licet homo habens habitum fidei, & spei possit peccare, implicat tamen quod peccatum illi accidat ex his habitibus: isti namque, utpotè virtuosissimi, tales sunt, quod nemis possit eis male uti: ergo cum omnia principia, quibus substantia superna-

10. de
Sequela
eiusdem
inconven.
alia hyp.
pot.

Duplex
explicat.
sumpt.

turalis operaretur, non minus supernaturalia quam ij habitus essent, implicat quod substantia illa medio aliquo principio possit peccare. Secundò. Quia licet contingere possit iuxta aliquos, quos loc. superius cit. impugnavimus, quod actus fidei vitietur; hoc tamen nequit accidere, quia vitium, aut defectum habeat, vel ex habitu fidei, vel ex eius intrinseco objecto, aut motivo, sed tantum ex fine extrinseco: v.g. vanitatis, ad cuius positionem habitus fidei non concurrat, neque aliud supernaturale principium, sed natura ipsa defectibilis: cum ergo omnia principia, quibus natura illa operaretur, essent supernaturalia; ex nullo operationes eius possent vitari.

21 Inst. & eius impugnat. Nec refert, si dicas: hoc probare substantiam illam non posse peccare peccato aliquo commissionis; non autem pure omissionis. Nam in primis hæc solutio sustineri non potest in sententia negante puram omissionem voluntariam esse possibilem. Deinde: quia adhuc, ea sententia admessa, non posse subsistere, ex eo constat: quia iuxta omnes Theologos implicat pura omisio peccaminosa, quæ non sit interpretativè volita; ac implicaret substantiam illam velle interpretativè illam omissionem; nam cum voluntas formalis illius, utpotè naturalis, esset illi impossibilis; nullum ad esset fundamentum, undè prudenter interpretaremur omissionem illam esse adhuc virtualitèr volitam: repugnaret ergo etiam substantiam illam peccare peccato omissionis.

22 3. Inconv. ad filiationem naturalem Dei. Secundum inconveniens, quod ex opposita sententia sequeretur, est, substantiam illam esse filium naturalem Dei; sed hoc est absurdum: ergo. Min. constat: tum quia alias essent posibles plures filij Dei naturales: Tum quia filius naturalis Dei, non per creationem, sed per naturalem generationem produciatur: non in distincta, sed in eadem natura cum generante. Nec potest esse illius servus: hæc enim depe-

minatio supra creationem fundatur. Sequela autem probatur. Tum, quia forma constituens filium Dei, quæ est gratia habitualis, esset illi connaturalis: immo & cum ipsa identificata; cum per se ipsam haberet radicare dona supernaturalia. Tum quia, ea ratione, qua alicui convenit ius ad hæreditatem, convenit filiatio, ut constat ex illo Apost. ad Rom. 8. *Si autem filij, & hæredes;* sed substantia illa, cui esset connaturalis visio beatifica, haberet ius naturale ad illam: ergo. Tandem: quia substantia illa esset filius Dei; non adoptivus: ergo naturalis. Pater consequentia, quia non assignatur filiatio media. Mai: supponitur, & min. probatur ex Sacro Syllabo Concilij Francofordiensis, ubi expressè habetur: *quod filius adoptivus nequit dici, nisi ille, cui adoptio gratis tribuitur, quoniam non ex debito, sed ex indulgentia adoptio præstatur.* Et ibidem: *Omnis adoptio ex affectione ducit vocabulum.* Cum ergo substantiæ illi, non gratiose, sed ex debito connaturalitatis filiatio esset debita, non esset filius adoptivus.

Nec refert, si dicas, quod illa **23** substantia esset filius adoptivus, non adoptione, quæ defacto datur, & de qua ibi egit Concilium Francofordiense, sed alia, quæ tunc casus esset possibilis, & quæ illi esset connaturalis: esset ergo connaturaliter filius Dei, non naturalis: ad hoc enim opus erat quod suppositum non esset extraneum, quod naturam Patris per generationem haberet; quod repugnaret illi substantiæ: esset ergo connaturaliter filius Dei adoptivus.

Sed contra hanc solutionem obstat primò. Quod ex ea habetur, quod Concilium non negavit Christo Domino, nisi filiationem adoptivam omnibus iustis communem, non autem omnem possibilem, ac proinde quod sine illius contradictione possemus Christum Dominum Filium Dei adoptivum dicere, licet non filiatione communi alijs iustis, filiatione, & adoptione sibi

speciali; sed hoc non difficile concederent Felix, & Hallypandus, contra quos ibidem agebat Concilium: parum enim illis referēbāt, hac vel illa adoptione Christum esse filium adoptivum; dummodo filius adoptivus diceretur, & esset: ergo.

Fugat. 2.

Secundō. Quia æquo iure substantia illa dicenda esset filius naturalis Dei, aliā naturali filiatione ab ea, qua verbum est filius, sicut diceretur adoptivus aliā adoptione, ab ea, qua iusti adoptantur; sed hoc non concedunt: ergo. Mai. probatur. Nam sicut obstat naturali filiationi, quod substantia illa esset suppositum extraneum habens naturam per creationem, & non per generationem; ita obstat adoptioni, quod filiationem haberet, non ex liberali affectu adoptantis, & quod gratiosē ad hereditatem non esset assumpta, sed omnia ista ei connaturaliter convenirent: cur ergo potius adoptivus, quam naturalis dicendus esset? Immo magis directe infertur iuxta prædictam solutionem, quod nulla filiatione Dei gauderet, cum utriusque aliqua prædicata repugnarent; quod est aliud inconveniens.

Collectio
ex Inst.

Ex quo infertur solutionem esse implicatoriam dum substantiam illam filium adoptivum adoptione sibi connaturali nominat. De conceptu namque essentiali adoptionis est quod sit gratiosa assumptio ad denominationem filij, & ad hereditatem Patris, ut ex verbis adducis Concilij constat: neque enim ibi tantum de eius accidentibus agebat; sed hoc opponitur conceptui connaturalitatis: ergo. Insuper: de ratione formæ connaturaliter existentis in aliquo subiecto est quod illud denominet connaturaliter tale: si ergo forma filium Dei adoptivum constituens esset subiecto illi connaturalis, denominaret illum filium Dei naturalem, & non adoptivum.

24

Tertium inconveniens, quod sequitur, est, quod sit possibilis aliqua com. qua substantia, cui esset connaturalis, tale lumen propheticum, & alia,

vel eadem, cui esset connaturalis cognitio secretorum cordium, & virtus patrativa miraculorum, insuper & unio hypostatica; at hoc est absurdum: alias non esset efficax arg. Divinitatis illud Isaia. 41. *Annuntiate qua ventura sunt, & sciemus quia Diji estis*: nec esset verum illud 2. Paralip. 6. *Tu enim solus nosti corda filiorum hominum*: neque resurrectio Christi ex mortuis propria virtute efficaciter Divinitatem eius probaret: nec tandem Deus, substantiam suam alteri communicando, gratiam aliquam conferret: ergo. Sequela autem probatur, quod ad duas priores partes: Tum, quia lumen gloriæ, & visio beatifica perfectiores sunt lumine prophetico; superiorque operatio est visio beatifica, & justificatio impij, quam resurrectio mortui; & creatio, Cæli, & Angelorum, ut ex D. Aug. refert, & sequitur D. Thomas 1. 2. quæst. 113. artic. 9. & 10. Tum quia sicut lumen gloriæ est quid finitum; & complexum ex intellectu, & illo est etiam quid finitum: ita lumen propheticum, & virtus patrandi miracula sunt quid finitum; & complexum ex eis, & substantia resultans, etiam est quid finitum: ergo quemadmodum propter primum concedunt substantiam possibilem, cui connaturale sit lumen gloriæ, propter secundum debent etiam concedere esse possibilem aliam substantiam, cui connaturalia sint lumen propheticum, & virtus miraculorum.

Ex quo etiam tertia pars probatur. Nam etiam unio hypostatica quid finitum est, & complexum ex illa, & humanitate resultans: ergo. Deinde quia si non repugnat substantia creata, cui essentia Divina per modum speciei impressæ sit connaturalis, non est cur repugnet alia substantia, cui ipsa substantia Divina sit connaturalis; utrumque enim a Deo in genere causæ formalis terminative confertur: & sicut substantia connaturalis alicui creaturæ, est illius proprietas; ita & speciei illi connaturales per modum

Inconv. ad
union. hypostatic.

dum proprietatis se habent : quare, si hoc non obstante, potest essentia Divina connaturaliter se habere per modum speciei impressæ respectu alicuius creaturæ ; pariter & per modum substantiæ.

Additio
ad doctr.

Quibus adde non solum esse posibles prædictas substantias (ex suppositione, in qua loquimur) sed quod tam ipsæ, quam substantia supernaturalis, quæ possibilis adstruitur, defacto darentur ; quod probatur celebri D. Thomæ doctrina 1. part. quæst. 56. artic. 1. ubi probat dari defacto Angelos : quia si non darentur, univertium esset substantialiter imperfectum ; quia deficeret ei aliquis gradus substantiæ spiritalis completæ, qui est possibilis : ergo si tales substantiæ posibles sunt, ordo supernaturalis maneret substantialiter imperfectus, si defacto non darentur ; cumque hoc reputetur inconveniens, dicendum, vel quod illæ substantiæ defacto dantur, aut quod non sunt posibles.

§. IV.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

25
1. Obiectio
contra
1. rat. mi-
nistrat.

Objicies primò specialiter contra tertiam rationem, qua ex D. Thoma nostram conclusionem probavimus. Tota enim innititur huic discursui : *Cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ : ergo si modus essendi rei cognite est supra modum cognoscentis, non potest illam connaturaliter cognoscere* : sed discursus iste plures patitur instantias : ergo non est efficax. Probatür min. Primò, quia instatur in Angelo inferiori, cuius modus essendi est inferior ad modum superioris ; & tamen illum connaturaliter cognoscit. Secundo in anima separata, quæ inferior est, & tamen cognoscit connaturaliter Angelos. Tertio in intellectu lumine gloriæ illustrato, qui etiam connaturaliter cognoscit Deum. Quarto in Angelo, quem plures possibilem existimant, qui subsisten-

tiam identificent : hic enim, etsi superior ad reliquos, connaturaliter tamen ab eis cognosceretur. Tandem in obiecto abstractivè cognito, quod etsi superius, potest ab inferiori connaturaliter cognosci, ut Deus ab Angelis.

Nec sufficiens videtur communis solutio, qua dicitur, quod de ratione cognoscentis est, quod conveniat in eodem gradu immaterialitatis (quod explicatur per modum essendi) cum obiecto connaturaliter cognito, non autem in eadem specie. Tum quia anima rationalis ab Angelis, & intellectus illustratus lumine gloriæ à Deo, & Deus abstractivè cognitus ab Angelo, non solum specificè, sed genericè gradualiterque differunt, ut per se est manifestum. Tum & præcipuè quia explicari oportet, quare inter cognoscere, & obiectum connaturaliter cognitum requiratur convenientia in eodem gradu immaterialitatis, & non in eadem specie : si namque semel est verum, quod cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ, sequi etiam videtur, quod natura illa, quæ habet modum essendi specificè inferiorem, non possit alteram superiorem specificè connaturaliter, & quidditivè cognoscere. Quod si hoc non sequitur, non est unde sequatur, quod natura, quæ habet modum essendi genericè inferiorem, non possit rem superioris generis connaturaliter cognoscere.

Explicatur, & urgetur hoc. 26
Nam quando dicitur, quod cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ, aut *secundum modum* determinat gradum genericum naturæ cognoscentis ; & hoc non ; quia non assignatur huius ratio : immo stare pro opposito videtur ; nam cognitio non solum dependet à cognoscente secundum gradum genericum, sed secundum specificum : immo magis secundum specificum, qui actualitatem importat : una quæque enim res operatur secundum quod est in actu.

Solutio
obiect. re-
darg. mul-
tiplic.

Arctior
redargut

actu: ergo operatio illius, non solum à conceptu generico, sed ab specifico, & differentiali debet modificari. Tum quia, cognitio quidditativa alicuius obiecti non solum ad conceptum genericum, sed etiam ad specificum terminari debet: ergo proportio inter cognoscens, & cognitum secundum utrumque conceptum debet attendi: restat ergo quod *ly secundum* non solum conceptum genericum, sed etiam specificum determinet: unde constat in sufficiëntia solutionis.

27 Pro solutione huius argumenti Notabilia quædam pro solut. obiect.

notandum est, quod propositionem istam, cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ, desumpsit D. Thomas ex lib. de *Causis*, ut videre est ibi lect. 8. quæ & utitur pluribus locis suæ doctrinæ, ut videre est infra quæst. 89. artic. 2. & 2. contra gent. cap. 98. & alibi sæpè. Pro cuius explicatione advertendum est, quod prædicta propositio non tenet verum, dum prædicta cognitio non procedit connaturaliter à cognoscente, neque ad istum sensum ea utitur D. Thomas. Et ratio est in promptu: tum quia dum cognitio non procedit connaturaliter à cognoscente, non procedit conformiter ad suam naturam: hoc enim *ly connaturaliter* significat. Tum quia dum non procedit connaturaliter, procedit ex elevatione naturæ superioris, ad cuius consortium in operando deducitur: quare tunc potius in illa operatione est attendendum ad modum naturæ superioris, à qua elevatur; quam ad proprium modum essendi naturæ elevata: solum ergo est vera prædicta propositio de cognitione, quæ connaturaliter elicitur à cognoscente; hæc enim debet esse iuxta modum suæ naturæ. In quo sensu veram existimo, si *ly iuxta modum* determinet gradum genericum; si *ly specificum*; quod iam constat replicis factis. Et insuper quia qualitercumque se habet quæcumque natura ad sui esse, si *ly genericum*; si *ly specificum*; se habet ad operari: unde &

cognitio Angeli inferioris minus perfecta est cognitione superioris. Interest tamen hoc discrimen ad propositum; quod quando determinat naturam solum specificè inferiorem ad rem-cognitam; determinat etiam cognitionem imperfectam iuxta modum naturæ cognoscentis; sed imperfectio ista non extrahit cognitionem à ratione quidditative: at quando determinat naturam genericè imperfectiorem, determinat cognitionem ita imperfectam, quod illam extrahat à ratione quidditative.

Et in reddenda ratione huius, **Dictorum** consistit substantia solutionis, & proxime prædictæ rationis intelligentia; eaque ex eo redditur. Quia quando natura cognoscentis est solum specificè inferior ad rem cognitam, cognitio illius est per speciem propriam rei cognitæ, licet non ita perfectam, sicut eam, quam de se ipsa res cognita habet: unde Angelus inferior per speciem propriam, & quidditativam cognoscit superiorem; licet non ita perfectè, sicut est species, qua superior se ipsum cognoscit. Ex quo solum sequitur quod cognitio inferioris in linea cognitionis quidditative, non ita perfecta sit, sicut est cognitio, quæ superior se ipsum cognoscit. At quando natura cognoscentis est inferioris gradus, & generis ad rem cognitam, cognitio eius est per speciem non propriam, sed connotativam rei superioris cognitæ: quod patet in homine, quando cognoscit Angelos, & in Angelis, dum per suam substantiam cognoscunt Deum: iste autem modus cognoscendi opponitur cum cognitione quidditative, & dicit solum connotativam cognitionem. Unde in summa *ly secundum modum suæ naturæ*, dum cadit supra naturam specificè inferiorem ad rem cognitam, determinat imperfectiorem quandam cognitionis, consistentem, aut in minori claritate, aut universalitate; compossibili tamen cum ratione quidditative: quando autem cadit supra naturam genericè imperfectiorem, de-

determinat cognitionem connotativam, & per speciem connotativam habitam; quod componi non potest cum ratione *quidditative*.

28 Solutio arg. & inst. quæ contra datam sunt.

Ex quibus facilis est solutio argumenti. Nulla enim ex instantiis adductis tenet contra discursum factum, aut contra propositionem, cui innititur, si rectè intelligitur: quod & constabit singulis breviter respondendo, & doctrinam adductam accomodando. Nam prima, quæ fit de Angelo inferiori comparative ad superiorem, deficit, quia solum differunt specificè; & illius cognitio fit per speciem propriam, & quidditativam illius; licet minus perfectam, ea, quam ipse de se habet. Secunda etiam deficit: quia modus cognoscendi animæ separata non est ei connaturalis, sicut neque modus essendi; modus enim proprius ei connaturalis cognoscendi est per conversionem ad phantasmata virtute intellectus agentis formando species intelligibiles, quibus solum connotative potest Angelos cognoscere; at dum est separata non solum intelligit per species abstractas a phantasmatibus, sed à Deo infusas, & ex influentia Divini luminis participatas, ut expressè asserit D. Thomas 1. part. quæst. 89. artic. 1. ad 3. Per istas autem potest quidditative cognoscere Angelos, licet cognitione valde imperfecta in linea quidditative cognitionis; quod & concedere videtur D. Thomas ibidem artic. 2. & videri possunt Ferrarientis 3. contra gent. cap. 45. & M. Bañez loc. citat. art. 3.

29 Dissolvi- tur 3. inst. & quæ sit. contra solut. hui.

Eodem defectu laborat tertia instantia: nam intellectus, ut elevatus, non videt connaturaliter. Sicut enim elevatio non est illi connaturalis, ita nec operatio, quæ media illa procedit. Sed instabit: quia saltem respectu luminis gloriæ visio Dei est absolute connaturalis; & tamen lumen gloriæ non est in eodem gradu immaterialitatis cum Deo viso; non ergo requiritur quod principium cognitionis, & obiectum connaturaliter cognitum

sint eiusdem gradus immaterialitatis. Respondetur quod sicut proportio, & convenientia requisita inter causam, & effectum non attenditur secundum virtutem proximam; sed potius secundum radicalem; multoties enim contingit, quod virtus, quæ in se est minus intensa, effectum intensiorem producit; sicut calor ut quatuor ab igne dimanans, potest calorem ut sex, & usque ad octo producere: & pluries virtus minus perfecta effectum simpliciter perfectiorem producit; sicut virtus proxima generativa, quæ accidentaliter est, producit substantiam genitam; sic pariter convenientia requisita inter principium cognoscens, & obiectum connaturaliter cognitum ab eo, non tam attendenda est ex virtute proxima, quam ex principio radicali, à quo dimanat: constat autem quod principium radicale à quo lumen gloriæ dimanat, est essentia Divina, quæ secum omnimodè convenit: quare licet lumen illud non conveniat in eodem gradu immaterialitatis cum Deo; per modum tamen virtutis eius potest ad illius cognitionem quidditativam elevare. Ex quo in forma concessa maiori, & min. distinguendum est consequens, non requiritur convenientia in principio *proximo* concedo consequentiam, in principio *radicali* nego consequentiam.

Ad quartam instantiam numer. 25. propositam respondetur, vel quod talis Angelus identificet secum subsistentiam esse impossibile, ut fert communior, veriorque sententia, vel eius possibilitate admissa, dicatur, adhuc convenire in eodem gradu immaterialitatis cum alijs: excluderet namque omnem materiam physicam, & includeret metaphysicam compositionem, scilicet, ex eo, & essentia, in quo gradu sunt ceteri Angeli: ad proinde potest ab eis connaturaliter quidditative cognosci. Ad ultimam dicatur, quod Deus solum cognoscitur connaturaliter ab Angelis connotative, & per speciem

Dissol. & 5.

alienam, nec quidditative et proportionatam, convenientia autem in eodem gradu immaterialitatis, solum est necessaria, ut ex dictis constat, inter obiectum quidditative cognitum, & illud connaturaliter cognoscens.

30
2. Obiectio.

Secundo obijcies. Datur accidens supernaturale: ergo, & potest dari substantia supernaturalis, cui tale accidens sit connaturale. Antecedens est certum secundum fidem, & consequentia probatur. Primo. Quia hac consequentia est bona: *Datur accidens corporeum: ergo, & potest dari substantia corporea, cui tale accidens possit esse connaturale*: ergo, & altera. Secundo, & est illius ratio. Quia omne accidens, cum sit entis ens, petit saltem connaturaliter subiectum, cui inhæreat; sed hoc non potest esse substantia naturalis, quia illam non connaturaliter respicit: ergo supernaturalis. Tertio. Quia hoc ipso, quod detur accidens supernaturale, non est contra rationem supernaturalis entis, quod alicui enti creato sit connaturale: sicut gratiæ, quæ ens creatum est, sunt connaturales virtutes infusæ, & theologicæ: ergo nulli erit absurdum, quod accidens supernaturale sit etiam connaturale alicui substantiæ creatæ. Quarto. Quia nullum videtur assignabile discrimen, quare accidentia possint esse formales participationes Divinorum attributorum, & non possint esse aliqua substantia, quæ Divinam substantiam formaliter participet; at illa esset supernaturalis, sicut & accidentia formaliter participantia, supernaturalia sunt: ergo si sunt possibilis accidentia supernaturalia, possibilis est etiam substantia.

Confir. 1.

Confirmatur primo. Quia defacto datur modus unionis substantialis supernaturalis: ergo non repugnat conceptus supernaturalitatis conceptui substantiæ creatæ. Nec sufficit dicere non repugnare conceptui substantiæ modali: bene vero conceptui substantiæ entitative. Contra enim est. Quia huius

oportet reddere rationem. Confirmatur secundo. Quia actiones vitales supernaturales respiciunt pro subiecto essentialiter principium, à quo procedunt; de ratione namque illarum est, quod per illas se moveat; ac proinde quod in eo recipiantur: ergo illud respiciunt pro subiecto connaturali; quod enim essentialiter ab aliquo respicitur, respicitur connaturaliter, licet e converso non valeat: possunt ergo accidentia supernaturalia connaturalia esse alicui substantiæ creatæ.

Ad arg. respondetur negando 3^o consequentiam cuius 1. & 2. probatio cum ultima confirmatione, si quid probant; probant dari defactotalem substantiam, vel intercedere miraculum ne detur. Pro earum tamen solutione est advertendum, quod licet omnia accidentia debeant essentialiter respicere subiectum, cui inhæreant; non tamen habent respicere subiectum, cui connaturaliter inhæreant: primum enim tantum dicit, quod inhærentia sit iuxta naturam accidentis; quod est verum; cum sit entis ens: secundum autem addit, quod sit iuxta naturam subiecti: hoc enim connaturaliter dicit. Hoc autem non est de natura cuiuslibet accidentis, sed potius est contra naturam plurium: plura enim dantur, quorum natura est ut sint elevativa subiecti, in quibus recipiantur; qualis est illuminatio, qua substantia superior illuminat inferiorem, & motio, qua aqua ex impressione Lunæ fluxu, & refluxu movetur circa centrum: natura ergo horum accidentium est, quod recipiantur in subiecto, non iuxta naturam ipsius, sed potius supra illam, illud elevando: quare accidentia ista solum habent subiectum connaturale egressionis; non autem receptionis.

Ex quo ad primam probationem respondetur plura in primis esse accidentia corporea, & pariter spiritualia, quæ defacto non habent subiectum connaturale receptionis: sicut de motione aquæ ex im-

1. Probatio consequentis.

impresione Lunæ modo dicebamus; & talis etiam est motio, quæ in terra recipitur ad scindendum: hæc enim quo ad individuationem, in nullo subiecto connaturaliter recipitur. Ex spiritualibus, talis est illuminatio, quæ Angelus superior illuminat inferiorem; vel qua Angelus movet aquam localiter; quæ etiam est motio spiritualis. Quod si possibiles sunt substantiæ aliquæ creatæ, cui huiusmodi accidentia sint connaturalia, hoc non deducitur ex eorum possibilitate; aut existentia, ut ex dictis constat. Ad secundam dicatur, quod illa tantum probatur, quod sit naturalis, immo & essentialis; supernaturalibus accidentibus receptio in subiecto; non autem quod subiectum ea connaturaliter recipiat: quia ipsa essentialiter exigunt per modum elevationum recipi, & subiectum sic ea recipere.

Sed dices motio scissionis in terra, & fluxus, vel refluxus circa centrum in aqua; illuminatio ab Angelo superiori in inferiorem, taliter ad subiecta; in quibus recipiuntur; comparantur, quod non sint illis supernaturalia: ergo pariter, & accidentia supernaturalia taliter ad aliquod subiectum possibile comparari debent; quod illorum receptio non sit illi supernaturalis.

Respondetur negando consequentiam: quia supernaturale absolute, & simpliciter dicitur illud, quod superat naturam totius universi, & ex participatione Dei est, prout à creaturis fecernitur: Receptio autem illorum accidentium, de quibus sumitur paritas, licet sit supra particularem naturam subiectorum, in quibus recipiuntur; & ideo sint eorum elevativa; non tamen est supranaturam universi, de cuius natura est, ut ait Divus Thomas 2. 2. quæst. 2. artic. 3. quod habeat partes inferiores subordinatas superioribus, ex quarum influxu aliquid superioribus proprium inferiores possint recipere: at accidentia supernaturalia sunt eleva-

tiones; quibus natura illa habens ad consortium Divinæ naturæ deducitur; ac proinde taliter ad quamcumque naturam creatam; aut creabilem comparantur, quod sint respectu illius absolute supernaturalia.

Ad tertiam consequentiam 33 probationem distinguo antecedens, 3. Probatur: non est contra rationem entis supernaturalis quod sit alicui enti creato connaturale: enti creato, quod sit elevatum ad eundem ordinem; concedo antecedens, quod nec sit, nec possit esse; nego antecedens: hoc namque interstet discrimen inter substantiam, & accidens: quod accidens potest esse participatio per modum proprietatis alicuius substantiæ; qua aliqua ad modum operandi proprium illius elevatur: sicut calor est participatio per modum proprietatis substantiæ ignis, quo subiectum illud recipiens, potest ad operationem ignis propriam, scilicet, calefacere, elevari: at contra rationem formæ substantialis est, quod sit alterius substantiæ per modum proprietatis participatio: ergo non est entis ens, sicut accidens; sed ens per se. Quapropter contra rationem etiam illius est; quod se habeat per modum elevationis ad modum operandi alterius substantiæ superioris. Sic ergo non repugnat quod unum accidens supernaturale, sit connaturale alteri accidenti; quia utrumque potest esse Dei participatio propria, & formalis per modum proprietatis illius: uni autem proprietati connaturalis est altera eiusdem essentialis; repugnat vero quod sit connaturalis alicui substantiæ creatæ.

Per quod constat disparitas; Satis fit 42 quam quarta probatio quærit: probatur. cum quia licet non repugnet, quod de- 1. Confir- tur substantia creata; quæ sit participatio Divinæ substantiæ; ea generali ratione, qua omnes creature dicuntur Dei participia, aut participationes, quia ab eo effective dimanat; repugnat tamen quod detur per modum formalis parti-

32
Inst. con-
tra solut.

Solut. inst.

icipationis, & proprietatis Dei, secundum quod a creaturis fecernitur. Ex quo etiam constat ad primam confirmationem. Nam quantum ad munus formale participationis per modum proprietatis, & elevationis, idem iudicium ferendum est, de modo unionis substantialis, ac de accidentibus: nam sicut accidentia non habent constituere naturam per se, & intrinsecè; & ideo possunt esse naturæ constitutæ proprietates: pariter, & modus substantialis. Quare potest esse participatio Dei per modum elevationis ad esse Divinum; & sic defacto contingit respectu humanitatis Christi in sententia illum medium inter extrema admittente.

34
2. Object.

Obijcies tertio. Potest Deus de potentia absoluta producere intellectum creatum, æquivalentem conflatum ex intellectu, & lumine gloriæ: ergo cui sit connaturalis visio Dei. Patet consequentia; & antecedens probatur primo. Quia intellectus perfusus lumine gloriæ solum importat perfectionem finitam; sed ad æquivalentem perfectioni finitæ non requiritur infinita perfectio: ergo potest Deus producere intellectum aliquem finitum qui conflatum illi æquivalet. Secundo. Quia defacto pluries contingit quod ea quæ in inferioribus sunt distincta, sint in superiori identificata: sicut ea, quæ per plures species Angelo inferiori præsentantur, unica tantum præsentantur superiori: & ratio sensitivi, & vegetativi, quæ in inferioribus à pluribus formis præstantur, ab unica tantum præstantur in homine: pariter ratio practici, & speculativi, quæ habitus inferiores dividit, in potentia intellectiva coadunantur, & in habitu fidei, & Theologiæ; sed quocumque intellectu perfuso lumine gloriæ dato potest Deus aliam superiorem producere: ergo, & aliquem, qui in simplici entitate conflatum illud adæquet. Tertio: quia quod intellectus, qui defacto datur, non possit connaturaliter videre Deum,

provenit ex defectu virtutis illius; sed quocumque dato, potest Deus alium, & alium perfectiorem sine termino producere: ergo, & aliquem ita perfectum, quod naturaliter Deum videat.

Hoc arg. plures patitur instantias. Nam defectu perfectionis provenit, quod intellectus creatus non identificetur cum substantia, quod non identificet suam intellectionem, aut speciem impressam, conflatumque ex eis quid finitum est; & tamen impossibilis est intellectus creatus, qui unica simplici entitate alicui ex his complexis æquivalet: ergo. Pariter ex defectu perfectionis provenit, quod nulli creaturæ sit connaturalis virtus ad patranda miracula, cognitio cogitationum cordis, scientia futurorum contingentium, & unio hypostatica; & tamen quamvis conflatum ex eis resultans non sit infinitum, & quolibet finito dato, possit Deus aliud, & aliud producere perfectius, non sequitur, quod possit producere aliquam simplicem entitatem creatam ei æquivalentem, vel cui omnia ista sint connaturalia: ergo.

Et huius ratio à priori est: quod multoties ex identitate aliquorum, vel ex connaturalitate, provenit repugnantia, quæ ex absoluta convenientia, & per additionem, non provenit; sicut ex identitate intellectus cum substantia provenit substantiam illam ab aliquo extra se specificari, esseque in actu secundo semper operantem: & ex identitate eiusdem cum intellectione, & specie impressa, esse actum purum. Pariter ex connaturalitate luminis prophetici, virtutis ad patranda miracula, & unionis hypostaticæ provenit infinitum, quod ex absoluta illorum adiacentia nullatenus provenit. Unde sequitur quod defectus virtutis, & perfectionis in rebus creatis, ne possint in simplici aliqua entitate complexis illis æquivalere, talis est, quod rebus creatis non potest convenire: quia per illum à linea

35
Satis fit
3. Object.
iuxta duplicè viâ.

36
Ratio doc
teino: datur.

creaturarum extraherentur, & essent Deus: unde quantumvis Deus, quacumque creatura data, posset aliam, & aliam perfectiorem producere; nullam tamen producere potest, quæ ad dictam perfectionem perveniat.

Ex quo facilis est solutio arg. negandum est enim antecedens ad cuius primam probationem dicitur, conflatum illud modo esse finitum, quia lumen, & intellectus realiter distinguuntur, & intellectui non est connaturalis visio Dei, aut lumen gloriæ. Si autem identificarentur; illud conflatum foret infinitum, sicut conflatum ex intellectu, & intellectione realiter distincta, aut ex essentia, & existentia modo finitum est; quia ex partibus realiter distinctis coalescit: quod si identificarentur, esset infinitum; quare cum distinctio requiratur ad eius finitatem, non sequitur quod æquivalens sine distinctione finitum esset.

Ad secundam pariter respondetur, quod coadunatio perfectionum in simplici entitate, quæ in inferioribus sunt dispersæ, aliquando non arguit infinitatem, neque aliam repugnantiam, sed determinatum quendam excessum, cuius ens finitum est capax, ut exemplis adductis constat: aliquando tamen arguit infinitatem, ut alijs exemplis manifestavimus; & idem esse in proposito ex nostris probationibus constat. Ad ultimam, iam constat ex dictis: nam defectus perfectionis, ne adæquet illud conflatum, talis est, quod in propria linea intellectus creati suppleri non possit, sed illum extraheret à linea creaturæ, infinitumque redderet.

Hæc solutio sufficienter solvit arg. quo ad intentum, & probationes eius præcipue iuxta datam explicationem. At stando sententiæ quam plures Thomistæ probabiliorem existimant, quamque illustrat Illustris. Godoy tom.2. in 3. partem, quæst.7. tract.5. disp.23. numer.78. quod anima nostra, potest intelligere per intellectum ab ipsa

non dimanantem; sed ei à Deo infusum: sicut, & potest per lumen gloriæ ei intrinsicum inhæsi-ve, Deum vitaliter videre, & per charitatem diligere: quia de ratione actus vitalis, solum est quod procedat à principio intrinseco inhæsi-ve, & per quod vivens possit se movere; de quo plura Dubio præcedenti: admittitur, inquam, hac sententia, necessario existimo concedendam esse possibilitatem intellectus supernaturalis. Nec ex alio capite repugnantia illius adduci potest; nisi quia repugnaret substantia aliqua, quæ posset per illum constitui intelligens, sive connaturaliter, sive elevati-ve; quod non reputatur impossibile in sententia admittitur.

Assumptum autem sic probatur. Non repugnat, quod intellectus creatus sit participatio formalis intellectus Divini secundum sibi propria, neque ex capite intellectus Divini, neque ex capite intellectus creati; at talis intellectus esset supernaturalis, ut per se constat: neque enim alia ratione lumen gloriæ supernaturale est: ergo. Maior quo ad primam partem videtur certa: tum generali ratione: quia repugnantia ut aliquod attributum Dei ab aliquo creato participetur, magis provenit ex in capacitate entis creati, quam ex in participabilitate prædicati Divini, præcipue si ex se non explicat modum excellentiæ Divinæ, & in participabilitatem: sicut impossibilitas ut aliqua creatura producat, magis provenit ex repugnantia prædicatorum illius, quam ex defectu potentiæ Dei, ut advertit D. Thomas 1. part. quæst. 25. artic. 3. tum quia non repugnare ex parte intellectus Divini constat in lumine gloriæ, quod formaliter participat intellectum Divinum secundum sibi propria.

Quo ad secundam autem partem probatur mai. Quia non esset contra rationem intellectus creati, hæc formalis participatio Divini intellectus, neque secundum ra-

Suadetur doctrina huius a. viz.

Continuatursup tum.

Iam plene obiect. satis fit iuxta r. viam.

Satis fit reliquis probat. anteced.

37 Satis fit obiect. iuxta aliam r. viam.

tionem communem accidentis, neque secundum rationem eius peculiarem: non secundum rationem communem; quia accidens posse esse participationem formalem Divinorum praeceptorum, per modum proprietatis, & ut elevatio rerum creaturarum ad consortium Divinum constat in alijs accidentibus supernaturalibus, & huius rationem reddidimus supra num. 33. assignavimusque quo ad hoc discrimen inter accidens, & substantiam. Neque secundum rationem peculiarem intellectus: haec enim non consistit, in eo quod ducat ortum ab anima, quam constituit potentem intelligere: oppositum enim supponimus: nam cum sit tantum vita in actu primo, non petit essentialiter egressum, sicut actus, qui est vita in actu secundo; sed solum petit, quod intrinsicè recipiatur in anima, ita ut illam constituat potentem vivere vita intellectiva: peculiaris ergo conceptus illius solum est, quod ei tribuat, primum posse proximum intelligere: at ex hoc non repugnat, quod sit formalis participatio intellectus Divini: ergo. Probatum min. Nam ex hoc, quod est tribuere posse, non repugnat, ut constat in habitibus supernaturalibus, nec ex hoc quod est tribuere primum posse, aut per modum potentiae; nam vel hoc tantum significat, quod aliud posse non supponatur; quod non est impossibile, aut quod posse, quod tribuit, non sit determinatum ad aliquod intelligibile; sicut est habitus, sed universale ad quodcumque intelligibile; in quo nulla apparet repugnantia.

38
Confirm.
idem assumptum

Confirmatur hoc. Nam contra possibilitatem intellectus supernaturalis nulla militat ratio ex adductis contra substantiam supernaturalem: non ergo ex impossibilitate substantiae sequitur impossibilitas intellectus. Antecedens probatur: nam licet intellectus ille non posset elevari ad videndum Deum, nullum esset inconveniens esset enim tunc casus ipsa Dei elevatio:

quare sicut hac ratione non est inconveniens quod lumen gloriae, quod defacto datur, non indigeat elevatione ad videndum Deum, quia est ipsa Dei elevatio; idem dicendum esset de illo intellectu. Nec pariter esset inconveniens quod unio essentiae Divinae per modum speciei intelligibilis esset illi connaturalis: sicut propter eandem rationem non est inconveniens, quod sit connaturalis lumini gloriae.

Neque sequeretur (& est tertia ratio) quod deberet convenire cum Deo in eodem gradu immaterialitatis: tum quia hoc non requiritur de lumine gloriae: tum & est utriusque ratio: quia convenientia in eodem gradu immaterialitatis inter cognoscens, & obiectum connaturaliter cognitum, non attenditur secundum principium proximum cognoscendi, sed secundum radicale: sicut convenientia in perfectione inter causam, & effectum attenditur secundum principium radicale, & non secundum principium proximum. Et revera propositio D. Thomae, ex qua talis formatur ratio, scilicet: *cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suae naturae*: magis: immo unice explicat modum essendi naturae radicalis, quae solum, & absolute natura est, quam principij proximi.

Neque aliquod aliud absurdum ex his, quae in ultima ratione continentur, aliquantulum militat contra intellectum supernaturalem. Nam cum esset forma per modum elevationis ex parte Dei ad ordinem supernaturalem, nullum est inconveniens, quod ex illo aliquis defectus oriri non posset: cum quo tamen stare, quod substantia illa, quae per talem intellectum intelligeret, posset deficere, defectu proveniente, ab intellectu, & voluntate, quae illi connaturaliter deberentur: filiatio autem supernaturalem substantialem ut terminatam supposito, aut supra suppositum cadit. Quod autem intellectui illi,

Robora-
tur am-
plius.

39
Nullum
absurdum
ex adduc-
tis 3. pro-
bar. seq.
expositio
ista.

possent esse connaturalia lumen propheticum, & alia ibi enumerata non est absurdum: quia uni formæ supernaturali esse alias connaturalis; nullum affert inconueniens.

Continua
tur asupt.
nuper edi
tum.
Unde nullum principium; aut arg. apparet unde repugnet intellectus aut voluntas supernaturalis, sententia illa, quam supra retulimus, admitta: secus autem esset dicendum, si illa sententia negaretur: repugnat enim virtus, quæ non possit reduci ad actum: talis autem intellectus, esset virtus ad intelligendum, non reducibilis ad actum: quia si per illum solum posset intelligere, substantia illa à qua naturaliter dimanat, nulla substantia naturalis posset per illum intelligere: si ergo supponitur repugnans substantia supernaturalis, repugnet, quod intellectus ille in suum prorumperet actum.

Data hypo-
poth. nu-
mer. 37.
adhuc nõ
evincitur
principale
intentem.
Et quamvis intellectus supernaturalis admittatur, arg. factum num. 34. non conuenit possibilitatem substantiæ supernaturalis. Nam concessio antecedenti. Neganda est consequentia. Talis enim intellectus, licet connaturaliter videret Deum; non tamen esset principium connaturale; ut per illum substantia aliqua connaturaliter videret Deum: in nulla enim reciperetur connaturaliter, sed per modum elevationis ad superiorem naturam; cum unaqueque connaturaliter exigeret proprium, & sibi proportionatum intellectum, ut obiecta sibi proportionata intelligeret. Et in summa de intellectu supernaturali, eodem prorsus modo discurrendum esset, ac de lumine gloriæ, quod de facto datur; excepto modo potentia; & maioris universalitatis; ex quo capite repugnantia non potest oriri.

40
4. & ult.
obiectio.
Tandem obijcies. Id quod est proprium naturæ superioris, potest inferiori connaturaliter conuenire, licet non sub ea perfectione, quæ superiori conuenit; sed perfectio qua Deo conuenit videre se ipsum, est sub modo infinito, & comprehensiuo; & non tantum modo fi-

nito, & quidditativo: ergo licet primo modo nulli creaturæ possit connaturaliter conuenire, bene vero secundo modo. Min. cum consequentia constat. Et mai. probatur: quia licet lux sit proprietas Solis connaturaliter; tamen conuenit Lunæ, & Stellis: immo aliis quibus elementis, ut igni, licet non cum tanta perfectione, quanta conuenit Soli: & pariter, licet calor sit proprietas ignis; alijs tamen ab igne connaturaliter conuenit; ut animali; licet cum minori perfectione.

Confirmatur primo. Quia Deus non ideo est Deus, quia se ipsum connaturaliter videt, sed quia se ipsum connaturaliter, & comprehensive videt: si namque se ipsum connaturaliter; finito tamen modo, & non comprehensiuo videret, Deus non esset: ergo licet conueniat alicui substantiæ Deum connaturaliter videre, finito tamen modo, non sequitur quod sit Deus. Secundo, si alicui creaturæ conueniret videre Deum infinito, & comprehensiuo modo, licet per gratiam; talis creatura esset Deus; & tamen licet alicui creaturæ conueniat videre Deum quidditativè, finito tamen modo, non sequitur quod sit Deus: ergo primus, & non secundus modus videndi Deum est proprius ipsius, prout à creaturis distinguitur: ac proinde licet non primus, secundus tamen potest esse alicui creaturæ connaturalis.

Ad hoc arg. neg. est mai. si intelligatur de eo, quod est proprium naturæ superioris, prout ab inferiori distinguitur: neque enim intelligere sub tali modo illuminationis, quo Angelus inferior ex participatione superioris intelligit, potest esse inferiori connaturale, licet ille modus non sit ita perfectus, sicuti est modus, quo superior intelligit. Ad eius probationem, quæ duobus exemplis nititur; dicatur ad primum: quod lux non est proprietas Solis, secundum gradum differentialem, sed secundum gradum genericum; unde & illi potest conuenire,

Confirm.
dupl. citet

Ult. ob-
iect. dirui-
tur.




nire. Quæ solutio habet fundamentum in D. Thoma 1. parte, quæst. 67. artic. 3. ibi: *Lux est qualitas quadam activa consequens formam substantialem Solis, vel cuiuscumque alterius à se lucentis, si aliquid tale est.* Vel dicendum, quod lux est proprietas Solis non absolute, seu sub aliqua magna intentione, quia sub maiori communicatur corporibus gloriosis: solum ergo est proprietas Solis, prout habet talem modum operandi, & influendi in aliquos effectus, sub qua ratione alijs à Sole ex illius participatione potest convenire. Et idem dicendum est de calore, quod, nimirum, solum est proprietas ignis secundum quod importat quandam acrimoniam, & virtutem ignitivam, sub qua ratione, solum ex illius participatione, alijs ab igne convenire potest.

Dirigitur
1. confirm.

Ad primam confirmationem dicatur, ex utroque capite probari Deum esse Deum: & quia comprehensive se videt, & quia connaturaliter. Ex primo constat. Et ex secundo propter rationes factas: quia nimirum esset incapax elevationis ad alium ordinem, & quia

conveniret cum Deo in immaterialitatis gradu, & quia unio essentiae Divinæ per modum speciei intelligibilis esset connaturalis, & quia esset impeccabilis, & quod si connaturaliter, & non comprehensive videret Deum; esset Deus, & non esset Deus.

Ad secundam dicatur quod Dirigitur
inter prædicata propria Dei, alia ^{2.}
sunt ex proprio conceptu incommunicabilia creaturis, & alia communicabilia: priora sunt: sicut *esse à se, actus purus, infinitus, & comprehensivus.* Posteriora autem sunt: sicut *intelligere, & velle esse beatum,* & similia. Si priora alicui communicarentur, licet per gratiam; eum Deum constituerent, licet ex alio capite inferretur, non esse Deum, quia Deus id habet per naturam. Hoc autem non sequitur ex eo, quod posteriora communicentur alicui per gratiam, quia ex suo conceptu formali non explicant infinitatem, nisi solum dum connaturaliter conveniunt. Et hæc de hoc Dub. applicanda litteræ M. ubi supra Dub. præcedenti, & in 2. distinct. 5. §. 1. ad 2.



DISPUTATIO QUARTA

DE VISIONE DEI IN ORDINE AD OBIECTUM.

DUBIUM PRIMUM.

UTRUM PER VISIONEM CLARAM DEI POSSIT

verum prædicatum alijs non visis videri?

S. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS PRIMA CONCLUSIO
statuitur.

N. 1. **D**ifficultas ista gravior mihi videtur, quam ab aliquibus reputatur: plura namque pro resolutione eius, & valde intellectu difficilia attingenda sunt, quæ conducunt ad summam simplicitatem Dei explicandam, & ad intelligentiam visionis eius supra cognitionem, quam de eo ex effectibus, aut per lumen Fidei habere possumus. Pro qua advertendum, quod cum in cognitione intuitiva Dei, & minus apprehensionis, & iudicij minus reperiatur; dupliciter imaginari potest præcisio: aut secundum quod est apprehensio, aut secundum quod est iudicium; & utroque modo adhuc dupliciter: aut negativè, aut positivè: negativè, unum prædicatum cognoscendo, altero non cognito: positivè autem, omnia cognoscendo, sed ut inter se distincta; vel unum ut ab alijs distinctum simpliciter apprehendendo, vel de uno, & non de altero, aliquid affirmando aut negando.

2
Placita
Auth. ex
ponuntur.

Igitur prima sententia est Scoti, & omnium Discipulorum eius affirmantium essentiam benè posse de potentia absoluta sine Divinis relationibus videri: sic in 1. dist. 41. quæst. 2. & quamvis Scotus nihil amplius expresserit idem censent Scotistæ de relationibus respectu essentiæ, & de attributis, tum inter se, tum in ordine ad essentiam: quia pro his omnibus idem est illis fundamentum, nimirum distinctio ex natura rei. Eidem sententiæ adherent ex alijs, qui hanc

distinctionem non admittunt, Grænanodos, Salas, & Ægidius à Præsentatione. Secunda distinguit inter cognitionem quidditativam intuitivam, & non quidditativam: & primæ negat possibilitatem præcisionis; secundæ autem concedit. Tertia distinguit inter prædicata Divina, quæ admittunt distinctionem virtuales consistentem in capacitate ad recipienda prædicata contradictoria, ut *produci, & non produci, communicari, & non communicari*, & inter ea, quæ talem distinctionem non admittunt: inter prima concedit præcisionem obiectivam, non solum apprehensivam, sed etiam iudicativam, non solum de possibili, sed etiam de facto, tam respectu intellectus humani, quam Divini: ita Pater Arriaga hic disp. 9. sect. 3. cum tamen sect. 1. neget huiusmodi præcisiones, adhuc de possibili, respectu rerum creaturarum. Ultima sententia omnes istas præcisiones negat non solum de facto, sed etiam de possibili: sic D. Thomas loc. statim referendis, & cum eo omnes eius

Discipuli, & ferè omnes alij
Theologi, citatis exceptis,
pro cuius resolutione
de sit.



PRIMA CONCLUSIO.

DE FACTO NON DATUR aliqua præcisio inter prædicata Divina sive negativa, sive positiva, apprehensiva, aut indicativa ab aliquo intellectu intuitivo Deum videnti.

3
1. Pars
probat
ex Script.
Florent.
& ratio-
ne.

Prima pars, quæ præcisio negativa de facto negatur, tanquam certissima ab Authoribus asseritur. Et merito: nam satis clare deducitur ex Sacr. Script. ex illo Ioan. 3. *Videbimus eum sicuti est.* Quæ verba explicare videtur Concilium Florentinum in litteris Sacræ unionis sic dicens: *Anima quibus nihil purgandum superest, intuentur clare Deum Trinum, & Unum sicuti est*: ubi ly *sicuti est* explicatur à Concilio pro eodem ac videre Deum secundum Unitatem Essentiæ; & Trinitatem Personarum. Idem constat ex illo 1. ad Corinth. 13. *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut, & cognitus sum*: ubi cognitioni, quam in viâ habebat ex parte, contra ponit aliam, quam habiturus erat in patria ex toto: quod & satis exprimit verbis illis *cognoscam, sicut & cognitus sum*: nam sicut ex parte nostri nihil est Deo incognitum, sic ex parte Dei nihil Nobis incognitum erit in patria. Ex illo etiam Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Et ibidem 14. *Qui videt me, videt & Patrem*: quibus in locis licet duæ tantum Personæ exprimentur Pater, & Filius; eadem ratio est de tertia. Quare fatendum est nullum esse prædicatum Divinum, quod non cognoscatur à beatis intuitive Deum videntibus: ac proinde quod negativè non præcendant.

Suffragatur ratio.

Er huius ratio manifesta est: nam de facto Deus à se ipso comprehensive videtur; à beatis autem quidditative, & sicuti est in se; sed cognitio comprehensiva adæquat obiectum non solum quo ad rem,

sed etiam quo ad modum, cognitio autem quidditativa eius sicuti est in se, omnia illius prædicata debet attingere: ergo cum omnia prædicata Dei, ad eius pertineant quidditatem, nullum erit prædicatum, quod à videntibus Deum non cognoscatur.

Secunda autem pars, nimirum, 4 quod positivè non præcendantur, probatur. Nam de fide est, quod omnia prædicata Divina, quæ sive à Deo, sive à beatis videntur, videntur sicuti sunt in se; sed in se non sunt distincta, sed una simplicissima entitas: ergo non videntur, ut distincta, sed ut unum in simplicissima entitate. Mai. quo ad Deum constat ex eo, quod illius cognitio est perfectissima, & valde conformis obiecto; sed perfecta non esset, nec obiecto conformis, si se ipsum, prout est in se, non videret: ergo. Quo ad beatos etiam. Tum propter eandem rationem: tum propter testimonium Ioan. *Videbimus eum sicuti est*: ergo.

Explicatur hoc. Intellectum positivè præcindere inter Divina prædicata est, quod, licet omnia illa cognoscat, cognoscat illa, non ut unum, sed ut aliquantulum inter se distincta; sed Divina prædicata non sunt aliquantulum inter se distincta, sed omnino unum, & indivisibile; quod summa illius simplicitas, & ratio actus puri convincit: ergo intellectus cognoscens Divina prædicata, prout sunt in se, non potest illa ut distincta cognoscere, sed ut unum: si ergo tam ab intellectu Divino, quam à creato intuitive Deum vidente, omnia Divina prædicata; prout sunt in se cognoscuntur, à nullo eorum positivè præcindi possunt.

Dices huic rationi: quod licet prædicata Divina non sint realiter entitative distincta; sunt tamen distincta realiter formaliter secundum Scotum, aut saltem virtualiter secundum alios: ex quo sequitur, quod, dum prout sunt in se cognoscantur, cognoscantur, quo ad aut impug-

2. Pars
conclusio
nis prob.
etiam ra-
tione.

Explicatur ratio.

5
Iuxta duplicem viam occurrit prædicata rationi, & quo ad aut impug-

aut ut realiter formaliter distincta, aut prout distincta virtualiter. Sed prima pars solutionis innuitur distinctioni reali formali inter predicata Divina, quam Soli Sconistæ admittunt. Ceteri autem Theologi; & metaphysici repugnantem existimant; & Divina simplicitati minime coherentem; quare licet ex illa huiusmodi cognitio præcisiva sequatur; solum sequitur, sicut *ex impossibili quodlibet*: nec oportet modo distinctionem istam ex natura rei ex proposito impugnare, quia hoc alterius est loci.

6. Secunda autem pars solutionis etiam innuitur distinctioni virtuali à distinctione rationis distincta, quam in capacitate ad recipienda predicata contradictoria inter Divina predicata Recentiores excogitarunt, non quidem conformiter, ut periculum sit eam negare, sicut isti Recentiores iactitant: neque enim D. Thomas, cum sibi pluries obiecisset argo de predicatis contradictorijs, quæ in Divinis sine contradictione verificantur; ut contradictionem, aut arg. solvat, ad prædictam distinctionem aliquando recurrit, sed semper recurrit ad distinctionem rationis, quæ inter Divina predicata, ut à nobis cognita, reperitur; ut videre est in 1. dist. 2. quæst. 1. art. 3. & dist. 34. quæst. 2. art. 1. ad 2. & 1. parti quæst. 39. art. 2. immo neque alterius distinctionis, sed solius rationis fit mentio in Concilio Tridentino, & ea solum distingui prædicata Divina pluries ibi asseritur, ut videre est sess. 17. 18. & 19. Magis ergo periculosum existimamus, huiusmodi distinctionem in Deo inducere, quam neque Concilia, neque antiqui Theologi, neque Concilia unquam meminerunt; cum tamen pluries de hac egerint difficultate, quam eam absolute negare, sicut & Thomistis, à quibus merito negatur, periculosum non erit: unde solutio, quæ illi innuitur, etiam deficit.

Sed age: quia adhuc ea distinctione virtuali admissa, ratio nostra non solvitur: deficit etiam ex hoc capite solutio. Assumptum probatur primo, quia ea solum distinctio virtualis inter Divina predicata ad recipienda contradictoria est admittenda, quæ sufficit, ut verificentur ea predicata, quæ salva fide negari non possunt, sicut sunt *produci, & non produci; communicari, & non communicari*, ut ipsi contrarij fatentur: & merito: alius liber esset quilibet quæcumque contradictoria de Deo verificare, & ad id distinctionem virtua-lem confingere, sed fides non docet quod predicata Divina videntur, ut sunt inter se idem, & ut sunt inter se distincta, vel quod videntur *secundum quod sunt in se*, & quod videntur *non secundum quod sunt in se*, ut est compertum: ergo ad verificanda huiusmodi predicata non est admittenda virtualis distinctio.

8. Dices: quod licet fides immediate non doceat talia predicata esse verificanda de Deo; deditur tamen ex his, quæ fides docet: nam fides docet, quod ista predicata de Deo verificari debent: *essentia communicatur Filio, Paternitas non communicatur Filio*: debet ergo verificari essentia ut communicata Filio, & Paternitas ut illi non communicata; ac proinde essentia ut virtualiter distincta à Paternitate. Sed contra est: quia dum fides docet, quod essentia communicatur Filio, & Paternitas non communicatur Filio, non docet quod in se, & subjective essentia sit, vel entitas, vel formalitas distincta à Paternitate, sed potius docet oppositum, quod licet essentia, & Paternitas sint in se subjective antecedenter ad omnem operationem intellectus eadem indivisibilis entitas, & eadem indivisibilis realitas, essentia communicatur Filio, & Paternitas non communicatur Filio: ergo dum essentia, & Paternitas prout sunt in se subjective

7
Ex proprie
continua-
tur im-
pugnati.

8
t. Soluta
doctr. da-
ta, & eius
impugn.

videntur, & ea ratione apparent intellectui quia independenter ab eo sunt; non possunt videri, aut apparere ut distincta, sed ut omnino idem.

Confirm.
r. doct.
data.

Confirmatur hoc. Distinctio hæc virtualis nullam subjective distinctionem ponit ante operationem intellectus ex parte prædicatorum, de quibus verificatur, ita ut sit verum ante operationem intellectus, quod essentia sit distincta, aut sit aliquid, quod non est relatio; sed in eo tantum, apud ipsos consistit, quod, licet essentia non sit aliquid ante operationem intellectus, quod non est relatio, aut aqualiter ab ea distincta; sed omnino realiter est in se eadem; horum prædicatorum sit capax: *essentia communicatur, Paternitas non communicatur*. ergo dum quis videt essentiam, & relationem, secundum id, quod subjective habent in se independenter ab omni operatione intellectus aliquid in ea fingentis, non videt illas, ut distinctas; sed ut omnino idem.

Uterius confirmatur, & explicatur hoc. Hæc distinctio virtualis ad recipienda prædicata contradictoria inter essentiam, & relationes non facit, aut essentiam ante omnem operationem intellectus non esse relationes, aut ab eis esse distinctam per operationem intellectus: non primum, alias distinctio hæc coincideret cum distinctione Scoti; immo apud ipsos cum distinctione reali entitativa: non enim admittunt distinctionem mediantem inter realem entitativam, & rationis; quam distinctionem Catholici negant inter prædicata Divina. Neque secundum: quia distinctio per rationem impertinenter etiam se habet apud ipsos ad verificanda prædicata contradictoria realiter, & antecedenter ad operationem intellectus; quare confugiunt ad distinctionem illam, virtualem: restat ergo quod, adhuc supposita illa distinctione, prædicata Divina, si prout sunt in se, videantur, videantur secundum quod sunt idem tam realiter, quam

per rationem; ac proinde ut nullatenus inter se distincta.

Ex quibus deducet: aliter loquendum esse; supposita distinctione formali ex natura rei; quam inter prædicata Divina contendit Scotus, & aliter supposita distinctione virtuali: nanque cum ipsa attributa Divina, ante omnem operationem intellectus realiter formaliter distinguat, ita ut verum sit: quod licet essentia sit entitativa Paternitas, non est tamen Paternitas realiter formaliter; inde qui attributa Divina, prout sunt in se, ante omnem operationem intellectus fingentis cognosceret, cognosceret illam prout sunt idem entitativa, & prout sunt distincta realiter formaliter. At cum distinctio virtualis, nec realiter entitativa, nec realiter formaliter; nec per rationem huiusmodi prædicata Divina distinguat, sed id solum faciat; quod sine ulla distinctione prædicata contradictoria recipiat; adhuc ea supposita, qui prædicata Divina, prout sunt in se, cognosceret, qualiter a vidente Deum cognoscuntur; cognosceret illa ut omnino idem tam realiter entitativa, quam realiter formaliter, & per rationem; cum capacitate tamen ut huiusmodi prædicata contradictoria recipiat.

Tandem dices: saltem intellectus Divinus, & creatus, clare Deum intuentes cognoscunt Divina prædicata ut per rationem distincta: cum enim tali distinctione opus sit intra inferius explicanda; ut hæc prædicata contradictoria *communicari*, & *non communicari*; *producti*, & *non producti*, de eis verificentur; cum prout verificent, cognoscant; cognoscent utique ut per rationem distincta: iam ergo tam intellectus Divinus, quam creatus, clare Deum intuentes præcipient positive inter Divina prædicata.

Sed contra primo. Nam prædicata Divina ex, & per se non sunt distinctione rationis distincta

Multi-plex solut. im-
ergo pugnatio.

9
Collect.
ex supra
dictis.

10
2. & ult.
solut. ad
rat. nos-
tram n. 3.
& 4.

ergo solum hac distinctione distinguuntur per intellectum creatum, ea aliter ac sunt ex se, & per se cognoscentem; sed intellectus videns Deum ea prædicata videt prout ex se, in se, & per se sunt: ergo non videt ea, ut distinctione rationis distincta. Confirmatur primo. Quod in se non est distinctum, & prout distinctum cognoscitur, aliter ac in se est, cognoscitur; sed prædicata Divina non sunt in se distincta; ergo dum prout distincta cognoscuntur, aliter ac sunt in se cognoscuntur; sed nec ab intellectu Divino, nec à creato clare Deum intuente cognoscuntur prædicata Divina aliter ac sunt in se, sed prout sunt in se: ergo non cognoscuntur ut distincta.

Confirmatur secundo. Ut intellectus Divinus, aut beatus dicatur quod positivè præscindit prædicata Divina, non sufficit quod ea cognoscat positivè præcissa, aut per rationem distincta ab alio intellectu, sed opus est, quod ipse præcisionem, & distinctionem faciat: præscindere enim activitatem significat; sed licet non obstat cognitioni objecti prout est in se, & si in se sit indivisibile, quod cognoscatur, ut positivè præcisum; præcisione proveniente ab alia cognitione ipsum cognoscente aliter ac est in se; obstat tamen quod per ipsam cognitionem positivè præscindatur, & distinguatur: ergo cum cognitio beata cognoscat Deum prout est in se; licet possit cognoscere, quod illa prædicata ab alio intellectu Deum aliter ac est in se cognoscente, præscindantur, & distinguantur; non potest tamen illa præscindere, aut distinguere.

§. II.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

Contra hanc conclusionem obij-
Cies præcipuum, immo uni-
 cum fundamentum, quo movetur
 Arriaga, ut oppositum defendat.
 Intellectus clare Deum intuens non
 potest non per iudicium, unam
 formalitatem ab alia in eo præscin-
 dere: ergo saltem iudicativè præscin-
 dit. Consequentia est bona. Et
 antecedens probatur. Nam intel-
 lectus clare Deum intuens, non
 potest non affirmare de uno præ-
 dicato Divino, quod non affirmat,
 immo negat de alio; sed hoc est
 per iudicium (quod ab affirmatio-
 ne, & negatione non distinguitur)
 unam formalitatem ab alia præscin-
 dere: ergo. Mai. constat: nam
 intellectus clare Deum intuens, non
 potest non affirmare de essentia
 Patris, quod communicatur Filio;
 & de Paternitate, quod non com-
 municatur: insuper de Paternitate
 affirmat quod est *relata*, *realiter*
distincta à filiatione; quod non
 affirmat, sed potius negat de es-
 sentia: ergo.

Ex quo fit idem arg. ad pro-
 bandam præcisionem positivam per
 apprehensionem. Quia de eo, quod
 apprehendit intellectus beati per
 hoc nomen *essentia*, affirmat com-
 municationem, indistinctionem,
 & improductionem; de eo autem,
 quod apprehendit hoc nomine *Pa-
 ternitas*, affirmat incommunica-
 tionem, distinctionem, & de fi-
 liatione productionem: ergo essen-
 tia, Paternitas, & filio apprehen-
 duntur ab intellectu beati ut dis-
 tincta. Confirmatur primo. Impo-
 ssibile est, ut idem intellectus si-
 mul affirmet, & neget idem, de
 eodem omnino conceptu objecti-
 vo, quod præcipue apparet ve-
 rum, dum iudicium magis evidens
 est: ergo dum de essentia affirmat,
 quod negat de Paternitate, & eon-
 verso, essentia, & Paternitas, non
 ut unus, sed ut duo conceptus ob-
 iectivi apparent. Confirmatur se-

Alia vis
 tedit arg.
 ad idem.

Reboratur
 am-
 plius im-
 pugnat.

cundo. Quia intellectus viatorum non potest, nisi obiectivè præscindendo, enunciare veritates, quæ circa Trinitatis Myſterium Fide Divina tenentur credere: ergo cum veritates iſtæ ſint Eadem reſpectu intellectus Divini, & beati; non potest de eis iudicare niſi obiectivè præſcindendo.

12
In quas expulſis vias occaſio ex arg accepta.

Reſpondetur quod hoc arg. eſt lapidis offenſionis, & petra ſcandalii, non ſolum hæreticis, ſed & Catholicis; propter illud panquæ hæretici aut Trinitatem Perſonarum, aut unitatem eſſentiæ negaverunt in Divinis in quos extremos errores inciderunt Arrius, & Sabellius. Catholici autem, ut illud ſolvant, alij ad diſtinctionem ex natura rei confugiunt, ut Scotus; quam hoc præcipue ſine, inter Divina prædicata, contra omnium aliorum Theologorum mentem induxiſſe videtur: alij autem ad diſtinctionem virtua-lem ſuprà explicatam: cuius tantum muneris eſt ea prædicata veriſicare.

Difficul-
tas arg. eſt
admodum
evacuari
videtur
diffinire
reſſi form-
ali, aut
intraſſeca
virtuali.

Hæreticis autem omiſſis, neutra diſtinctione ex aſignatis poſſe difficultatem ſuperari, mihi evidens eſt ex eo, quod intellectus Divinis, & beati, non ſolum videt quod Pater realiter formaliter, aut ſolum virtualiter diſtinguitur a Filio, ſed etiam realiter entitative; hoc enim ad Fidem Catholicam pertinet, ac proinde ad viſionem beatam; & tamen non videt quod Pater, aut Filius, realiter entitative diſtinguantur ab eſſentia Divina, ſed potius videt oppoſitum, & oppoſitum affirmat; quod neque beneficio diſtinctionis formalis, aut virtualis intelligi poſſet; ſemper enim arget, quod ea ratione, qua aliqua identificantur *int̄ ſe*, & ea ratione qua *inter ſe* diſtinguntur, debent ab *uno tertio* diſtingui; ergo.

Quoddã
ex diſtis
coroll.

Ex quo inferitur, quod ſi arg. aliquid probat, probat quoddã prædicata Divina, concipiuntur, non ſolum ut formaliter, aut virtualiter diſtineta, ſed etiam realiter entitative, tam apprehenſivè, quam

indicativè: nam de uno prædicato Divino realiter entitative affirmat id, quod non affirmat, ſed potius negat de alio realiter entitative: ut de Paternitate quod realiter entitative diſtinguitur à filiatione; caſu tamen de eſſentia hoc non affirmet, ſed potius neget: deberet ergo etiam apprehendere Paternitatem, ut realiter entitative ab eſſentia diſtinctam: ſi nanque eſt impoſſibile, quod idem intellectus, idem de eodem, ſub eodem conceptu obiectivo affirmet, & neget, ſed opus eſt diſtinctione conceptuum, ut idem poſſit de eodem affirmare, & negare; dum res *affirmata*, & *negata*, realiter entitative diſtinguntur; inferent quidem, non ſolum diſtinctionem virtua-lem, aut formalem ex natura rei, ſed realem entitativam ex parte conceptuum, de quibus id affirmatur, & negatur.

Solvendum ergo eſt arg. iuxta principia D. Thomæ, qui ſolam diſtinctionem rationis inter prædicata Divina absoluta, aut inter absoluta, & relativa cognoscit; & de qua tantum fit mentio in Concilijs, & apud SS. PP., huiusque beneficio prædicata illa contradictoria de Deo ſine contradictione debent veriſicari. Pro cuius notitia (miſſa maiori illius explicatione vel ad tractatum de attributis, vel de Trinitate, ubi directe pertinet) breviter ſupponenda ſunt aliqua, in quibus omnes convenire debent.

13
Arg. iuxta principia D. Th. ſolvendū venit, & prius aliqua ſupp.

Primum, quod nomina iſta *eſſentia*, *relatio*, *intellectus*, *voluntas*, *communicatio*, & *incommunicatio*, cæteraque alia, quibus vel Divina prædicata aut Deum ipſum nominamus; licet ſignificent ex parte rei ſignificata, quod Deo obiectivè convenit; non tamen ſignificant eo modo, quo illi convenit, ſed alio longè diverſo. Et ratio eſt manifeſta: quia nomina iſta impoſita ſunt à nobis, ut ſignificent; à nobis autem imponuntur ad ſignificandum obiecta eo modo, quo illa cognoscimus; ſi ergo mo-
dus

1. & 2.
ſupp. et
1.

deus nosse cognoscendi non est obiecti, prout in se; nomina sic illud significantia non significabunt illud prout est in se. Ex quo oritur, quod nomina, quibus Deum, & illius prædicata nominamus, significant illa, ut distincta, ut composita, & ut enuntiabilia; cum tamen ipsa prædicata non sint in se distincta, aut composita, sed una simplicissima actualitas; quam, quia ex creaturis concipimus, & iuxta proprium nostrum modum; non iuxta modum eius, sed iuxta modum creaturarum nominamus. Quam doctrinam pluries repetit D. Thomas supra quæst. 13., eamque deducit ex D. Dionysio cap. 2. de Cœlesti Hierarchia, & ex D. Augustino lib. 7. de Trinit. cap. 4. & super Psalm. 85. vers. 8. & ex D. Gregorio Nazianz. oratione de *Deitate*.

2. Collecta
ex 2. supp

Ex quo secundo inferitur quod cum modus, quo Deus cognoscit se ipsum, & beati cognoscunt Deum, sit longe elevatus à nostro modo ipsum cognoscendi; non cognoscunt illum, aut eius prædicata, prout prædictis nominibus significantur, sed prout sunt in se. Quare id ipsum, quod nominibus illis, & propositionibus certis secundum fidem, ex parte rei significata significamus, hoc in Deo cognoscunt, sed non eo modo, quo à nobis significatur. Unde nec cognoscunt attributa, ut distincta, aut ut compositionem aliquam per modum enuntiationis formantia, sed per modum simplicis intelligentiæ, ad rem illam omnino indivisibilem, eorum cognitio terminatur: quod & expresse contradicitur à D. Thoma 2. 2. quæst. 1. art. 2. ad 3.

3. Collecta
ex eod. act.
idem.

Ex quo ulterius inferitur, quod si id ipsum, quod nos his, & similibus propositionibus significamus, v. g. *essentia communicatur Filio, Paternitas non communicatur Filio*, vellet beatus, prout ab eo concipitur significare, non significaret his nominibus, neque per modum enuntiationis, quæ compositionem importat, sed simplici

quoddam nomine entitatem ipsam Dei simplicissimam, & munia illa exercentem significante, licet nomine illo nullus viatorum posset in propria significatione uti, quia proprium modum significanti illius percipere non posset. Quæ doctrina etiam traditur à D. Thoma 1. contr. gent. cap. 31. ubi sic habet: *Si ipsam essentiam (intellige Dei) prout est possemus intelligere, & ei nomen proprium adaptare, uno tantum nomine eam exprimeremus; quod promittitur his, qui eum per essentiam videbunt Zacharia ult. : in die illa erit Divinus unus, & nomen eius unum.* Et tale fortasse est nomen *Tetragrammaton*, quod *Iheova* communiter pronuntiari solebat, ut tenet Lyra *Exod. 6. vers. 3.* nec renuit D. Thomas supra quæst. 13. art. 11. ad 1. ubi sic habet: *Hoc nomen Tetragrammaton est magis proprium nomen Dei, quam hoc nomen qui est, quod impositum est ad significandam ipsam Dei substantiam incommunicabilem, & (ut sic liceat loqui) singularem.* Unde communiter referunt Expositores, quod hoc nomen tantæ erat Religionis apud Hebræos, quod pro illius reverentia illud proferre non auderent, sed loco eius hoc nomen *Adonay* pronuntiabant, aliud ineffabile esse dicentes, & habentes tanquam nomen propriissimum Dei, ipsum, ut in se est, significans.

His ergo breviter pro difficultate arg. prænotatis, quia tantum Solv. iam
git materiam, quæ non semel Ca. in forma
tholicorum mentem perturbare iso. arg.
let; respondetur neg. antecedens: ad eius probationem distinguenda est mai. intellectus intuens Deum non potest non affirmare de uno prædicato Divino, quod non affirmat, sed potius negat de alio; per modum enuntiationis, compositionis, aut nominibus, quibus nos res Divinas significamus neg. mai. per modum simplicis intuitus, quo omnia illa, in unica simplicissima entitate, & formalitate exerceri in-
tue

tueretur concedo mai. & distinguendo min. concedenda est de primo modo, *affirmationis* aut *negationis*, neganda vero de secundo, & neg. est consequentia. Ad mai. probationem, eodem modo distinguendum est antecedens, prout illis nominibus, aut alijs nostrum modum compositivum concipiendi exprimentibus significatur neg. antecedens: simplici quoddam intuitu id ipsum, quod ex parte Dei est, cognoscentes, concedo antecedens, & neg. est consequentia.

Explic.
arg. solutio.

Termini namque harum propositionum *essentia communicatur*, *Paternitas non communicatur* habent significare predicata Divina, ut inter se distincta per modum enuntiationis, & predicata habentia contradictionis modum enuntiare: ab his autem modis, Deus ipse in se omnino immunis est: unde quando prout est in se à se ipso, vel à beatis cognoscitur, non cognoscitur, aut prout distinctionem, vel compositionem admittens, neque prout predicata contradictoria, & opposita verificans, sed ut omnia in se simplicissime habens, & sine ulla repugnantia simplicissime continens. Neque huius est querenda amplior explicatio, neque assignari potest: quia hoc pertinet privative ad beatos, qui Deum prout est in se videntes, ipsum, prout est in se, & prout omnia illa verificat, nominare possunt; & in hoc Mysterij illius altitudo consistit, & supereminetia Dei supra omnem creaturam, & excessus cognitionis illius, prout est in se, supra omnem, quam de ipso ex effectibus habere possumus.

Arg. confirmationi sit factis.

Per quod constat ad idem arg. prout apprehensionem applicatur; & ad eius confirmationes: quia omnium difficultas eo innititur, quia imaginatur, quod intellectus clare intuens Deum, ea quæ in ipso videt, sub illo enuntiationis, affirmationis, aut negationis modo, quo à nobis cognoscuntur, & significantur, videt: cum tamen res

aliter se habeat: omnia enim illa, unico, simplicissimoque intuitu, & prout in se sunt, sine compositione, aut oppositione videt: unde non est necesse, quod videat illa, vel ut distincta, vel ut contradictionem verificantia.

Sed dices: licet beatus non videat *essentiam communicari*, & *Paternitatem non communicari* prout his vocibus significatur, videt tamen id, quod ex parte rei significata his vocibus correspondet; at ex parte rei significata enuntiantur predicata contradictoria: ergo videt ista de Deo verificari; sed ista verificari nequeunt, non supposita aliqua distinctione ex parte eorum, de quibus dicuntur: ergo. Responderetur ex dictis, quod *communicari*, & *non communicari*, solum important contradictionem prout his vocibus significantur, non prout ex parte rei à Deo in se conveniunt. Unde si id ipsum à beatis significaretur, non significaretur vocibus contradicentibus: immo nec pluribus vocibus, sed una tantum id ipsum, quod ex parte rei convenit, & modo, quo convenit, qui est sine repugnantia, significante.

Secundo objicies Deus habet scientiam à priori, non solum creaturarum, sed etiam suorum attributorum (ut fort. communior Thomistarum sententia): ergo cognoscit essentiam suam secundum quod est prima radix attributorum, & unum attributum, ut est proxima alterius ratio, intellectus scilicet & voluntatis: ergo cognoscit essentiam, ut ab attributis distinctam, & unum attributum ut distinctum ab alio. Confirmatur primo. Essentia Divina est in mente Dei, secundum quod constituit pluralitatem idearum, ut infra quærit. 15. art. 2. docet D. Thomas: ergo est in mente Dei, prout per diversos respectus rationis distincta; ut sic enim pluralitatem idearum constituit: ergo cognoscitur à Deo, ut per rationem distincta.

Con:

2. & 3. confirm. Confirmatur secundo: Quia Deus cognoscit nos distinguere per rationem ipsas Divinas perfectiones: ergo ipsam distinctionem factam per intellectum nostrum cognoscit: ergo non potest non apprehendere ut distincta extrema illa inter quæ distinctio illa versatur. Patet hæc consequentia; nam minus proprium distinctionis est extrema, inter quæ versatur, distinguere: si ergo apprehendit, & cognoscit distinctionem, quam nos inter Divinas perfectiones formamus, non potest non apprehendere Divinas perfectiones, ut per rationem distinctas. Confirmatur tertio. Quia licet aliquibus appareat inconveniens quod intellectus Divinus formet entia rationis, alijs autem non apparet, sed probabile iudicatur inter Thomistas; quod si hoc non admittitur, saltem nulla est ratio, cur beatis denegetur: sic ergo poterunt beati distinctionem rationis inter Divina prædicata formare, & ea, quamvis in se una simplicissima entitas, ut per rationem distincta cognoscere.

17 2. Arg. diruitur. Ad arg. respondetur admissio antecedenti, distinguendo consequens: quod est prima radix eminenter aut virtualiter per ordinem ad intellectum creatum inter Divina prædicata distinguentem concedo consequentiam: formaliter & per ordinem ad proprium intellectum nego consequentiam; licet enim Deus actu essentiam suam ab attributis non distinguat, nec unum attributum ab alio; videt tamen in essentia sua eminentialem, virtutalemque distinctionem, per æquivalentiam ad res creatas distinctas, ratione cuius præstat intellectui creato fundamentum, ut eam ab attributis distinguat, & unum attributum ab alio; quod sufficere existimant AA. talis sententia, ut scientiam Deo a priori suorum attributorum attribuant.

Dissolvitur 1. confirm. Ad primam confirmationem pariter dicatur, quod multiplicitas idearum non consistit in distinctione aliqua formali reperta in

Divina essentia, sed consistit in eo, quod essentia Divina existens in se indivisibilis, propter sui eminentiam, est diversimode imitabilis à creaturis; & prout sic à Deo cognoscitur: per hoc enim ponitur absoluta denominatio plurium idearum, & fundamentum proximum, ut intellectus creatus eam per diversos respectus referat ad creaturas.

Ad secundam dicatur, Deum cognoscere, quod intellectus noster, qui pro hoc statu ipsum aliter ac est in se cognoscit, distinguit inter eius prædicata, præcisionemque facit; ac proinde cognoscit, quod eius prædicata cognoscuntur, ut distincta, & præcissa ab intellectu, Deum aliter ac est in se cognoscente: at sicut ipse non cognoscit ea, aliter ac sunt in se; neque ea cognoscit ut distincta, aut præcissa per ordinem ad propriam cognitionem. Sicut licet cognoscat ea conjecturaliter, & erronee cognosci ab aliquo intellectu creato, quia ea aliter ac sunt in se cognoscit; ipse tamen non potest ea aut erronee, aut conjecturaliter cognoscere.

Ad ultimam dicatur, non esse probabile, quod Deus potest formare ea entia rationis, quæ consequuntur ad cognitionem rei aliter ac est in se, nam eius cognitio est essentialiter conformis objecto; licet probabiliter admitti possit Deum posse formare entia rationis, quæ ad cognitionem rei prout est in se consequuntur. Prioris generis est distinctio inter Divina prædicata: quia hæc formari non potest nisi per cognitionem, qua Divina prædicata, ut inter se distincta (cum non sint) cognoscantur. Posterioris autem existimantur ab aliquibus respectus ideales; quia iudicant eo præcisse consequi, quod natura Divina ut diversimodè imitabilis cognoscatur: in quo cognitionis modo nulla cum objecto cognito reperitur disconformitas. An autem hoc verum sit, ad illos AA. expectat. Idemque dicent.

endum existimo de intellectu beati prout ad Deum clare visum terminatur : nam prout sic etiam est essentialiter conformis obiecto.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO
statuitur.

IMPLICAT ADMUG DE
potentia absoluta unum predicatum
Divinum alijs non visis
videri.

Prob. 1.
conclusio
ex Script.
& PP.

PROBATUR 1. conclusio ex illo Christi Domini Ioan. 14. *Philippe qui videt me, videt & Patrem* : cuius rationem statim subiungit dicens, *non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Ac si dicat: ego in Patre, & Pater in me est, quia sumus idem, in una numero natura: ergo qui videt me, videt, & Patrem.* In quo sensu dictum testimonium interpretantur SS. PP. Nazianzenus, Hilarius, Cyrillus loc. præallegato, & D. Aug. super Psalm. 84. & tract. 7. in Ioan. & lib. 1. de Trinit. cap. 8. ubi hæc habet verba: *Sivè ergo audiamus ostende nobis Filium, sivè audiamus ostende nobis Patrem, tantundem valet: quia neuter sine altero potest ostendi.* Ex quibus manifestè colligitur quod quacumque formalitate Divina visa, necesse est, quod omnes aliæ videantur, quia eadem identitate gaudent. Quapropter eandem sententiam docet expresse D. Thomas 2. 2. quæst. 2. art. 8. & 3. part. quæst. 3. art. 3.

19
1. Ratio
pro con-
clusionem,
& eius ex
plc.

Prima autem ratio huius conclusionis deducitur ex adducta auctoritate, & sic formatur. Visio alicuius obiecti terminatur ad illud prout est in se; sed implicat aliquod predicatum Divinum videri prout est in se, quin omnia prædicata Divina videantur: ergo. Mai. quo ad visionem beatam constat ex verbis Ioan. supra adductis *videmus cum sicuti est* & quo ad cuiuscumque alterius obiecti visionem, & intuitionem constat etiam

etiam unanimi conceptione. Tum quia obiecti intuitio, non habetur specie connotativa, sed propria eiusdem, illud prout in se representante. Min. autem probatur primo. Implicat videri unum predicatum Divinum prout est in se, quin prout est in se videnti appareat; sed prout in se est idem cum reliquis prædicatis Divinis: ergo implicat videri prout in se, quin videatur prout est idem, cum reliquis prædicatis Divinis. Tum sic; sed si videretur, prout est idem cum reliquis prædicatis Divinis, reliqua Divina prædicata, non possunt non videri: ergo. Explicatur hoc. Si apparet menti videntis Deum unum predicatum Divinum, & non apparet aliud, illud, quod apparet, apparet ut ab alio distinctum; sed unum predicatum Divinum apparere ut distinctum ab alio, est non apparere prout est in se, sed aliter ac in se est: nam in se unum ab alio est indistinctum: ergo si respectu videntis debet apparere prout est in se, debent omnia apparere, & non unum sine alio.

Secundo probatur eadem min. Implicat quod videatur unum predicatum Divinum prout est in se, quin videatur ut actus purus; sed implicat quod videatur ut actus purus, quin videantur omnia alia prædicata Divina: ergo. Mai. est certa: nam ratio actus puri, sicut & entis, infiniti, est, de conceptu essentiali cuiuscumque prædicati Divini, & in illo transcendentè formaliter inclusi. Min. autem probatur. Ratio actus puri, in eo consistit, quod omnia, quorum est capax, actu formaliter per summam identitatem habeat, & quod ad nihil comparatur in potentia; sed si posset unum sine alio videri, illud quod videretur, non videretur, ut actu in se formaliter habens aliud, sed in potentia ad illud: ergo.

Dices huic rationi: de ratio- 20
ne visionis esse quod terminetur
ad obiectum prout est in se, sed
non adæquate, sed vel adæquate,
vel inadæquate; quod est idem
Occurrit
ratione.

2. Prob.
min. prin-
cipium

ac dicere, quod de ratione visionis est, quod id quod videt conveniat obiecto prout est in se; sed non est de ratione eius quod omne, quod convenit obiecto prout est in se, per visionem videatur.

Recluditur tripliciter.

Sed contra primò. Nam de ratione cognitionis attingentis obiectum prout est in se non solum est quod id ipsum, quod cognoscit, conveniat obiecto in se, sed etiam quod cognoscatur eo modo, quo convenit illi in se: alias cognitio Omnipotentiae, aut Trinitatis per Fidem, esset cognitio Dei prout est in se: cum id, quod per istas cognitiones cognoscitur Deo in se conveniat; sed modus, quo convenit Deo in se quodcumque prædicatum Divinum, est per summam identitatem, cum omnibus alijs; & per actualem illorum inclusionem: ergo cum prout sic non possit cognosci, quin omnia alia cognoscantur; nullum prædicatum Divinum potest prout est in se cognosci, quin reliqua cognoscantur. Secundò. Quia dum aliquod prædicatum est in se indivisibile, si prout est in se videtur, non inadæquatè, sed adæquatè videtur: indivisibile enim, aut nihil, aut totum attingitur; sed natura Divina, intellectus, & voluntas, & omnia alia prædicata absoluta, & absoluta cum relativis, faciunt unum prædicatum tantum indivisibile in se: ergo si prout sic in se videtur, non inadæquatè, sed adæquatè videtur. Tertiò. Nam nullum prædicatum Divinum, licet ex nostro modo concipiendi, & significandi, sit distinctum ab alio; in se tamen, tam materialiter, quàm formaliter, est summè idem cum illo; quod & ratione actus puri convincitur. Itaque iustitia Divina, licet à nobis viatoribus concipiatur ut distincta à misericordia, & prout sic significetur; in se tamen, & obiectivè nullatenus est distincta, sed omnino eadem: neque oppositum decet summam Dei simplicitatem, & ra-

tionem actus puri: ergo dum Divina iustitia ut est in se intuetur, non solum videtur iustitia, sed misericordia, & reliquæ perfectiones Divinæ; ac proinde non potest inadæquatè videri, sed necessario debet videri adæquatè.

Ratio hæc in veris, communibusque principijs convincere videtur; quod nobis sufficeret. Sed quia Scotus longe ab eis, distinctionem realem formalem inter prædicata Divina propugnat; restat adhuc, ea supposita, ulterius conclusionem probare, ut illius veritas manifestatior reddatur. Sit ergo pro illa secunda ratio. Implicat aliquod prædicatum Divinum videri, quin ratio entis Divini videatur; sed implicat rationem entis Divini videri, quin omnia alia prædicata Divina videantur: ergo implicat aliquod prædicatum Divinum videri, quin omnia videantur. Consequentia est evidens; mai. & min. sunt probandæ, & prius probatur mai. Tum generali ratione: quia sicut ratio entis, ita est obiectum proprium nostri intellectus, quod in nulla re ab eo cognita potest ignorari, ita ratio entis Divini est obiectum proportionatum luminis gloriæ, quod proinde in nullo Divino prædicato cognito, potest non percipere: tum quia iuxtam Scotum, ut unum prædicatum Divinum sine alio cognosci possit, necessaria est distinctio ex natura rei inter illa prædicata; sed nullum prædicatum Divinum distinguitur realiter formaliter à Divina entitate: alias hæc distinctio non solum esset formalis, sed etiam entitativa saltem inadæquatè; cum versaretur inter entitatem, & formalitatem: ergo nullum prædicatum Divinum potest intuitivè cognosci, non cognita intuitivè Divina entitate.

Min. autem probatur. Tum generali ratione: quia de ratione entitatis Divinæ est quod sit simpliciter infinita, & actus purus in omni genere perfectionis; sed simpliciter infinitum per modum actus puri

2 I
2. Ratio conclusio nis.

Prob. mia nor primo assump ta.

purè

puri in omni genere perfectionis videri nequit, quin videatur omnis perfectio, ex qua formaliter coalescit: ergo nequit Divina entitas videri, quin omnis Divina perfectio videatur. Tum: quia sicut nulla formalitas Divina, aut omnes simul, à Divina entitate realiter formaliter distinguuntur, ne distinctio plusquam formalis sit; ita nec ipsa Divina entitas potest ab eis realiter formaliter distinguis: tum propter eandem rationem: tum quia distinctio correlationem importat: si ergo necessaria est distinctio ex natura rei inter illas formalitates, quarum una sine alia videri potest, non poterit Divina entitas videri omnibus prædicatis Divinis non visis.

Evasio
rat.

Nec refert si dicas, non posse unum prædicatum Divinum videri, v. g. misericordia, quin entitas Divina, prout in misericordia inclusa, & ab ea indistincta videatur; bene verò quin videatur prout inclusa in iustitia, & prout ab ea indistincta: sicut non potest cognosci substantia, quin ratio entis in ea inclusa, & ab ea indistincta cognoscatur; bene verò quin ratio entis prout inclusa in accidenti, & prout ab eo indistincta.

Concluditur evasio.

Contra enim est. Quia unum prædicatum non potest videri alio non viso, nisi ab illo distinguatur distinctione ex natura rei, ut fateatur Scotus; sed Divina entitas, prout inclusa, & identificata cum Divina misericordia, non est realiter formaliter distincta à Divina entitate, prout identificata, & inclusa in Divina iustitia, ut ipsi tenentur fateri: alias daretur inter Divina attributa non solum distinctio formalis, sed etiam entitativa; cum versaretur inter ens, & ens: ergo non potest videri Divina entitas, ut inclusa in Divina misericordia, quin videatur, ut in Divina iustitia inclusa; ac proinde quin Divina iustitia videatur.

Dáparitas ad simile Advers.

Per quod patet ad exemplum in favorem solutionis adductum. Ratio enim entis, quæ includitur,

& identificatur cum substantia, non includitur, & identificatur cum accidenti, sed potius ab eo realiter distinguitur: quare licet sit necesse, quod qui cognoscit accidens, cognoscat rationem entis in eo inclusam, & cum eo identificatam; non tamen est necesse, quod cognoscat rationem entis in accidenti inclusam, & cum illo identificatam. Quod secus accidit in Divina entitate: cum sit eadem omnino indivisibilis, quæ cum Divina misericordia, iustitia, & reliquis prædicatis Divinis identificatur, & in eis formaliter includitur.

Probatum tertio eadem conclusio. Eadem omnino visibilitas est essentia Divina, attributorum, & personarum sine ulla distinctione, sive reali formali, sive virtuali: ergo implicat videri aliquod prædicatum Divinum reliquis non visis. Consequentia est bona: tum iuxta Scotum ex dictis: tum quia ideo iuxta omnes Theologos repugnat quod una Persona Divina operetur ad extra reliquis non operantibus, quia virtus operandi ad extra est omnino eadem in omnibus Divinis Personis. Et pariter ideo repugnat quod aliquod attributum Divinum alicui Divina Personæ communicetur, reliquis absolutis, & essentia non communicatis, quia communicabilitas in omnibus illis est omnino eadem: & è converso, ideo una Divina Persona, potest terminare humanitatem, reliquis non terminantibus, quia ratio terminandi non est in illis eadem, sed distincta: si ergo visibilitas est omnino eadem in omnibus prædicatis Divinis; implicat unum, reliquis non visis, videri.

Antecedens autem probatur. Tum quia visibilitas convenit cuiusque prædicato Divino, sicut & creato, ratione entitatis, aut veritatis: visibile namque est formaliter intelligibile, intelligibile autem, ens, aut verum; sed eadem omnino est absque ulla distinctione, sive formali, sive virtuali ratio entis, ut

22

3. Rat. pro conclusione.

1. Anteced. prob. dupliciter

veri in omnibus Divinis prædicatis : ergo. Tum , quia visibilitas, non est prædicatum relativum, ut constat, sed absolutum ; sed in Deo nullum prædicatum absolutum multiplicatur, sive formaliter ex natura rei, sive virtualiter ; eadem enim est omnino essentia, omnipotentia, voluntas, aut intellectus : ergo & visibilitas.

Dices : visibilitatem in Deo esse quidem prædicatum absolutum ; commune tamen , & transcendens omnia prædicata Divina. Licet autem prædicata absoluta Dei non transcendentia , qualia sunt essentia, omnipotentia, æternitas, intellectus, & cætera nullo distinctionis genere multiplicentur ; bene tamen prædicata transcendentia : quare infinitas omnipotentia, quia est prædicatum transcendens, eo genere distinctionis distinguitur ab infinitate essentia, quod omnipotentia ab essentia distinguitur.

Sed hæc solutio sustineri nequit : ex ea namque sequitur primo, quod etiam entitas Divina, & Divina veritas multiplicentur ; quod nec Scotus audebit concedere. Et merito : nam si entitas Divina in Divinis prædicatis multiplicaretur, ea non solum formaliter, sed entitativè multiplicaretur : distinctio enim quæ inter entitatem, & entitatem versatur entitativa est in principijs Scoti, sicut distinctio quæ inter formalitatem, & formalitatem versatur formalis ab eo dicitur. Sequela autem probatur tum ex dictis : quia visibile, & intelligibile coincidunt formaliter cum ratione entis, & veri. Tum quia sicut ratio visibilis, & intelligibilis est prædicatum omnes Divinas perfectiones transcendens ; ita & ratio entis, & veri : si ergo, quia ratio visibilis transcendit, multiplicatur, & distinguitur in prædicatis Divinis ; ad eorum distinctionem pariter, & ratio entis, & veri debent multiplicari : & eadem prorsus ratione debent etiam multiplicare infinitatem, æternitatem, immensitatem, &c.

Secundò. Quia inde etiam sequeretur quod essentia, & attributa, etiam multiplicarentur in tribus Divinis Personis ; nam etiam sunt prædicata illis communia, non per compositionem, sed per identitatem, & transcendentiam. Ex quo ulterius inferretur ea multiplicari, non solum multiplicatione, & distinctione formali, sed & reali entitativa : nam cum hoc genere distinctionis tres Divina Personæ ad invicem distinguantur ; si prædicata, quæ illas transcendant, ad earum multiplicationem multiplicarentur, & eo genere distinctionis essent distincta ; non solum realiter formaliter, sed realiter entitativè distinguerentur, & multiplicarentur ; quod aperte hæreticum est, & Mysterium Sanctissimæ Trinitatis destruens. Dicendum ergo est quod nullum prædicatum Divinum absolutum, quantumvis transcendens, in Deo multiplicatur : ac proinde quod neque infinitas, neque visibilitas ; quod est præcipuum assumptum.

Probatur quartò eadem conclusio. Implicat Deum intuitivè prout est in se videri, quin quidditivè videatur ; sed implicat quidditivè videri, quin omnia illius prædicata videantur : ergo. Mai. & min. sunt probandæ, & prius probatur mai. Quia cognitioni quidditivè solum opponitur, aut cognitio connotativa, aut cognitio quo ad *an est* ; sed implicat intuitio Dei, quæ sit solum aut connotativa, aut quo ad *an est* : ergo. Min. quo ad 1. partem probatur ; quia cognitio connotativa attingit obiectum non prout est in se, sed ad modum alterius ; non per speciem propriam, sed alienam : cognitio autem intuitiva Dei, ipsum prout est in se attingit, & per speciem propriam, sive creatam, sive increatam. Quo ad secundam autem partem etiam probatur min. Quia cognitio quo ad *an est* solum potest contingere in rebus illis, quibus existentia est prædicatum accidentale ; non autem

Impugn⁷
2.

24
4. Conclusio
rationis rati-
o.

in illis, in quibus est essentialia, & de illorum quidditate, qualiter Deo convenit, ut probatur à D. Thoma supra quæst. 3. art. 4. Minus autem principalis probatur. Visio quidditativa alicuius obiecti est visio omnium prædicatorum essentialium illius: tum quia ut dicitur 4. *Physic.* Cognitio quidditativa alicuius obiecti est sufficiens ratio omnium eius proprietatum: tum quia eo dicitur quidditativa, quia quidditatem illius videt, & cognoscit; quidditates autem rerum sunt sicut numeri, quibus si aliquid superaddatur, aut auferatur solvuntur; sed omnia prædicata formalia Dei pertinent ad eius quidditatem. & sunt ei essentialia: ergo implicat Deum quidditative videri, quin omnia illius prædicata formalia videantur.

Præcave-
tur Ad-
vers. ef-
fug.

Cui rationi adaptari non potest solutio communis, qua hæc sententia se munit de visione adæquata, vel inadæquata; quia hoc ipso quod visio non ad omnia prædicata essentialia alicuius obiecti terminetur, non potest esse quidditativa illius: sicut cognitio, qua non cognoscitur rationale, sed tantum animal, poterit quidem esse quidditativa animalis, sed non hominis: quia hominis essentia est non solum animal, sed etiam rationale. Respectu autem Dei, propter summam simplicitatem, & rationem actus puri, omnia eius prædicata sunt essentialia, & unum de essentialia alterius: quare nullum poterit videri quidditative, quin omnia videantur.

Tandem probatur conclusio.

25
Ultima
conclusio
nis prob.

Quia una Persona Divina non potest cognosci sine alia: opponuntur enim & distinguuntur relative; relativa autem sunt simul natura, & cognitione; neque aliqua Persona, sine omnibus absolutis: ea enim tanquam prædicata essentialia constitutiva dicitur; nec pariter aliquod absolutum sine Personis: de ratione enim essentiali illius est quod ita sit unum, quod tribus Personis sit commune: ac tandem

neque unum absolutum sine aliis videri potest; quod sufficienter iam est probatum ex summa cuiuscumque simplicitate, & actualitate: nullum ergo prædicatum Divinum sine omnibus visis potest videri.

§. IV.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

26
1. Obiect.
contra 2.
conclusio-
nem.

CONtra præcedentem conclusionem obijcies primò. Quamvis omnia prædicata absoluta Dei inter se, & cum relativis identificentur; stat, quod visio, quæ terminatur ad illa prout sunt in se, unum videat, altero non viso: ruit ergo præcipuum nostrum fundamentum. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Licet ratio coloris, & albedinis identificentur, stat: quod aliquis videat colorem, albedine non visa: ut cum quis de aliquo à longè viso certificatur esse coloratum; nescit tamen quod sit album: pariter & videtur in albedine ratio coloris, ratione qualitatis, quæ cum colore identificatur, non visa. Pariter & videt rationem animalis cum rationalitate identificatam, rationalitate etiam non visa, ut cum etiam à longè videtur, & certificatur esse animal, non autem rationale. Et Angelus videt in homine potentiam naturalem ab obedientiali indistinctam, obedientiali non visa: potentia obedientialis enim videri non potest nisi per ordinem ad actum; actus autem, cum sit supernaturalis, cognitionem naturalem Angeli excedit. Et tandem: quia quilibet homo potest intuitive cognosci, non cognito respectu transcendentali dependentiæ, quam dicit ad Deum; & tamen respectus ille est homini essentialis, & cum eo identificatus: ergo.

Confirmatur. Quia potest unum prædicatum Divinum sicuti est in se communicari realiter, altero non communicato: multo ergo magis videri, altero non viso.

Confirm.

Patet consequentia: quia visio magis præcisiva est, magisque extrinseca objecto viso, quam realis communicatio. Antecedens autem probatur. Tum in essentia Patris, quæ realiter communicatur Filio, Paternitate non communicata. Tum in substantia verbi, quæ realiter communicatur humanitati, substantiæ Patris, & Spiritus Sancti non communicatis. Et tandem in essentia Divina, quæ prout est in se mentibus beatorum per modum speciei impressæ communicatur, attributis & relationibus non communicatis: ergo.

27
1 Argum
solut.

Ad arg. responderetur neg. antecedens: ad eius probationem concessio antecedenti neg. est consequentia. Et disparitas sumitur: tum ex parte rei visivæ: tum ex parte mediæ visionis. Ex parte rei visivæ: quia licet in rebus creatis ratio generica, specifica, & individualis, phisicè identifcentur; distinguntur tamen metaphisicè: datur enim inter illas compositio metaphisica; neque unum prædicatum actu continet aliud, sed solum in potentia: ex quo oritur, quod potest unum ex his prædicatis repræsentari prout est in se metaphisicè, altero non repræsentato; ac proinde quod potest unum videri altero non viso: repræsentatio enim speciei, & objecti visio, non solum consequuntur ad rem prout est in se phisicè, sed etiam metaphisicè. At prædicata Divina non solum sunt idem inter se phisicè, sed & metaphisicè: neque enim in Deo compositio aliqua metaphisica reperitur, ut cum D. Thoma 1. part. quæst. 3. artic. 5. tenent communiter Theologi. Quare unum prædicatum Divinum, non comparatur, ut in potentia, sive phisica, sive metaphisica in ordine ad aliud, sed per modum actus puri omnia alia actualiter includentis: ex quo etiam consequitur, quod nullum eorum potest prout est in se, sive phisicè, sive metaphisicè repræsentari, aut cognosci, quin & reliqua repræsententur, & cognoscantur.

Sed contra instabis primò. Quia prædicata transcendentia non distinguntur metaphisicè ab inferioribus, quæ transcendent, neque cum eis aliquam compositionem metaphisicam faciunt; & tamen possunt prout in se intuitive videntur quin inferiora videantur: ut ratio entis, non visa ratione substantiæ, aut viventis: ergo. Pariter etiam ratio potentia obedientialis non metaphisicè à potentia naturali distinguitur, & tamen potentia naturalis sine obedientiali intuitive cognoscitur: ergo.

28
Inst. 11

Secundò. Quia licet distinctio metaphisica in rebus creatis repta sit sufficiens ratio, ut per intellectum possit unum, vel intuitive cognosci, altero non cognitio, non tamen videtur sufficiens, ut per sensum unum percipiatur, altero non percepto: gradus enim metaphisici, ad intellectum, qui essentias rerum penetrat, & non ad sensum, pertinent: cum ergo non solus intellectus, sed etiam sensus, possit percipere rationem coloris, albedine cum eo identificata non percepta; non ex illa ratione provenire potest; sed alia assignanda est.

31
Instab. 31
& 4.

Tertiò. Qua saltem disparitas assignata in principijs Scoti, quæ admissimus, stare non potest: apud ipsum namque attributa Divina realiter formaliter distinguntur, & unum non est de conceptu metaphisico alterius: ergo. Et tandem in omnium sententia desimultate cognitionis relationum nihil disparitas convincit; istæ enim secundum fidem non solum metaphisicè, sed & phisicè distinguntur: ergo.

29
Satisf. 12
inst.

Ad primam responderetur, quod compositio quæ versatur inter ens creatum, & quodlibet aliud prædicatum transcendens cum suis inferioribus, est etiam compositio metaphisica, non penes excludens, & exclusum, sed penes implicitum, & explicitum: aliter ens creatum esset actus purus, utpotè metaphisicam etiam potentialitatem excludens; distinguitur ergo ens

creatum à suis inferioribus, non solum dialecticè, sed etiam logicè distinctione penes implicitum, & explicitum; & hoc distinctionis genere, potest prout est in se cognosci, inferioribus non cognitis. At prædicata Divina neque hoc distinctionis genere distinguntur: sed propter rationem actus puri unum est omnino aliud, & solum dialecticè distinguntur per ordinem ad intellectum creatum illa aliter ac sunt in se concipiente, & prout sic nominante;

Ad id quod ad- dicitur fit sa- tis. Ad id, quod tangitur de potentia obedientiali, vel dicatur, sicut plures dicunt, hoc posse accidere, quia licet non distinguantur; important tamen intelligibilitates diversi ordinis, naturalis, videlicet, & supernaturalis: vel melius ex dictis Disp. I. Dub. I. quod potentia obedientialis non dicit aliquid substantialiter, aut specificè distinctum à potentia naturali; sed eandem substantiam, & speciem, cum connotatione tamen ad agens, secundum quod est potens operari circa illam aliquid extra illius speciem: ut lumen gloriæ ad videndum Deum. Quare dum dicitur quod potentia obedientiali non cognita, potentia naturalis cognoscitur; non est sensus, quod potentia obedientialis secundum id, quod dicit de substantia, aut specie non cognoscatur, sed quod non cognoscitur ipsa, prout connotat supernaturale agens, aut supernaturale donum, ad quod elevatur: ad quod sufficit donum illud, aut agens, non cognosci.

30 2. Inst. fit satis. Ad secundam dicatur, quod cum huiusmodi distinctio metaphisica non solum reperitur inter quidditates, quæ sunt obiectum intellectus, sed etiam inter accidentia sensibilia, quæ sunt obiectum sensus: neque enim solum animal à rationali metaphisicè distinguitur, sed etiam coloratum ab albo; est in causa, ut etiam sensus, possit rationem genericam percipere, differentiali non percepta. Ex quo non sequitur quod sensus sit pro-

priè præcisivus, aut quod aliquam distinctionem rationis formet: quia hoc non accidit, quia species utrumque repræsentet, & unum percipiat, altero non percepto; sed quia species, qua ad percipiendum facundatur, ratione distantia, vel perturbationis medijs pervenit ad sensum ut repræsentans solum rationem colorati, non autem rationem albi: vel licet utrumque repræsentet, unum tamen sub tanta remissione, quod non sit aptum ad movendum sensum; quod insufficiens est ad propriam præcisionem, aut ad formationem entis rationis.

Ad tertiam dicatur primò, sufficere nobis in veris communibusque principijs arg. solvere. Secundò, quod principia Scoti sibi non coherent, dum negat cum cæteris Theologis compositionem metaphisicam in Deo, & intendit introducere distinctionem illam formalem ex natura rei: ea enim ratione, qua aliqua distinguntur, & inter se uniuntur, compositionem faciunt. Vel tertio, adhuc distinctione admissa, dicatur, quod ut solutio nostra persistat, sufficit eam distinctionem non dari inter illa prædicata in ratione entis Divini: hoc enim est obiectum visionis Dei, & proprium intelligibile omnibus Divinis prædicatis commune.

Ex quo ad quartam dicatur: quod licet relationes Divinæ ad invicem realiter distinguantur, non distinguntur in esse visibilis, sicut neque in esse entis. Visibile namque, sicut ens, aut verum, non dicuntur relativè in Deo. Immo quamvis distinguantur; semper tamen urget alia ratio, videlicet, quod sunt simul natura; & cognitione ut dicitur tract. de ad aliquid.

Confirmatio autem hum. 26. proposita, cui valde fidunt, Scotistæ, multum probat: probat enim non solum de facto videri unum prædicatum Divinum sine alio, sed etiam sic necessario accidere; non enim

31 Satis fit iuxta viam triplicem.

32 Satis fit 4

33 1. Confirm. solut.

enim solum de facto, essentia Patris communicatur Filio, & non Paternitas, sed ita necessario, quod oppositum non possit contingere: si ergo consequentia tenet, non solum de facto, sed & necessario videbitur essentia Patris, Paternitate non visa: magis enim præcisiva est visio, magisque extrinseca, quam communicatio: necesse ergo est, quod sui arg. inefficaciam cognoscant.

Director solur. confirmat.

Unde ad confirm., ommissa solutione, quæ ex dictis conclusione præcedenti in solutione ad primum deduci potest, quia pro præsentis minimè necessaria, respondetur concessio antecedenti neg. consequentiam propter duplex discrimen: primum; quia hoc prædicatum *communicari ad intra* convenit absolutis, prout differunt à relativis; & hoc prædicatum *non communicari* convenit relativis prout differunt ab absolutis; ad extra vero hoc prædicatum *communicari* convenit relationi Filij prout ab alijs relativis, & absolutis distinguitur; hoc autem prædicatum *non communicari*, convenit alijs absolutis, & relativis, prout à filiatione distinguntur, & huius non est assignanda ratio: quia in primo consistit Trinitatis Mysterium, in eo, scilicet, quod una indivisibilisque entitas, prout dicit absolutum, communicetur; & prout dicit relativum, non communicetur: in secundo autem consistit Mysterium Incarnationis, quod, scilicet, eadem pariter indivisibilis entitas, quæ in se est essentia, Paternitas, spiratio, & filiatio, solum sub conceptu filiationis communicetur immediatè humanitati: at hoc prædicatum visibile, non est prædicatum relativi, prout distinguitur ab absoluto, aut è converso, neque unius absoluti, aut relativi, prout distinguitur ab alio: neque hoc fides docet, aut aliqua autoritas, sed oppositum potius ratione convincitur: cum sit prædicatum consequutum ad rationem entis, aut veri Divini, quod sine ulla multiplicatione in-

divisibiliter omnia Divina transcendit: quapropter implicat, quod de uno prædicato Divino verificetur, & non dereliquis.

Solum contra hoc ob stare videtur id, quod additur de natura Divina; quod etiam prout est in se gerit munus speciei impressæ; & non attributa, aut relationes. Et idem dici potest de munere constituendi Deum metaphisicè. Sed ad hoc, iuxta dicta, facile etiam responderetur, quod munia ista conveniunt naturæ, non ratione alicuius prædicati omnibus Divinis communis, sed prout in ordine ad nostrum modum concipiendi fundat esse primordiale conceptum Dei, ratione cuius à cæteris prædicatis Divinis distinguitur. Ratio autem visibilis fundatur supra rationem entis, & veri, quæ indivisibiliter omnia Divina transcendit.

Addition: inst. solutio.

Sed adhuc contra solutionem instabis primò. Essentia Divina potest sicuti est in se videri, sicut potest sicuti est in se communicari; sed potest sicuti est in se communicari, non communicata Paternitate: ergo & potest sicuti est in se videri Paternitate non visa. Mai. probatur. Nam visio ad omnem ens, & ad omnem modum, & formalitatem eius potest terminari: ergo. Secundo. Quia non minus existentia Divina est prædicatum absolutum, & transcendens, quam *ens Divinum, verum, aut visibile*; sed primò non obstante, potest existentia Divina, prout est propria Filij, communicari humanitati, non communicata, prout est propria Patris, aut Spiritus Sancti: ergo, & potest videri, *ens*, aut *verum Divinum*, prout est proprium unius personæ, altera non visa.

34 Duplex inst. contra doctrinam.

Ad primam dist. est mai. ly *sicuti est in se*, indicante conformitatem visionis cum re visa concedo mai. conformitatem modi communicationis, cum modo visionis neg. mai. & concessa min. neg. est consequentia. Primum enim

35 Solutio.

significat videri ex parte obiecti essentiam communicari, & Paternitatem non communicari; quod revera per visionem videtur. Secundum autem significat essentiam communicatam videri, & Paternitatem, quæ non communicatur, non videri; quod est falsum, & impossibile: utrumque ergo videtur, sed essentia, ut communicata; & Paternitas, ut non communicata.

36
Solut. 2.
assignat
disparita-
te exem-
plis.

Ad secundam concessa mai. & min. neg. est consequentia. Nam hoc prædicatum *non communicari* ad extra potest convenire, & de facto convenit absoluto existentie, scilicet, ratione relativi: quare solum ut per relativum modificata communicatur ad extra: esse autem *ens verum*, aut *visibile*, non convenit absoluto, ratione relativi, sed potius è converso relativo ratione absoluti. Quare implicat quod sit aliquod prædicatum Divinum visibile, nisi visibilitate omnibus formaliter eadem; & idem est de ente, & vero. Itaque quando unum prædicatum, uni ratione alterius convenit, reducitur ad modum illius, ratione cuius convenit: existere autem convenit humanitati, ratione relativi: quare iuxta modum, & appropriationem relativi illi convenit; esse autem visibile, convenit relativis, ratione entis, aut veri: quæ sunt prædicata absoluta; quare relativorum visibilitas ad commune, & absolutum reducitur.

37
Amplior
disparit.

Secundum discrimen redditur ex eo quod quando aliquod prædicatum communicatur alicui per modum formæ, licet sit indivisibile; si tamen in se eminenter continet plures effectus, potest non secundum omnes, sed secundum cuius subiectum est capax, communicari. Sicut gratia Christo Domino, non præstat esse Filium adoptivum, neque si lapidi uniretur illum sanctificaret: quia licet ipsa in se formaliter effectus istos contineat; ex incapacitate subiecti impeditur, ne illos præstet. Quare id,

quod præstat, est id quod secundum se continet; non tamen omne, quod secundum se est, debet præstare. Hac ergo ratione Pater æternus Filio essentiam communicat, & non filiationem, id est indivisibilem illam entitatem sub munere essentia, & non sub relationis munere; quia prioris, & non posterioris, est Filius capax: & hac pariter humanitati communicatur filiatio, & non Paternitas, aut spiratio; quia ad sui esse, & subsistere una sola subsistentia indiget. At visio non terminatur ad prædicata Divina præcisè prout explicantur ad extra, aut prout distinguuntur ad intra, sed prout in se sunt unica, & indivisibilis ratio multiplicandi relativa, & non absoluta: sub qua ratione unum sine alio videri non potest.

Quod explicatur satis apto exemplo, nam bene potest Deus, prout est author naturæ operari, quin ut author supernaturalis operetur, & è converso: impossibile tamen est, quod prout est author naturæ videatur, quin non videatur ut author supernaturalis, aut è converso; non alia ratione, nisi quia operari ut authorem naturæ, nihil aliud est, quam in effectus tantum naturales se explicare, & operari ut authorem supernaturalem, quod se explicet in supernaturales effectus; effectus autem isti tales sunt, quod solum possunt Deum manifestare prout est illorum author. At cum visio non terminetur ad Deum; prout in effectibus resplendet, sed prout in se ipso est, in quo ratio authoris naturæ, non differt à ratione authoris supernaturalis; non potest sub prima ratione videri, quin sub secunda videatur. Pariter ergo cum communicari sit iuxta modum communicantis, visio autem iuxta modum, non quo res visa communicatur, sed quem habet in se; licet sub una formalitate possit communicari, alia non communicata; implicat tamen quod sub

Simile
doctrinā
illustrans.

sub una videatur, quin omnes etiam videantur.

38
2. Object. cum 1. cōfirm.

Secundò obijcies. Potest videri obiectum primarium, non visò secundario; sed essentia Divina est obiectum primarium luminis gloriæ, & attributa, & relationes secundarium iuxta probabilem sententiam: ergo. Mai. probatur. Quia visio solum dependet essentialiter ab obiecto primario, à quo accipit speciem; & ideo contingere potest essentiam Divinam videri non visis creaturis: ergo. Confirmatur primò. Potest videri aliquod obiectum, non visò eo, quod non est de conceptu essentiali illius; sed personæ non sunt de conceptu essentiali naturæ Divinæ; nam de fide est, Patrem communicare Filio totam essentiam, & non communicare personalitatem: ergo.

2. Confirm.

Confirmatur secundò. De facto videtur Deus, non visis aliquibus prædicatis illius formalibus: ergo. Antecedens probatur. Tum quia videtur à quolibet beato, non visis omnibus continentijs creaturarum, omnibus idæis, & omnibus actibus liberis: ista enim videri non possunt, quin creaturæ, quæ sunt eorum terminus, videantur; creaturæ autem non videntur, à quolibet beato; sed omnia ista sunt prædicata formalia Dei: ergo. Tum, quia Pater Æternis pro priori ad generationem Filij, videt suam essentiam; & tamen pro illo priori non videt Filium, quia non dum est genitus; & multo minus Spiritum Sanctum: ergo.

39
Object. diluitur.

Respondetur, admittendo quod attributa pertinent ad obiectum secundarium luminis gloriæ; disting. mai. potest videri obiectum primarium sine secundario, dum primarium ut tale, non dicit connexionem cum secundario, concedo mai. si eam dicit neg. mai. & omnia minori, neg. est consequentia. Aliquando enim obiectum primarium nullam connexionem, quo ad cognosci, dicit cum secundario, sicut ens reale cum ente

rationis: & tunc potest primarium cognosci secundario non cognito. Aliquando autem dicit connexionem, sicut potentia cum effectibus possibilibus, relatio cum suo termino, color cum sui extensione ut videatur, & his similia; & ista videri non possunt, non visis secundarijs: & hanc connexionem, immo formalem identitatem explicat essentia cum attributis, & personalitatibus.

Ad primam confirmationem 40
dicatur Personas Divinas non esse de conceptu essentiæ, tanquam prædicata illius constitutiva; esse tamen terminum, seu modum ipsius essentiæ, non superadditum, sed sibi summe identificatum. Ut autem res aliqua videatur, necesse est videri secundum omnia prædicata illi essentialia, qualitercumque essentialia sint: sicut non potest videri fides non visa eius obscuritate, quæ solum est illi essentialis tanquam modus. Ad secundam neg. est antecedens ad primam illius probationem, ommissa ampliori illius explicatione, pro Dub. sequenti, pro nunc dicatur, omnia illa prædicata, secundum esse formale quod habent in Deo, à singulis beatis videri; non autem secundum denominationem terminationis ad creaturas, ratione connotati, quod prædicta denominatione explicatur, quod non videtur: hoc autem connotatum realiter distinctum est à prædicatis Divinis.

Ad secundam eiusdem antecedentis probationem dicatur falsum omnino esse Patrem Æternum pro priori generationis Filij non videre tres Divinas Personas: quia prioritas illa non est neque temporis, neque intelligentiæ, sed originis tantum, & dimanationis, quæ cum simultate intelligentiæ componitur. Nec refert quod contra hoc obijcit Scotus, scilicet, quod inde sequeretur Patrem habere beatitudinem à Filio, & Spiritu Sancto: nam solum sequitur eam ha-

Diluit.
1. confirm. cum
2.

41
2. Probat. cum re-
plic. dif-
ficult.

habere ab eis *obiectivè*, non autem *principiativè*; in quo nullum est inconveniens. Neque enim ipse Scotus negare potest Patrem Scientiam, & amorem Filij, & Spiritus Sancti ab illis personis *obiectivè* habere, licet non *principiativè*, aut *originativè*.

42
3. Obiect.

Tandem objicies. Nulla est contradictio in eo quod natura Divina videatur, & non videatur omnipotentia: ergo saltem Divinitus sic potest accidere. Antecedens probatur. Nam istæ propositiones *natura Divina videtur, omnipotentia non videtur*, non sunt contradictoriæ: nam ad contradictionem requiritur quod sint eiusdem de eodem re, & ratione: ideoque iuxta D. Thomam 1. parte, *quest. 39. artic. 2. ad 2. & in 1. dist. 34. quest. 2. artic. 1. ad 2.* istæ non sunt contradictoriæ: *Essentia communicatur, Paternitas non communicatur*, quia licet sint eiusdem de eodem re, non tamen ratione: ergo.

43
Solv. arg.
eiusque
inefficacia
ostenditur.

Hoc arg. multum probat: nam probat nullam importari contradictionem, in eo quod natura Divina existat, & omnipotentia non existat, aut in eo quod natura Divina communicetur, & omnipotentia non communicetur; vel in eo, quod una persona, & non alia ad extra operetur: nam etiam solveretur contradictio per distinctionem rationis; quod est plusquam

falsum. Undè respondetur quod quando prædicatum enuntiatum convenit subiecto secundum quod fundat distinctionem ab alio secum identificato, non est opus, quod alteri identificato conveniat: secus autem est, quando illi convenit ratione illa, qua est idem cum illo. Prioris generis sunt, prædicata ista, *communicari, & non communicari*, nam primum convenit absoluto, ut fundat distinctionem à relativo, secundum autem relativo, ut fundat distinctionem ab absoluto: quare sine contradictione de eis verificantur. Secundi autem generis sunt, prædicata illa enumerata *existere, & non existere, &c.* non enim conveniunt absolutis, prout inter se, aut à relativis differunt, sed prout omnino conveniunt: quare distinctio rationis impertinenter se habet ut solvat contradictionem. Et huius pariter generis sunt *esse visum, & non visum*; nam esse visum, non convenit uni absoluto, prout differt ab alio, aut à relativis, sed prout inter se conveniunt: nam ut pluries diximus consequitur ad rationem entis, & veri, quæ est omnino eadem in omnibus illis: quare distinctio rationis, quæ inter illa reperitur non solvit etiam contradictionem, & hæc de hoc Dub.

(*)

DUBIUM SECUNDUM.

UTRUM EX VISIONE OMNIUM POSSIBILIVM
in omnipotentia sequatur illius comprehensio?

§. I.

ALIQVIBVS SUPPOSITIS REFERVNTVR
sententia.

N. 1. **P**RÆSENS dubitatio, quæ de cognitione eorum, quæ eminenter continentur in Deo, procedit, consequens est ad præcedentem; in qua de terminativus cognitionem omnium eorum, quæ formaliter in Deo reperiuntur. Circa quam aliqua in primis supponenda sunt. Primum quid nomine *comprehensionis* intelligatur, ne quæstio reddatur de voce; & qualiter à cognitione quidditativa distinguatur? Comprehensio ergo, ut asserit D. Thomas hic artic. 7. ad *primum* dupliciter accipitur: uno modo latè, secundum quod intentioni opponitur: & hoc modo comprehenditur quod antea insequutum aliquammodo tenetur: in quo sensu verificatur illud Apost. ad Philip. 3. *sequor autem si quomodo comprehendam*: & illud primæ ad Corinth. 9. *sic currite ut comprehendatis*, & ibidem: *sic curro, non quasi in incertum*; sed de comprehensione sic accepta non est præsens difficultas, sed ponitur una ex tribus dotibus animæ, quæ respondet spei, quæ in sequitionem importat, sicut visio fidei, & fruitio charitati.

2. **C**omprehensio strictè, & de qua in præfenti, secundum quod aliquid includitur in comprehendente: & ad hunc sensum cognitio comprehensiva alicuius obiecti est, & dicitur illa, quæ totaliter diffinit, & circumscribit illud, & cum eo perfecte adæquatur. In cuius sensu, eius diffinitionem, & à cognitione quidditativa distinctionem tradidit D. Aug. Epist. 112. ibi: *Aliud est videre, aliud totum videndo compre-*

hendere, quando quidem id videtur quod præsens utcumque sentitur; totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil eius lateat videntem; aut cuius fines circumscribi possunt: tunc autem, ut ad secundum explicat D. Thomas fines alicuius circumscribuntur, quando ad finem in modo cognoscendi rem illam pervenitur.

Undè patet differentia inter cognitionem quidditativam, & comprehensivam alicuius obiecti. Nam secunda dicitur penes additionem ad primam: ad quidditativam enim sufficit, quod omnia prædicata quidditativa obiecti cognoscantur: ad comprehensivam autem ulterius requiritur quod ita perfecte cognoscantur, ut cognoscantur quantum cognoscibilia sunt. Quod alijs terminis explicatur à D. Thoma. Ad quidditativam sufficit, quod totum obiectum essentialiter videatur; ad comprehensivam autem quod totum, & totaliter. Quod est dicere: ad primam sufficere, quod totum, quod est ex parte obiecti, videatur; & ad secundam requiri quod modus cognitionis ita perfectus sit, sicut & modus cognoscibilitatis obiecti.

Secundò supponendum est, quod cum possibilia dupliciter possint cognosci, vel in se ipsis, vel in omnipotentia Dei, tanquam in causa, ut probant omnes Theologi contra P. Vazquez infra quæst. 14.; disputatio hæc non procedit de primo modo cognitionis possibilem, sed de secundo prout scilicet in Divina omnipotentia; tanquam in illorum causa videntur. Cumque Divina omnipotentia

Discrimen
inter cog-
nitionem
quiddita-
tivam, &
compre-
hensivam.

3
2. Suppo-
sitio.

non sit solum causa eorum secundum quidditatem, sed etiam secundum omnem eorum efficientiam, & modum; difficultas hæc controversatur de cognitione omnium possibilium in omnipotentia, non solum secundum quidditates eorum, sed etiam secundum omnes modos, & secundum omnes rationes, aut respectus, à quibus possunt affici, quæ est illorum comprehensiva cognitio.

4
3. Supposito.
Tertio supponendum est. Quod cum omnes Theologi conveniant in eo, quod Deus sit ab intellectu creato incomprehensibilis, ut constat. ex illo. Jerem. 32. *incomprehensibilis cogitata*; ex illo etiam Apost. ad Roman. 11. *incomprehensibilia sunt iudicia eius*, diffinitumque videtur in cap. *firmiter* de Summ. Trinitat. & cap. sequenti *dammamus*, & in Concilio Basiliensi Sess. 22., per inde se habet, quod ex cognitione omnium possibilium in Divina omnipotentia sequatur illius comprehensio, ac talem cognitionem esse impossibilem; & non è converso: potest enim non sequi, & ex alijs capitibus cognitionem illam repugnare: sicut plures affirmant, de cognitione omnium possibilium in se ipsis, quam impossibilem existimant, etsi apud illos Divina omnipotentia comprehensio non sequatur, ut tenent M. Soto, & M. Ferre.

5
Sentent. referuntur.
His suppositis, circa propositam difficultatem prima sententia negat quod ex cognitione omnium possibilium in omnipotentia sequatur illius comprehensio: in qua conveniunt S. Bonaventura, B. Albertus Magnus, Durandus, Alensis, Scotus, Hugo de Sancto Victore, Gohfredus, Bassolis, & alij; alijs asserentibus, talem cognitionem convenire defacto, cuicumque beatorum, ut Durandus Gohfredus, & Bassolis, alijs specialiter Animæ Christi concedentibus, ut Beatus Albertus. M. sententia, & Alensis: alijs solum quo ad habitum, & non quo ad actum; om-

nibus tamen beatis concedentibus; ut Scotus, D. Bonaventura, & alij. Secunda autem sententia affirmat talem cognitionem esse necessario comprehensivam omnipotentia. Ita D. Thomas hic art. 8. & 3. part. quest. 10. artic. 2. & quest. 20. de Verit. artic. 1. & 3. contra Gent. cap. 56. & pluribus alijs in locis, quem sequuntur communiter alij Theologicitatis exceptis. Sit ergo.

UNICA CONCLUSIO.

EX COGNITIONE OMNIUM
possibilium in omnipotentia sequitur illius comprehensio.

6
Ratione
D. Thomæ
prob. conclus.
PROBATUR hæc conclusio ratione D. Thomæ loc. cit. Cognoscere omnes creaturas posibles in omnipotentia, tanquam in causa, est cognoscere omnes effectus omnipotentia in illa tanquam in causa; sed cognitio omnium effectuum in aliqua causa est comprehensio causæ: ergo cognitio omnium possibilium in omnipotentia est comprehensio omnipotentia. Mai. constat: quia creaturæ posibles ea ratione possunt cognosci in omnipotentia, qua in illa continentur; at in ea solum continentur tanquam effectus in causa: ergo. Min. autem probatur. Quia cognitio omnium effectuum in aliqua causa est perfectior cognitio, quam de causa suapte natura haberi potest; sed perfectior cognitio, quam de aliquo obiecto, suapte illius natura habere possumus, est cognitio comprehensiva illius: ergo cognitio omnium effectuum in causa est cognitio comprehensiva causæ. Min. cum consequentia constat, & mai. probatur. Tum quia eo perfectius aliqua causa cognoscitur, quanto plures effectus in ea cognoscuntur: sicut eo perfectius ali- quod principium cognoscitur quanto plures conclusiones ex eo deducuntur: ergo cognitio attingens omnes effectus in causa, sicut &

om-

omnes conclusiones in principio, est perfectissima cognitio, quæ de eis suapte natura haberi potest. Tum, quia qui perfectioris, elevationisque est intellectus, plures conclusiones in principio, & effectus in causa cognoscit, quam qui habetioris est intellectus, huic enim oportet quod singula explantur: ergo eo perfectius aliqua causa cognoscitur, quo plures effectus in ea cognoscuntur.

7 Confirm. hanc ratio.
 Confirmatur primò hæc ratio ex D. Thoma 3. contra Gens. cap. 56. Quantitas virtutis attenditur secundum ea, in quæ potest talis virtus: ergo idem est cognoscere omnia, in quæ potest aliqua virtus, & ipsam virtutem comprehendere. Probatur consequentia: nam quia quantitas virtutis attenditur secundum ea, in quæ potest, idem est virtutem aliquam omnia, quæ potest, producere, ac eam in esse virtutis exhaustiri: ergo idem etiam erit cognoscere omnia illa, in quæ est potens, ac virtutem cognoscibiliter exhaustiri, quod est eam comprehendere. Confirmatur secundò ex eodem S. Doct. *quest. 8. de Verit. artic. 4.* Nihil potest æquari alteri in extensione, quæ est secundum quantitatem mollis, nisi sit ei æquale secundum eadem quantitatem: ergo nihil potest requiri alteri secundum extensionem virtualis quantitatis, quin æquetur ei in quantitate virtuali. Tum sic; sed qui cognoscit omnia in quæ est potens aliqua virtus, æquatur illi cognoscibiliter, sicut qui cognoscit omnia, ad quæ quantitas mollis extenditur, ei cognoscibiliter adæquatur: ergo illum comprehendit.

8 Scot. b' facte obviat nu.
 Huic rationi D. Thomæ duas solutiones adhibet Scotus. Prima negando mai. quia existimat creaturas posibles non cognosci in Deo tanquam in causa, sed tanquam in speculo voluntario, sic enim vocatur Deus à D. Agust. lib. de *Videndo Deum*. Secunda admissa mai. respondet, quod licet

causa perfectius cognita plurium effectuum inferat cognitionem; cognitio tamen plurium effectuum non infert perfectiorem cognitionem causæ: causa enim in cognoscendo, sicut & inessendo, non dependet ab effectibus: undè poterunt omnes illius effectus cognosci, quin comprehendatur causa.

Sed prima solutio non est ad 9
 propositum: nam admissò quòd creaturæ repræsententur in Deo tanquam in speculo voluntario, tamen negari non potest, quod etiam repræsententur in eo tanquam in causa, & quod ex vi cognitionis eius possint cognosci: omnis enim causa est medium aptum ad cognitionem sui effectus: immo solum ex illa haberi potest scientia à priori effectus; sed ratio D. Thomæ, procedit de cognitione effectuum in Deo tanquam in causa, & non de eorum cognitione in ipso tanquam in speculo: ergo dum solutio divertit ad secundum, non est ad propositum.

Deinde obstat contra illam, Reij. 2: quod falsum est quod creaturæ cognoscantur in Deo, tanquam in speculo proprio earum, sed tantum metaphoricè; sensus autem metaphorici vitandi sunt in Theologia Scholastica, quæ rerum veritatem quærit. Assumptum probatur. Tum quia ut ait D. Thomas *quest. 12. de Verit. artic. 6.* speculum substantialiter distinguitur ab speciebus in eo resultantibus; ut permanentia speculi, & specierum varietas evidenter convincit; sed species rerum in Deo non distinguuntur ab ipso: ergo. Tum quia ut ibidem ait S. Doct. speculum propriè tale repræsentat imagines impressas ab obiectis, vel in sententia negante aliquas imagines formari in speculo solum deservit, ut species immissa ab obiecto in speculo refrangatur, & in potentiam reflectat; sed Deus non repræsentat, aut accipiendo species à rebus, aut eas in se refrangendo;

de: ergo. Tum quia ut etiam asserit idem S. Doct. quæst. 20. de Verit. artic. 4. res repræsentantur in speculo divinum, & distincte; in causa autem uniformiter, & indivisum; sed res creata non primo, sed secundo modo repræsentatur in Deo: ergo. Prob. min. tum quia alias defacto omnes res creatæ viderentur in Deo à quolibet beato, quod nec concedit Scotus, nam quicumque aliquid intueretur necesse est quod videat ea, quæ in eo multipliciter, & divisim sunt, quia omnia æquè offeruntur conspectui: Tum quia eas esse unitè, & non multipliciter traditur à D. Dionysio cap. 5. de Divinis Nominibus: ergo. Verba ergo D. August. exponenda sunt, de speculo metaphorice tali, secundum quod significat claritatem, & distinctam repræsentationem eorum, quæ in Deo cognoscuntur; non autem de speculo proprie accepto.

IO
2. Solut.
reijcitur.

Contra secundam etiam solutionem obstat. Quia æquivocat de cognitione effectuum in se, cum cognitione effectuum in causa. Licet enim admittatur, quod non habetur perfectior cognitio causæ ex cognitione plurium effectuum in se; necessario tamen debet haberi ex cognitione plurium effectuum in illa: quod probatur. Nam ideo ex perfectiori cognitione causæ habetur cognitio plurium effectuum; quia tanto perfectius cognoscitur causa, quanto magis penetratur eius virtus; & quanto magis penetratur virtus eius, tanto plures cognoscuntur effectus, qui in ea continentur; sed etiam quanto plures effectus cognoscuntur in causa, tanto magis eius virtus penetratur: ergo tanto perfectius cognoscitur causa.

(*)



§. II.

ALIA SOLUTIO REFERTUR, & impugnatur.

ALITER alij respondent rationi D. Thomæ, & est communior, & magis apparens solutio: scilicet, quod ex cognitione omnium possibilium in omnipotentia solum sequitur adæquatio extensiva cognitionis cum omnipotentia; non autem intensiva: quia solum infertur quod cognoscatur, quidquid ex vi cognitionis omnipotentis cognosci potest, non autem quod cognoscatur tanta actualitate, intentione, & claritate, qua petit cognosci: quod requiri ad comprehensionem constat ex dictis num. 2. ubi ex D. Thoma retulimus requiri ad comprehensionem obiecti quod cognoscatur tanta perfectione, quanta ipsum cognoscibile est.

I 1
Alia solut. rat. facta.

Ex impugnatione huius solutionis dependet tota quæst., & rationis D. Thomæ intelligentia; quæ primò fit sic. Ut aliquod obiectum comprehendatur, non requiritur quod cognoscatur tanta intensione, claritate, & actualitate, qua potest cognosci, sed sufficit quod cognoscatur, tanta, quanta petit cognosci; sed hoc ipso quod in aliqua causa, & virtute cognoscantur omnes eius effectus, cognoscitur tanta intensione, claritate, & actualitate, quanta petit cognosci, licet non cognoscatur tanta, quanta potest: ergo comprehenditur. Mai. constat: tum quia aliter solus Deus posset res naturales comprehendere; cum ipse solus possit eas tanta intensione, & actualitate cognoscere, quanta possunt cognosci: tum quia excessus cognitionis supra obiectum, non requiritur ad eius comprehensionem, sed sufficit adæquatio, ut constat in comprehensione corporali unius corporis ab alio: cum ergo possit aliqua cognitio excedere

I 2
Impugn. solutio.

dere cognoscibilitatem obiecti in actualitate, & intensione, talis excellentius exactus non erit ad illius comprehensionem.

Min. prin-
cipalis
prob.

Min. autem, in qua est difficultas, probatur. Quia cognitio quæ attingit omnia, quæ formaliter, & eminenter continentur in aliquo obiecto, tanta est in esse actualitatis cognitionis, intensio- nis, & claritatis, quanta exigitur à cognoscibilitate obiecti; sed cognitio illa, quæ in aliqua causa cognoscit omnes eius effectus, attingit in ea omnia, quæ formaliter, & eminenter in illa continentur: ergo. Min. cum consequentia constat, & mai. probatur: tum quia obiectum solum petit, quod actualitas, intensio, & claritas cognitionis tanta sit, quanta necessaria est, ut ipsum cognoscat secundum omnia, quæ formaliter, & eminenter continet: ideo enim formica v. g. non petit tantam claritatem, intensio- nem, & actualitatem cognitionis, ut comprehendatur, quantum petit Angelus, quia tanta necessaria non est ad cognoscendum quidquid in ipsa, & ex vi ipsius est cognoscibile: neque alia regula assignari potest, cur unum obiectum præ alio ad sui comprehensionem maiorem actualitatem cognitionis exigit, nisi quia tanta, & non min. sufficiens est, ad cognoscendum omnia, quæ formaliter, & eminenter in ipso continentur: tum quia cognitio, quæ adæquat omnem cognoscibilitatem, tam intensivam, quam extensivam obiecti, tantæ actualitatis, & intensio- nis est, quantum obiectum cognitum; sed cognitio, quæ cognoscit omnia, quæ continentur formaliter, & eminenter in aliquo obiecto, adæquat omnem eius cognoscibilitatem, tam intensivam, quam extensivam: nulla enim alia cognoscibilitas in obiecto reperiri potest; nisi eorum quæ formaliter, aut eminenter continet: ergo.

Secundò impugnatur solutio: quia actualitas, claritas, & intensio cognitionis non solum potest crescere ex parte subiecti, sed etiam ex parte obiecti; sed ex hoc capite non alia ratione, nisi quia in eodem obiecto plures rationes attingit, & quia ex eis, quæ in ipso latent, & continentur, plura detegit: ergo cognitio illa, quæ omnes sui obiecti rationes, & omnia in ipso contenta cognoverit, erit tantæ intensio- nis, & actualitatis, quantum est obiectum cognitum. Consequentia constat, & mai. supponitur, quidquid sit an intensio subiectiva, sine obiectiva subsistere possit; certum enim est, è con- verso non posse accidere. Min. autem probatur. Tum ex proportione reperta inter augmentum intensivum formatum ex parte subiecti, quod nobis est magis manifestum: nam sicut istud non evenit ex eo, quod forma novas partes subiecti actuet, sed ex eo quod easdem perfectiori modo sibi subijciat, & ad suam actualitatem reducat; sic & augmentum intensivum cognitionis ex parte obiecti non debet provenire ex hoc, quod cognitio ad alia obiecta diver- tat; sed quia circa idem perfectius versatur; quod fit plures rationes eiusdem cognoscendo, & plura, quæ in ipso latent, evol- vendo: namque per hoc etiam proportionali modo obiectum ad actualitatem cognitionis reducitur: ergo.

13
Impugn-
z. ead. so-
lutio.

Tum eadem min. probatur explicando differentiam inter aug- mentum intensivum, & exten- sivum cognitionis, prout ex obiec- to potest desumi. Nam augmen- tum extensivum versatur circa ea: quæ per se, & æquè primò offeruntur cognitioni: sicut ea, quæ vel per revelationem habentur, vel per alicuius traditionem, aut alicuius libri simplicem lec- tionem, nihil de auditi, vel visi ratione cogitando: quæ cognitio,

Amplior
min. pro-
ximè af-
sumpta
probatio.

tantum extensivè, & non intensivè augetur, quia ad omnia illa cognoscenda, non indiget maiori acumine ingenij, sicut neque maiori rerum penetratione. Augmentum autem intensivum versatur circa ea, quæ non æquè primò, & per se offeruntur cognitioni, sed unum cognoscitur in alio, in quo continetur: ad ista enim cognoscenda, maius acumen intellectus necessarium est, sicut & maior penetratio objecti; sed hoc modo cognoscuntur effectus in causa, & conclusiones in principijs: ergo cognitio, quæ plures effectus in causa cognoscit, & plures conclusiones in principio, non tantum extensivè, sed etiam intensivè augetur.

14 Tertiò impugnat³ur eadem solutio. Quia extensio cognitionis circa possibilia in omnipotentia cognita provenit ex intensione cognitionis circa omnipotentiam, tanquam ex causa adæquata: ergo summa extensio, quæ est circa omnia possibilia ex summa intensione circa omnipotentiam. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Tum quia illos intensioris luminis intellectivi habemus, qui statim in causa cognita plures cognoscunt effectus, & in principio plures conclusiones: ex quo provenit Angelos plures effectus causarum naturalium, quam Astrologi, aut Philosophi, cognoscere: & inter homines istos, qui melius discunt, intensioris sunt ingenij: discurrere autem est ex uno cognito alterum cognoscere; & tunc fit à priori quando fit ex cognitione causæ: ergo.

Alia eiusdem ratione probatur. Tum quia cognitio eorum, quæ continentur in causa, ex vi cognitionis causæ, non oritur, neque ex eo quod causa cognoscatur quò ad substantiam præsciendando à modo intensione; nam prout sic. Cognosci potest nullo effectù in particulari cognito; neque etiam provenit ex extensio-

ne cognitionis ad omnia formaliter quæ reperiuntur in causa, in hoc enim etiam conveniunt cognitiones, quæ inæqualiter terminantur ad ea, quæ virtualiter in causa continentur: sicut omnes cognitiones beatorum æquales sunt in extensione ad omnia prædicata formalia Dei; inæquales tamen in cognitione possibilium: restat ergo quod talis cognitionis extensio oriatur ex cognitione intensiva causæ, quòdque sit magis, vel minus intensa secundum quod eum maiori, vel minori intensione ad causam ipsam terminatur.

Tum quia ut supra num. 7. Idem pro ex D. Thoma retulimus, quantitas virtutis attenditur secundum seq. al. ea, in quæ potest, & diffinitio eiusdem ut idem S. Doct. asserit, sumpt. *quæst. 20. de Verit. artic. 5.* desumitur ex his, ad quæ virtus se extendit: ergo secundum idem ostenditur, quantitas virtutis, & illius diffinitio. Tum sic; sed magis extense cognoscere causam, est perfectius eam cognoscere secundum quantitatem virtutis eius, & intensius eam cognoscere, est perfectius cognoscere, secundum essentiam, & diffinitionem illius: ergo non potest magis extense cognosci, quin intensius cognoscatur. Quod explicatur exemplo quantitatis molis: quia namque secundum idem attenditur in ea, diffinitio, & extensio; implicat quòd perfectius cognoscatur extensivè, aut secundum extensionem; quin perfectius cognoscatur secundum eius essentiam: ergo pariter. Tum quia extensio omnipotentiae ad plures effectus non solum est extensio illius, sed etiam intensio: nam cum effectus non sint eiusdem rationis, sed diversæ perfectionis; continentia unius supra alterum; non solum arguit extensionem, sed & intensione[m] virtutis continentis: ergo penetrare virtutem illam secundum quod ad plures effectus exten-

ditur, non solum arguit extensionem cognitionis, sic penetrantis, sed etiam intensiorem.

Tandem quia si omnipotentia, omnia possibilium à parte rei poneret, non solum extensive; sed & intensive exhauriretur: ergo intellectus in ea cognoscens omnia, quæ potest producere, non solum extensive, sed & intensive eam exhauriret. Quæ probatio est D. Thomæ loc. nuper citat. de Verit. ad 4. ibi: *Sicut non potest esse quod sit factum, quidquid Deus potest facere, quia sic Deus fecisset tot, quod non posset plura, & sic eius potentia esset limitata; ita non potest poni quod alicui creatura sit manifestum quidquid Deus potest facere, vel manifestare.*

His omnibus dici potest, (& est ultima solutio) quod si virtus causæ adæquetur cum omnibus eius effectibus, tunc ex cognitione omnium effectuum in causa sequitur causæ comprehensio, quia non est maior causæ cognoscibilitas, quam effectuum. Si autem virtus causæ non adæquetur, sed excedat omnium effectuum collectionem, qualiter exceditur collectio possibilium ab omnipotentia; tunc ex cognitione omnium effectuum in causa, non infertur comprehensio causæ, quia adhuc cognoscibilitas eius superior est, & plus requirit ad sui adæquationem, quam cognoscibilitas effectuum.

Sed contra hanc solutionem obstat, quia vel solutio intendit quod omnipotentia non adæquetur cum possibilibus, quia ultra possibilium, possit in esse virtutis productivæ ad aliud se extendere, vel quia licet ad nihil aliud se extendat, ipsa tamen in se, perfectior est omnibus possibilibus? Primum est falsum; & secundum non solvit rationes factas: ergo. Prima pars min. probatur primo. Quia omnipotentia non potest in ratione virtutis productivæ se extendere ad impossi-

bilium; sed ultra collectionem possibilium, solum restant impossibilia: ergo. Secundo. Quia sicut implicat possibile, cui non respondeat virtus activa productiva illius, ita implicat virtus productiva, cui in esse talis non respondeat producibile, quod est idem ac possibile: ergo.

Quo ad secundam autem partem, quæ magis obstare videtur intento solutionis, probatur eadem min. Quia quamvis ipsa omnipotentia sit in se infinite perfectior quolibet possibili in ea quidditative cognito; nullum tamen potest in ea quidditative cognosci, quin ipsa etiam quidditative cognoscatur: ergo quamvis in se sit infinite perfectior omnium possibilium collectione; non potest tamen hæc comprehensive cognosci, quin ipsa comprehensive cognoscatur. Secundo. Quia quamvis in esse virtutis sit in se perfectior omnibus possibilibus, non possunt ista in eo cognosci, quin intensive penetretur quantum penetrabilis est, virtus enim in esse virtutis non potest plus penetrari, quam sufficiat ut omnia in ea contenta cognoscantur: ergo non possunt omnia illa cognosci quin comprehendatur. Tercio. Quia non possunt omnia possibilium cognosci in omnipotentia, etiam tanquam in virtute super eminenti, quin in omnipotentia cognoscantur omnia, quæ in ea sunt, tam formaliter, quam eminenter: ergo quin cognoscantur omnia, quæ in ea, & ex ea sunt cognoscibilia; sed hoc, & nihil amplius requiritur ad illius comprehensionem: ergo.

Et horum ratio esse potest, quia ratio entis increati, à se, & infiniti per essentiam, in quo omnipotentia excedit possibilium, est prædicatum omnia Divina transcendens, quod supponitur cognitum priori ad cognitionem possibilium ex vi terminationis cognitionis ad Deum, prout est

2. Pars dilegmat.

Ult. prob. illud antecced.

15 Adhuc replicatur.

16 Dispelli- tur per partes dilegmat. assumpt.

in se : quare ad comprehensionem Dei solum restare potest quod prapicatum istud cognoscatur ea perfectione, & claritate, qua potest cognosci; quod tunc fit, quando omnipotentia sigillatim penetratur secundum omnes eius virtualitates, & eminentias, hoc autem aliter fieri non potest, nisi attingendo etiam sigillatim, & in particulari omnia possibile: dum ergo omnia ista sic in omnipotentia cognoscuntur, cognoscitur omnipotentia ea ratione, qua potest cognosci; ac proinde comprehensive.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

17 **P**rimo obijcies contra rationem D. Thomae: Ad comprehendendam aliquam potentiam, vel virtutem non sufficit quod in ea cognoscatur terminus illius adaequatus: ergo quamvis omnia possibilea sint terminus adaequatus omnipotentiae, & in ea cognoscantur, non sequitur quod comprehendatur omnipotentia. Patet consequentia, & antecedens multipliciter probatur. Primo. Quia quilibet beatus cognoscit terminum adaequatum potentiae generativae Patris, qui est Filius, & potentiae spirativae, qui est Spiritus Sanctus in ipsis potentiss; & tamen eas non comprehendit: ergo. Secundo. Quia Christus Dominus cognoscit per scientiam beatam in scientia visionis Dei terminum illius adaequatum, praesentia scilicet, praeterita, & futura, ut docet D. Thomas 3. part. quaest. 10. artic. 2.; & tamen non comprehendit scientiam visionis Dei: ergo. Tertio. Quia essentia Divina, ut est idea hominum respicit hominem pro termino adaequato: datur enim in Deo multiplicitas idearum, ut etiam docet D. Thomas infra quaest. 15.; & tamen cognoscens in

Deo hominem, non comprehendit essentiam Divinam proat est illius idea: ergo. Quarto. Quia etiam omnipotentia secundum illam virtualitatem, qua hominem producit, qua formaliter reperitur in Deo, respicit illum, ut terminum adaequatum; & tamen qui in omnipotentia cognosceret hominem, non comprehenderet adhuc virtualitatem illam, qua hominem continet, & producit: ergo. Quinto. Quia Angelus inferior cognoscit omnia, quae formaliter, & eminenter sunt in Angelo superiori; alias posset a superiori circa ea illuminari, quod videtur contra D. Thomam infra quaest. 109. artic. 3. ad 2. ubi universaliter negare videtur aliquem Angelum posse etiam a superiori circa aliquam veritatem naturalem illuminari; & tamen iuxta probabiliorem Thomistarum sententiam, Angelus inferior non comprehendit superiorem: ergo.

Ad hoc arg. respondetur negando antecedens, ad eius primam probationem distinguenda est mai. quilibet beatus cognoscit terminum adaequatum potentiae generativae *comprehensive*, neg. mai. solum *quidditative*, concedo mai. & concessa min. neg. est consequentia; nam ratio D. Thomae non procedit de quacumque cognitione termini adaequati alicuius potentiae, sed de cognitione comprehensiva.

Sed contra hanc solutionem replicari potest, quod etiam omnia possibilea possunt solum quidditative, & non comprehensive in omnipotentia cognosci: ergo quin comprehendatur omnipotentia. Antecedens probatur; tum quia Deus ipse potest in se quidditative, & non comprehensive cognosci, & defacto sic cognoscitur a quolibet Beato: tum quia omne possibile in particulari potest in omnipotentia quidditative, & non comprehensive cognosci: ergo, & omnia. Tum, & potest esse

18
Dirat. argum. una via occurrit. i. prob. anteced.

19
Repl. contra lo.

esse ratio: quia ut aliquod possibile comprehendatur, necesse est quod omnia, quæ ad ipsum pertinent, in eo, & non in alio videantur: dum ergo non in se ipso, sed in Deo cognoscuntur, non cognoscuntur comprehensive, sed tantum quidditative.

Sed facile respondetur neg. antec. ad primam probationem concessio antec. neg. est consequentia. Dum Deus cognoscitur, non est necesse quod cognoscantur omnia, quæ in eo formaliter, & eminenter continentur; sed potest cognosci secundum prædicata formalia eminentialibus non cognitivis; unde & potest quidditative cognosci, quin comprehensive cognoscatur. At dum omnia possible cognoscuntur, cum sub eis contineantur, non solum prædicata formalia, sed & eminentialia cuiuscumque possibilis; debent omnia cognosci, non solum secundum prædicata formalia, sed etiam secundum eminentialia, quod sufficit ad comprehensionem.

Per quod constat ad secundam: nulla enim est implicatio in eo quod unum, aut alterum possibile cognoscatur, non cognitivis omnibus eius prædicatis formalibus, & eminentialibus; adest tamen in eo quod omnia possible cognoscantur, & quod non cognoscantur omnia illorum prædicata, quæ etiam possible sunt. Tertia autem si quid probat, probat Deum nullam creaturam posse comprehendere, cum omnes in se cognoscat: dicatur ergo sufficere ad comprehensionem alicuius obiecti, quod cognoscantur, omnia prædicata formalia, & eminentialia illius, aut in se ipso, aut in alio, in quo eminenter, & perfectissimo modo continetur, sicut creaturæ continentur in Deo.

Alia solutio satis communiter adscribi solet huic probationi, scilicet, quod ad comprehensionem alicuius potentie requiri-

tur quod cognoscatur terminus illius adæquatus, tam secundum id quod dicit in recto, quam secundum id quod dicit in obliquo; potentia autem generativa Patris dicit in recto intellectum Divinum, & in obliquo relationem Paternitatis: Verbum ergo est terminus adæquatus illius solum quantum ad id quod dicit in obliquo scilicet quantum ad modificationem Divini intellectus per Paternitatem, seu quatenus est in Patre; non vero quantum ad id, quod dicit in recto, nempe quantum ad ipsum intellectum in se; nam huius terminus adæquatus, ne dum est Verbum, sed essentia Divina, omnes personæ, & omnes creaturæ possible, quæ omnia à Beato non cognoscuntur.

Sed hæc solutio, aut coincidit cum præcedenti, aut non solvit argumentum, quod sic probatur. Nam dum dicit quod ad comprehensionem alicuius potentie requiritur quod cognoscatur terminus illius adæquatus, tam secundum id quod dicit in recto, quam secundum id quod dicit in obliquo, vel loquitur de cognitione comprehensiva illius, vel de quidditative tantum? Si primum, coincidit cum præcedenti, & inutiliter recurrit ad creaturas possible, & ad alia prædicata Divina, cum de ipso Verbo sit verum quod comprehensive non cognoscatur à beatis; ac proinde nec potentia generativa ipsius. Si autem secundum, non solvit arg. quod sic ostenditur. Primum. Quia Christus Dominus cognoscit terminum adæquatum potentie spirative, tam secundum id, quod potentia spirativa dicit in recto, quam secundum id quod dicit in obliquo; & tamen eam non comprehendit: ergo Mai. probatur. Nam potentia spirativa in obliquo dicit pro unico termino Spiritum Sanctum, in recto autem, cum sit voluntas, non dicit creaturas possible,

Viâ hec aut
superflua,
aut imper-
tinens iu-
dicatur.

20
Satisfic
replex.

2. Probat.
anteced.
replex. so-
lutio.

21
Alia via
occurri-
tur i. pro-
bat. i. an-
teced.

sed tantum presentes, præteritas, & futuras, & omnia prædicata Divina; sed omnia ista cognosci à verbo, cum sint terminus scientiæ visionis, constat ex D. Thoma 3. part. quæst. 10. artic. 2. ergo. Secundo. Quia omnipotentia Divina non solum est medium aptum ut terminus illius quidditative cognoscatur, sed etiam comprehensive: ergo cognoscere in illa, & ex illa terminum eius adæquatum quidditative, & non comprehensive non est potentiam Divinam comprehendere. Patet consequentia, nam ad eius comprehensionem requiritur quod cognoscatur omne quod cognoscibile est in ea, & ex vi illius ea actualitate, & perfectione, qua in illa potest cognosci: ergo.

22
2. Probat. anteced. solutio. 1.
Ad secundam probationem principalis antecedentis, in sententia distinguente attributaliter scientiam visionis à scientia simplicis intelligentiæ, distinguenda est mai. cognoscit in scientia visionis quidditative terminum illius adæquatum permittit mai. comprehensive neg. mai. & concessa min. neg. est consequentia: terminus namque adæquatus scientiæ visionis non solum sunt creature presentes, præteritæ, & futura, sed etiam prædicata Divina, quæ quamvis quidditative videantur ab anima Christi Dominus non ratione comprehensive. Permissimus autem maiorem, adhuc in hac sententia, quia est etiam aliquorum Theologorum opinio assertentiam, quod terminus scientiæ visionis non videtur in ipsa scientia visionis, sed in Dei omnipotentia determinata per decretum, aut in Divina essentia per modum ideæ, etiam per decretum determinata: in quorum sententia facilis est alia solutio, dicendo quod ad comprehensionem scientiæ visionis requiritur quod terminus illius videatur, non in alio objecto, sed in ipsa scientia visionis.

In sententia autem scientiam visionis à scientia simplicis intelligentiæ non attributaliter, sed denominative tantum distinguente, quæ est communior sententia inter Thomistas aliter disting. est eadem mai. videt terminum adæquatum scientiæ visionis secundum denominationem visionis, concedo maiorem, essentialiter sumpta, neg. mai. & concessa min. neg. est consequentia. Nullum enim obiectum comprehendi potest non cognita adæquate illius essentia; neque adæquate illius essentia cognosci, non cognito termino illius essentiali, & adæquato. In hac autem sententia etiam creature possibles ingrediuntur terminum essentialem scientiæ visionis, non secundum denominationem visionis, sed essentialiter acceptæ: quare his non cognitis, etsi præsentia, præterita, & futura cognoscantur, insuper & omnia Divina, scientia visionis non comprehendetur.

23
3. & 4. probatio solutio.
Ex quo ad tertiam, & quartam probationem etiam constat, nam idea hominis v. g. solum ratione respectus rationis, quem complete dicit, adæquatur cum homine; ratione autem essentia Divina, quam essentialiter importat idea, non adæquatur cum homine, sed indivisibiliter est idea omnium creaturarum. Unde sequitur quod qui hominem comprehendit, comprehendat respectum rationis, qui cum ipso adæquatur, non autem aliquod prædicatum Divinum. Et idem dicimus de omnipotentia, ut est hominum productiva; eadem enim formaliter est ex parte Dei virtus productiva hominis, & cuiuscumque alterius creature; & secundum eandem virtualitatem, qua est Deus potens producere hominem potest etiam producere equum, Angelum, & Solem: ergo virtualitates illæ & reduplicationses distinguuntur secundum diversos respectus rationis ad istam po-

potius, quam ad aliam creaturam: ex quo solum sequitur quod una creatura cognita, cognoscatur etiam comprehensive respectus rationis ad illam potius, quam ad aliam; non autem quod comprehendatur virtualitas illa ex parte Dei se tenens, secundum quam est potens illum terminum producere.

Diluitur
5. probat.

Ad quintam respondetur admittendo sententiam illam, quod Angelus inferior cognoscit omnia; quæ formaliter, & eminenter continentur in superiori, & consequenter quod circa ea non possit illuminari, quia ex hoc sequatur quod comprehendat superiorem; & ratio est; quia in hac sententia Angelus inferior non cognoscit ea omnia in superiori, sed prædicata formalia in illo, eminentialia vero in se ipsis; & per proprias species. Ad comprehensionem autem alicuius obiecti requiritur; quod omnia quæ pertinent ad ipsum cognoscantur non in se ipsis, sed in obiecto comprehensive cognito.

24
Inst. contradic-
ta depellitur

Nec refert si contra hoc dicas, quod si Angelus inferior non cognoscit ea, quæ in superiori eminenter continentur in ipso superiori, poterit circa hoc ab Angelo superiori illuminari; cuius hæc sit una ex veritatibus naturalibus, iam circa naturalia poterit unus Angelus ab altero illuminari; quod est contra sententiam ex D. Thoma admissam. Non, inquam, refert: nam ut Angelus inferior cognoscat omnes effectus superioris, & omnia illius eminentialia in superiori contineri, non est necesse quod hoc in superiori cognoscat, sed potest cognoscere partim per speciem superioris, & partim per speciem ipsorum effectuum; sicut ut nos modo cognoscamus omnes creaturas contineri in Deo, non est necesse, quod hoc in ipso Deo cognoscamus, sed partim id cognoscimus per speciem, quam de

Deo habemus, & partim per speciem creaturarum: unde neque circa illam veritatem potest Angelus inferior a superiori illuminari. Si autem contendas quod potest circa illam veritatem illuminari, ut in superiori cognoscibilem; dicatur, quod si huius illuminationis adstruatur capax, etiam debet adstrui comprehensionis superioris; saltem ex illius illuminatione; quod est contra sententiam admissam: dicendum ergo est iuxta illam non posse inferiorem circa hoc admittere illuminationem superioris; quia si talis illuminationis esset capax, posset ex illa ad modum perfectum intelligendi superioris pertingere, quod est contra rationem inferioris, & illuminationis, in qua semper debet servari superioritas illuminantis ad illuminatam.

Secundo obijcies contra eandem rationem D. Thomæ. Quamvis omnia possibilea cognoscantur in Divina omnipotentia, non sequitur quod cognitio ea cognoscens, adæquet intensivè omnipotentia cognoscibilitatem: ergo nec sequitur quod illam comprehendat. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Primo ex D. Thoma *quest. 20. de Verit. artic. 4. ad 9.* ubi loquens de anima Christi Domini sic habet: *Dato etiam quod omnino scires omnia, quæ scit verbum, non adæquaretur numero scitarum quoad modum sciendi; quamvis esset equalis numerus utrobique;* sed non loquitur D. Thomas de adæquatione extensiva, ut ex eius verbis constat: ergo de intensiva. Secundo probatur idem antecedens ex eodem S. Doct. 3. part. *quest. 10. artic. 2. ad 2.* ibi: *Quantitas scientia, non solum attenditur penes numerum scibilium, sed etiam secundum claritatem cognitionis: quamvis igitur scientia anima Christi, quam habet in verbo, parificetur scientia visioris, quam*
Dicit

25
2. Argum

Deus habet in se ipso quantum ad numerum scibilem; scientia Dei excedit in infinitum quantum ad claritatem cognitionis scientiam animæ Christi: ergo claritas cognitionis, quæ ad intentionem cognitionis pertinet, non solum crescit ad incrementum scibilem in verbo.

3. Prob. 1.
anteced.

Tertio. Quia per cognitionem aliquam minus intentam, minusque claram potest idem effectus, immo & plures cognosci, quam per cognitionem magis claram, magisque intentam, in aliqua causa: ergo intentio, & claritas cognitionis causæ, non crescit ad incrementum effectuum, qui in causa cognoscuntur. Consequentia est bona, & antecedens probatur: nam Angelus superior, eisdem, & non plures effectus cognoscit informica v.g. quam cognoscit inferior; immo pro libito suo potest pauciores cognoscere; & tamen semper cognitio Angeli superioris, est magis clara, magisque intensa respectu obiecti ab eo cogniti, quam cognitio Angeli inferioris: ergo. Quarto. Quia licet sit verum quod quanto magis penetratur aliquod principium, aut causa, tanto in eo plura cognoscuntur, non sequitur quod si quo ad omnia penetratur, & illud sit infinitum, infinite cognoscatur: ergo neque quod eius cognoscibilitas adæquetur. Consequentia est evidens, & antecedens probatur. Licet sit verum quod quanto perfectius est obiectum cognitum, tanto perfectior est cognitio illud cognoscens, non sequitur quod si obiectum est infinitum, cognitio illud attingens sit infinita, ut patet in cognitione creaturæ, quæ potest cognoscere Deum, non solum abstractive, sed intuitive, & prout est in se: ergo pariter.

26

Ad hoc arg. responderetur neg. 2. Arg. di antecedens, ad primam eius pro- solvitur, bationem dicatur quod D. Tho- loc. S. D. mas duplicem adhibet solutionem occurra- do.

argumento 9. primam ex propria mente negando quod anima Christi Domini cognoscat omnia quæ cognoscit Verbum. Secundam autem adhibet ex mente eorum cum quibus in corpore art. egerat, qui ex una parte asserbant animam Christi cognoscere omnia, quæ cognoscit Verbum; & ex alia eius scientiam non adæquare scientiam Verbi ob inæqualitatem in claritate: quam solutionem merito permittit D. Thomas, quia ad eius propositum ibi non conducebat, sic vel aliter esse, dummodo salvaretur inæqualitas inter scientiam animæ Christi, & Verbi, insuper, & quia in artic. sequenti eam ex proposito impugnavit probans ex cognitione omnium possibilium in Verbo sequi illius comprehensionem: quare autoritas ista omnino contra mentem S. Doct. adducitur.

Per secundam autem auctoritatem nihil aliud intendi potest, nisi quod S. Doct. sit sibi ipsi contrarius in eodem artic. Nam in eius corp. ex proposito excludit à scientia beatæ animæ Christi cognitionem omnium possibilium, quia Deum comprehenderet. Quare explicandus est in verbis adductis iuxta dicta num. 22. quod cum cognitio termini adæquati scientiæ visionis quo ad denominationem accepta, non arguat cognitionem eius comprehensivam; sicut cognitio omnium possibilium: quantitas scientiæ prædictam terminationem attingens, non solum attenditur, secundum numerum scitorum, sed etiam secundum maiorem, vel minorem claritatem. Maiori enim tendit ad eundem terminum, dum illum comprehendit, dum comprehensive illum attingit, quam cum illum solum quidditative cognoscit: hæc autem maior, vel minor claritas cognitionis, supposita cognitione comprehensive omnium possibilium, nullum habet locum; quia eadem est cla-

Occurritur 2. S. D. loco 1. modo.

ritas obiectiva utriusque, licet possit esse diversa subiectivè; cum utrumque cognoscat ea cognitione, qua petit cognosci.

2. Modo
exponitur
S. Doct.

Secundo explicari potest iuxta secundam solutionem ibidem adductam, quod cum scientia visionis Dei sit etiam essentialiter scientia simplicis intelligentiæ; ac proinde Dei comprehensiva, maiori cum claritate, & intentione attingit ea, quæ videt in verbo, quam attingantur à scientia beata animæ Christi Domini: hæc enim, licet non sit solum scientia visionis, sed etiam simplicis intelligentiæ, cum per illam attingat in Verbo aliqua possibilia; quia tamen secundum utramque rationem non pertingit ad cognoscenda omnia; inde est quod etiam ea, quæ attingit, minori claritate attingat, quam scientia Dei, sicut defacto minori cum claritate, non solum subiectiva, sed etiam obiectiva, attingitur omnipotentia ut contentiva hominis per scientiam alicuius beati, quam ipsius Dei, quia nimirum ipsa omnipotentia, & virtus ipsius, magis à Deo penetratur, cum penetraretur usque ad omnia possibilia, quam à quolibet beato, licet verum sit, quod maior illa claritas de materiali se habet ad comprehensionem hominis, & ideo ab aliquibus dicitur subiectiva; se habet tamen de formali, ad cognitionem omnipotentia, qua cognoscatur homo.

27
3. Probat.
hic satis.

Ad tertiam distinguendum est antecedens per cognitionem minus intensam, minusque claram *subiectivè*, concedo antecedens *obiectivè*, neg. antecedens, & diff. consequens; intensio, & claritas *subiectiva* non crescit ad incrementum effectuum, qui in causa cognoscuntur, concedo consequentiam; *obiectiva* nego consequentiam: intensio ergo cognitionis dupliciter augeri potest, subiectivè scilicet, & obiectivè: subiectivè quidem, quia magis

radicatur in subiecto, aut quia magis illud ad sui unitatem, & formationem reducit; quod tunc maximè fit, quando cum eo identificatur, ut fit in Deo. Obiectivè autem intenditur, non quando ad plura obiecta se extendit, sed quando circa idem versando eius potentialitatem magis penetrat, & eius actualitates magis evolvit: ergo cognitio magis intensa primo modo, potest aut circa eodem effectus versari cognitos in causa, aut circa pauciores; quod & convincitur exemplo adducto in argumento de Angelo superiori. At cognitio quæ circa plures effectus in causa cognitos versatur, aut circa plures conclusiones cognitæ in principio, necessario debet esse intensior secundo modo, seu obiectivè: illa enim maior penetratio potentialitatis, & virtutis causæ, secundum quam, intensivè obiectivè augetur, solum potest accidere plures effectus in causa, aut plures conclusiones in principio detegendo. Undè dum Angelus superior eodem effectus informica cum inferiori cognoscit, eius cognitio intensior est subiectivè, & iuxta propriam eius naturam magis actualis; æquè tamen intensa obiectivè. Et pariter dum pro suo libito pauciores effectus cognoscit, licet eius cognitio sit etiam subiectivè intensior, obiectivè tamen, & in actu secundo minus intensa est, sicut & minus penetrans cognoscibilitatem causæ.

Ad quartam neg. antecedens ad eius probationem concessio antecedens, neg. est consequentia, & discrimen in eo stat, quod non est alius modus, quo cognitio sit intensior subiectivè, nisi per maiorem obiecti penetrantem; neque obiectum potest aliter magis penetrari, quam per cognitionem plurium, aut omnium quæ in eo continentur: hac enim ratione cognoscibilitas eius obiectiva adæquatur: undè si cognitio

28
Satis fit 4

per-

perveniat ad cognitionem omnium, quæ ex vi obiecti sunt cognoscibilia, & ista fiat infinita, necesse est quod perveniat ad infinitam intensionem; at licet cognitio crescat in perfectione ad incrementum obiecti, hoc tamen incrementum est proportionale, & geometricum, quia est etiam alius modus undè ex parte obiecti possit crescere scilicet per maiorem, vel minorem eiusdem penetrationem; quare dum ad ultimam eius penetrationem non pertingit, & si obiectum cognitionis sit infinitum, cognitio non evadit infinita.

29
3. Argum. Tertio obijcies. Plus requiritur ad comprehensionem Dei, quam ad cognitionem etiam comprehensivam omnium possibilium in Deo: ergo ex cognitione comprehensiva eorum in Deo, non sequitur eius comprehensio. Consequentia tenet, & antecedens probatur primo. Quia maior est cognoscibilitas Dei, quam cognoscibilitas omnium possibilium etiam in Deo: ergo plus requiritur ad comprehensionem Dei, quam ad comprehensionem omnium possibilium in Deo. Patet consequentia; nam ad comprehensionem cuiuscunque obiecti requiritur quod eius cognoscibilitas adæquetur: si ergo maior, est cognoscibilitas Dei, quam omnium possibilium in Deo, minus requiritur ad comprehensionem possibilium etiam in Deo, quam ad comprehensionem Dei. Antecedens autem probatur. Nam mai. est entitas Dei, ad quam sequitur eius cognoscibilitas, quam entitas omnium possibilium in Deo, ad quam requiritur eorum cognoscibilitas: entitas enim Dei est infinita per essentiam, & entitas possibilium prout à Deo distinguuntur, etiam si in ipso cognoscantur, finita, & creata est per essentiam: ergo.

2 & 3, anteced. 1. prob.
Secundo probatur idem antecedens. Nam cognitio, qua Deus

omnia possibilium in se cognoscit, est illorum supercomprehensio: est enim maior in esse cognitionis, quam cognoscibilitas omnium possibilium; cum illa sit infinita per essentiam, & ista solum per participationem; sed respectu Dei illa cognitio non est supercomprehensio, sed solum comprehensio, propter oppositam rationem, scilicet, quia non est maior in esse cognitionis, quam Deus in esse cognoscibilis. Tertio. Quia ad cognoscendum omnia possibilium comprehensive in Deo, sufficit cognitio creata intensive infinita; sed hæc non sufficit ad comprehensionem Dei: ergo. Mai. probatur, tum quia cuilibet gradui intensionis cognitionis illius corresponderet aliquod possibile cognitum: ergo omnibus gradibus omnia possibilium, quamvis infinita, quia gradus etiam essent infiniti. Tum quia, ut diximus, & verum est, sicut possibilium, licet sint infinita, solum sunt infinita per participationem; ita cognitio illa esset per participationem infinita: ergo sufficiens ut illorum cognoscibilitatem adæquaret.

Quarto. Quia collectio omnium possibilium non petit formaliter ad sui continentiam omnem Divinæ omnipotentiae infinitatem; non enim plus ex parte causæ requiritur ad continentiam alienius effectus, quam ipse effectus est in se: cum ergo omnia possibilium non adæquent omnipotentiae infinitatem, quia infinitas per participationem non adæquat infinitatem per essentiam; non requirunt formaliter omnem omnipotentiae infinitatem: ergo nec ad sui comprehensionem requirunt totius omnipotentiae comprehensionem. Patet hæc consequentia: nam ad cognitionem effectus, qua talis in causa, sufficit cognitio causæ, qua talis est formaliter illius effectus; cetera enim alia, quæ causæ conveniunt, sicut de naturali se habent ad

Ult. of an.
tec. prob.

eam

eam in esse causæ; & continen-
tis effectum; ita ut sit medium,
in quo cognoscatur effectus: er-
go.

Ad hoc arg. respondetur neg.
antecedens. Ad primam eius pro-
bationem disting. est antecedens,
quam cognoscibilitas omnium pos-
sibilem etiam in Deo *terminativa*;
concedo antecedens, *motiva* neg.
antecedens; & consequentiam;
cognoscibilitas terminativa illo-
rum sunt ipsa possibilità; quæ;
etiam prout in Deo; consideran-
tur ut obiectivè à Deo distincta;
& prout sic minus ipso; cum so-
lum sint infinita per participa-
tionem; Deus autem infinitus per
essentiam. Cognoscibilitas autem
motiva illorum est ipse Deus; in
quo cognoscuntur, non utcum-
que cognitus; sed magis; vel mi-
nus penetratus secundum quod
plura; vel pauciora in eo cog-
noscuntur. Quare ut omnia cog-
noscantur, requiritur quod tota-
liter penetratur; & ad compre-
hensionem eius pertingatur. Cir-
ca quam solutionem videatur D.
Thomas 3. contra Gent. cap. 23.
quæst. 20. de Verit. artic. 5. Et pro-
batio ista ab omnibus est solven-
da: qua licet maior sit cognosci-
bilitas Dei, quam cognoscibilitas
possibilem; implicat tamen quod
aliquod possibile quidditivè in
Deo videatur; quin etiam ipse
Deus videatur quidditivè: licet
ergo mai. sit cognoscibilitas Dei,
quam illorum cognoscibilitas; ad-
huc tamen poterit esse implica-
tio; quod omnia illa comprehen-
sivè videantur; quin Deus ipse
comprehendatur.

31 Ad secundam disting. est pa-
riter antecedens. Est illorum fa-
1. antec. per comprehensio *in se*; & *absol-*
2. & 3. *ute*, concedo antecedens *prout in*
prob. di- *Deo*, neg. antecedens, & conse-
ruit. quentiam. Ex quo solum sequi-
tur quod ad comprehensionem
illorum in se, & absolute; non
requiratur formaliter cognitio in-
finita per essentiam; non tamen

quod non requiratur ad com-
prehensionem illorum; prout in
omnipotentia penetrata cognos-
cuntur. Ad tertiam dicatur cog-
nitionem creatam infinite inten-
sam esse omnino impossibilem,
ut cum D. Thomâ tenent omnes
Thomistæ: quare nullum est in-
conveniens quod ex ea posita se-
quatur quodlibet. Sed revera etsi
admittatur possibile; adhuc non
esset sufficiens ab cognoscenda
omnia possibile in Deo; quia
ista non solum sunt infinita; sed
infinite infinita; quare ad sui
cognitionem comprehensivam,
non sufficit cognitio infinite in-
tensa; etsi cuilibet gradui inten-
sionis quodlibet possibile cog-
nitum correspondeat; sed requiri-
tur cognitio infinite infinita;
quæ non potest esse, nisi in-
creata.

Ad quartam neg. est mai. in-
tellecta de infinitate ad extra;
quæ etiam est per essentiam ta-
lis. Neque probatio subiuncta ve-
ritatem continet: nam quamvis
una anima non sit minus quam
altera; non potest alteram pro-
ducere: neque unus Angelus, etsi
superior, alterum sibi inferiorem;
& hoc ideo quia de ratione cau-
sæ formaliter ut talis; est præ-
continere effectum, ut ab ea pro-
ducendum: ad productionem au-
tem animæ, vel Angeli; cum de-
beat esse ex nihilo; infinita vir-
tus per essentiam in producente
requiritur; aliter non posset in-
finitam distantiam inter aliquid;
& nihil pertransire: potiori er-
go iure infinitas per essentiam
requiritur in Dei omnipotentia,
prout est virtus præcontentiva
omnium possibilem: quare nisi
hæc comprehensivè cognoscatur,
non possunt omnia possibile in
ea comprehendi.

Obijcies quarto. Cognitis
omnibus possibile non cognos-
citur quidquid cognoscibile est
ex vi Divinæ omnipotentia: er-
go nec comprehenditur Divina

32
Dirigitur
4.

33
Argum. 4

omnipotentia. Consequentia est bona, & antecedens probatur. Nam ex vi Divinae omnipotentiae non solum possibilia, sed impossibilia possunt cognosci, non enim solum cum possibilibus, sed etiam cum impossibilibus conecitur, & quolibet eorum ad possibilitatem reducto destrueretur omnipotentia non minus quam si possibile redderetur impossibile, ut cum communi Theologorum sententia modo supponimus: ergo. Confirmatur primò. Divina omnipotentia non solum terminatur ad creaturas ad extra, sed etiam ad personas ad intra: est enim probabilior sententia D. Thomae omnipotentiam non distingui ab intellectu, & voluntate, à quibus personae ad intra procedunt: ergo cognitio omnibus possibilibus non sequitur quod cognoscatur terminus adaequatus Divinae omnipotentiae; ac proinde quod comprehendatur. Confirm. secundò. Ad comprehensionem Divinae omnipotentiae requiritur cognitio non solum possibilium, sed etiam futurorum, & existentium, & insuper decretorum Dei liberorum: omnia enim ista per cognitionem Dei comprehensivam cognoscuntur; sed ex cognitione omnium possibilium non infertur omnium istorum comprehensio, cum possibilia nullam connexionem habeant cum illis: ergo nec comprehensio omnipotentiae. Tertio. Quia si possibilia essent tantum duo, ex cognitione illorum non sequeretur comprehensio omnipotentiae, ut per se constare videtur; & tamen non minus illa duo essent terminus adaequatus omnipotentiae, quam modo sunt omnia: ergo etsi omnia modo cognoscerentur, non sequeretur omnipotentiae comprehensio.

34
Arg. dispellit.
Respondetur negando antecedens. Ad eius probationem dicitur repugnare quod cognoscantur omnia possibilia comprehensive, quin impossibilia cog-

noscantur, nam ut ait D. Thomas 1. part. quaest. 14. artic. 9. impossibilia solum per possibilia possunt cognosci; implicat enim aliquem cognoscere duo possibilia ut essentialiter distincta, v. g. hominem, & leonem, quin cognoscat esse impossibile hominem esse leonem; & consequenter quod cognoscat omnia possibilia, & omnes illorum modos, quin etiam omnia impossibilia cognoscat, nam ista ex varia praedicatorum possibilium combinatione resultare debent.

Ad primam confirmationem, admissa illa sententia, dicatur, quod praeterquamquod sermo est de cognitione possibilium in omnipotentia, quae juxta dicta Dub. praeced. non potest non omnia formalia Dei cognoscere: praeter hoc, inquam, cum Divina omnipotentia secundum quod ad extra facunda est, explicet etiam infinitatem per essentiam talem, si secundum hanc adaequate penetraretur, & comprehensive cognoscatur; nulla restaret difficultas, ut posset etiam secundum quod ad intra terminatur comprehendere: sicut licet scientia simplicis intelligentiae non distinguatur virtualiter à scientia visionis; quia tamen sub hac denominatione infinitatem per essentiam explicat, cognitio sufficiens ad illam adaequandam, sufficeret etiam ut scientiam visionis adaequaret.

Ad secundam neg. est antecedens; cuius falsitas constat, cum quia filius procedit ex cognitione comprehensive Divinae essentiae per se, & non ex cognitione futurorum, aut Decretorum Dei: tum quia sententia probabilis est; quod Deus potuit omnino manere suspensus ab omni actu libero; & tamen non potest ei deficere cognitio sui comprehensive. Et quidem ab omnibus conceditur potuisse non habere decreta, quae modo habet, sed opposita; & tamen non eo deficeret, aut

35
Dispellit
1. 6. 8. 11.

36
Dispellit
tur 2.

mutaretur cognitio comprehensiva suæ omnipotentia: non ergo eorum cognitio ad rationem comprehensionis pertinet, sed ad infinitatem extensivam cognitionis ad omne cognoscibile; quæ Deo etiam debet convenire.

Tandem obijcies. Ex visione quidditativa omnipotentia sequitur visio omnium possibilium; sed ex visione quidditativa omnipotentia non sequitur eius comprehensio: ergo mai. probatur primo. Quia ut omnipotentia quidditative cognoscatur, requiritur, quod cognoscatur distincta ab alia omnipotentia quæ esset, si deficeret aliquod possibile particulare, quodcumque illud esset: sed non potest omnipotentia, ut sic cognosci, quin omniaabilia in particulari cognoscantur: ergo. Mai. constat: nam hæc omnipotentia, quæ modo est, distinguitur essentialiter ab omnipotentia quæ esset, si deficeret aliquod possibile; sed una quæque res essentialiter distinguitur ab alia per id, per quod essentialiter constituitur in se ipsa: ergo cum necesse sit videre essentialiter constitutum omnipotentia, dum quidditative videtur, necesse est etiam quod videatur, ut ab alia, quæ tunc esset, distincta. Min. autem probatur, nam videre omnipotentiam, ut ab alia distinctam, est videre id, per quod ab alia distinguitur: si ergo distingueretur per quodlibet possibile in particulari, quod respectu alterius esset impossibile, necesse est quod quodlibet in particulari videatur.

Secundo probatur mai. visa omnipotentia, necesse est quod cognoscatur terminus illius prout talis; sed terminus omnipotentia, prout talis, est ratio entis, secundum quod ad omnia impossibilia in particulari terminatur: ergo cum hæc non possit cognosci, non cognitio omnibus possibilibus in particulari, visa illa, necesse est quod omnia cognoscantur. Tertio. Quia visa omnipotentia, necesse est quod videantur omnia eius prædicata for-

malia, ut ex dictis Dub. præced. constat; sed continentia cuiuscumque possibilis in particulari est prædicatum formale Divina omnipotentia: ergo cum hoc non possit cognosci, quocumque possibili in particulari non cognito, nec Divina essentia videri. Quarto. Quia omnipotentia Divina ex se aequè representat omnes creaturas, cum aequè eas contineat: & lumen gloria, non est magis determinatum, ut has potius quam illas cognoscatur: ergo vel debet omnes cognoscere, vel nullam? Non secundum: ergo primum.

Ad hoc arg. respondetur neg. mai. ad eius primam probationem concessa mai. neg. est min.: nam ut omnipotentia, quæ modo est, cognoscatur ut distincta ab alia, quæ esset potens ad omniaabilia, uno excepto, sufficit quod cognoscatur terminus formalis huius omnipotentia, qui est ratio communis entis creati, & quod cognoscatur terminum istum non posse esse terminum alterius potentia, quæ tunc esset: sicut ut cognoscatur homo quidditative, & ut distinctus à quolibet alio, sufficit quod cognoscatur quidditatem hominis, solius hominis esse, & non alterius ab homine, quodcumque illud sit.

Ad secundam disting. est mai. *in communi, & confusè*, concedo. *mai. clarè, & distinctè*, neg. & concessa min. disting. est consequens, concedendumque de cognitione confussa, & in communi, & negandum de cognitione clara, & distincta; sicut modo cognoscimus quod terminus formalis omnipotentia est ratio entis secundum quod ad omniaabilia in particulari terminatur, nec tamen ea omnia distinctè; & in particulari cognoscimus, sed in communi, secundum rationem, scilicet, possibile, & prout his vocibus omniaabilia in particulari significantur; quibus licet possibile in particulari ex parte rei significat, & signatè significantur; ex modo tamen significanti, & exercitè sub

37
Postremū
argum.

39
Arg. post
remis so
lut.

Sol. 2. mai
probatio.

38
2. Prob.
1. maior
multipli-
citer.

modo communi, & in consilio significantur, & prout sic etiam cognoscuntur.

40
Sol. 3.


Ad tertiam disting. mai. secundum id quod dicunt *in recto*, concedo mai. *in obliquo*, eam subdist. tanquam terminum *formalem*, concedo mai. *materialem*, neg. mai. & concessa min. neg. est consequentia: continentia ergo illa secundum id, quod dicunt *in recto*, nullam distinctionem ad invicem important, sed sunt formalissime eadem omnipotentia, quæ videntur; hac autem visa, necesse est quod cognoscatur terminus illius formalis, qui est ratio entis secundum quod ad omnia possibilium terminatur, non tamen est necesse quod videatur terminus materialis, qui est quodlibet possibile in particulari.


41
Sol. 4.

Ad quartam respondetur quod neque ex parte omnipotentia æque omnia representantur, neque ex parte luminis æque ista, ac illa possunt cognosci. Non ex parte omnipotentia, quia in illa aliqua possibilium magis latent, quam alia; & ista sunt ea, quæ ad sui cognitionem plurimum aliorum possibilium indigent cognitione, quia à pluribus causis dependent: Unde magis latent cognitio possibilis, quam unus homo potest alterum cognoscere, quam Angelus possibilis, quia ad prioris cognitionem plura oportet cognoscere, scilicet, hominem

cognoscentem, hominem cognitum, speciem impressam, & plura alia, quæ concurrunt.

Ex quo etiam inferitur, quod non quodlibet lumen potest indifferenter ista, vel illa possibilium cognoscere, sed necessarium est intensius lumen ut ea, quæ magis latent, cognoscantur: immo neque indifferenter ex eis, quæ æque latent, potest ista, vel illa cognoscere, sed necessario quodlibet lumen secundum sua prædicata individualia est determinatum, ut ista potius, quam illa cognoscat: sicut duæ causæ eiusdem speciei, & intensio- nis virtutis, non possunt indifferenter hos, vel illos effectus producere, sed unaquæque secundum sua prædicata individualia, ad hos præ alijs determinatur: ita pariter duo lumina etsi eiusdem speciei, & intensio- nis sint, non possunt easdem cognitiones producere, neque eadem possibilium cognoscere, sed unum quodque eorum est individualiter determinatum, ut istam cognitionem producat, & non aliam, & ut ista possibilium cognoscat, & non alia. Alia minutiora argumenta quæ nullius ponderis iudicantur vide apud AA. Et hæc de hoc Dub. applicanda litteræ M. in 3. dist. 14. §. 2. & in 1. dist. 41. & 42. & 49. quæ sufficiant pro isto tract. dictato in publico Gymnasio Salm. ann. Domini 1694.





TRACTATUS DE SCIENTIA DEI NECESSARIA.

JUXTA MIRAM ANGELICI DOCT. DIV. THOMÆ
Aquinatis Doctrinam, 1. part. quæst. 14.

PROOEMIUM.



S I quod *stultum est* Deo, teste Apost. *Sapientius est ho-* 1. ad Ca-
minibus, qualiter nobis innotescet, quod sapientius rinth. 1.
est Deo? Contremiscat ergo mens creata tantæ lucis
splendore perculsa, & in propriam parvitatem resi-
liens, admirans, quod non penetrat, exclamet cum
Propheta: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, con-* Psal. 138
fortata est, & non potero ad eam. Videat, & Apoſto-
lum post arcanum mysterium in tantæ lucis abysso

iterum caligantem, & nihil aliud de ea, nisi ineffabilem, & inſerutabi-
lem esse loquentem. *O altitudo, inquit, divitiarum sapientia, & scientia* Ad Rom.
Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inſeſtigabiles via eius. 11.
Quis cognovit ſenſum Domini, aut quis Conſiliarius eius fuit? Sed verbis
iſtis mens etiam noſtra erigi debet: nam conſiliarium Domini certè no-
vimus; ipſe enim eſt, qui apud Prophetam: *Magni conſilij Angelus no-* Iſai. 9. ex
minatur: ipſe qui apud Matthæum hanc abſconditam à ſapientibus, & Sept. &
prudentibus prædicat, & revelatam *parvulis*. Hunc ergo cum D. ac D. Hier.
Præceptorem habeamus; poſtulemus ab eo, quod nobis deest de iſta Matth. 13
ſapientia, certè quod iuxta Apoſtolicum promiſſum, *qui dat omnibus, da-* Jacob. 1.
bit, & humiliter perentibus *aſſuenter*.

Tractatum ergo de Scientia Dei in duas partes generaliter divi-
demus. In prima agemus de *Scientia Dei necessaria*, quæ præſenti Curſui
ſufficientem materiam miniſtrabit: in ſecunda de *Scientia Dei libera*, ſpe-
cialiter *quò ad actus liberos*; quam & ſequenti, Deo dante, dictabimus.
Primam autem partem in tres Diſputationes dividemus: Prima erit de
ipſa Scientia Dei in ſe: Secunda de *eius obiecto*: Tertia de
illius diſiſionibus. In quibus per varia Dubia
quod difficile, controverſumque viſum
fuerit explicare conabi-
mur. Sit ergo.



DISPUTATIO PRIMA.

DE SCIENTIA DEI IN SE CONSIDERATA.

DUBIUM PRIMUM.

UTRUM RATIO D. THOMÆ, QUAE IN HOC ARTICULO
*usus fuit, ad probandam in Deo scientiam, efficaciter
 convincat intentum?*

S. I.

DIFFICULTAS APERITUR, ET RATIO DUBITANDI
proponitur.

N. I
 In qua ac-
 ceptione
 de scientia
 fit sermo.

NOMINE *Scientia* in hoc art. non accipit D. Thomas scientiam, prout est virtus intellectualis, à Sapiencia, intellectu, Arte, & Prudentia distincta, sed prout significat cognitionem certam, & evidentem ab his omnibus præcisam. Secundum quam rationem dari in Deo est immediate de fide: ut constat ex illo Apost. supra cit. ad Roman. 11. *O altitudo divitiarum sapientiae, & scientiae Dei!* Et ex illo Job 9. *Sapienter corde est, & fortis robore, & 12. apud ipsum est fortitudo, & sapientia, & Esther 14. Domine qui habes omnem scientiam, & Psalm. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, & 146. Sapientiae eius non est numerus: immo nihil magis communiter in sacris litteris Deo attribuitur, quam scientia, & sapientia.*

2
 Naturalis ratio ostendit dari in Deo scientiam.

Est insuper hæc veritas lumine naturalis rationis evidens: adeoque apud homines invaluit, ut asserit D. Thomas 1. contra Gent. cap. 46. quod *ab intelligendo nomen Deo imponerent: ut eam asserit S. Damasc. lib. 1. de Fide, cap. 11. Theos, quod secundum Græcos, Deum significat, dicitur à Theaste, quod est considerare, & videre: & ut idem Ang. Doct. advertit supra quæst. 13. artic. 8. hoc nomen Deus, quod apud Latinos ipsam Divinitatem significat, à providentia secundum Dionys. impositum est, quæ rationem, & intelligentiam importat. Et hinc ab Ægyptijs modo per Aquilam, quæ accerrimo visa pollet,*

modo per *Accipitrem* eadem ratione, modo per *oculum* sceptri, fastigio impositum; & denique per *Solem* figurabatur.

Quod, & varijs rationibus convincit D. Thomas 1. contra Gent. cap. 44. Prima. Quia Deus est summe perfectus, & bonus: ut enim ait D. Ang. lib. 1. de Doct. Christ. *omnes pro excellentia Dei certatim dimicant, nec quisquam inveniri potest qui Deum non credat esse, quo melius nihil est; sed scientia, & cognitio est maxima perfectio, nulla imperfectione, ex se admixta: ergo Deo est attribuenda. Secunda. Quia Deus esse prima causa, & motor omnium, & ductor eorum ad finem; si autem non cognosceret, nec se moveret, sed ab alio moveretur; ac proinde non posset esse aliorum motor. Tertia. Quia creaturæ quanto magis sunt Deo propinquæ, tanto sunt magis cognitivæ, ut patet in hominibus, & Angelis: ergo Deus in se est maxime cognitivus. Quarta. Quia creaturæ intellectuales subijciuntur Deo, & ab ipso gubernantur; sed contra naturam est quod sapiens, & intelligens, à non intelligente gubernetur: ergo.*

Omnes istæ rationes manifestè intellectum convincunt, ut Deo scientiam, & cognitionem attribuat; at ipsam non illuminant de ratione, & medio formali, cur Deo conveniat. Ad quod attendens D. Thomas, & in altum disputationum ducens, aliam excogitavit

3
 4. D. Th. rationibus ead. veritas ostenditur.

In quo difficultas aperitur.

rationem, qua & usus est loc. nu- per citato ex *contra Gent.* & in 1. *dist. 35. quest. 1. artic. 1. & opusc. 3. cap. 28. & 35. & quest. 2. de Verit. artic. 2.* & tandem hic *artic. 1.* quæ ratio ex Dei immaterialitate desumitur, & ex ea, tanquam ex ratione formali, & medio intrinseco cognitionem, & intellectum Divinum deducit.

4 Ratio S. Doct. ad principale intentum.

Quæ sic ex ipso formatur. Cognoscentia à non cognoscentibus, in hoc distinguntur, quia non cognoscentia nihil habent, nisi formam suam tantum; cognoscentia autem nata sunt habere formam alterius rei: ergo cognoscentia à non cognoscentibus per hoc distinguntur, quod natura non cognoscentis est magis limitata, & coarctata; natura autem cognoscentium, habet maiorem latitudinem, & extensionem; tunc sic, sed coarctatio formæ est per materiam: ergo cognoscentia eo sunt talia, quia immaterialia sunt, & non cognoscentia eo non cognoscunt, quia sunt materialia: cum ergo Deus sit in supremo immaterialitatis gradu, ut supra *quest. 7. artic. 1.* iam est ostensum à D. Thoma, sequitur quod Deus sit summè cognoscitivus. Uterque discursus est legitimus. Min. subsumptam supponit D. Thomas supra demonstratam. Primum autem antecedens dupliciter ostendit. Primo. Quia species cogniti est in cognoscente. Secundo. Autoritate *Philos. 3. de Anima*, asserentis hæc ratione quod anima est quodammodo omnia. Quod & confirmat inductione facta: nam ut dicitur secundo de *Anima* plantæ non cognoscunt propter suam materialitatem: sensus autem cognoscitivus est, quia receptivus specierum sine materia, & adhuc magis intellectus, quia magis separatus à materia, & immixtus est, ut 3. de *Anima* etiam dicitur: si ergo Deus est summè immaterialis, sequitur quod sit summè cognoscitivus.

5 Qualiter

Rationem istam D. Thomæ in-

efficacem existimant, & ex proposito impugnant Aureolus, OKan, Gabriel; Ariminensis, & Bassolis in 1. *dist. 35.*: quibus, & consensit Arriaga 1. *part. disp. 15. sect. 1.* alij autem solum illam admittunt, tanquam thopicam & probabilem, ut Aversa. Reliqui autem omnes Theologi tam domestici, quam extranei amplectuntur; sed valde varie ab eis accipitur: plures namque ita explicant, quod sub specioso titulo D. Thomæ, suam propriam mentem, relicta Angelici Doct. proponant.

aliqui ratione hæc asserunt.

Duo autem sunt in hac ratione contra quæ Adversariorum instantia procedunt; quæ proinde explicatione indigent. Primum est differentia, quam S. Doct. tanquam potissimam assignat inter cognoscentia, & non cognoscentia in eo consistens, quod cognoscens aptum natum est habere, non solum formam propriam, sed & formam rei alterius, quia recipit species aliarum rerum. Secundum qualiter sit huius ratio, & cognitionis, immaterialitas: ista autem sigillatim præstabimus.

In quæ ferantur Advers.

Et contra primum in primis 6 urget communis ratio dubitandi: nam differentia assignata videtur falsa quo ad utramque partem: quodlibet namque passum natum est habere, non solum formam propriam, sed & formam ab agente extrinseco communicatam: sicut à qua potest recipere calorem, & lapis impulsus, &c. Nec valet dicere, quod non cognoscentia possunt recipere formas aliarum rerum naturales; non autem intentionales, & representativas. Contra enim est: nam aer, & speculum etiam recipiunt formas intentionales. Nec valet dicere eas tantum recipere, in esse entitativo, & non in esse representativo, ita ut eis representent. Nam contra etiam est, quod hoc est peritio principij: dicere enim quod cognoscentia recipiunt formas aliarum rerum in esse representativo, &

6 Quid AA: contra 1. opponant solutiones aliquæ, & earum impugnat.

ut eis representent, non vero non cognoscencia; idem est ac dicere, quod cognoscencia recipiunt formas aliarum rerum modo cognoscitivo, seu ut eas cognoscant, secus vero non cognoscencia; sed hoc nihil aliud est, quam asserere, quod cognoscencia differunt a non cognoscentibus, per hoc quod cognoscencia sunt cognoscitiva, secus autem non cognoscencia: ergo.

Quid cō-
tra 2. op-
pon.

Quo ad alteram etiam partem etiam videtur deficere disparitas assignata. Nam ut Deus cognoscat, non recipit in se aliarum rerum formas, sed omnia per suam essentiam, tanquam per speciem impressam, cognoscit: pariter, & Angelus, se ipsum per suam substantiam; immo & omnes alios Angelos secundum rationem genericam cognoscit: non ergo est proprium cognoscentis, prout a non cognoscente distinguitur, recipere in se formas aliarum rerum. Ratio ista dubitandi coegit AA. ab ire in varios modos explicandi hanc differentiam: eorum principales referemus; eisque breviter impugnantis: nostram mentem aperiemus.

§. II.

ALIIQUI MODI DICENDI *impugnantur.*

PRIMA solutio rationis dubitandi traditur a Ferrariensi *i. contra Gent. cap. 44.* quem sequitur Silvius in presenti, & asserit, quod differentia assignata a D. Thoma, inter cognoscencia, & non cognoscencia, stat in eo, quod cognoscencia nata sunt habere, non solum formas accidentales; hoc est representantes accidentia, sed etiam substantiales aliarum rerum; non cognoscencia autem solum possunt recipere formas accidentales.

Sed hæc solutio communiter displicet. Et merito quidem: tum quia disparitas assignata a D. Thoma, est inter omnia cognoscencia, & non cognoscencia: sensus enim inter cognoscencia eum-

putatur, & de eo suum discrimen verificat; sed sensus non est natus recipere formas substantiales aliarum rerum, sed solum formas accidentales; hoc enim, & nihil aliud cognoscit: ergo. Tum quia intellectus, dum solum rerum accidentia cognoscit, formaliter a non cognoscentibus distinguitur penes modum recipiendi formas aliarum rerum; & tamen solum formas accidentales ad sic cognoscendum formaliter recipit; impertinentes enim sunt ad hoc, minus formæ substantiales, seu substantiam representantes: ergo. Quod si dicās, quod tam in sensu, quam in intellectu, quando rerum accidentia percipiunt, non solum sunt formæ accidentales, hoc est representantes accidentia; sed & formæ substantiales, quamvis potentia illæ, hanc representationem non percipiant. Contra est: quia hoc etiam modo sunt in speculo, & in aere; per ista enim corpora ad sensum, & intellectum ab obiectis emittuntur: ergo differentia ex hoc cap: est nulla.

Alij secundo respondent cog-
noscencia differre a non cog-
noscentibus, quia cognoscencia reci-
piunt aliarum rerum formas per
identitatem cum illis, non in esse
entitativo, sed in esse intelligibili;
ita ut ex intellectu, specie intelli-
gibili, & re intellecta fiat unum
unitate identitatis, non in esse en-
titativo, sed in esse intelligibili.
Quæ solutio sic communiter expli-
catur, ita quod in specie intelli-
gibili distinguat id quod est enti-
tatis, ab eo quod est intrinsece
representabilitatis, & pariter in
obiecto, id quod est entitatis, &
intelligibilitatis. Quo supposito, as-
serit, quod intellectus realiter iden-
tificatur, tam cum specie, quam
cum obiecto, secundum id, quod
habent de intelligibilitate; distin-
guatur tamen realiter ab illis, se-
cundum id quod habent de enti-
tate: in quo sensu solutio ista tra-
ditur a PP. Salmaticensibus, & ab
alijs Thomistis. Sed

8
Solutio
Salm. &
aliorum
Thomist.

7
Solutio dubi-
tandi ex
Ferrariensi.

Reijcitur
dupliciter
Ferrar.

9
Impugnatur solutio, ut in intelligibilibus, & falsa.

Sed prout sic explicatur continet doctrinam, mihi in intelligibilem, & falsam; & ea adhuc admilla ratio dubitandi non solvitur. Prima pars pluribus prob. primo. Quia contra eam obstare videtur illud principium lumine naturali notum, & cui tota ars syllogistica innititur: *Quae sunt eadem unitertio sunt eadem inter se, & ea quorum unam identificatur cum tertio, & alterum ab eo distinguitur, distinguuntur inter se*: assumptum probatur. Nam intellectus in hac sententia cum esse intelligibili speciei, & esse intelligibile speciei identificatur cum esse entitativo eiusdem; & tamen intellectus non identificatur, sed realiter distinguitur ab esse entitativo speciei: deficit ergo prima pars principij.

Continuatur eiusdem solutio, impugnatio quo ad eam partem.

Pariter, & secunda. Nam esse intelligibile speciei identificatur cum esse entitativo eiusdem, esse autem entitativum illius, non identificatur, sed realiter distinguitur ab intellectu: ergo si cum hoc componitur, quod esse repraesentativum speciei identificetur cum intellectu; deficit secunda illius pars. Quod confirmatur: nam hoc est ponere in creatis aliud Trinitatis Mysterium; illud enim in eo consistit, quod una indivisibilis natura cum tribus personis realiter distinctis identificetur; at hic etiam ponitur, quod una, indivisibilisque speciei intelligibilitas identificetur cum sui entitate, & cum pluribus intellectibus ab specie, & realiter ab invicem distinctis: ergo.

10
Impugnatur 1. ead. solutio, quo ad dictam partem.

Secundo obstat aliud, non minus verum, & commune principium, *quae realiter separantur, realiter distinguuntur, & quae realiter sunt idem, realiter separari non possunt*, quod tradditur à Philos. 7. *Thopic. cap. I.* nam constat quod intellectus realiter separatur ab specie, non solum in esse entitativo, sed intelligibili; tum quia potest existere species intellectui non unita: tum quia potest pariter deficere, intellectus non deficiente: ergo species non identificatur cum

intellectu, adhuc in esse intelligibili.

Impugnatur 3.

Tertio obstat aliud principium non minus apud omnes receptum, & notum, quod desumitur ex lib. *de causis*, scilicet, *idem non potest causare se ipsum*; sed intellectus causat realiter speciem intelligibilem, intellectus quidem agens speciem impressam educendo illam ex intellectu possibili secundum esse entitativum; & coeducendo secundum esse intelligibile, & intellectus possibilis simul cum specie impressa causat speciem expressam: ergo non potest intellectus cum specie impressa, aut expressa identificari, neque species inter se.

4. Impugnatur, si solutio que ad illam partem.

Obstat quarto aliud pariter certum, & evidens, scilicet, *quod una quaque res per suam entitatem est indivisa in se, & divisa à quolibet alio ab ea realiter distincto*. Ex quo sequitur quod eadem rei entitate perseverante, perseverat etiam eadem in divisio à se; & divisio à quolibet; sed intellectus ante unionem cum specie impressa est indivisus à se, & indistinctus; distinctus tamen à specie, tam in esse entitativo, quam in esse intelligibili: ergo cum etiam, facta unione, eadem entitas intellectus perseveret; non enim per unionem cum specie destruitur, sed potius perficitur, perseverabit etiam eadem in divisio à se, & divisio à specie; tam in esse entitativo, quam in esse intelligibili.

Ultim. impugnat. ea pars solutio.

Tandem: quia ex praedicta positione sequeretur, quod intellectus creatus in aliquo veteri sensu identificaretur cum essentia Divina sub munere intelligibilis; hoc est absurdum, cum Divina essentia sub munere intelligibilis non minus sit infinita per essentiam, quam entitative, intellectus autem sub omni munere est finitus, & limitatus per essentiam: ergo.

11
Quo ad 2. p. rejicitur praecedens solutio insufficientis intento.

Secunda autem pars, scilicet, quod adhuc doctrina solutionis admilla, per illam non fiat satis rationi dubitandi, probatur: nam semper restat explicandum quomodo

modo intellectus recipiendo formas intentionales, fit idem in esse representativo cum illis, & medijs illis cum obiecto; aer tamen, & speculum, etsi easdem formas recipiant; non fiunt idem neque in esse representativo, aut cum illis, aut cum obiecto.

12
Aliorum
Solutio Ra
non, dubi
tandi rei
citur ex
preced. r.

Ex his impugnanda venit aliorum solutio asserentium differentiam stare in eo quod cognoscencia accipiunt easdem formas aliarum rerum, non cognoscencia autem non easdem, sed diversas. Species enim intelligibiles, quæ in cognoscentibus reperiuntur, sunt idem realiter in hac sententia cum ipsis obiectis, non in esse entitativo, sed in esse intelligibili. Impugnatur, inquam, ex dictis. Primo. Quia etiam non cognoscencia recipiunt formas intentionales, ut aer, aqua, & speculum: si ergo istæ sunt idem realiter cum obiectis, recipiunt formas, non solum realiter distinctas, sed easdem realiter cum obiectis. Quod si dicatur recipere illas tantum in esse entitativo, & non in esse representativo. Contra est: tum quia in hoc stabit potissima differentia inter cognoscencia, & non cognoscencia, ad quod de materiali se habebit, quod formæ receptæ sint eadem realiter, vel realiter distinctæ, si tamen sunt similes: nam dum salverur, quod cognoscencia recipiunt intentionaliter, & representativè formas aliarum rerum, sive istæ sint distinctæ, sive indistinctæ ab obiectis, per hoc distinguuntur à non cognoscentibus, quæ solum entitativè, recipiunt aliarum rerum formas: inuicem ergo recurritur ad identitatem formarum eum obiectis, ut hæc distinctio salverur. Tum quia huius differentia restat assignare rationem, cur scilicet cognoscencia, præ non cognoscentibus recipiunt aliarum rerum formas, non solum entitativè, sed etiam representativè? Et tandem, quia ut supra diximus, hoc videtur petitio principij.

13
Reijcitur
2.

Secundò. Quia identitas realis inter speciem, & obiectum, adhuc

in esse intelligibili, cui prædicta solutio innitur, eandem paritur difficultates, ac identitas realis intellectus cum specie, aut obiecto adhuc in esse intelligibili; quæ breviter sic restaurantur. Prima quidem: nam intelligibilitas obiecti identificatur cum eius entitate. Et pariter esse representativum speciei cum esse entitativo eiusdem; sed entitas obiecti realiter distinguitur ab entitate speciei: ergo, & intelligibilitas obiecti ab esse representativo speciei. Secunda. Quia species, secundum omnia sua prædicata intrinseca, potest realiter ab obiecto separari: potest enim realiter existere, realiter deficiente obiecto, & è converso: ergo. Tertia. Quia etiam species secundum omnia sui prædicata intrinseca, potest realiter causari, & realiter emitti ab obiecto: ergo secundum omnia sui prædicata intrinseca, realiter ab illo distinguitur. Quarta. Quia evidens est, quod dum deficit obiectum, species, quæ perseverat, non identificatur cum illo, neque in esse entitativo, neque in esse intelligibili; sed non variatur entitas speciei, per hoc quod obiectum existat: ergo eodem modo species manet cum illo non identificata.

Solutio quarta asserit, quod licet natura speciei sit realiter distincta ab obiecti natura, per speciem representati; est tamen genericè eadem, cum rationem eius genericam representat, & specificè, cum specificam, & tandem individualiter, cum individualem. Sic Illustris. Godoy in præf. num. 101. in quo sensu Antiquiores Thomistas exponit, & ex hoc assignat discrimen inter cognoscencia, & non cognoscencia, quia non cognoscencia recipiunt aliarum rerum formas, eas multiplicando individualiter; secus autem cognoscencia.

15
Resellitur
bifarie.

Sed contra hanc solutionem plura difficiliora urgent: primo. Quia dum cognoscencia solum gradum genericum, aut specificum alicuius obiecti cognoscunt, debent

formaliter distingui à non cognofcentibus, quoad hoc, quod est formas aliorum recipere; alias differentia assignata à D. Thoma non effer universaliter vera: at tunc iuxta assignatam solutionem non distinguerentur, quia solum haberent aliarum rerum formas, secundum gradum genericum, aut specificum, secundum quam rationem etiam non cognoscentia nata sunt habere, ut solutio fatetur: ergo. Secundò. Quia ut pluries obieimus, nimirum, quod etiam aer, & speculum recipiunt species intentionales representantes, non solum prædicata communia, sed etiam individualia obiectorum; si ergo species istæ non distinguntur individualiter dum sic representant, recipiunt easdem formas individualiter aliarum rerum. Id autem quod respondet prædictus Auth. quod accipiunt entitative, & non representative, eodem modo repellitur ut supra num. 12.

16 3. Refellitur multi formiter. Tertiò obstat contra eandem solutionem, quod doctrina, cui innititur, etiam est intelligibilis; tum quia esse individuale naturæ in specie, est idem realiter cum esse individuali entitatis speciei; sed esse individuale entitatis speciei est realiter distinctum ab esse individuali naturæ obiecti: ergo esse individuale naturæ in specie, non est idem, sed realiter distinctum, ab esse individuali naturæ obiecti. Secundò. Quia omnino intelligibile est, quod dum aliquid individualiter deficit, individualiter perseveret; sed potest deficere species quo ad totum suum esse individuale, perseverante natura obiecti secundum idem suum esse individuale: ergo species non est aliqua ratione individualiter eadem cum obiecto. Tertiò. Quia pariter impossibile est, quod idem individualiter à se ipso realiter separaretur; sed species secundum totum suum esse intrinsecum, est realiter separata ab obiecto: illa enim existit in intellectu, ubi non existit obiectum: ergo. Tum quia natura

obiecti individuatur per suum esse naturale, quod habet à parte rei concretum in materia; sed natura in specie ab hoc esse abstrahit: ergo non habet eandem individualitatem.

Confirm. Quia natura in specie est realiter distincta à natura obiecti, ut iam probavimus, & hæc solutio concedit: ergo, & individualiter. Probatur consequentia primo. Quia hæc distinctio, vel provenit à materia, vel à forma? non à forma: alias formaliter distinguerentur, ac proinde specificè, vel genericè; quod non concedit solutio: ergo à materia; sed distinctio realis à materia proveniens, est individualis: ergo. Nec refert si dicas, hoc esse verum de distinctioe proveniente à materia, vel ab eo quod loco materiæ se habet in esse phisico, & naturali; non autem in esse intentionali. Nam contra est: nam saltem distinctio illa, prout ex parte naturæ in obiecto repertæ provenit, provenit à materia in esse phisico, & naturali; ac proinde secundum quod individua: ergo cum hæc individualitatio non reperitur in natura, prout in specie, distinguentur individualiter, saltem negativè, seu non erunt idem individualiter, quod ad propositum facit: ergo.

Secundò. Quia unitas individualis est unitas singularitatis, & numerica; sed hæc non potest de pluribus realiter distinctis dici; alias unitas numerica non esset omnium maxima: ergo. Tertiò. Quia duæ naturæ realiter distinctæ non possunt idem individuum constituere, nisi sint incompletæ, & una cum altera intrinsecè componat, sicut materia, & forma constituunt Petrum; sed natura speciei, & obiecti, non sic se habent, ut per se est constans: ergo. Quartò. Quia unitas individualis primo intentionaliter sumpta, non est unitas rationis, sed phisica, & realis: ergo non potest reperiri inter naturas completas realiter distinctas. Quintò. Quia qualibet natura completa est

17 Roboratur intentionem.

1. Consequenter confirmatur adhuc multipliciter probatur.

est per suam entitatem individua, & realiter hæc: ergo naturæ quæ habent distinctas entitates, & realitates, sunt realiter plura individua. Tandem, quia hoc esset, passim, & naturaliter ponere, in quod supernaturaliter in Sacro-Sancto Eucharistiæ Sacramento accidit: difficultas enim illius Mysterij in eo stat, quod idem numero Corpus Christi sit modo phisico, & naturali in Cælo, & alio modo, scilicet, Sacramentali sit in Eucharistia; sed hoc non magis mirabile est, quam quod eadem numero, & individualiter natura sit in obiecto sub modo essendi phisico, & naturali, & in infinitis speciebus sub alio modo essendi, scilicet, intentionali: ergo.

18
4. Solut.
rat. dubit.
refertur,
& impug-
natur du-
pliciter.

Aliorum solutio est pars præcedentis, & defendit unitatem saltem specificam, aut genericam inter naturam obiecti, & speciei. Sed præterquamquod, adhuc ea admittitur, ratio dubitandi non solvitur, ut ex iam dictis constat; neque eam existimo veram, quo ad id quod ponit: impugnanda ergo est primo ex D. Thoma *quest. 8. de Verit. artic. 11. ad 3.* ubi asserit: *Quod inter cognoscens, & cognitum, non requiritur similitudo, quæ est secundum convenientiam in natura; sed secundum representationem: constat enim, quod forma lapidis in anima, est longe alterius nature, quam lapis in materia: ergo. Secundo. Quia ratio hominis v. g. non dicitur simpliciter de homine existente à parte rei, & in specie, sed de primo dicitur simpliciter, & de secundo tantum secundum quid: ergo non dicitur de utroque univoce. Patet consequentia, & antecedens probatur. Nam de quo dicitur simpliciter ratio hominis, dicitur simpliciter ratio substantiæ; sed de homine, prout in specie, non dicitur simpliciter ratio substantiæ; cum prout sic sit identificatus cum accidenti: ergo.*

Impugna-
tur 3.

Tertio. Quia homo secundum sibi essentialia non est indifferens, ut existat à parte rei, & in spe-

cie, sed determinatè petit modum essendi à parte rei: ergo non dicitur essentialiter de illo, prout existit in specie. Patet consequentia, & antecedens probatur: quia cum homo secundum sibi essentialia sit operativus; secundum sibi essentialia petit modum essendi, sub quo non repugnet illi operari; sed sub modo essendi in specie repugnat illi operari: ergo.

Quarto ab inconvenientibus, quæ ex prædicta positione sequuntur. Sequitur enim primo, quod dum aliqua species intelligibilis representans hominem deficit, deficit aliquis homo simpliciter talis; non solum quo ad corpus, sed quo ad animam: immo quod idem numero individuum deficiat, quod à parte rei perseverat. Secundo, quod dum per speciem hominis, homo cognoscitur; aut per speciem ignis, ignis; per hominem simpliciter talem cognosceretur homo, & per ignem, ignis: quam sententiam Antiquorum Philosophorum reprehendit D. Thomas *quest. 2. de Verit. artic. 2.* Tandem sequeretur esse possibilem aliquem ignem simpliciter talem à parte rei existentem, qui naturaliter non combureret; immo cui combureret repugnaret sub illo modo existendi, scilicet, in specie; at omnia ista ridicula, & absurda videntur: ergo.

Ult. im-
pugnatur
4. solut.

§. III.

SOLVUNTUR EA, QUÆ IN
favorem præcedentium obijci
solent.

QUAMVIS doctrina præcedentium solutionum admittitur, Intentum adhuc per eam non fiat satisfactio rationi dubitandi, neque differentia assignata à D. Thoma inter cognoscentiam, & non cognoscentiam satis explicetur; quia tamen eam impugnativimus, oportet, & ea, quæ in eius favorem possunt adduci, dispellere, ut sic (quod in hoc fuit intentum) natura specierum intellectuoni deservientium amplius cognoscatur.

noscat. Et quidem pro primo modo impugnato, nihil speciale occurrit; quare eo prætermisso, in favorem secundi.

1. Obiect. pro 1. & 2. modo dicendi. Obijcies primo aliquas auctoritates, quæ illi favere videntur. 1. illud *Philos. 3. de Anima*; dicentis, quod *Anima quodam modo intelligendo fit omnia*; & illud *Commentat. ibidem* asserentis, quod *ex intellectu*; & *re intellecta fit magis unum quam ex natura*, & *forma*; cuius reddit rationem, quia *ex intellectu*, & *re intellecta non fit unum tertium distinctum ab utroque, sed intellectus fit ipsum intelligibile*; *ex materia autem*, & *forma fit unum tertium*. Cui favere videntur *D. Thomas 12. Metaph. lect. 8.* asserens, quod *cum ipse intellectus fiat intelligibilis, concipiendo aliquod intelligibile*; sequitur quod *idem sit intellectus*, & *intelligibile*. Quæ propositio est etiam *Philos. ibidem littera C.*

Confirm. obiect. Confirm. dum intellectus unitur cum specie, & ipsa mediante cum obiecto; ex obiecto, specie, & intellectu, fit unum; non per informationem: ergo per identitatem. Probat. min. primò. Quia si uniretur per informationem; ex tali unione resultaret aliquod tertium; sed hoc est falsum: tum quia contra *Commentatorem*: tum quia cum intellectus non intelligat, nisi secundum quod est in actu per speciem, sequeretur quod intellectus non esset qui intelligeret; sed illud tertium resultans: Secundo. Quia Deus unitur de facto per modum speciei intelligibilis mentibus beatorum; non per informationem: ergo.

3. Miaprob. Tertio. Quia unio speciei intelligibilis cum intellectu est elevatio, & immaterialior unione eiusdem speciei in esse entis; sed in esse entis unitur intellectui per informationem: ergo. Tandem, quia speciei intelligibili formaliter acceptæ, de materiali, & præsuppositivè se habet quod fit substantia, vel accidens: ergo quod inhæreat, vel non inhæreat de materiali se

habet; & præsuppositivè ad rationem speciei intelligibilis. Patet consequentia, & antecedens ex eo constat, quia alias species accidentalis non posset representare substantiam; cum in formali conceptu speciei appareret dissimilitudo.

Ad arg. responderetur incipiendo ab ult. auctoritate ex 12. *Metaph.* quod ibi loquitur *D. Thomas*, & *Philos. de intellectu*, dum se ipsum intelligit; in quo casu, sine dubio est idem intellectus; & intelligibile: sed hoc non est ad propositum. Aliæ autem auctoritates dupliciter exponi possunt. Primò. Quod intellectus fit idem cum obiecto intellecto, non proprie, & realiter, sed metaphoricè, & improprie, in quantum similitudo eius, & representatio est illi unita, ad eum sensum quo dicitur de imagine *Cæsaris* esse *Cæsarem*; licet maiori cum fundamento: imago enim *Cæsaris* solum est ei similis in lineamentis externis; species autem intelligibilis, etiam est similis obiecto in prædicatis intrinsicis, & essentialibus. Et ad hunc etiam sensum intelligendum est *commentat* dictum: unum enim, quod ex unione materiæ & formæ resultat, est solum unum unitate compositionis, quin aliqua inter extrema sit similitudo; hæc autem intercedit inter intellectum actuum specie impressa, & obiectum cognitum. Quæ expositio habet fundamentum in *D. Thoma*, & *Philos.* qui non simpliciter asserunt animam *fieri omnia*, sed *quodam modo fieri omnia*, quæ particula diminutiva est identitatis, & solum identitatem improprie adstruit, quæ iam est assignata.

Secundo possunt exponi de intellectu formaliter accepto, ut constituto in actu per speciem intelligibilem, & de ipso obiecto, ut est proximè intelligibile per speciem: prout sic enim fit unum ex eis unitate identitatis simpliciter, quia utriusque eadem est forma, & qua intellectus intelligit, & qua obiectum redditur intelligibile, aut

20

Solut. 1. obiect. ex ponit S. Thom. & comm. 1. via.

2. Forūd. exponit.

in-

intellectus; scilicet eadem speciei, quæ explicato traditur à D. Thoma in 4. dist. 49. quæst. 2. artic. 1. ad 1. ibi: *Intellectum in actu* (sic nominat obiectum) *fit idem cum intellectu in actu in quantum forma intellecti fit forma intellectus*. Et in eodem sensu loquitur in præsentis artic. 2. alia expositio ex solutione ad confirmationem deduci potest.

21
Solut. cõ-
firm. aliã,
exhibet
locis su-
pra posi-
tis.

Ad quam concessa maiori, & min. intellecta de specie non in esse entis, sed formaliter, neg. est consequentia: nam inter unionem per modum formæ informantis, & per modum prædicati identificati, datur medium, scilicet, per modum termini terminantis, quæ unio convenit speciei cum intellectu: non enim unitur illi, aut conferendo aliquam virtutem, aut per modum partis, ex qua tertia natura resultet, sed terminando virtutem præsuppositam, & ad esse intentionale, & repræsentativum obiecti trahendo: in quo unio hæc elevatior, & immaterialior est unione eiusdem speciei in esse entis; sed de hoc iterum reddibit sermo. Per quod constat ad omnes probationes: omnes enim illæ procedunt ad impugnandam unionem speciei formaliter per modum inharrentiæ, aut partis incompletæ informantis, ex qua aliquid tertium resultat; quam in specie nos non concedimus, nisi tantu præsuppositivè, & materialiter.

22
2 Obiect.
pro 3. & 4.
modo di-
cendi.

In favorem autem tertij, & quarti modi etiam obijciens: nam ipsum obiectum, quod est à parte rei, est etiam in specie, licet sub alio modo: male ergo ex hoc cap. impugnantur. Antecedens probatur. Quia aliter non verificantur communia Theologorum, & Philosophorum proloquia, nempe, quod *ab obiecto*, & *potentia paritur notitia*, quod *cognitio fit*, secundum quod *cognitum est in cognoscente*, quod *intellectus intelligit trahendo res ad se*, quod *natus est fieri omnia*: hæc enim, & his similia verificari non possunt, nisi ipsa natura obiecti sit in specie sub alio modo essendi, & non solum media speciei.

Quod confirmatur, ex D. Thoma 2. de Anima, lect. 24. asserente, quod *species rei intellecta est quidditas eius*. Et 3. contra Gent. cap. 49. quod *similitudo intelligibilis, per quam aliquid intelligitur secundum suam substantiam, oportet quod sit eiusdem speciei, vel magis species eius: sicut forma domus, quæ est in mente artificis, est eiusdem speciei cum forma domus, quæ est in materia, vel potius species eius*. Et quæst. 8. de Verit. artic. 7. Probat Angelos non posse cognoscere alios per suam substantiam tanquam per speciem, quia cum omnis cognitio per assimilationem fiat, & unus Angelus alteri non assimiletur, nisi in natura communi, sequeretur quod unus alterum non cognosceret cognitione completa. Et tandem quæst. 2. de Verit. artic. 2. asserit, quod forma cogniti non potest esse in cognoscente, secundum modum essendi naturalem, quem habet in obiecto, sed secundum aliud esse elevatum, & separatum à materia.

Confirm.
assumptã
ex D. Th.

Et huius ratio assignari potest. Tum quia species impressa, & verbum non sunt medium per quod cognitum intellectus cognoscat obiectum, sed medium quo, aut in quo obiectum contemplatur; sed si non contineret eandem naturam, non esset medium quo, & multo minus in quo contemplaretur, sed potius medium per quod: ergo. Probatur min. Quia si non contineret eandem naturam, sed illam solum repræsentaret, posset intellectus per illam cognitam, & ex vi cognitionis illius, in cognitionem obiecti deduci, non tamen in illam: nequit enim aliquid in alio cognosci, nisi in illo contineatur. Tum quia id quod in se continet species, est quod immediatè per illam repræsentatur; sed quod immediatè repræsentatur per speciem; est natura obiecti: ergo hanc continet.

23
Ratio suffragatur.

Tum quia species est forma. Ad idem
liter similis obiecto repræsentato; sufficit,
sed formalis similitudo fundatur dum.

in convenientia in forma, in qua assimulantur: ergo eadem est forma speciei, & obiecti. Tum quia hæc videtur communis conceptio Logicorum *tract. de Universalibus*, distinguendum triplicem eiusdem naturæ statum, scilicet secundum se, prout in rebus, & prout in intellectu; sed in intellectu solum est media specie impressa, aut expressa: ergo natura quæ est in speciebus, est eadem, quæ est in rebus. Tandem quia est doctrina D. Thomæ pluribus in locis, quod res quæ sunt infra nos, perfectiori modo sunt in nostro intellectu, quam in se ipsis: è contra autem res, quæ sunt supra nos, sed hæc doctrina esset falsa, si species, quibus res sunt in intellectu, non continerent eandem naturam cum rebus, quæ sunt à parte rei, sed essent tantum earum representationes: ergo.

24

Præced.
obiecti. di-
luitur.

Ista sunt motiva huiusmodi dicendi, sed veritatem illius non convincunt: unde ad arg. neg. est antecedens, ad eius probationem dicatur, omnia illa proloquia in sensu possibili, & satis ipsis congruo verificari in nostra sententia. Primum quidem: nam quamvis species mediet inter potentiam, & obiectum, tanquam quid realiter, & adæquatè ab utroque distinctum, non mediat tamen per modum distinctæ causæ, sed per modum virtutis obiecti: effectus autem, qui à virtute alicuius procedit, ab eo propriè dicitur procedere. Cognitum autem est in cognoscente, non per suam entitatem, aut realitatem, sed per sui representationem, & intentionalem similitudinem, & hæc etiam ratione intellectus trahit illud ad se, & fit omnia quæ cognoscit: non autem per identitatem. Neque hoc aliter est intelligibile, aut aliquatè necessarium, si ve ut cognitio elevetur, si ve ut à voluntate, & ab alijs potentis cognoscitivis distinguatur.

Exponi-
tur Ang.
Doct.

Ad authoritates D. Thomæ dicitur: ad primam quod verba illa

loc. citat. non inveniuntur, ut constabit legenti. Quod si alibi dicta inveniuntur, intelligenda sunt, quod species rei intellectæ est in esse representativo quidditas eius, in quantum eius quidditatem representat; & hac ratione sunt intelligenda verba eiusdem S. Doct. loc. cit. ex *contra Gent.* Quæ expositio expressè reperitur apud eundem *quest. 8. de Verit. artic. 11. ad 3.* ibi: *Inter cognosens, & cognitum non requiritur similitudo, quæ est secundum convenientiam in natura, sed secundum representationem, constat enim quod forma lapidis in anima est longe alterius naturæ, quam lapis in materia.* Ita S. Doct.

Aliud autem testimonium ex *quest. 8. de Verit.* solum probat quod species, per quam alicuius rei quidditas cognoscitur, debet illi assimilari in esse representativo, non solum secundum gradum genericum, sed etiam secundum differentialem; & huius defectu rectè intulit, quod unus Angelus non potest alterum per propriam substantiam cognoscere: sed hoc longe distat ab intento oppositæ sententiæ. Ad ultimam dicatur, sicut ad primam, & secundam, quod modus esse naturæ in conceptu est modus magis elevatus, quam modus esse naturæ in alia similitudine: conceptus enim illi assimilatur, non solum in accidentibus externis, sed & in ipsa quidditate rei.

Ad primam rationem in oppositum dicatur in primis instari: nam intellectus in specie expressa non solum cognoscit obiectum sub modo esse intentionali, sed etiam naturali; & tamen ut hæc sententia fateretur, ibi solum modo intentionali, & non modo naturali reperitur obiectum: non ergo requiritur, quod id, quod cognoscit intellectus in specie, verè in ea sit, sed sufficit esse in ea representativè, hoc est quod in ea representetur; quod de modo naturali a fortiori teneatur dicere; insuper, & requiritur quod species sit ex se

Compara
tu. ex
ut. S.

25

Satis fit
1 Rat.

P

pro.

proportionata cum intellectu: his enim stantibus est medium *in quo*, aut *quo* intellectus contempletur obiectum.

Satis fit

2.

Ad secundam disting. est mai. id quod in se continet *subiectivè*, & *intrinsecè*, neg. mai. *determinativè*, & *extrinsecè*, concedo, & concessa min. neg. est consequentia: species enim eo præcipue datae sunt à natura, ut aliud à se repræsentent, & minus principaliter, ut in se sint, & se ipsas repræsentent: unde quod primario per illas repræsentatur non est id quod subiectivè sunt, sed ad quod repræsentandum terminantur, quod est obiectum à se ipsis distinctum.

Satis fit

3. & ultimæ.

Ad tertiam dicatur, quod status naturæ, prout in intellectu, qui contra reliquos status dividitur, non est naturæ in specie subiectivè accepta, sed vel prout terminat repræsentationem speciei, vel cognitionem intellectus sub qua ratione, non est diversa à natura, quæ est à parte rei, vel secundum se accepta, seu metaphisice, sed eadem. Ad ultimam dicatur; quod licet res non habeant aliquod esse subiectivum, & intrinsecum in specie, sed pure repræsentativum, & extrinsecum; intellectus tamen eas cognoscens, non cognoscit illas, solum sub modo essendi repræsentativo, sed etiam sub modo essendi naturali, quem in se habent, & per speciem repræsentantur. Res ergo cognita per intellectum, quæ est eadem cum ipsa à parte rei, si sit inferior nobis, perfectius habet esse, ut terminans cognitionem, quam in se: terminat enim cognitionem sub abstractione à materia, saltem individuali, per quam in se contrahitur, & limitatur. Quare verum est principium D. Thomæ; sed intelligendum est de perfectiori modo, non respectivè ad rem cognitam, sed absolute, & à toto genere entis, ea ratione, qua ens immateriale excedit materiale.

26

Pro 5. modo dicendi obiectio.

Tandem in favorem ultimi modi dicendi obijcies. Ea, quæ perfecte assimilantur in natura, univocè conveniunt; sed species intelligibilis

perfectè assimilatur obiecto in natura: ergo. Mai. est certa: tum quia à perfectè similibus in aliqua natura potest abstrahi unus conceptus, qui aequaliter, & simpliciter dicatur de illis: tum quia similitudo subdatur in unitate: ergo perfecta similitudo in perfecta unitate, quæ saltem est univoca. Min. autem probatur; quia nullum est prædicatum essenziale in obiecto, cuius species non sit perfecta similitudo: cum enim ad eius cognitionem, ratione assimilationis ducat, & ducat ad perfectam cognitionem omnium prædicatorum eius; omnium debet esse perfecta similitudo. Confirmatur. Quia si similitudo analogæ sufficeret ad conceptum speciei intelligibilis, quilibet effectus posset esse species suæ causæ, & species repræsentans tantum rationem aliquam analogam, posset deservire ad quidditativam cognitionem: & tandem non repugnaret species creata quidditativa Deo: qualibet enim creatura analogice Deo assimilatur; sed omnia ista sunt aperte falsa: ergo inter speciem, & obiectum requiritur plusquam analogica similitudo; ac proinde univoca.

Respondetur distinguendo mai. *phisicè*, aut *metaphisicè*, concedo. *phisicè*, aut *metaphisicè*, concedo. mai. *pure intentionaliter*, & *apparenter*, neg. mai. & concessa min. de hac secunda assimilatione, negata tamen de prima, neg. est consequentia: similitudo enim quæ reperitur inter speciem, & obiectum, est tantum similitudo apprensiva, & intentionalis, in quantum per speciem repræsentantur omnia prædicata, quæ in obiecto continentur: non tamen in ea subiectivè, aut formaliter intrinsecè sunt: hæc autem similitudo, non est sufficiens causa univocationis, neque ut talia extrema simpliciter participant rationem illam, in qua assimilantur, sed in uno reperitur simpliciter, & in alio solum secundum quid. Cuius aptum exemplum subministrant colores Iridis, & colli columbarum, qui quo ad apparen-

tiæ:

rientiam sunt perfectè similes coloribus naturalibus, quin ideò univocè conveniant cum eis in ratione coloris: per quod constat ad probationes minoris.

Confirm.
fit satis.

Ad confirm. dicatur, quod similitudo analogæ, cum formali, apparente tamen similitudine, & vera omnium prædicatorum repræsentatione, sufficit ad rationem speciei quidditivæ: secus tamen si in alicujus prædicati essentialis, repræsentatione deficiat; & hac ratione effectus, non est sufficiens ad cognitionem quidditivam causæ, quia solum illam repræsentat inadæquatè, ut contentiva, scilicet, eius: & hac etiam ratione species repræsentans aliquod prædicatum commune insufficientis est ad cognitionem quidditivam. Non posse autem dari speciem creatam quidditivam Dei, provenit, quia continentia prædicatorum Dei, adhuc in esse repræsentativo, in nullo creato potest inveniri: tum propter convenientiam in gradu immaterialitatis, quæ ad hoc requiritur: tum quia est virtus effectiva ex parte objecti se tenens: & tandem, quia quælibet species creata etiam in esse similitudinis est formaliter finita, ac proinde rei infinitæ formaliter dissimilis.

§. IV.

VERA INTELLIGENTIA
differentia assignata à D.
Thoma traditur.

28 **P**RO solutione autem rationis dubitandi, ex qua recta intelligentia pendet; notandum est primò. Quod species intelligibilis, aut qualibet alia ratione cognoscibilis dupliciter considerari potest: aut phisicè, aut formaliter in esse repræsentativo. Primò modo determinatè est accidens, aut sub-

stantia. Secundò autem modo non est formaliter accidens, aut substantia, sed tantum dicit formaliter esse sui objecti similitudinem, & repræsentationem; ratio autem accidentis, aut substantiæ præsuppositivè, & de materiali se habet. Cuius ratio hæc est, quia cum ratio entis phisici, & ratio intelligibilis; non se habeant tanquam superius, & inferius, sed tanquam duæ lineæ ex æquo distinctæ; quælibet illarum habet sua genera, species, & individua, pariter ex æquo distincta, quin unum comparatur ad aliud, ut formaliter contrahibile ad contrahens, iuxta regulam ante prædicamentalem, *genera non subalternatim posita, diversas habent differentias.* Cum ergo ratio accidentis, & substantiæ sint membra formaliter dividenda rationem entis phisici; non pertinent formaliter ad rationem speciei formaliter acceptæ, & ut repræsentativa, quia sub hac ratione, spectant ad lineam intelligibilis.

Undè sequitur quod cum modus essendi per se, aut inhærens in alio pertineant formaliter ad rationem substantiæ, vel accidentis, non sunt modi qui formaliter speciei in esse repræsentativo acceptæ conveniant, sed qui ad illam de materiali, & præsuppositivè se habeant. Quod à posteriori constat; quia si ad formalem conceptum speciei munus inhærentiæ, aut intrinsecæ informationis pertineret; Deus qui inhærens, aut informare non potest; non posset se ipso munus speciei gerere. Insuper, & species repræsentativa substantiæ, si in formali conceptu importaret inhærentiam, importaret dissimilitudinem, quorum utrumque est falsum: habet ergo species formaliter, & in propria sui linea, alium modum essendi in subiecto distinctum à communi modo inhærentiæ, & intrinsecæ informationis, qui ei convenit in ratione entis.

Si autem quæras, qui modus iste specialis sit, & qualiter à primò

Corollarius præced. doctrinæ.

29 Aut interrogat, fit satis.

modo distinguitur? Responderetur quod modus inhaerentiae, sive intrinsecae informationis, qui speciei in esse entis convenit, est modus partis incompletae ordinatae ad componendam tertiam compositam, sive substantiale, quod ex partibus substantialibus resultat, sive accidentale, quod resultat ex subiecto, & accidenti; & ideo modus iste repugnat Deo, ut probat D. Thomas supra *quest. 3. artic. 8.* supra ritum autem modum, ut quid magis perfectum, & elevatum, est aliud, quo species formaliter in esse talis proprio subiecto unitur, qui non est per modum partis incompletae ad compositionem alicuius tertij ordinatae, sed per modum formae pure terminatae in esse obiectivo, cuius muneris, non est intellectui aliquam praestare virtutem, aut illum in suo esse aliquo qualiter constituitur, sed eius constitutione completa supposita illum obiective terminare, & ad sui obiecti, (cuius semen, & similitudo est) communicationem trahere. Quapropter modus iste, recte per unionem personalitatis Verbi ad naturam humanam explicatur, quantum ad hoc, quod est non ingredi per modum partis ad constituendam naturam, sed uniti per modum totius trahendo illam ad sui participationem: ideoque D. Thomas 3. *part. quest. 2. artic. 4. ad 2.* dixit, huiusmodi compositionem esse sicut numeri per additionem unius ad alterum, & non sicut compositio tertij ex partibus, & ideo etiam utraque ista unio per modum personae, & per modum speciei Deo non repugnat.

30 Ex quibus facilis est solutio ad rationem dubitandi: ad quam respondetur bene ubi dictum esse, nam passum ex suo conceptu formali solum habet recipere formam naturalem agentis, non autem formam intentionalem: immo, ut optime advertit D. Thomas 2. *de Anima, lect. 16.* etiam quo admodum recipiendi hanc formam inventum

apertum discrimen ex immaterialitate desumptum; nam passum dum recipit formam agentis, v. g. lignum formam ignis, eam recipit dependenter ab eiusdem ignis dispositionibus, & ideo dicitur eam recipere cum materia, quia licet materia utriusque non sit eadem absolute, fit tamen quodammodo eadem, in quantum similem dispositionem materialem ad receptionem formae requirit. At dum cognoscens recipit aliarum rerum formas, non eas recipit dependenter ab eorundem dispositionibus, quibus in rebus sunt, sed omnino independenter; neque enim requiritur quod in intellectu supponatur aliquis gradus caloris, ut speciem ignis in se recipiat: quare eas dicitur recipere sine materia, cuius ponit Philos. loc. citato aptum exemplum de sigyllo, & cera: non enim eadem est dispositio cerae ad imaginem, quae erat in ferro, & auro; ex quibus est sigyllum. Dum ergo cera imaginem sigylli recipit, dicitur eam recipere sine materia; quia eam solum in quantum imaginem recipit, non autem in quantum auream, aut ferream: sic pariter potentiae cognoscitivae.

Ad replicam, quae contra hoc fit de aere, & speculo recipientibus formas intentionales, dicatur eas recipere, materialiter, & in esse entis, non autem formaliter, & in esse representativo; quia eas recipiunt pure per inhaerentiam, quae illis in esse entis correspondet, non autem per terminationem, quae est propria illarum formaliter in esse intelligibili. Unde deducitur, quod aer, & speculum recipiant formas intentionales, faciendo eas proprias per inhaerentiam, componendo cum eis, & eas limitando: At cognoscencia eas recipiunt, non limitando, aut eas faciendo proprias, sed potius per eas trahuntur, ad esse intentionale obiecti, cuius species sunt representationes. Sicut neque huma-

31
Replice
antea poli
tae sit satis

30
Auth. se-
lut. ad rat.
dubitandi

nitatis facit sibi propriam subsistentiam verbi, aut eam aliquammodo limitat, sed potius ipsa trahitur ad esse subsistentiam. In quo sensu hæc solutio, non est petitio principij, sed traditur per propria specierum, & naturarum intelligentium, prout à formis naturalibus, & earum passivis distinguntur.

Expedi-
tur pars.
Ration.
habet.

Ad secundam partem rationis dubitandi facilior est solutio, nam D. Thomas non dixit quod cognoscencia debeant suscipere in se formas aliarum rerum, hoc enim est falsum, tam in Deo, quam in Angelis, dum se ipsos cognoscunt, sed solum dixit, quod debent habere in se aliarum rerum formas: quod verificatur, tam de Deo, cuius essentia est forma intelligibilis, eminenter continens omnium rerum creaturarum naturam, & etiam in Angelis, quorum essentia est forma intelligibilis, tam sui, quam aliorum, secundum rationem genericam.

32
Contra
solutionem
multipliciter
arg.

Sed contra doctrinam cui præcedens solutio innititur replicabis. Primò. Quia species formaliter ut talis est qualitas representativa collocata sub genere qualitatis, & in prima eius specie: ergo ut talis inhæret. Secundò. Quia ideò species formaliter non inhæret, quia prout sic non est determinatè accidens, nec substantia, sed complementum, & terminus in genere intelligibilis; at hæc ratio est nulla: ergo. Probatur min. nam scientia ut sic, non est determinatè substantia, vel accidens: nec relatio ex proprio conceptu est inhærens, vel subsistens, nec subsistentia ex vi suæ rationis formalis petit identitatem cum natura, aut informationem, sed illam substantialiter complere; & tamen scientia creata formaliter est accidens, & inhærens, cum sit habitus, & qualitas, & relatio increatis formaliter etiam inhæret, & subsistentia creata complet etiam formaliter in formando, cum sit modus: ergo licet species ex

se, solum petat complere, & illi accidat quod sit substantia, vel accidens, species tamen creata formaliter, & in proprio genere erit accidens, & inhærens.

Tertiò. Quia cognoscitivum 3. Arg. proximum quamvis dicat ordinem ad obiectum, est tamen differentia contrahens; formaliter, & per intrinsecam genus qualitatis, sicut cognoscitivum radicale genus substantiæ: ergo licet representativum cum obiecto commensuretur, erit differentia contrahens per intrinsecam idem genus qualitatis. Patet consequentia: tum à paritate; tum quia complementum, & potentia quæ completur pertinent ad idem genus; sed species, ut talis, est complementum cognoscitivi proximi: ergo. Tertio probatur min. quia intellectum informari specie intelligibili ad cognoscendum traditur à D. Thomâ hic *artic. 2. & infra quest. 35. & in 1. distinct. 35. quest. 1. artic. 1. & quadlib. 7. artic. 2.* & pluribus alijs in locis; at ibi loquitur D. Thomas de specie intelligibili formaliter accepta: tum quia sensus formalis magis est proprius D. Thomæ. Tum quia loquitur de ea, prout facundat ad intellectionem, & prout intellectum trahit ad esse obiecti; quæ conveniunt speciei formaliter in esse talis: ergo.

Sed hæc talia non sunt. Quod 33
nos cogant communem doctrinam
Thomistarum deserere. Undè ad
Argumentum
occurrit
tur.
primum negandum est antecedens. Nam species formaliter ut talis, non est contractiva generis entis, quod qualitas formaliter contrahit, sed generis intelligibilis. Undè nec est formaliter qualitas, sed tantam præsuppositivè. Ad secundam disting. est mai. ly prout sic determinante genus diversum ab eo in quo accidens, & substantia collocantur, concedo mai. determinante rationem aliquam substantiæ, & accidenti formaliter communem, neg. maiorem, & sub eadem distinctione min. neganda est consequentia.

Simili 1. In quo deficient duo priora exempla : nam scientia in ea præcisione, qua à substantia, & accidenti præscindit, determinat aliquid ad genus entis pertinens, quia de suo formali conceptu, habet munus virtutis; de ratione autem virtutis est quod sit subiecto, cui convenit, intrinseca, aut per identitatem, dum est actus purus, aut per intrinsecam informationem, si à subiecto realiter distinguitur. Constituant enim cum illo tertiam naturam ex subiecto, & accidenti resultantem; cuius contrarium accidit in specie impressa, ut iam vidimus: & huius à posteriori est evidens signum, nam Deus qui in intellectu creato potest gerere munus speciei impressæ, gerere tamen munus scientiæ, propter disparitatem assignatam, non potest.

34. Occurritur 2. simili. Secundum etiam exemplum deficit, quia ratio, etiam prout à substantia, & accidenti præscindit, est determinate de linea, entis, aut substantialis, qualis est Divina, aut accidentalis, qualis est creatæ, quæ ideo determinatum constituit prædicamentum. De subsistentia autem, aliter dicendum existimo: nam licet sit formaliter de genere entis, nihilominus formaliter non habet informare, et si sit creatæ; sed munus eius proprium est terminare naturam informatione præsuppositivè se habente: non enim habet formaliter constituere per modum partis incompletæ, sed per modum complementi naturam iam constitutam terminare: in quo, & parificatur speciei. Ad tertiam concessio antecedenti neg. est consequentia. Ad primam eius probationem, quæ quærit disparitatem, iam constat ex dictis. Ad secundam disting. est mai. Complementum quod reducitur ad naturam rei, quam complet, concedo maiorem: quod reducitur naturam, quam complet ad naturam alterius, neg. mai. & disting. eodem modo minorem, neganda est consequentia. Primò modo punctum habet complere lineam, & ideo

ad eius speciem pertinet: at species impressa, non complet hoc modo intellectum, sed potius illum reducitur intentionaliter ad speciem obiecti, cuius illa est similitudo: unde non oportet, quod quamvis intellectus pertineat ad genus qualitatis, pertineat etiam species formaliter accepta. Et instatur in essentia Divinæ, dum gerit munus speciei impressæ, aut verbi respectu beatorum, & in subsistentia verbi terminante humanitatem, quæ non reducuntur ad speciem naturarum, quas terminant, sed potius naturas ipsas ad suum esse reducunt. Authoritates autem D. Thomæ intelligendæ sunt de informatione antecedenter, seu committanter habita: vel si formaliter, non de informatione per modum inhærentiæ, sed per modum formæ puræ terminantis, nam cum istum tribuat species per suam entitatem, ideo dicitur illum tribuere per modum formæ, aut formaliter.

§. V.

SECUNDA PARS DUBIJ
resolvitur, & explicatur.

IN hac secunda Dubij parte explicanda est radix dictorum in priori, qualiter scilicet immaterialitas sit ratio recipiendi alia à se, & cognitionis. Pro quo supponendum est primò. Quod eadem est radix, & ratio activæ cognitionis, & passivæ cognoscibilitatis in actu: nam ut ait D. Thomas *hic art. 3. Unumquodque est cognoscibile secundum modum sui actus, ut dicitur 9. Metaph. text. 20.*; sed actualitas cuiuslibet rei, tanta est, quanta est ab omni materia, & potentia separatio, in qua consistit ratio cognoscibilis: ergo eadem est ratio cognoscibilitatis in actu, & activæ cognitionis. Diximus in actu, ad excludendas res materiales, & corporeas, quæ solum sunt cognoscibiles in potentia, & redduntur cognoscibiles in actu per abstractionem à materia, cui sunt concreta.

Cum

35. Nota-
bile pro
resolucio.
difficult.

36
Alia duo
notabilia.

Cum autem immaterialitas multipliciter soleat accipi; explicandum est, sub qua acceptione, ea utitur D. Thomas, & pro medio accipit, ut illius ratio convincat intentum. Circa quod certum est primo. Quod immaterialitatis nomine, non accipit purum recessum à materia, ut dicit præcissam eius negationem; & ratio est evidens: quia immaterialitas hic ab eo sumitur, pro illo prædicato, quod est ratio, & radix cognitionis; sed pura negatio, nequit esse radix alicuius prædicati positivæ: ergo. Secundo est non minus certum immaterialitatem non accipi, pro eodem, ac spiritualitas. Quod etiam constat: nam ex immaterialitate quam pro medio accipit, non solum probat cognitionem intellectivam, sed etiam sensitivam; ut in brutis; ut ex eodem S. Doct. hic constat; sed in brutis, aut in cognitione sensitiva, non reperitur immaterialitas sumpta pro spiritualitate: sunt enim adæquatè corporæ: ergo.

37
Alia duo
notabilia.

Tertio est etiam mihi certum, quod sub nomine immaterialitatis non intellexit D. Thomas rem constantem ex partibus ethereogenicis, & organizatione; tum quia sic non probaret Deum esse cognoscitivum, cum in Deo non sint tales partes, sed summa simplicitas: tum quia organizatio, potius esset effectus animæ ut sic, quam radix cognitionis: unde & reperitur in plantis, in quibus nulla est cognitio. Quarto. Etiam est certum contra P. Rivadeneyra, non sumi immaterialitatem pro eodem, ac perfectio: tum quia D. Thomas 1. contra Gent. cap. 48. ratione 4. probat Deum esse intellectivum, quia est immaterialis, & Ratione 5. id ipsum probat, quia est summe perfectus: non ergo pro eodem accipit immaterialitatem, & perfectionem: tum quia ex summa Dei perfectione æquè probatur eum esse intellectivum, unum, vel immensum, vel quodlibet aliud attributum; sed immaterialitatem assump-

sit D. Thomas, tamquam medium speciale, quo intellectum in Deo probaret; alias perfecte de eius radice non illuminaret, sed in communi; & in consilio: ergo.

Dicendum ergo existimo iuxta mentem D. Thomæ, quod immaterialitas, ex qua cognitionem probat, accipitur pro elevatione formæ supra materiam in agendo, & recipiendo: materialitas autem, quam ponit impedimentum cognitionis, accipitur pro immersione formæ in materia, & comprehensione ab ipsa in agendo; & recipiendo. Illa autem forma elevatur supra materiam in agendo, quæ elicit aliquas operationes, ad quas non pertingunt, qualitates materiæ, ut calidum, frigidum, humidum, siccum, rarum, densum, grave, & leve, & his similia. Et è converso, formæ illæ sunt totaliter immerse in materia in agendo, quæ nihil agere possunt, nisi id, ad quod huiusmodi qualitates pertingunt.

Pro cuius ampliori intelligentia attendendus est mirabilis rerum ordo, quem docuit D. Thomas 2. contra Gent. cap. 68. & etiam insinuat 1. part. quæst. 78. artic. 1. docens quod inter omnes formas infima est, quæ nullam operationem exercet sine prædictis qualitatibus, quæ sunt dispositiones materiæ; & istæ sunt formæ elementorum. Post istas sequuntur formæ mixtorum, quæ aliquantulum elevantur ad agendum supra qualitates materiæ ex impressione corporum Coelestium, sicut Magnes, vel Adamas trahit ferum: super has sunt formæ vegetativæ, quæ licet ad suum esse requirant qualitates elementares; operantur tamen aliquos motus, & operationes virtutè propriæ, ad quas prædictæ qualitates non sufficiunt, ut nutritionem, & augmentum; super istas sunt formæ sensitivæ, quæ sunt potentes ad aliquas operationes, ad quas prædictæ qualitates solum dispositivè, non autem formaliter concurrunt; eliciuntur enim medio organo corporeo, quod requirit debitum temperamentum, ut vide-

38
Resolutio
Auth. ex
D. Thom.

39
Doctrina
pro discor-
rum intel-
ligentia.

de.

dere, & audire. Tandem supra omnes istas sunt formæ cognoscitivæ, ad quarum propriam operationem non requiruntur dispositiones materiæ, neque formaliter, neque ex parte organi, seu instrumenti, cum non eliciantur medio organo corporæ. Ex quibus aperte constat, quod formæ illæ sunt magis elevatæ supra materiam in agendo, & minus ab ea comprehensæ, quæ minus ab eius qualitatibus dependent, ut suas operationes exercent.

40
Idem per
sequitur
intentum.

Elevatio autem formæ supra materiam in recipiendo, quæ etiam ad rationem cognitionis requiritur, in duobus consistit. Primo in eo quod recipiat independentem à dispositionibus materiæ, sub quibus forma naturaliter reperitur in subiecto. Nam dum talis forma dependenter ab his dispositionibus recipitur, dicitur connaturaliter recipi, ut forma ignis in ligno, quia recipitur medio calore, sub quo connaturaliter est in subiecto. Quæ conditio expresse traditur à D. Thoma 2. de Anima, lect. 16. ubi supra num. 30. relatis. Secundo consistit in eo quod forma illa non recipiatur modo communi, qualiter recipiuntur formæ naturales in subiecto, quod illas coarctat, & facit sibi proprias, & alteri incommunicabiles, sed modo elevatori, & sine hac determinatione; quod contingit, quia recipiuntur, ut representativæ aliorum, & trahendo intellectum ad esse intentionale obiecti, & non pure entitativè ipsum qualificando; qui modus receptionis est etiam elevatus supra materiam, quia proprius modus recipiendi materiæ, & cuiuscumque rei materialis est limitando, & coarctando formam, quam recipit, faciendo illam sibi propriam, & alteri incommunicabilem. Quæ doctrina etiam deducitur, ex D. Thoma quæst. 2. de Verit. artic. 2.

41
Ratio D. Thomæ sic formari, & explicari potest. Formam aliquam posse agere, & recipere independentem

à materia, est formam illam esse elevatam supra materiam, & aliter qualiter immaterialem; sed formam esse cognoscitivam, provenit ex eo quod possit agere, & recipere independentem à materia: ergo esse cognoscitivam provenit ex immaterialitate. Mai. constat inductione supra facta à D. Thoma: eo enim forma magis materialis est, magisque à materia comprehensa, quo minus potest agere, & recipere independentem à materia. Min. autem probatur: nam posse agere independentem à materia est formam esse potentem ad aliquas operationes, ad quas nullatenus pertingunt qualitates materiæ; & pariter posse recipere, est independentem ab huiusmodi dispositionibus, & sine limitatione, & coarctatione rei receptæ; quæ omnia ex dictis constant; sed cognoscere dicit formaliter actionem omnino independentem à materia, & præsuppositivè, & consequenter recipere formas obiectorum independentem à qualitatibus materiæ, sine ulla limitatione, & appropriatione; sed potius secundum quod sunt alterius, & ad illud cognoscendum ordinatæ: ergo.

Confirmatur primo. Formæ illæ 42
quæ sunt magis coarctatæ, & limitatæ in agendo, & recipiendo, sunt magis coarctatæ in essendo: & è converso, formæ illæ, quæ habent maiorem amplitudinem in agendo, & recipiendo, sunt etiam minus coarctatæ in essendo; sed formæ illæ quæ minus dependent à qualitatibus materiæ in agendo, & recipiendo, sunt in hoc munere minus coarctatæ, quam formæ, quæ ab his qualitatibus dependent: ergo, & in essendo. Tunc sic; sed formæ coarctantur quæ ad esse per materiam, & sunt minus coarctatæ per maiorem independentiam ab ipsa: ergo formæ magis materiales sunt magis coarctatæ in operando, & recipiendo, & minus immateriales sunt minus coarctatæ: ergo cum cognoscere importet quandam extensionem, &

eius aperitur.

Confirm.
1. ratio.

& amplitudinem in operando, & accipiendò, quia dicit esse quodammodo alia; formæ magis materiales sunt minus cognoscitivæ, & magis cognoscitivæ, minus materiales.

43
Confirm.
2. Confirmatur secundo. Quia plantæ in suo esse sunt magis materiales, quam sensus; in suo agere, & recipere magis dependent à materia, quam sensus: Ideoque sensus est cognoscitivus, secus vero plantæ. Et quia sensus est magis materialis in suo esse, quam intellectus, est magis dependens in suo agere, & recipere à qualitatibus materiæ; cum suas operationes exerceat medio organo corporeo, ad quod debitum temperamentum requiritur, non autem intellectus: Ideoque intellectus magis cognoscitivus est, quam sensus. Et tandem inter intellectus ipsos, magis intellectivus est Angelicus, quam humanus, quia magis à materia independens: ergo immaterialitas sic explicata infert cognitionem, & materialitas eam impedit. Bene ergo D. Thomas ex immaterialitate, quæ reperitur in Deo intulit in ipso rationem cognoscitivam.

§. ULTIMUS.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

44
i. Obiect.
cõtra re-
solut. Au-
thor. **S**ED contra præcedentem doctrinam obijcies primò. Dantur plures res immateriales non cognoscitivæ, & aliqua cognoscitivæ non immateriales: ergo immaterialitas non est ratio cognitionis. Consequentia est evidens, & antecedens quò ad primam partem probatur: tum in voluntate: tum in omnibus eius habitibus, & actibus: tum in intellectu agente: & tandem in speciebus intelligibilibus; omnia enim ista immaterialia sunt, & non cognoscitiva. Quò ad secundam partem etiam probatur in brutis, & in sensibus, quæ materialia sunt, & tamen sunt cognoscitiva.

Respondetur solutione communi disting. antecedens, quò ad primam partem: res immateriales, quæ sint *accidentia*, concedo antecedens; quæ sint *substantia*, neg. antecedens, & consequentiam. Ratio enim D. Thomæ probat ex immaterialitate substantiali, & non ex accidentali. Si autem quæras rationem? Respondetur eam esse, quia cognoscibilitas activa, seu intellectus, cum sit prima proprietas, debet immediatè radicari in substantia, & non mediante alia: undè solum potest probari à priori per immaterialitatem substantialem, & non per accidentalem. Nec refert si dicas, quod personalitates Divinæ, & omnia Dei attributa, sunt immaterialia immaterialitate substantiali; & tamen sunt cognoscitivæ. Nam respondetur, quod licet entitative sint substantia, & entitative cognoscitivæ; quia tamen formaliter habent modum accidentium, quò ad radicationem in Divina substantia, ideò quò ad munus radicandi cognitionem formaliter, per inde se habent, ac si essent accidentia.

Quò ad secundam autem partem distinguend. est etiam antecedens: formæ brutorum sunt materiales sumpta materialitate, *pro conjunctione earum cum materia*, concedo antecedens, *pro dependentia in agendo, & recipiendo ab illius qualitatibus*, neg. antecedens, & consequentiam. Quia licet istæ formæ, non possint esse sine materia, non tamen ita sunt illi immersæ, quòd non possint agere, & recipere independentè ab illius qualitatibus. Sensatio enim non completèr aliqua qualitate materiæ, nequè species sensibilis media aliqua materiali dispositione in eis recipitur.

45
Sed contra instabis primò. Forma, quæ omnino dependet à materia in essendo, omnino dependet ab illa in operando: operari enim sequitur ad esse, & est iuxta modum illius; sed formæ brutorum

Solutio 1.
Obiect.

Alteri ob-
iecti parti
satis fit.

Instab.
multifarie

omnino dependent à materia in essendo; non enim possunt connaturaliter sine illa existere: immo, est sententia probabilis, non posse adhuc de potentia absoluta: ergo. Secundo. Quia si formam esse immaterialem immaterialitate radicante cognitionem, est posse agere, & recipere, independenter à qualitatibus materiæ, sequitur plantas esse cognoscitivas: istæ enim operantur nutritionem, & augmentum, ad quod qualitates materiæ, aut non pertingunt, aut non sufficiunt, ut supra ex D. Thoma vidimus: & eadem ratione Magnes erit cognoscitivus, cum attractio ferri sit operatio supra qualitatem materiæ. Immo, & formæ elementales, cum etiam excedant qualitates materiæ in agendo, & recipiendo: ignis enim non solum calefacit, sed & illuminat; ad quod non sufficiunt qualitates materiæ. Aer etiam, & aqua, species intentionales emittunt, & illuminationem recipiunt independenter ab eisdem qualitatibus: immo etiam omnia elementa species intentionales ex se emittunt.

46
r. Replicam
diluitur.

Ad primam replicam disting. est mai. forma omnino dependens à materia in essendo, dependet ab ea in operando, si sit ab ea omnino comprehensa, concedo maiorem, si non sit omnino comprehensa, eam subdit. dependet formaliter, vel antecedenter, concedo mai. formaliter præcisè, neg. mai. & sub eisdem distinctionibus min. neg. est consequentia. Formæ enim quæ sunt totaliter à materia comprehensa (si quæ sunt) nihil operari possunt, ad quod materiæ qualitates non pertingunt; at formæ illæ, quæ ab ea non sunt totaliter comprehensa, licet sint quo ad esse ab ea dependentes; quo ad operari tamen formaliter supra illius qualitates elevantur, non autem antecedenter: unde sensus antecedenter dependet à debita dispositione organi corporalis, quæ fit medio reimpimento caloris, & humiditatis, &c. Immo, & ipse intellectus

humatus, quia est potentia formæ incompletæ, & quo ad esse dependens à materia; non est omnino immunis à tali dependentia, quamvis sit magis remota, in quantum in acquisitione specièrum dependet etiam à Sensibus.

Ad secundam neg. est sequela. 47
Ad omnia exempla in contrarium adducta respondetur in communi, quod licet elevatio formæ supra materiam in agendo, & recipiendo, sit ratio cognoscibilitatis, non sequitur quod quæcumque elevatio activam cognoscibilitatem radicet, sed talis, & tanta. Sicut licet à perfectione formæ proveniat, quod sit perpetua, & incorruptibilis, non sequitur quod ex quacumque perfectione perpetuitas, & incorruptio eius oriatur; & licet à perfectione Virtutum, & earum intentione proveniat quod sint in gradu heroyco, non sequitur quod quæcumque perfectio, & earum intentio eas in gradu heroyco constituat. Et pariter licet ex gratia etiam proveniat, quod aliquis sit Sanctissimus, non sequitur, quod quæcumque gratia ad id sufficiat, sed talis ac tanta: sicut ergo potest aliquis habere formam perfectam, virtutes, & gratiam in aliqua intentione, quin propterea reddatur incorruptibilis, heroycus, aut sanctissimus; quia omnia ista habere potest non in illo statu, & determinata perfectione, in quales effectus præstant; sic pariter possunt aliqua entia habere immaterialitatem consistentem in elevatione supra conditiones materiæ in agendo, & recipiendo, quin pertingant ad rationem cognoscitivi: quia nimirum, talem elevationem non habent in ea perfectione, & gradu requisitis ad radicandum cognitionem: & sic contingit in exemplis adductis.

Quod amplius constabit in particulari ad ea breviter descendendo; & quo ad primum dicimus, sigillatim plantas non cognoscere: quia licet occurrerent in agendo augmentum, & nutritionem aliquantulum eleventur supra

mae

materiam; in recipiendo tamen ab eius qualitatibus dependent, *patentur enim cum materia*, ut ait Philof. 2. de Anima, text. 24. Atractio autem ferri, quam Magnes operatur, licet defacto fiat independenter à qualitatibus materiæ; potest tamen medijs illis fieri, ut notavit Ferrariensis loc. citat. ex *contra Gent.* Deinde non fit à Magnete virtute propria; sed virtute corporum Coelestium, ut ibidem notavit D. Thomas. Cognoscencia autem sunt independentia à materia, non solum in agendo, sed etiam in recipiendo; & operationes eius tales debent esse, quod excedant virtutem qualitatum materiæ, & eas sive virtute propria, sive ab extrinseco infusa taliter efficiant, quod ad id prædictæ qualitates non possint sufficere.

Alteri
exemplo
occurrit.

In Elementis autem, inter quæ ad invicem reperitur excessus, & defectus; ignis habet in illuminando elevari supra qualitates materiæ; non autem in recipiendo. Aer tamen, & aqua; è converso; in accipiendo enim species intentionales aequaliter elevantur; non autem in agendo proprias operationes; immo, adhuc modo materiali recipiunt: quamvis enim non recipiant prædictas species dependentes à qualitatibus materiæ; recipiunt tamen eas faciendo sibi proprias, & illas determinando: cum eas recipiant communi modo accidentium, per informationem, scilicet, & non per terminationem, qui est proprius modus recipiendi materiæ.

Ut exem-
plo occur-
situr.

Ad id autem, quod additur de speciebus intentionalibus, dicitur: quod alia Elementa ab igne non producant species intentionales, nisi tangibiles, & audibiles: ad harum autem productionem sufficiunt qualitates materiæ: nam tactus immutatur medio calido, & frigido, & auditus media duritie, & molitie, phisica corporum collisione supposita. De igne autem aliqui existimant producere species visibiles, sed probabilius videtur

eas in sua puritate non producere, sed secundum quod est admixtus aliena materia; quod tradidit D. Thoma loc. citat. ex *contra Gent.* & addi potest quod etsi tales species produceret, non produceret virtute propria, sed corporum Coelestium.

Secundo obijcies. Immersio formæ in materia non est impedimentum cognitionis: ergo elevatio eius supra materiam non est ratio cognitionis. Teneo consequentia, & antecedens probatur. Nam anima, dum est corpori unita; magis immersa est in materia, quam dum est ab eo separata; magis enim dependet ab ea in operando, etiam intelligibiliter, cum saltem remote dependeat à sensibus; & tamen dum est corpori unita perfectius intelligit, quam dum est ab eo separata, ut colligi videtur ex D. Thoma 1. part. *quest. 89. artic. 11*: ergo.

Confirm. primo: Omnes Angeli sunt æqualiter independentes à materia in agendo, & recipiendo: nullus enim eorum aliquam dependentiam importat; & tamen non omnes sunt æqualiter intellectivi: ergo. Confirm. secundo. Etiam omnes animæ rationales sunt æqualiter dependentes, vel independentes à materia in operando, tam dum ei uniuntur, quam dum ab ea sunt separatae; & tamen non sunt æqualiter intellectivæ, saltem dum sunt unitæ, cum videamus unum hominem alio perfectius intelligere: ergo.

Respondetur neg. antecedens. Circa cuius probationem est magna controversia apud Theologos. *loc. citat.*: alijs afferentibus, animam in statu separationis, antequam intelligere: iuxta alios perfectentiam nulla est difficultas in arguendo: alijs autem, quorum sententia est, quod in statu conjunctionis; in arguendo, quod cum anima, arg. dicendo, quod ter forma rationalis sit naturaliter corporis, & incompleta, petit cog. naturaliter intelligere per se.

49
2. Obiect.

Confirm.
dupliciter

50
Solvitur
2. obiect.

species à sensibus abstractas; & ideo hæc unio cum corpore in causa est, ut sit minus perfecte intelligens, quam aliæ formæ, quæ tantam unionem non exigunt; non tantum est in causa, ut imperfectus se ipsa separata; intelligat: quia licet per separationem aliquantulum liberetur à materia; educitur tamen extra naturam statim operandi; & essendi; qui ei magis convenit.

Occurrit
ur utri-
que con-
firm.

Ad primam confir. dicatur omnes Angelos esse æquales in elevatione supra materiam secundum id quod elevatio dicit de exclusionem, & recessu ab illa; non autem secundum id quod dicit de actualitate, & accessu ad modum operandi Dei: intelligibilitas autem activa, licet primum connotet, magis in secundo radicatur. Ad secundam dicatur, quod si animæ sunt intrinsecè inæquales in perfectione; minus perfecta, magis est comprehensa à materia, quam perfectior; & ideo minus intelligit, quam alia; si autem sunt æquales intrinsecè, inæqualitas in cognitione etiam provenit à magis; vel minus perfecta sensuum dispositione, & corporis temperamento; quod est etiam magis, vel minus à qualitatibus materiæ comprehendendi.

51
est.

3. Obj.

Tertio objicies, Si elevatio formæ supra materiam in agendo, & recipiendo, esset ratio cognitionis, implicaret substantia immaterialis non cognoscitiva; sed hoc est falsum: ergo. Probatur: tum quia si assignatur implicationis ratio: tum quia non repugnat substantia immateriali non operativa operationi materiali; ergo, & non cognoscitiva. Patet consequentia, & antecedens probatur: non repugnat substantia materiali; operatione materiali; Cognitione operativa materiali; Cognitionem enim Empyreæ juxta D. Thomam in 2. dist. 2. quest. 2. artic. 3. operativum non est: ergo. Tum quia licet repugnet substantia immateriali non operativa operatione materiali, non sequitur quod esset in-

reflectiva; posset enim alias exercere operationes, ut motus aliquos locales spirituales, vel productionem aliorum accidentium etiam spiritualium. Tandem quia non repugnat substantia spirituali, quæ licet ex conceptu generico excedat omnem substantiam materiale, ex conceptu tamen differentiali ab ea simpliciter excedatur; sed hæc non esset intellectiva, cum substantia intellectiva debeat simpliciter excedere omnem substantiam non intellectivam: ergo. Maior probatur. Quia licet substantia naturalis ex conceptu generico supernaturalia accidentia excedat; ex conceptu tamen differentiali, & simpliciter iuxta aliquos, ab illis exceditur; & idem constare potest alijs exemplis: ergo.

Respondetur neg. min. ad primam probationem dicatur, rationem implicationis (alijs omisis) constare ex dictis; quia implicat substantia immaterialis, quæ non sit receptiva formæ alterius, & quod ergo illam sic acceptam, aut per illam agere non possit: hoc enim quædam extensio; & elevatio est in agendo, & recipiendo supra materiam, quod negari non potest substantia illi immateriali: ergo esset intellectiva. Tenet consequentia ex dictis. Deinde, quia illa substantia esset actu intelligibilis, non enim haberet materiam, quæ hoc impediret: ergo, & intellectiva. Patet consequentia: tum quia non nisi actualitas requiritur ad secundum, quam ad primum.

Tum quia si esset actu intelligibilis, esset respectu alicuius intellectus, non alterius, quam sui ipsius, quia alterum intrinsecè terminare non posset, ut constat in Angelis: ergo respectu proprii.

Ad secundam neg. est antecedens ad eius probationem, iterum nego antecedens, neque D. Thomas loc. citat. negavit Cælo Empyreæ virtutem radicalem operativam, sed illud de facto operativum, sic enim habet ibi ad secundum: *Luce Cæli Empyreæ non est per modum ful-*

52

Dirigitur
2. minoris
prob.

Dirigitur
2. minoris
prob.

ful-

fulgoris irradiantis in alia corpora: & ideo neque etiam illuminationem in naturalia corpora influit: quia cum sit virtuosissimum, & maximum, sine lumine solis omnia illuminaret: ubi concedit Cœlum Empyreum esse virtuosissimum; ac proinde non negat virtutem radicalem operandi, sed solum operationem: immo, quo ad hoc opinionem istam expressè correxit 1. part. quæst. 66. artic. 3. ad 2. ubi concedit quod Cœlum Empyreum, quia supremum inter corpora, influit in ea sine motu permanentiam, & perpetuitatem; quamvis ibidem etiam asserit esse oppositum probabile, scilicet, quo ad non influere, non quatenus quo ad non habere virtutem influxivam.

Nec refert si contra hoc obijciatur, quod ex hoc inferret primo, quod Cœlum Empyreum sit perpetuo violentum; careret enim perpetuo operatione sibi connaturaliter debita: & secundo quod natura illius esset frustra: frustra est enim natura, quæ non reducitur ad operationem: qua ratione probat D. Thomas 3. part. quæst. 9. artic. 4. quod frustraneus fuisset intellectus agens in Christo Domino, si actu sua operatione perpetuo careret. Nam responderetur quod præterquam quod, fortassis propter ista, & alia similia D. Thomas prædictam sententiam retractavit: ideoque eam non tenemur solvere; quia tamen eam probabilem existimavit, probabiliter etiam solvi possunt, dicendo neutrum sequi inconueniens. Non primum: quia licet substantia illa, quæ caret operatione sibi, & propter se debita, esset violenta, si perpetuo ea careret; secus tamen si operatio illa, non esset debita propter se, sed propter aliud, & ad illud aliud necessaria non foret. Operatio autem Cœli Empyreici, non est ei propter ipsum debita, sed propter ministerium hominum, & inferiorum corporum conservationem: cumque ad finem istum non sit necessaria, etsi ea careat, non remanebit vio-

lentum; sicut dicitur de motibus Cœlorum post finem mundi.

Neque secundum: quia licet substantia illa non operaretur; deserviret tamen ad aliud, magis præcipuum ministerium, ut scilicet esset sedes beatorum; propter hoc enim præcipue creata est: nec virtus illius adhuc frustranea esset; non enim tam esset data ad operandum, quam esset conseguta per modum proprietatis ad illam substantiam: hæc autem substantia melius ad alium finem deservit, non operando, quam operando; quod secus accidit in intellectu agente Christi Domini: hic enim propter nullum alium finem, nisi propter operationem assumptus fuit. Cum alias nullum alium finem operatione sua impediret; propter quem assumpta est natura humana. Ad tertiam dicitur substantiam illam immaterialem, non solum motum localem, & alia spiritualia accidentia producere posse, sed etiam intelligere, & velle: immo non nisi per intellectum, & voluntatem posset illas operationes exercere, ut constat in Angelis, in quibus nulla datur potentia executiva ab intellectu, & voluntate distincta.

Ad ultimam neg. est mai. Nam talis est excessus substantiæ immaterialis ex suo genere, quod non permittat sub se differentias contractivas imperfectiores contrahentes substantias immateriales, sicut argumentum supponit; & tale est genus intellectivum, quod non permittat sub se differentias contractivas imperfectiores eis, quibus contrahitur genus non intellectivum. Et tale esset genus substantiæ supernaturalis, si daretur, quod nec etiam pariter sub se permitteret imperfectiores differentias ad genus substantiæ naturalis. Fatemur ergo in alijs generibus accidere posse, quod minus perfectum contrahatur per differentias perfectiores, quæ magis perfectum: sicut genus corruptibile, contrahitur per vivens; quæ differentia potest esse simpliciter perfec-

Disolvitur instat. quo ad 2.

Solvitur 3. min. prob.

54 Ult. min. prob. solut.

53 Instantia duo contrariens dissolvitur quo ad 1.

tior differentia contractiva: Cœli: & pariter accidens contrahitur per supernaturalem, ratione cuius excedit simpliciter (iuxta illorum sententiam) naturalem substantiam. Si autem quæras, cur substantia immaterialis sic non possit contrahi? Respondetur esse, quia substantia illa ex suo conceptu affert, esse cognoscitivam, ut iam demonstravimus: unde sicut in immaterialitate excedit, debet etiam excedere in cognitione, ut constat rationibus factis.

55
4 Obiect.
cum solu.
tione.


Obijcies quarto. Cœlum est omnino independens à qualitatibus materiæ in operando à calido, scilicet, & frigido, &c. istæ enim sunt qualitates propriæ materiæ sublunaris, quæ in Cœlo non reperiuntur; & tamen non est cognoscitivum: ergo. Confirmatur. Obiectum visibile ratione sui ipsius, & sine ulla abstractione terminat visionem: ergo materialitas non impedit esse cognitum in actu: ergo neque esse cognoscibile, aut cognoscivum. Ad primum respondetur, quod licet Cœlum non dependeat in agendo à qualitatibus materiæ corruptibili; quales sunt illæ; dependet tamen à qualitatibus propriæ materiæ, quæ etiam habet naturam illius coardare, ne possit cognoscere. Ad confirm., quod cum cognitio sensitiva sit in genere cognitionis infima, infima etiam immaterialitas ex parte eius obiecti sufficit, ut illam terminet; hanc

autem habet, tum ratione speciei impressæ, tum ratione lucis, quæ eminenter est intentionalis; ratione cuius obiectum visibile redditur visum.

Tandem obijcies immaterialitas non est ratio à priori cognitionis Dei: ergo saltem hæc ratio non est demonstrativa. Antecedens probatur. Est sententia valde probabilis, quod natura Divina constituitur per intelligere actuale; sed predicari constitutive nequit dari ratio à priori: ergo. Respondetur quod in hac sententia, licet intelligere Dei, in quo constituit eius naturam, nequeat habere aliquam rationem adæquatè ab eo distinctam priorem ipsi; possumus tamen in eo distinguere duo munera; alterum, ratione cuius; intellectio illa habet constituere summam Dei immaterialitatem, & actualitatem, per depurationem omnis potentialitatis; quod munus pertinet ad conceptum essentiæ: alterum ratione cuius habet rationem speciei intelligibilis, & actualis intellectiois; & sub isto munere constituit conceptum naturæ: isti autem duo conceptus, quamvis in adæquatè solum distincti, sic se habent, quod prius intelligitur, id quod pertinet ad munus essentiæ, quam ad munus naturæ: unde et priori potest posterior demonstrari.

56
5. Obiect.
& ei solu.
tio.

Et hæc de hoc Dubio applicanda litteræ Magistri
dist. 35. S. 1.



DUBIUM SECUNDUM.

UTRUM DETUR IN DEO INTELLECTUS PER
modum actus primi, & potentia in ordine ad
intellectionem?

§. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS DIFFICULTAS
aperitur.

N. I **E**X dictis Dub. præcedent. constat dari in Deo intellectum, eiusque rationem esse immaterialitatem.

Cum autem intellectus possit accipi, aut pro potentia intellectiva in actu primo, aut pro actuali intellectione; restat inquirere, an utroque modo in Deo reperiatur; & de uno quidem, scilicet, quod datur per modum actus secundi nulla est difficultas: tota ergo reducitur ad alterum.

2 Pro qua in primis est supponendum, quod intellectus per modum actus primi, & potentia potest considerari, aut in ordine ad intellectionem, aut in ordine ad aliquem effectum ab ea procedentem: est enim intellectus Divinus causa rerum, & per ipsum Verbum Divinum generatur, ut modo supponimus. Si hoc secundo modo accipiatur, non est dubium quod reperiatur in Deo per modum potentia, & actus primi, quod expressè traditur à D. Thomâ infra *quest. 25. artic. 1. ad 3. & 2. contra Gent. cap. 10. & quest. 1. de Potentia, artic. 1. ad 1.* & ratio est: quia potentia sic accepta non comparatur ad terminum ab ea procedentem, ut perfectibile ad perfectionem, sed ut id, quod illi communicat perfectionem: non est ergo undè Deo repugnet. Difficultas ergo est ratione actus primi, & potentia in ordine ad intellectionem.

Quia tamen prædicata aliqua de Deo dici possunt, aut ex modo significandi, & intelligendi tantum, aut etiam ex parte rei intellectæ, & significatæ: dum quaeritur, an detur in Deo intellectus per modum actus primi, non quaeritur, an detur ex modo significandi, & intelligendi solum; supponimus enim sic dari: nam cum intellectus humanus non possit prædicata Divina, prout sunt in se concipere, sed ad instar rerum creatarum, & iuxta modum, quem in ipsis habent, cum in rebus creatis, detur intellectus per modum actus primi, & potentia ab intellectione distinctus; id ipsum in Deo concipit, & prout sic nominat; quod est reperiri in Deo ex modo intelligendi, & significandi. Difficultas ergo stat, an etiam reperiatur in ipso obiectivè, & ex parte rei significatæ, & conceptæ? Ita ut quando concipimus intellectum Divinum ad instar intellectus creati, ex parte rei significatæ conceptui nostro correspondeat aliquod prædicatum verè in Deo repertum, quod habeat munus potentia, & actus primi in ordine ad Divinam intellectionem, & non solum iuxta nostrum modum concipiendi? Hæc est difficultas.

Et punctus illius in eo stat, ut explicetur, & probetur, quod ratio potentia, & actus primi, secundum proprium, & definitivum

3 Quid in hoc Dub. comperietur.

4 In quo Dubij difficultas & doctr. D. Th. notanda.

Q 2

eo-

eorum conceptum, dicit, vel non dicit aliquam imperfectionem: omnes enim conveniunt, quod si dicit imperfectionem, à Deo relegari debet, sicut & quod in eo debet poni, si solum dicit perfectionem simpliciter simplicem, & nulla adiunctam imperfectione. Pro quo maximè notanda est celebris doctrina supra *quest. 13. artic. 3. ad 1. 3. & 5.*, hanc ponens differentiam inter nomina: nam quaedam sunt, quae ita important imperfectionem, quod hæc in eorum significato includitur; sicut *lapis, pes, & manus*, & alia similia; & ista nomina de Deo propriè, & obiectivè non dicuntur, sed tantum metaphoricè. Alia autem significant imperfectionem solum ex modo significandi; & quæ in significato nominis non includitur, ut *sapientia, bonitas, misericordia, & iustitia*, & alia huiusmodi: hæc enim cum sint nomina imposita à nobis, & ad nostrum modum concipiendi consecuta, non possunt à modo imperfecto significandi præcindere: sed quia imperfectionem ex parte rei significatæ non important; verè, & obiectivè de Deo dicuntur. Videndum ergo est, an nomen *potentia, & abis primi* comparativè ad intellectionem importet imperfectionem solum ex modo significandi; & sic Deo obiectivè attribuatur, an etiam ex parte rei significatæ; ac proinde denegetur?

5
Sententiæ
dissidentes
circa præ-
sentis diffi-
cultatem.

Circa quam difficultatem duplex extremè opposita versatur sententia. Prima affirmat talia prædicata non solum ex modo significandi, sed etiam ex parte rei significatæ, & obiectivè in Deo reperiri: sic Illustr. Araujo, Illustr. Godoy, M. Ferre; qui pro se referunt plures alios, tam ex Thomistis, quam ex extraneis. Alia solum concedit huiusmodi prædicata in Deo ex modo significandi, & concipiendi; denegat autem ex parte rei significatæ: ita PP. Salmanticenses, M. à Sancto Thoma, Nazarius, Albelda, Conet,

& alij, quos ipsi referunt. Quia tamen hæc sententia præcipuè inter Thomistas controvertitur, & unusquisque pro se allegat Angelicæ Præceptorem; ut melius cognoscatur, pro qua parte stet; oportet quod §. sequens ad hoc dirigatur.

§. II.

QUÆ SIT MENS D. THOMÆ
circa difficultatem?

PROponenda in primis sunt (postibili concisione) omnia Angel. Doct. testimonia, quæ pro utraque parte contradictionis adduci possunt, ut eis conspectis, & consideratis, certius, & facilius de eius mente feratur iudicium. Et in primis parti affirmanti, quod hæc prædicata obiectivè in Deo reperiantur, favere videtur *quest. 1. de Potentia, artic. 1.* tum in argumento 3. sed contra ubi sic habet: *Omnis operatio ab aliqua potentia procedit; sed Deo maxime convenit operari; ergo Deo maxime potentia convenit.* Tam in Corp. ubi sic habet: *Deo maxime convenit potentia activa; nam potentia activa dicitur secundum quod est principium actionis.* Et corpus artic. sic concludit: *Potentiam vero attribuiamus, ratione eius quod permanet, & quod est principium eius (actionis Dei est scilicet, de qua antea meminerat). Et ibidem ad primum, quo intendebat probare non dari in Deo potentiam, quia est operationis principium; operatio autem Dei, cum sit eius substantia, non habet principium.* Respondet primo: *Quod potentia non solum est operationis principium, sed etiam effectus: unde non oportet, quod licet, detur potentia, detur per modum per modum principij operationis.* Deinde respondet secundo, & melius, ut fatetur, quod licet operatio sit idem re cum essentia, differat

8
Mens D.
Th. discor-
ditur, &
testim. à
pro parte
affirmati-
va præ-
muntur.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

tamen ratione: & ideo licet essentia non possit habere aliquid principium adhuc secundum rationem, potest tamen habere operatio. Quam solutionem adhibet eidem argumento in 1. ad Annibaldum dist. 42. artic. 1. ad 2. & in 1. dist. etiam 42. artic. 1. ad 4. & in 1. part. quest. 25. artic. 1. ad 3. insuper loc. citat. de Potentia, cum sibi obieisset secundum arg. *Omne perfectissimum est Deo attribuendum.* Sed omnis potentia respicit aliquid se perfectius, scilicet, passivam formam, & actualem operationem: ergo potentia Deo attribui non potest. Sic respondet: *Quod licet omne perfectissimum est Deo attribuendum; non tamen oportet, quod omne quod Deo tribuitur sit perfectissimum; sed oportet quod sit conveniens ad designationem perfectissimi.*

7 Solutio
quædam,
& r. eius
impugna-
tio.

Nec sufficere videtur communis solutio, quod D. Thomas attribuit Deo rationem potentia: ex modo nostro conspiciendi, & significandi; non autem ex parte rei significatae, & conceptæ. Contra enim est: tum quia solutio videtur voluntaria: tum quia ibi asserit D. Thomas quod potentia maxime Deo convenit; sed non conveniret maxime si solum ex modo significandi, & non ex parte rei significatae conveniret: ergo. Tum quia in solutione ad 12. ibidem oppositum expressè videtur asserere. Nam cum dixisset quod potentia Dei est idem cum sua essentia, ratione tamen distincta, sic replicat: *Aut rationi isti aliquid in re respondet, aut nihil; si nihil, ratio vana est. Si autem aliquid, sequitur quod aliquid in Deo sit potentia præter essentiam.* Cui replica ita respondet: *Ad 12. dicendum, quod diversis rationibus attributorum respondet aliquid in re Divina; scilicet, unum & idem; quia rem simplicissimam, qua Deus est, propter eius incomprehensibilitatem cogitur diversis formis representare; & ergo iuxta D. Thomam non solum ex modo significandi, sed ex parte rei conceptæ re-*

peritur in Deo potentia; quamvis ab eius essentia realiter indistincta.

Deinde quia in 2. ad Annib. § dist. 42. quest. unica, artic. 1. inquires: *Utrum in Deo sit potentia,* sic respondet in corp. artic. *Dicendum quod secundum quod aliquid actu est, secundum hoc activum est, & secundum quod est activum, secundum hoc convenit habere potentiam activam, qua nihil aliud est, quam principium actionis, & acti.* Unde cum Deo maxime competat esse actu, sibi propriè competit, ratio potentia activa. Et ibidem cum sibi obieisset primum arg. quod cuiuslibet potentia: suus actus est complementum, respondet: *Quod potentia activa se habet in ratione completis secundum respectum ad effectum, sed in ratione completi secundum respectum ad operationem, qua in Deo secundum rem idem est cum potentia: ergo non reputat D. Thomas inconveniens quod potentia in Deo secundum rationem, compleatur per actionem; ac proinde quod detur in eo potentia, non solum in ordine ad effectum, sed & in ordine ad operationem.*

9
Ult. solut.
impugna-
tio.

Et tandem in alio scripto super sentent. loc. ubi proximè rem etiam istam ex proposito versans, cum sibi obieisset secundum arg. *Omne quod agit per essentiam suam, non agit mediante aliqua potentia, quia potentia est medium inter essentiam, & operationem; sed Deus agit per essentiam suam:* ergo. Cui argumento ita respondet: *Dicendum quod potentia importat, ut dictum est, rationem principij actionis: unde quicquid sit illud, quod est principium agendi, potentia dicitur; sicut calor, frigus, & huiusmodi: & sic etiam ipsa essentia Divina, secundum hoc, quod est principium operationis, potentia vocatur.* Et ibidem dist. 7. quest. 1. artic. 1. ad 1. sic habet: *Egreditur etiam ab essentia Divina alius actus, qui est etiam habentis naturam; sicut agentis; & iste actus secundus dicitur operatio; & inter essentiam, & talem operationem,*

eadem virtus media, in creaturis realiter, in Deo ratione tantum. Et 1. part. quest. 25. artic. 3. ad 3. sic habet loquens de essentia Divina: Potest intelligi, & sub ratione actionis, & sub ratione potentia; sicut etiam intelligitur, & sub ratione suppositi habentis naturam, & sub ratione naturae; sed ratio naturae, & ratio suppositi illam habentis reperiuntur in Deo obiective, & ex parte rei significatae: ergo. Haec sunt testimonia D. Thomae, quae pro parte affirmativa adduci possunt, quae non leviter illam confirmare videntur.

10

1. S. Doct.
testim pro
parte ne-
gativa.

Pro parte autem negativa sunt etiam alia non minus difficilia testimonia. Primam habetur 1. part. quest. 25. artic. 1. ad 3. ubi cum sibi obiectisset, quod potentia est principium operationis; sed operatio Divina est eius essentia, cuius nullum est principium: sic respondet: ad tertium dicendum quod potentia in rebus creatis, non solum est principium actionis, sed etiam effectus. Sic igitur in Deo salvatur ratio potentia quantum ad hoc, quod est principium effectus, non autem quantum ad hoc quod est principium actionis, quae est Divina essentia; nisi forte secundum modum intelligendi, prout Divina essentia (quae in se simpliciter praebet quicquid perfectionis est in rebus creatis) potest intelligi, & sub ratione actionis, & sub ratione potentia.

11

2. Testim
S. Doct.

Et quest. 41. artic. 4. cum sibi obiectisset tertium arg. quod Filius procedit ut verbum, quod est conceptio intellectus; Spiritus autem Sanctus procedit ut amor, qui pertinet ad voluntatem; sed potentia in Deo dicitur per comparationem ad effectus, non per comparationem ad intelligere & velle, ut supra habitum est: (scilicet loco immediate citato) ergo in Divinis non debet dari potentia per comparationem ad actus rationales; sic respondet: dicendum quod potentia significat principium; principium autem distinctionem importat ab eo cuius est principium; consideratur autem duplex distinctio in his,

qua dicuntur de Deo, una secundum rem, & alia secundum rationem tantum. Secundam rem quidem Deus distinguitur per essentiam a rebus, quarum est per creationem principium: sicut una persona distinguitur ab alia, cuius est principium secundum actum notionalem; sed actio ab agente non distinguitur, nisi secundum rationem tantum, & ideo respectu illarum actionum secundum quas aliqua res procedunt distincta a Deo, vel essentialiter, vel personaliter potest Deo attribui potentia secundum propriam rationem principij; sed intelligere, & velle non sunt tales actus, qui designent processionem alicuius rei a Deo distincta, vel essentialiter, vel personaliter: unde respectu horum actuum non potest salvari ratio potentia in Deo, nisi secundum modum intelligendi, & significandi tantum, prout diversi modo significatur in Deo intellectus, & intelligere, cum tamen eius intelligere sit eius essentia non habens principium.

Sed clarissime id ipsum asserit 2. contra Gent. cap. 10. ibi: Quia vero nihil est sui ipsius principium, cum Divina actio, non sit aliud, quam eius potentia, manifestum est ex praedictis, quod potentia non dicitur in Deo; sicut principium actionis, sed sicut principium facti, quia potentia respectum ad alterum importat in ratione principij; est enim potentia activa principium agentis in aliud, ut patet per Philos. 5. Metaph., manifestum est quod potentia dicitur de Deo, per respectum ad facta secundum rei veritatem, non per respectum ad actionem; nisi secundum modum intelligendi: unde si aliqua actiones Deo conveniant, quae non in aliquod factum transeant, sed maneant in agente, respectu harum non dicitur in Deo potentia, nisi secundum modum intelligendi: huiusmodi autem actiones sunt intelligere, & velle: potentia igitur Dei proprie loquendo non respicit huiusmodi actiones, sed solum effectus. Intellectus igitur, & voluntas in Deo non sunt ut potentia, sed

12
3. Testim
pro eadē
parte.

sed ut actiones. Hæc D. Thomas: quibus nihil clarius pro hac sententia desiderari potest.

13
Quæ inter
tot testi-
monia ni-
hilominus
D. Thom.

Hæc sunt omnia, vel certe præcipua testimonia S. Doct.; quæ pro utraque parte adduci possunt; quo ad apparentiam quidem satis inter se opposita, & quibus quilibet ad partem, in quam magis inclinatur, defendendam possit protegi: sed eis pro captu consideratis, & expensis, existimo D. Thomam pro parte negativa, & secunda stare. Moveor primo; quia D. Thomas in testimonijs pro hac parte adductis magis rem ex proposito discutit: & inter potentiam, prout est principium actionis, & effectus distinguens, illam primo modo in Deo absolute negat; nisi solum ex modo significandi; & intelligendi; concedit tamen secundo modo; quod & nihil aliud prærendit hæc sententia.

Negativa
partem D.
Thom. te-
nuisse sua
deur 2.

Secundo. Quia in eo sensu, & proprietate existimant opposita sententia AA. quod datur in Deo intellectus; & voluntas per modum actus primi; & potentia in ordine ad actionem intelligendi; & volendi; sicut datur in Deo quodlibet aliud attributum, v. g. æternitas; aut immensitas; sed nunquam negavit D. Thomas, quod datur in Deo verè; & realiter immensitas; aut æternitas, & nunquam affirmavit quod hæc attributa dantur solum ex modo significandi; aut intelligendi: ergo cum hoc dicat de intellectu, & voluntate per modum potentia, & actus primi; in ordine ad intellectionem, & volitionem; manifestum est D. Thomam sentire talia non dari in Deo obiectivè, sed solum ex modo significandi.

Suadetur
3.

Tertio. Quia apud ipsos intellectus per modum potentia in ordine ad intellectionem ponitur in Deo obiectivè ex parte rei significata, & intellecta; & secundum rei veritatem; & non solum ex modo significandi; aut intelligendi; sed per D. Thomam præcipue 3. loc. citat. non ponitur in Deo

secundum rei veritatem, neque obiectivè ex parte rei significata; sed tantum ex modo significandi, & intelligendi: ergo. Et tandem, quia doctrina ista; quam hic adducit D. Thomas, manifestam viam sternit ad explicandam illius mentem in alijs autoritatibus, quæ pro parte opposita adducuntur.

4. & ult
suadetur.

Nam in primis, prima; quæ ex arg. *Sed contra* adducitur nullam habet auctoritatem, nam argumenta *sed contra* regulariter accipit D. Thomas ex aliorum mente, & pluries oppositum eorum in corp. artic. resolvit. Deinde potest explicari iuxta explicationem secundæ auctoritati adhibendam. Quæ explicatur adducendo integra verba D. Thomæ; quæ talia sunt (*ipsi, scilicet, Deo convenit maxime agere; & suam similitudinem in alios diffundere: & ideo ei maxime convenit potentia activa; nam hæc dicitur secundum quod est principium actionis.*) Quibus in verbis *actionis nomine* illam intelligit, quæ suam similitudinem in alias res diffundit; respectus cuius concedit in Deo potentiam; sed non ratione illius, sed ratione rerum per eam producti; quæ dicitur actio participialiter sumpta, ut se explicat loc. supra cit. ex 1. part. quest. 41.

14
Exponuntur
aliqua
test. S. D.
pro con-
traria ad-
ducta.

In alijs autem verbis relatis, dum D. Thomas asserit; quod attribuiamus Deo potentiam; ratione eius; quod permanet; & quod est principium eius; non posse intelligi de potentia; secundum quod est principium actionis, & obiectivè; constat ex verbis; quæ immediate subjicit; *non ratione eius; quod per operationem completur.* Certum enim est; quod potentia quæ obiectivè; & ex parte rei significata; est principium actionis; etiam obiectivè; & ex parte rei significata per actionem completur: Ly ergo *eius* non refertur ad actionem, sed ad ipsum Deum; ita ut sensus sit; quod attribuiamus potentiam secundum quod est principium; quo Deus res producit; ex quo sensu nihil contra nos deducitur.

Continuat
tur id ip-
sum.

Alia tes-
tim expo-
nantur.

In solutione autem ad 1.
& locis ibi citatis, solum
asserit, quod operatio Divina, ut
concipitur distincta ab essentia Dei,
concipitur ut habens aliquod prin-
cipium per rationem: quod verum
est ex nostro modo concipiendi;
non autem ex parte rei conceptæ.
Nec solutio ista censenda est vo-
luntaria, sed est fundata in ipso
S. Doct. locis pro hac sententia
adductis. Neque ex hoc quod ali-
quando dicat quod potentia ma-
ximè Deo convenit, deducitur op-
positum: nam hoc sufficienter sal-
vatur per ordinem ad effectum,
licet non per ordinem ad actio-
nem.

15
Idem se-
quitur in
tentum.

Quod autem additur contra
hoc ex solutione ad 12.; non est ad
propositum: nam ibi S. Doct. asse-
rit, quod diversis rationibus attri-
butorum, hoc est diversis concep-
tionibus, quas nos de attributis
formamus, ut quod intellectus concipitur per modum potentia, aut per modum actionis, correspondet aliquid in re Divinum; sed non dixit quod hoc sit aliqua potentia ex parte rei significatæ, aut aliqua actio; sed potius dixit hoc esse unum, & idem, id est, Divina essentia; quæ propter sui incomprehensibilitatem, per diversas formas representatur à nobis: unde ut omnis tollatur scrupulus, subdit: quod *ista diversa forma sunt in Deo*, (non dixit formaliter) sed tanquam in causa veritatis; quatenus, scilicet, præbet fundamentum propter sui eminentiam, ut sic à nobis concipiatur. Hæc est manifesta mens D. Thomæ, quæ potius est pro nobis.

Ad idem
intentam.

Ut autem in solutione ad ter-
tium dicat ibidem D. Thomas quod
licet omne perfectissimum sit Deo
attribuendum, non tamen oportet,
quod omne quod Deo attribuitur
sit perfectissimum; sufficit, quod
admittat in Deo potentiam in or-
dine ad actionem, ex nostro modo
concupiendi, & significandi. Nec
refert, quod contra hoc, aliqui
objiciant, scilicet, quod si sic sensu-

tiret D. Thomas, posset facilius ar-
gumento respondere, quod non da-
tur in Deo potentia in ordine ad
actionem, sed in ordine ad effec-
tum. Nam præterquam quod hæc
doctrinam tradit locis à nobis ci-
tatis, & ea solutione pro eodem
argumento utitur 1. part. quæst. 25.
artio. 1. præter hoc, inquam, solu-
tione illa rectè utitur, quia in ea
doctrinam generalem tradit ad ex-
plicandum, quod non oportet,
quod omnia prædicata, quæ Deo
attribuuntur, sint perfectissima, aut
inter se æquè perfecta, sed potest
unum esse perfectius altero, ut in-
tellectus, voluntate.

Alia autem auctoritates ex
Sententiarum intelligendæ sunt, &
explicandæ, aut de potentia in or-
dine ad effectum; aut si in ordi-
ne ad actionem, de illa solum ex
modo concipiendi, & significandi.
Ultima autem, quæ adducitur ex
1. parte, est manifestè pro nobis, ut
iam vidimus: unde cum subdit S.
Doct. quod *essentia Divina intelli-
gitur sub ratione potentia; & sub
ratione actionis; sicut intelligitur
sub ratione suppositi habentis natu-
ram, & sub ratione naturæ; nomi-
ne suppositi*, non intelligit perso-
nam, sed ipsam Dei naturam in
concreto significatam, prout ex-
primitur per nomen istud *Deus*;
nomine autem *natura* intelligit, na-
turam ipsam in abstracto, prout
hoc nomine *Deitas* significatur. Si-
militudo ergo stat in eo, quod si-
cut *Deus*, & *Deitas* tantum ex nos-
tro modo concipiendi, & non ex
parte rei significatæ, in Deo distin-
guntur; ita potentia, & actio in-
ter se tamen hoc discrimen, quod
Deus, & *Deitas* ex parte obiecti in
Deo reperiuntur; licet distinctio in-
ter illa sit solum ex modo significan-
di; potentia autem, & actio proprie
accepta solum ex modo significandi;
de Deo dicuntur, sicut & distinctio:
sed quantum ad hoc, non posuit D.
Thomas inter illa similitudinem.

Pro qua solutione videatur idem
S. Doct. 1. part. quæst. 39.
artio. 4. ad tertium.

S. III.

16
Reliqua
testim. D.
Th. expo-
nantur.

17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

§. III.

RATIONIBUS PROBATUR

Conclusio.

17
Debita
Authoris
in Prae. en-
ter. Ange-
lic. obfer-
vantis.

Supposito, & probato, quod mens D. Thomae fiat pro sententia negante in Deo obiectivè, & ex parte rei significatè potentiam respectu actionis, nulla inest nobis libertas aliter sententiandum quia in verbis Magistri iuravimus, de quo numquam penitbitum quia cognitam semper eius menti veritatem, & rationem existimamus: unde solum restat, quod hanc partem rationibus probemus: Prima, & præcipua deducenda est ex eius auctoritatibus pro hac parte adductis, in quibus recurrit D. Thomas ad rationem principij, quæ importatur in potentia, & quam ponere in Deo, ponere imperfectiorem existimat.

18
1. Ratio
pro parte
negante
ab auct.
prælecta
ex D. An-
gelico.

Ratio ergo sic formari potest. Dari in Deo intellectum per modum actus primi, & potentia in ordine ad intellectionem obiectivè, & ex parte rei significatè, est dati in illo obiectivè, & ex parte rei significatè per modum virtutis, & principij influentis in intellectionem, sed sic dari, est dari imperfectionem in Deo: ergo Mai. & min. sunt probanda, & prius probatur mai. nam potentia activa idem est formaliter, ac principium, vel saltem in sui significato rationem principij importat, ut constat: tum ex locis supra adductis ex D. Thoma, præcipue 2. & 3. tum ex definitione potentia activæ tradita à Philof. 5. *Metaph.* scilicet, quod potentia activa est principium agendi, quam refert, & approbat D. Thom. 3. loc. cit. tum quia potentia activa differt à potentia Logica, quæ consistit in non repugnantia ad essendum: sed in nullo alio ab ea differt, nisi in ratione principij: ergo potentia activa importat rationem principij: ergo ea ratione, qua alicui convenit ratio potentia activæ, convenit ratio principij: ergo cui prima conve-

nit obiectivè, & ex parte rei significatè, sic debet convenire secundum.

Minor autem, nimirum, quod sic ponere rationem principij in Deo, sit imperfectio, probatur. Tum quia principium est, à quo aliquid procedit: ergo ab eo, quod habet rationem principij obiectivè, & ex parte rei significatè, debet obiectivè, & ex parte rei significatè aliquid procedere: sed intellectionem Divinam obiectivè, & ex parte rei significatè procedere à Divino intellectu dicit imperfectio, cum hoc sit realiter procedere: ergo. Tum quia, ut ait D. Thomas 1. part. *quest. 41. artic. 4. ad 3.* principium importat distinctionem ab eo, cuius est principium: ergo si obiectivè, & ex parte rei significatè intellectus Divinus est principium Divinae intellectionis, obiectivè, & ex parte rei significatè, intellectus Divinus distinguitur à Divina intellectione: quod etiam est imperfectio in Deo.

Probat.
m.o. syl-
logis. mis.

Explicatur hæc min. probatio. Ea ratione, qua aliquid datur in Deo obiectivè, & ex parte rei significatè, phisicè, & realiter datur in ipso: ergo si daretur in Deo obiectivè, & ex parte rei significatè intellectus per modum principij influentis in intellectionem, daretur in Deo phisicè, & realiter intellectus phisicè etiam in intellectionem induens: sed hoc est aperte falsum: nam principium phisicè, & realiter influens in aliquod, phisicè, & realiter ab eo distinguitur: neque enim alia via distinctionem effectus à causa, aut unius Divinae personæ ab alia cognoscere possumus, nisi per realem influxum: ergo.

Explic.
min. prob.

Dices huic rationi: quod de ratione potentia activæ est ratio principij, sive formalis, sive virtualis: unde ut detur in Deo obiectivè intellectus per modum potentia in ordine ad intellectionem, sufficit quod in eo detur obiectivè ratio principij virtualis,

19
Solutio
rationis
propositæ

virtualiter influens in intellectio-
nem; in hac autem ratione, so-
lum importatur distinctio virtualis
intellectus ab intellectione, quam
ponere in Deo nullum est incon-
veniens.

20
Impugna-
tur solu-
tio.

Sed contra primò ex dictis:
quia ratio potentia activæ est ra-
tio principij, & per rationem prin-
cipij diffinitur à D. Thoma, & Phi-
lol., ut videmus: ergo ea ratione,
qua alicui attribuitur ratio poten-
tia activæ, debet attribui ratio
principij, & è converso; sed à Con-
trarijs attribuitur Deo ratio po-
tentia activæ non solum virtualiter,
sed etiam formaliter: ergo sic de-
berent attribui Deo rationem
principij; quod non admittunt. Se-
cundò, potentia phisica differt à
potentia Logica per rationem prin-
cipij: nulla enim est alia per quam
differant; sed potentia Logica dif-
fert à phisica obiectivè, formaliter,
& ex parte rei significata: er-
go si ponunt in Deo non solum
potentiam Logicam, sed etiam ob-
iectivè talem in ordine ad intellec-
tionem; debent ponere rationem
principij, non solum virtualiter,
sed obiectivè etiam, & formaliter.

21
Solutio
impugna-
tionis mul-
tiformiter
revincitur

Nec refert, si dicas, quod ra-
tio principij virtualis, quod ad ra-
tionem potentia activæ sufficit,
non solum virtualiter, sed etiam
formaliter, obiectivè, & ex parte
rei significata, reperitur in Deo:
Nam contra est primò. Quia cum
principium virtuale non sit verè,
& proprie principium, sed aliquid
præstans fundamentum, ut per mo-
dum principij concepiatur; intelli-
gere diffinitionem potentia, per
rationem principij virtualis, & sic
Deo attribui, est sine funda-
mento, eum ad improprios sensus
deducere: quod si liceret, nihil
firmum de rebus, adhuc per ea-
ram diffinitionem, habere posse-
mus.

2. Revinci-
tur.

Secundò. Quia sicut potentia
diffinitur quod est principium agen-
di; ita diffinitur principium, quod
sit à quo aliquid egreditur, &

causa, à qua aliquid dependet, &
compositio quod est distinctorum
unio; sed egressus, & dependentia,
& unio, quæ in his diffinitionibus
importantur, non stant pro aliquo
abstrahenti à formali, & virtuali,
sed pro aliquo determinatè for-
mali; alias posset poni in Deo for-
maliter, & obiectivè ratio prin-
cipij, & causa respectu suæ actionis,
& formalis compositio inter ip-
sam, & potentiam: ergo principium
in diffinitione actionis, debet acci-
pi formaliter.

Tertiò, & directè probatur 3. Revinc.
hoc ipsum: nam potentia, per mo-
dum potentia obiectivè, & forma-
liter, agenti correspondet actio ob-
iectivè, & formaliter acta; actio au-
tem obiectivè, & formaliter acta
est actio obiectivè, & formaliter
egrediens; sed principium formaliter,
& obiectivè acceptum est, à
quo aliquid obiectivè, & formaliter
egreditur: ergo id, quod per
modum potentia formalis obiec-
tivè agit, est non solum prin-
cipium virtuale, sed etiam for-
male.

Quod confirmatur. Nam po-
tentia activæ reali formaliter tali
correspondet actio realis, formaliter
talis; sed actioni reali forma-
liter correspondet principium rea-
le formaliter tale: ergo, Mai. etiam
apud ipsos est nota: minor autem
probatur. Quia actio realis forma-
liter talis, dicit egressum realem,
formaliter talem; sed egressui reali
formaliter tali correspondet prin-
cipium reale formaliter tale: ergo,
Min. cum consequentia tenet, &
mai. probatur: tum quia cum *actio
sit motus prout ab agente*, actio
realis formaliter talis debet ab
agente realiter formaliter egredi:
tum quia si ab actione auferatur
ratio motus, qualiter debet au-
ferri, ut constituatur in Deo; nihil
aliud in ea restat, nisi ordo ori-
ginis, qui est ordo egressionis, ut
expresse asserit D. Thomas 1. part.
quest. 41. artic. 1. ad 2.; ergo ac-
tio realis debet importare ori-
ginem realem; quod etiam sine
reali

Confirm-
mentum.

reali distinctione à principio salvari non potest.

2. Mai. confirmat bisariam adhuc probatur.

Tum quia non minus est de ratione actionis in communi egredi à principio, quam de ratione actionis vere activæ esse id, quo aliquis agit, sed quia secundum est verum, actio realiter activa, realiter efficit terminum, & realiter ab eo distinguitur: ergo ratione primi debet realiter à principio egredi, & realiter ab eo distingui. Tandem. Quia actio realis dicit conceptum ab realem, sicut realis relatio, conceptum realem ad; sed conceptus ab dicit habitudinem ad principium efficiens, sicut conceptus ad, ad terminum respectum, ut expressè etiam traditur à D. Thoma in 1. *distinct.* 5. *quest.* 1. in exposit. litteræ: ergo sicut hac ratione realis relatio dicit realem distinctionem à suo termino, pariter, & realis actio, debet eam dicere à suo principio.

22 Strictiori modo ob-runtur principalis solutio.

Sed ex alio latere impugnanda est etiam prædicta solutio: nam neque etiam in Deo reperitur formaliter, & obiectivè ratio principij virtualis in ordine ad suam actionem: ergo dato, & non concessio, hoc sufficere ad minus potentia formalis in ordine ad actionem, adhuc deberet negari. Assumptum autem probatur primo. Quia dari obiectivè in Deo principium virtuale intellectiois, est dari in Deo obiectivè, prædicatum aliquod præstans fundamentum, ut concipiatur, tanquam id, à quo intellectio Divina obiectivè egreditur; sed tale prædicatum, non datur obiectivè in Deo: ergo. Min. probatur: tum quia non assignatur à Contrarijs, quale hoc sit: tum quia si hoc aliquod esset, esset conceptus virtutis realis, realiter intellectiva, & ab intellectiois distinctus, sed conceptus iste non reperitur obiectivè in Deo: ergo. Probatur min. Nam conceptus virtutis intellectiva consistit in vi activa, & influxiva in intellectiois, sed conceptus iste nequit reperiri in Deo obiectivè: nam obiectivè

reperiri, est reperiri realiter: & non potest realiter reperiri, sine reali distinctione ab intellectiois ipsa, in quam realiter insuit: ergo.

Secundò probatur idem assumptum: quia prædicatum quod ex suo conceptu dicit imperfectionem, non potest Deo adhuc virtualiter, obiectivè tamen attribui, nec propter continentiam similis prædicari increatis, nec propter æquivalentiam, aut alio quovis titulo; sed ratio principij intellectiois ex suo formali conceptu dicit imperfectionem: ergo non potest adhuc virtualiter, obiectivè tamen de Deo dici. Mai. constat, alias posset de Deo dici, quod est virtualiter potentialis, virtualiter compositus, virtualiter limitatus, &c. quæ nemo audebit dicere. Min. autem probatur: quia ea ratione, qua principium principiat intellectiois, intellectio est principiat, egrediens à principio, in eo recepta, & cum ipso componens; ac proinde ipsum potentiale supponens; sed omnia ista ex proprio conceptu imperfectionem importent: ergo.

23 Impugnatur 2. in a solutio hac via.

Nec refert dicere, quod licet principium formale intellectiois imperfectionem importet, non tamen principium virtuale; quia per ly *virtuale* significatur; ut ab imperfectionibus denudatum: sicut licet distinctio formalis importet imperfectionem, non tamen distinctio virtualis: quia per ly *virtualis*, ab imperfectionibus denudatur, & in Deo obiectivè ponitur.

24 Effugium præced. impugn.

Non, inquam, refert: nam contra est primò, quod hoc ipsum posset dici de potentialitate, compositione, & limitatione, quod, nimirum, per ly *virtuale* ab imperfectionibus denudantur; ac proinde quod prout sic significata, possent obiectivè Deo attribui, & æquatione possent in Deo obiectivè poni omnia prædicata creaturarum addita particula illa *virtualiter*: quia ut bene notat M. a S. Thoma

Precluditur dupliciter.

per

per illam existimant; quod tanquam Spongia quadam delentur omnes creaturarum sordes. Secundò. Quia principium virtuale idem facit in Deo virtualiter, & obiectivè, si obiectivè ponitur, quod faceret principium formale, formaliter, & obiectivè positum: ergo. Sicut principium formale intellectionis, si obiectivè daretur in Deo, formaliter principia intellectionem, formaliter cum illa componeret, & formaliter potentiale esset; ita principium virtuale, si obiectivè in Deo ponitur, virtualiter principia intellectionem, virtualiter cum illa componit, & illam supponit virtualiter limitatam; sed virtualis compositio, limitatio, & potentialitas adhuc obiectivè repugnant Deo: ergo.

25
Simile fu-
gatur.

Nec exemplum distinctionis virtualis, quo se munit hæc solutio, aliquid in contrarium convincit. Nam distinctio virtualis, dum Deo attribuitur, non attribuitur illi, ut præstans aliquod proprium distinctionis munus obiectivè, & ex parte rei significatæ, sed tantum significat fundamentum, quod Divina eminentia simplicissima in se, & infinite excedens nostrum intellectum, tribuit illi, ut dum eam aliter ac est in se concipit, concipiat eam, ut distinctam, quatenus æquivaleret in munere præstandi aliquos effectus in rebus creatis realiter distinctos, quæ solum proportionantur nostro intellectui. Unde distinctio ista, quo ad munus distinctionis, solum ex modo significandi in Deo ponitur, quamvis quo ad munus præstandi illos effectus ibi obiectivè reperitur; at munus principij virtualis in ordine ad intellectionem, non solum ponitur à contrarijs in Deo, quia ad effectum intelligendi faciat id quod facit intellectus, & intellectio creata; nam nec sub hac ratione à nobis negatur; sed etiam ponitur, quia æquivaleret quo ad munus constituendi potentiam formalem activam, & receptivam intellectionis; secundum quod mu-

nus importare imperfectionem, iam probavimus.

Secundò probatur conclusio. 26
Dari in Deo obiectivè, & ex parte rei significatæ intellectum per modum actus primi, & potentie in ordine ad intellectionem, est dari in illo obiectivè, & ex parte rei significatæ, tam per modum potentie activæ, quam per modum potentie passivæ in ordine ad intellectionem; sed prout sic non potest dari in Deo: ergo. Mai. constat: nam cum vivere sit se movere, quod est agere, & recipere; ea ratione, qua aliquid comparatur per modum actus primi, & potentie, in ordine ad actionem per quam vivit, comparatur per modum potentie activæ, simul & receptivæ illius: ergo si per modum actus primi, & potentie obiectivè comparatur in ordine ad intellectionem per quam vivit, debet in ordine ad illam comparari, per modum potentie activæ, & passivæ.

Min. autem probatur. Quia esse potentiam activam, & passivam, obiectivè, & ex parte rei significatæ in ordine ad intellectionem, est esse potentiam activam, & passivam illius, phisicè realiter, & antecedenter ad omnem operationem intellectus; nam ut supra dicebamus, & omnes fateri tenentur, ea ratione, qua aliquid obiectivè, & ex parte rei significatæ in Deo est, phisicè, & realiter esse sicut ea ratione, qua ex modo significandi est; non phisicè, sed per intellectum nostrum est; sed dari in Deo potentiam activam, & passivam, phisicè, & realiter in ordine ad intellectionem, est imperfectio: ergo. Probatur min. primò: quia sic dari, est dari cum reali distinctione ab intellectu. Tum quia potentia realiter activa est realiter productiva, & potentia realiter passiva, est realiter receptiva; sed inter realiter producens, & productum, realiter recipiens, & receptum, intercedit realis distinctio: ergo. Tum quia omnis potentia, qua

26
Racio
conclusio
maior
1811

25
Min. pro
cip. prob.
1811
1811

qua talis, constituitur, & diffinitur per ordinem, aut connexionem cum suo actu: ergo potentia, quæ phisicè, & realiter est talis, sive activa, sive passiva debet dicere realem ordinem, aut connexionem ad proprium actum. Sed inter extrema realiter identificata nequit intervenire realis ordo, aut connexio: ergo potentia phisicè, aut realiter talis, sive sit activa, sive passiva debet realiter distingui à proprio actu.

2. Prob. min. af. simp. in probat. min. prin. cipalis. Secundo probatur eadem min. specialiter de potentia passiva: nam quod habet munus potentia passivæ phisicè, & realiter, phisicè, & realiter comparatur, ut potentiale in ordine ad talem actum; sed dari in Deo aliquod prædicatum potentiale phisicè, & realiter tale, est destruere in Deo rationem actus puri: ergo.

27
Evasio quardam, & duplex eius revasio.

Dices inconvenientia ista sequi, si ponatur in Deo phisicè, & realiter potentia activa productiva: non autem si ponitur potentia activa non productiva, sed tantum operativa: hæc enim salvatur in ordine ad operationem secum identificatam. Sed contra est primo, quia prorsus intelligibilis est potentia activa operativa, quæ non sit etiam productiva: nam potentia activa operativa, activè operatur operationem; sed activè operari operationem, est formaliter producere, vel efficere operationem: ergo. Secundo, quia etiam potentia phisicè solum operativa debet constitui per realem respectum, aut connexionem, cum operatione: sed ad hoc etiam requiritur distinctio realis: ergo.

28
3. Ratio pro conclusione.

Tertio probatur conclusio. In Deo nullum datur prædicatum obiectivè, quod sit habitus: ergo neque potentia. Antecedens est expressum D. Thomæ pluribus in locis, præcipuè 1. contra Gentes, capit. 92. quem sequuntur omnes eius Discipuli. Consequentia autem probatur primo. Quia ideo iuxta S. Doct. ibi non datur in Deo habi-

tus, quia est actus imperfectus mediatus inter potentiam, & actum, & non pertingens ad intelligere, qui est actus perfectissimus; sed potentia, cum sit aliud extremum, est actus minus perfectus, & magis elongatus ab intelligere, qui est actus perfectissimus: ergo si ratio D. Thomæ tenet, multo minus admittenda est in Deo potentia. Quod confirm. sicut habitus de sui ratione formali mediat inter potentiam, & actum, ita potentia de sui ratione formali habet mediare inter essentiam, & actum; sed quia habitus sic mediat, & ad actum non pertingit; intulit D. Thomas non reperiri obiectivè in Deo: ergo idem infertur de potentia.

Nec refert, si dicas, habitum de sui ratione formali, mediare realiter inter potentiam, & actum; potentia autem, licet in creatis mediet realiter, de sui tamen ratione formali, non habet realiter mediare, sed tantum per rationem; quæ ratione mediat in Deo, & cum summa eius identitate componitur. Contra hoc obstat primo, quod omnino voluntariè dicitur; nam facile posset etiam quis dicere quod licet habitus, qui in creatis reperitur, habeat realiter mediare inter potentiam, & actum; hoc tamen non habet de sui ratione formali; & ideo ponere illum in Deo, ut medians tantum per rationem, realiter tamen identificatus, tam cum potentia, quam cum actu: nec enim assignabile est fundamentum, cur hoc possit dici de potentia, & non de habitu.

Secundo, & hoc ipsum confirm. quia si non obstante extrema distantia quæ reperitur inter potentiam intellectivam, & intelligere, transfertur ad Deum ratio formalis potentia intellectivæ in ordine ad intellectionem sine distinctione reali ab illa, & cum sola distinctione per rationem: ergo cum minor sit distantia habi-

29
Inst. rat. fugatur 1.

Fugatur 2.

rus intellectivi, in ordine ad intelligere; poterit etiam poni in Deo cum sola distinctione rationis, tam à potentia, quam ab intelligere: si ergo hoc non admittitur, neque aliud. Tertiò. Quia disparitati inter potentiam, & habitum, nequit præstare fundamentum aliud prædicatum habitus, nisi hoc quod est mediare; quod magis participatur à potentia: nam hoc non potest esse, vel habitum esse qualitatem in creatis, cum etiam potentia in creatis sit qualitas; & tamen ponitur in Deo, non ut qualitas, sed ut substantia; neque habitum esse principium formale, aut causam actus in creatis; nam hoc etiam magis convenit potentia, cum habitus sit solum causa, aut principium quo ad modum; potentia autem quo ad substantiam: cum ergo nullum aliud principium excogitari possit, à quo oriatur discrimen inter potentiam, & habitum; eodem modo de illis discurrendum est.

30
2. Prob. 1. conseq. hui. 3. rat.
Tertiò probatur eadem consequentia alia ratione, propter quam excludit D. Thomas habitum à Deo ibidem, quæ talis est: * habitus potentia alicuius perfectivus est, in Deo autem nihil est secundum potentiam, sed secundum actum: in eo igitur habitus esse non potest * ex quibus sic facile probatur consequentia. Medium, ut D. Thomas neget in Deo habitum, est negatio potentia, cuius habitus est perfectio; sed habitus est perfectio potentia activæ in ordine ad operationem: ergo hanc potentiam negat D. Thomas, ut neget habitum.

31
Evasio huius prob. & triplex eius evasio.
Nec refert, si dicas, quod nomine *potentia*, quam negat D. Thomas, & ex cuius negatione infert negationem habitus, intelligit potentiam passivam, ut clare se explicat *quest. 1. de Potentia, artic. 1. ad 4.* Sed contra est primo. Quia non solum negat D. Thomas potentiam, sed etiam af-

ferit, quod id, quod reperitur in Deo, est secundum actum; sed adhuc potentia activa, non est secundum actum, sed ab Adversarijs ponitur virtualiter ab actu distincta: ergo. Secundo. Quia licet potentia, quam perficit habitus passivè se habeat in ordine ad illum; est tamen activa respectu actus: ergo si hanc potentiam negat D. Thomas, negat potentiam activam actus, & ex eius negatione infert negationem habitus. Tertiò, quia ut supra vidimus, potentia, in ordine ad actum vitalem, non solum est activa illius, sed etiam receptiva, cum per illum vivat, & se moveat: ergo si ex negatione potentia passivæ intulit D. Thomas negationem habitus, hoc intulit ex negatione potentia vitalis in ordine ad proprium actum.

32
3. Revaso eval.
Tertiò probatur eadem consequentia. Quia in sententia admittente in Deo potentiam in ordine ad intellectionem, non reputatur inconveniens, quod detur unum prædicatum in Deo perfectissimum in esse virtutis, & potestatis, & aliud ab eo virtualiter distinctum, cum eo tamen identificatum perfectissimum in esse actus secundi talis potestatis, & virtutis: ergo nec debet reputari inconveniens, quod detur aliud prædicatum virtualiter à potentia distinctum, cum ea tamen identificatum, perfectissimum in esse facultatis, & inclinationis; sed istud esset habitus: ergo. Deinde. Licet essentia Dei debeat esse perfectissimè potens intelligere, non reputatur ab eis inconveniens admittere in Deo unum prædicatum per modum essentia, & aliud ab ea virtualiter distinctum, cum ea tamen identificatum, per quod proximè potens constituatur intelligere: ergo licet potentia debeat esse summè facilis, & inclinata; nullum debet reputari inconveniens admittere in Deo unum prædicatum per modum potentia, & potestatis, &

& aliud ab ea virtualiter distinctum, sed cum ea identificatum, per modum facilitatis, & inclinationis. Probatur consequentia: ideo admittunt primum, quia existimant potentiam, essentiam, & operationem esse specificè distincta, & quod, ut salvetur una quaque in sua specie perfectissima, non est necesse, quod aliam virtualiter includat, sed sufficit quod illam implicite, & identicè importet; sed etiam habitus, & potentia specificè distinguuntur: ergo.

33
Explicatur doct. data.

Quod confirm. & explicatur: potentia intellectiva in ratione potentia tendit ad omnes actus intellectus sub ratione communi actus intellectualis, & respicit eius obiectum sub communi ratione veri; habitus autem intellectualis, v. g. *Sapientia*, aut *Prudentia*, sub ratione magis particulari, tam actus, quam veri: ergo ut intelligatur potentia perfectissima in ratione potentia, iuxta eorum doctrinam, sufficit si perfectissime tendat ad actus intellectus, & ad eius obiectum sub ratione universalissima, quin tendat sub rationibus particularibus: ergo cum negari non possit, dari in Deo tendentiam ad obiecta particularia harum virtutum, alias virtutes illae non reperirentur in eo; si tendentia ista, non solum reperitur per modum actus secundi, sed etiam per modum actus primi, sicut & datur intellectus, non poterit in Deo negari ratio habitus. Quod inconueniens minime sequitur in nostra sententia; iuxta quam, sicut negatur in Deo potentia per modum actus primi, ita & negatur habitus, & actus, quia actum primum etiam importat.

§. IV.

SOLVUNTUR ARGUMENTA:

34
i. Obiecta contra Cōclusionē.

Contra hanc Conclusionem, ommissis Authoritatibus: D. Thomæ, quæ iam supra sunt soluta; obijcies primo. Datur in Deo intellectus obiectivè, & ex parte rei significatæ; sed intellectus significat potentiam intellectivam per modum principij intellectionis, & prout ab ea distinguitur: ergo datur in Deo virtualiter ab intellectione distinctus. Consequentia est bona. Mai. constat: tum quia alias omnia Scripturæ testimonia, quibus Deo attribuitur intellectus, essent metaphoricè, & improprie intelligenda, sicut ea quibus Deo attribuitur manus, aut brachium, &c.; quod est absurdum: tum quia alias etiam sequeretur, quod ratio intellectus, purè æquivocè diceretur de intellectu Divino, & creato: proprie quidem de creato, & improprie de Divino; quod exemplis allatis etiam constat. Min. autem probatur: tum quia sic constat dici de intellectu creato, prout scilicet, significat rationem potentia, & principium intellectionis. Tum quia intellectus non significat tendentiam ad obiectum intelligibile per modum actus secundi, aut prout præscindit ab actu secundo, & primo; alias proprie solum diceretur de intellectu creato; quod iam diximus esse falsum: ergo significat tendentiam per modum actus primi; sed hæc consistit in ratione potentia, & principij intellectionis: ergo.

35
i. Obiecta diluitur.

Respondetur, quod licet hoc nomen *intellectus* secundum primævam impositionem significet intellectum per modum actus primi, & potentia, ut distinctum ab intellectione, quia est nomen impositum à nobis ex his, quæ contingunt in creaturis, in quibus datur intellectus, & intellectio; tamen ex communi acceptione, apud Theologos, & in Sacra Scriptura usitata, intellectus significat etiam intellectionem; sic enim accipitur illud

illud Psalm. *intellectus omnes omnibus facientibus eum, & illud intellectum tibi dabo, & instruam te, &c.* & idem accidit de voluntate, ut constat ex illo: *Fiat voluntas tua, &c.* ex illo: *Voluntas Dei sanctificatio vestra, &c.* ex illo: *Pax hominibus bonae voluntatis.* In quibus omnibus, tam intellectus, quam voluntas, non pro potentia, sed pro actu accipiuntur. Nec tamen ideo accipiuntur improprie, aut metaphorice. Et ratio est assignata: quia licet secundum primam illorum impositionem pro potentia accipiantur; ex usu tamen, & per translationem, non solum potentias, sed & earum actus significant: sicut licet hoc nomen *Sapientia* secundum primam sui impositionem, secundum quam sapientiam creatam significabat, significaret etiam qualitatem; prout tamen de sapientia Divina, ex usu, & per translationem dicitur, non significat qualitatem, sed ipsam substantialem Dei cognitionem; & ideo non solum metaphorice, sed etiam proprie de eo dicitur: idem ergo contingit in nominibus istis: *intellectus, & voluntas.* Iuxta quam doctrinam distinguitur. est min. intellectus secundum primam sui impositionem significat potentiam, & actum primum; concedo min. *Ex usu, & per translationem, neg. min. & hoc secundo modo, & non primo proprie de Deo dicitur.*

36

Repl.
contra se-
lut.

Sed dices quando concipimus in Deo intellectum, & intellectionem ad instar rerum creatarum, aliquid ex parte obiecti correspondet his conceptibus; sicut quando concipimus Deum ad modum corporis, aliquid ex parte obiecti tali conceptui correspondet; sed hoc aliud non potest esse, nisi intellectus per modum actus primi, & principij intellectionis: ergo. Probatum haec min. quia dum sic concipimus, intellectum, & intellectionem concipimus, ut ad invicem distinguuntur; sed intellectus solum distinguitur ab intellectione, quia est actus primus, & principium eius; ergo.

Respondetur insistendo in exemplo adducto, quod sicut quando concipimus Deum ad modum corporis; id quod ex parte obiecti conceptui correspondet, non est corpus, sed substantia summe spiritualis, & modus corporeitatis solum ex modo concipiendi, & non ex parte rei conceptae se tenet; ita pariter quando concipimus in Deo intellectum, & intellectionem ad instar rerum creatarum, non correspondet aliquid ex parte obiecti, quod sit intellectus per modum principij intellectionis, sed quod correspondet, est, vel ipsa Dei substantia, quae sine ulla potentia media intelligit, vel eademmet Dei intellectio per se subsistens, quae a nobis concipitur, & ad instar nostri intellectus, & ad instar nostrae intellectionis, quia in munere intelligendi, licet in simplicissima entitate, eis aequivalet.

Sed adhuc dices primo. Si conceptibus illis solum responderet ex parte obiecti ipsa Dei intellectio per se subsistens, distinctio, quam inter intellectum, & intellectionem in Deo formaremus, esset rationis ratiocinantis, & non cum fundamento in re; sed hoc aperte est falsum; ergo. Secundo. Quia ex praedicta solutione sequitur quod datur in Deo obiective, id quod per conceptum istum *intellectus*, prout distinguitur ab intellectione, concipimus, licet non datur secundum istum modum significandi; sed hoc sufficit ut obiective, & ex parte rei significata datur in Deo intellectus per modum actus primi, & potentiae; ergo. Probatum min. quia licet in Deo non datur *Sapientia*, velut distincta à *Iustitia*, qualiter per hoc nomen significatur; quia aliquid, quod significatur per hoc nomen, de Deo obiective dicitur, verè in Deo, & obiective *Sapientia* reperitur: ergo pariter.

Ad primum respondetur, quod aliud est intellectum nostrum formare illos conceptus, & distinctionem ad illos consequatam, quando Deum

Repl.
dilutio.

37
Contra
proxime
dicta his
avie re-
plic.

1. Repl.
dilutio.

Deum ut intelligentem concipit, & aliud conceptus illos obiectivè Deo attribuere, & distinctionem ad eos consequam. Primum non omnino temere, sed cum fundamento facit; non quod obiectivè reperit in Deo, sed in propria imbecillitate, & in rebus creatis, ad quarum instar, & non aliter Deum potest cognoscere. At si secundum faciat, omnino temere, & sine fundamento faciet, & in hoc consistit hæc sententia. Sicut licet intellectus noster non temere, sed cum fundamento, quod in natura ipsius intellectus reperitur, Deum ad instar corporis concipiat; temere tamen, & sine fundamento modum corporeitatis Deo obiectivè attribueret.

Item 2.
replie.

Ad secundam disting. est mai. licet non detur in Deo, secundum modum significatum per istum terminum *intellectus* prout ab intellectu distinguitur, neg. mai. non significatum, sed solum ex modo significandi importatum, concedo mai. ut enim ait D. Thomas super *quest. 13. artic. 2.* quando in significato nominis includitur, id quod Deo non convenit, nomen de Deo absolute non dicitur, ut Lapis, Leo, &c. & tale etiam est *intellectus*, prout significat potentiam, & actum primum: nam prout sic ex parte rei significatæ importat formalitates Deo obiectivè non convenientes. At quando nomen solum ex modo significandi, importat aliquid Deo obiectivè non conveniens, tunc nomen obiectivè de Deo dici potest, & talia sunt nomina ista; *Sapientia, Iustitia, Bonitas, &c.* quia licet ex modo significandi perfectiones significant ut distinctas, & ut sic à nobis conceptas; hoc tamen non importatur ex parte rei significatæ: & ideò obiectivè de Deo dicuntur.

38
Obiect. secundò obijcies Deus non solum intelligit, sed etiam est po-

tens verè, & realiter intelligeres; sed quia actu realiter intelligit, est in eo verè, & realiter actus intelligendi: ergo si etiam est potens verè, & realiter intelligere, est in illo vera, & realis potentia intellectiva. Patet consequentia; cum non minus proveniat formaliter à potentia intellectiva denominatio potentis intelligere, quam ab intellectu ne denominatio actualiter intelligentis.

Respondetur disting. mai. est etiam potens realiter intelligere *potentia Logica*, concedo mai. *phisica*, neg. mai. & concessa min. distinguendum est consequens distinctione mai. Potentia Logica consistit in non repugnantia, ut Deus intelligat; quæ in Deo realiter reperitur, & convincitur ex eius actu: immo, cum eo summè identificatur: potentia autem phisica consistit in ratione principij intellectiois, quam in Deo negamus.

Sed contra instabis primò. Deus aliter est potens intelligere, ac intellectio creata: est enim potens intelligere per modum intelligentis, & habentis intellectus; sed intellectioi creatæ convenit posse intelligere potentia Logica: ergo Deus non solum est potens intelligere potentia Logica, sed etiam Phisica. Secundò. Quia iuxta D. Thomam 2. *contra Gent. cap. 7.* quia Deus agit, est potens agere non solum potentia Logica, sed etiam Phisica: ergo ex eo quod intelligit, sequitur quod sit potens intelligere, non solum potentia Logica, sed etiam Phisica.

Ad primam dist. est mai. *alienitate potentia ab actu*, neg. mai. *alienitate actus*, concedo mai. Potentia igitur, ràm in Deo, quàm in intellectu creata, ad intelligendum, utrobique est Logica; actus autem intelligendi est diversus: nam in Deo, cum sit per se subsistens, non solum est intellectio, sed & intelligens, & habens in-

Solutio 2;
obiect.

39
Duplex
inst. con-
tra solut.

Utraque
dissolv.

tellektum, sumpto intellektu pro intellektione: abstracta enim & concreta in Divinis ad invicem dicuntur, & ad invicem predicantur. Intellectio autem creata, cum sit accidens, & limitatum; solum est intellektio, & non intelligens, aut habens intellektionem. Ad secundam neg. est consequentia: nam ex eo quod Deus est agens, & producit aliquid ad extra, infertur in eo potentia, non solum Logica, sed etiam Phisica ad agendum: quia tunc salvatur sufficienter distinctio requisita inter principium, & principiatum, inter potentiam activam, & rem actam: at ex eo quod intelligit, cum intelligendo non producat aliquid ab intellectu realiter distinctum, non salvatur distinctio requisita inter principium, & principiatum, inter potentiam activam, & rem actam, ut ponatur potentia Phisica; quare solum infertur Logica.

40

Altera
inst. & eius
solus.

Sed adhuc dices: quamvis actiones illae, quibus Deus producit aliquid à se distinctum, sive essentialiter, sive personaliter, non distinguantur realiter ab ipsa potentia; salvatur tamen in Deo respectu illarum potentia secundum veram rationem principij, ut expressè asserit D. Thomas 1. part. *quæst.* 41. *artic.* 2. *ad* 3. ergo idem poterit dici respectivè ad intelligere, & velle. Respondetur distinguendo antecedens: respectu illarum, secundum id quod dicunt de denominatione, & in obliquo concedo antecedens: secundum id quod dicunt de entitate, & actualitate neg. antecedens, & consequentiam. Nam primò modo explicant aliquid realiter à Deo productam, respectu cuius, datur in Deo potentia secundum veram rationem principij; secundo autem modo solum dicunt actualitatem, & entitatem ipsius intelligere, & velle, quæ est eadem cum essentia, & respectu cuius non salvatur in Deo vera ratio principij, ut expressè ibidem asserit D. Thomas.

41

3. Obiect. Tertiò obijcies: In Deo datur obiectivè, & ex parte rei significa-

tà conceptus naturæ: ergo & conceptus potentia in ordine ad intellektionem. Antecedens videtur certum, & consequentia probatur: tum quia non minus ratio principij est de conceptu naturæ, quam de conceptu potentia: nam sicut potentia diffinitur, quod sit principium agendi; ita natura, quod sit primum principium motus, & quietis, &c. Tum quia natura est principium radicale operationis; sed principium radicale, cum sit remotum, non operatur nisi medio principio proximo: ergo si datur natura, datur principium proximum operationis, quæ si sit intellektio, erit intellektus.

Respondetur disting. antecedens: datur in Deo obiectivè, & ex parte rei significatæ conceptus naturæ, prout natura est idem ac essentia, & importat primum conceptum, quæm de aliqua re formamus, concedo antecedens; prout distincta ab essentia, aut secundum quod importat primam radicem motus, & quietis, nego antecedens, & consequentiam. Primò enim modo, nihil importat Deo repugnans; secundo autem modo importat rationem principij, quæ non obiectivè, & ex parte rei significatæ, sed ex modo solum significandi in Deo reperitur. Probationes autem consequentia, procedunt ex suppositione antecedentis, non in primo, sed in secundo sensu veri.

Sed contra instabis primò. Quia iuxta D. Thomam infra *quæst.* 39. *artic.* 2. *ad* 3. *Sicut tres Personæ Divinae dicuntur unius essentia, ita possunt dici unius natura, licet melius explicetur unitas earum dicendo esse unius essentia, quam unius natura:* ergo iuxta D. Thomam non solum essentia, sed etiam natura, ut ab ea distincta, verè dicitur de Divinis Personis. Secundo. Quia si de Deo dicitur obiectivè conceptus essentia, prout importat munus constituendi ipsam, ut à cæteris Atributis distinctam, non potest etiam non dici obiectivè de Deo

Solut.
obiect.

42
Duplex
inst. con-
tra, solus.

Deo conceptus naturæ, prout importat munus radicis Atributorum; sed, ut concessimus, primò modo dicitur: ergo, & secundò. Mai. probatur. Tum quia sicut natura est principium operationis; ita essentia principium essendi: ergo si dicitur conceptus essentiæ, dicitur conceptus naturæ. Tum quia in creatis conceptus constitutivus essentiæ, ut distinctæ à proprietatibus, est proprietatum radix: ergo & in Deo. Tum quia essentia in Deo, eo differt ab Atributis, quia quamvis utrumque excludat causam, & principium formale, essentia tamen excludit etiam principium virtuale, non autem Atributa; sed principium virtuale Atributorum, nihil aliud esse potest nisi natura: ergo.

Tum quia Atributa Divina non conveniunt Divinæ essentiæ, ad ea præintellectæ, tanquam perfectiones materialiter, aut per accidens ad eam consequuntur, sed tanquam per se exactæ: ergo tanquam in ipsa radicata. Tandem hoc ipsum manifestatur concretando materiam: nam si Essentia Dei, prout distincta ab Atributis, constituitur v.g. per rationem substantiæ summe immaterialis, huic tanquam rationi à priori debetur Intellectus, & intellectui Voluntas, & sic de reliquis alijs: undè hic D. Thomas *artic. I. ex immaterialitate Dei à priori probavit eius intellectum, & infra quæst. 19. artic. I. ex intellectu voluntatem, & sic mirabili ordine, & à priori procedit probando reliqua Dei Atributa, & unum ex alio tanquam ex ratione à priori deducendo: ergo unum comparatur ut ratio alterius, & Essentia ut ab eis distincta, ut omnium eorum radicalis ratio.*

43 Diruitur 1. inst. Ad primam concessio antecedenti distinguendum est consequens: natura, ut distincta ab essentia, dicitur de Deo ex modo concipiendi, & significandi concedo consequentiam, ex parte rei significatæ, neg. consequentiam. Natura ergo, prout est idem cum essentia dicitur de Deo obiectivè,

& ex parte rei significatæ: quia tamen conceptus iste à nobis per modum radicis concipitur, ex parte tamen obiecti munus radicis non exercet; ideo sub conceptu naturæ, quæ constitutivè dicit rationem principij radicalis, dicitur de Deo solum ex modo significandi. Propter quod fortassis D. Thomas verbis adductis asserit, quod melius exponitur personarum unitas dicendo esse *unius essentia*, quam *unius natura*.

Ad secundam replicam neg. est mai. ad primam eius probationem, negandum est antecedens: nam ut ait D. Thomas loco immediatè citato, natura designat principium actus: undè in eius diffinitione cadit ratio principij: essentia autem dicitur ab essendo; neque in eius diffinitione ratio principij importatur: undè ex negatione principij respectu suorum actuum in Deo infertur negatio naturæ, non autem negatio essentiæ. Ad secundam neg. est consequentia: nam in creatis propter realem distinctionem repertam inter essentiam, & proprietates, essentia potest habere munus naturæ, sicut & principij formalis proprietatum: hoc autem non potest in Deo accidere, propter identitatem inter Essentiam, & Atributa repertam.

Ad tertiam neg. est mai. sumpta de Essentia, & Atributis, prout obiectivè in Deo reperiuntur: nam prout sic, non solum essentia, sed etiam Atributa excludunt etiam rationem principij virtualis, nisi *virtuale* accipiatur pro fundamento, quod intellectus noster invenit in rebus creatis, ad quarum instar concipit Divina, ut in Deo concipiat prædicatum constitutivum essentiæ, ut principium proprietatum: sed modus iste intelligendi solum ex parte intellectus sic tenet, & non refunditur in obiectum.

Ad quartam dicatur, quod Essentia Divina, ut præintellecta Atributis, est Essentia Divina, ut per rationem ab eis distincta: undè prout sic,

Diruitur 2.

Dilut. 2: inst. quo ad 3. prob 1. mai.

Diluitur quo ad 4. & ultim.

Idem intentum.

fic, non significatur Divina Essentia, secundum id, quod in se, & obiectivè habet; cum in se sine attributis concipi non possit. Undè quod ei, prout sic præintellectæ, conveniat esse, aut concipi per modum principij, & radicis attributorum, solum est quod ex modo significandi hoc ei conveniat; non autem obiectivè, & ex parte rei significatæ. Ex quo ad ultimam dicitur, quod quando ex essentia probantur attributa, & ex uno attributo aliud, sicut probavit D. Thomas, sumitur essentia, ut ab Attributis distincta, & ut eis etiam præintellecta; cui proinde attribuitur ratio principij: at sicut distinctio est tantum ex modo significandi, & non dicitur de Deo obiectivè, ita & munus principij; ac proinde munus potentia, radicis, & natura.

44
Triplex
cõtra dic-
ta replica.

Solutionem istam verissimam existimo, cuperemque, quod ab omnibus perciperetur: undè ut magis explicetur, replicabis primò. Nam ex illa sequi videtur in primis quod natura Divina non magis propriè de Deo dicatur, quam ratio corporis: utrumque enim solum ex modo significandi de Deo dicitur; ac proinde quod quando de Divinis personis dicitur, quod sint eiusdem nature, ut natura diverso modo significat, ac essentia, sicut dicitur à D. Thoma: non magis propriè de illis dicitur, ac si diceretur esse eiusdem corporeitatis: quod est absurdum. Secundò sequitur quod essentia Divina obiectivè, & ex parte rei significatæ accepta non magis uno, quam omnibus Divinis prædicatis constituitur: nam sic accepta unum non præintelligitur alteri, neque unum est alterius ratio; sed oppositum est frequentior Theologorum sententia: ergo. Tertiò etiam sequitur, quod non magis unum prædicatum, Divinum obiectivè acceptum sit alterius ratio, v. g. Intellectus Voluntatis, quam è converso: ac proinde quod utrumque possit promiscuè accipi ad alterum proban-

dum; sed hoc est contra illorum prædicatum naturam, secundum quam ponuntur in Deo, & contra Theologorum, præcipuè D. Thomæ studium, in hoc verè admirabile, quod singulari, proprijsimoque ordine unum prædicatum Divinum deducit ex altero tanquam ex propria eius ratione à priori: ergo.

Ad primam neg. est consequentia. Quia natura non accipitur ibi à D. Thoma, neque ab aliquo eam de Deo absolutè prædicante, prout significat conceptum obiectivum distinctum ab essentia, sed prout eundem conceptum significat, cum modo tamen concipiendi à nobis, ut primum operationis principium: quare de Deo obiectivè, & ex parte rei significatæ dicitur, non tamen ex illo modo significandi. Per quod differt à corpore, seu corporeitate: quia nomina ista, unicè accipiuntur, pro re corporea significata ex parte obiecti; cumque ista repugnet Deo, non potest de illo absolutè dici. Igitur hoc nomen *natura* duplicem habet acceptionem: aliam secundum quod accipitur, & ex parte obiecti significat primam radicem motus, & operationis; & hoc modo impropriè de Deo dicitur. Aliam secundum quod ex parte obiecti solum significat primum conceptum rei, à nobis ad instar principij, & radicis conceptum; & hoc quidem modo, etiam differt ab essentia, tantum ex modo significandi, non autem ex parte rei significatæ: & sub ista acceptione propriè de Deo dicitur, quia proprietas ista per modum significandi non impeditur, ut constat in nominibus istis *Sapientia*, & *Iustitia*. Corporeum autem unicam tantum habet acceptionem, secundum quam ex parte rei, corpus significat; ac proinde non nisi impropriè, & metaphoricè de Deo dici potest.

Sed adhuc dices: quare ergo non poterit intelligi ipsa Dei intellectio, & sub conceptu intellectio-
46
Inst. que-
dam ad
tionis, & sub conceptu potentia dict.
in-

45
i. Replicæ
fit satis.

intellectionem principiantis, licet iste secundus conceptus solum ex modo significandi in Deo reperiat? Sicut concipitur ipsa essentia Dei, & sub conceptu essentiae ex parte obiecti in Deo reperta, & sub conceptu principij radicalis Atributorum, quamvis ratio ista, solum ex modo significandi Deo conveniat? Quod si admittitur; aperte sequitur, quod sicut secundum sufficit, ut nomen naturae de Deo absolute dicatur, quamvis rationem principij solum ex modo significandi importet; pariter poterit dici nomen potentiae intellectivae. Quod si non admittitur intellectionem, ut sui ipsius principium posse concipi, saltem iam habetur, quod ipsa Dei essentia, ut principium intellectionis concipiatur: unde & poterit de Deo dici, non solum sub conceptu essentiae, & naturae, sed & potentiae intellectivae.

ciplatur per modum principij intellectionis, sicut & ceterorum atributorum, hoc tamen non sufficit ut absolute dicatur potentia intellectiva. Tum quia apud ipsos Adversarios ipsa Dei potentia intellectiva debet mediare inter naturam, & actualem intellectionem. Tum quia tam potentia intellectiva, quam actualis intellectio debent in ordine ad naturam comparari, tanquam ipsius Atributa. Tum quia quod habet munus potentiae intellectivae debet esse, etiam apud ipsos, principium, a quo, non per emanationem, sed per virtualement elicientiam intellectio procedat; at tunc casus ad summum conciperetur intellectionem Divinam procedere a natura Dei per virtualement emanationem: ergo. Sed ut iam notavimus, licet aliter contingeret, cum hoc solum esset, quod potentia diceretur de Deo ex modo significandi, nihil oppositae sententiae faveret.

47
Dilutio
obviando
1. part. di-
legmaris.

Respondetur quod utroque admissio, & concessio, adhuc non sequeretur, quod daretur in Deo obiective, & ex parte rei significatae intellectus per modum potentiae, sed solum ex modo significandi; sicut non sequitur quod datur in Deo conceptus primi principij, & radicis ex parte rei significatae, sed solum ex modo significandi; quod sufficit ad falsitatem oppositae sententiae: sed revera primum accidere non potest, nec ex dictis ullatenus inferitur: nam quod essentiam Dei possimus per modum principij atributorum concipere, provenit ex eo, quod in creatis ad hoc invenimus fundamentum: in eis enim primus rei conceptus, non solum est essentia, sed prima radix ceterorum. At ut concipiamus intellectionem, ut sui ipsius principium, non solum non invenimus fundamentum in creatis; sed manifestam repugnantiam: repugnat enim etiam intellectionem creatam se ipsam principiare.

Ad secundam replicationem respondetur, quod quando Theologi disputant, quodnam sit constitutum naturae Divinae? non disputant de constitutivo eius, prout est in se, & prout a nostro modo concipiendi praescindit: nam prout sic omnes conveniunt (nisi forte Scotum excipias propter distinctionem realem formalem) naturam Dei constitui omnibus praedicatis in ea repertis, seu potius univo illo, & indivisibili, quod apud nos diversis conceptionibus, & vocibus exprimitur. Unde si beatus constitutum naturae Divinae designare vellet, aut posset, non designaret aliquod Dei praedicatum, ut ab alijs distinctum, & alia ut illius atributa, sed ipsam simplicissimam Dei entitatem, quae prout in se, sine ullo ordine, & distinctione, omnibus aequivalens, & omnem perfectionem in se continens, Deum constituit. Disputatio ergo Theologorum ad hoc tendit, ut designet constitutum naturae Dei, prout Deus a nobis concipitur, & in varia praedicata dividitur; quod

48
Replic.
num. 44
proposita
dirigitur.

Obvian-
do 2.

Ad secundam probationem dicitur: quod licet Dei essentia con-

nam nimirum sit illud, quod suapte sui natura, & in sua abstractione formali consideratum, debeat concipi ut primum, & ut ceterorum radix, licet neque esse primum, aut esse radicem obiective, & ex parte rei significata debeamus de illo predicare.

Dirigitur

3.

Per quod constat ad tertiam: nam si attendimus ad id, quod inter ipsa Dei predicata obiective, & realiter invenitur, unum non est ratio alterius: immo non est unum, & alterum, sed simplicissime omnia sunt unum; licet ex nostro modo concipiendi, quo ipsa, ut distincta concipimus, unum potius esse rationem alterius, quam e converso, concipiamus: ad idque præstat fundamentum ipsorum natura, prout à nobis in creaturis experitur, iuxta quam unum est alterius ratio, Intellectus, scilicet, Voluntas, & non e converso. Et istum ordinem attendit D. Thomas, & ceteri Theologi, dum unum prædicatum Divinum, ex alio à priori probant; quia prout in via articulatum, & divisim intelliguntur; debent etiam intelligi secundum debitum ordinem, quem suapte ipsorum natura postulat.

49

4. Obiect.

Obijcies quarto, datur intellectio in Deo per modum actionis: ergo & intellectus per modum potentie, & principij illius. Patet consequentia: quia in conceptu actionis definitivo exprimitur egressio illius à principio: diffinitur enim actio, quod est motus prout ab agente. Respondetur negando antecedens: nam intellectio non datur in Deo obiective, & ex parte rei significata per modum actionis, sed per modum actus ultimi, aut purissime actualitatis, quam ex nostro modo concipiendi concipimus per modum egressionis à principio: sic D. Thomas *quest. 1. de Potentia, artic. 1. in fine Corp.* ibi: *Attribuimus Deo operationem ratione ultimi complementi, non ratione eius, quod operatio transt.*

50

Inst. contra solut.

Sed contra instabis. Quia in Deo datur intellectio per modum

vite in actu secundo; sed de ratione vite in actu secundo, est quod sit à vivente elicitive: ergo. Mai. supponitur, & min. probatur: tum quia *vivere est se movere*, & se movere non potest intelligi sine elicientia actionis: tum quia ad rationem vite non sufficit ab alio dimanare: principium enim dimanationis commune est viventibus, & non viventibus: unde ignis non vivit per dimanationem caloris ab ipso: immo nec Deus vivit per substantiam, & personalitates, quæ ab eo tantum dimanant. Tum quia, eo Thomistæ probant processiones Divinas non esse pure emanationes, sed actiones intellectus, & voluntatis, quia per eas Deus vivit: ergo.

Ad repl. distinguenda est mai. prout actus secundus dicit respectum ad primum, neg. mai. prout dicit rationem purissimæ actualitatis, concedo mai. & neg. est min. de vita in actu secundo sic intellecta. Nam sicut ait D. Thomas *infra quest. 18. artic. 3. ad 2. Sicut Deus est ipsum suum esse, & suum intelligere, ita est suum vivere, & propter hoc se vivit, quod non habet vivendi principium.* Unde ad primam eius probationem dicatur, quod in primis ab omnibus est solvenda: nam si vivere est proprie se movere, cum motus proprie sit *actus entis in potentia, secundum quod in potentia*; Deo cui proprie convenit vivere, proprie conveniet esse in potentia. Deinde si vivere est operationem elicere, cum proprie realiter, & formaliter vivat etiam proprie realiter, & formaliter operationem eliciet; ex quo ulterius sequeretur eam proprie realiter, & formaliter recipere; alias non se moveret, sed alia; quorum utrumque est absurdum,

Quare pro omnibus dicendum est ex D. Thoma loc. cit. *ex 1. part. & 4. contra Gent. cap. 11.* quod vivere dicitur de Deo in quantum id ipsum, quod in creaturis fit elicendo, & recipiendo, quod est actus vitalis, per quem se mover, est

51
Inst. solutio.

G. D. I. oblat. in. 1. 1. 1.

52
Solv. 1.
prob. mia
inst.

est in Deo sine receptione, & elicientia, sed per summam identitatem: nam cum vivere dicantur aliqua, secundum quod operantur ex se ipsis, & non quasi ab alijs mota; quanto perfectius hoc competit alicui, tanto perfectius ei competit vivere; perfectius autem competit hoc ei, cui competit purum operari, & sine principio operationis, quam si ei convenit operari, medio aliquo principio. Tum quia primo modo erit magis actuale in operando: tum quia ipsum operari erit ei magis intrinsecum, & minus dependens ab extrinsecis; ac proinde, & vivere. Cui autem hoc modo convenit operari, non convenit per modum actionis obiectivè, & ex parte rei significatæ, sed ad summum ex modo significandi. Sic autem Deo convenit, cui supremus gradus vitæ debet attribui. Ex quo in forma disting. est min. vivere est se movere vivere *creatum, & potentiale*, concedo min. vivere *divinum, & summè actuale*, eam subdistinguo: est se movere *obiectivè, & ex parte rei significatæ*, neg. min. *ex parte modi significandi*, concedo min. & neg. est consequentia.

Ex quo ad secundam probationem dicatur, quod non ponimus in Deo intelligere, & velle per modum vitæ, aut quia eliciantur, aut quia ab eo dimanent; sed quia ipsæ ex suo conceptu formali sunt vitales, & Deo in summo actualitatis gradu, per summam identitatem, conveniunt. Quando verò Thomistæ probant contra Durandum, & Molinam processiones divinas esse vere actiones vitales, solum probant quantum ad id, quod actio habet, de *producere, & influere* in personas procedentes; non autem quantum ad id, quod habet de *egressione ab aliquo principio*, nisi forte ex modo significandi.

53
54
Obiect. Obijcies quintò. Lumen gloriæ est formalis participatio intellectus divini; non per modum actus secundi: ergo per modum actus

primi: ergo datur in Deo formaliter intellectus per modum actus primi. Mai. est communis sententia Theologorum, præcipuè Thomistarum. Min. autem constat: tum quia ipsum lumen gloriæ non est actus secundus, sed primus in ordine ad intelligendum: tum quia ipsa visio Dei participat intellectum divinum per modum actus secundi. Secunda autem consequentia probatur. Quia prædicatum formaliter à Deo participatum formaliter in Deo debet reperiri, ad differentiam eius, quod participatur virtualiter, ut ratio corporis. Quod confirmari potest ex sententia, quam probabiliter admittimus *tract. de Vis. disput. 3. dub. 2. à numer. 37.* esse scilicet possibilem intellectum supernaturalem per modum potentia: iste enim etiam deberet esse participatio formalis Divini intellectus per modum potentia: nam quod reperitur in formaliter participante, debet etiam reperiri in formaliter participato.

Respondetur hoc arg. ab omnibus debere solvi: nam lumen gloriæ non solum est actus primus visionis, sed etiam per modum habitus tribuit posse ad illam: si ergo, quia in se est actus primus formaliter, prætenditur, quod hoc prædicatum formaliter reperitur in Deo, ut ab eo formaliter participetur; etiam in eo deberet reperiri formaliter ratio habitus, ut formaliter participaretur à lumine.

Pro solutione ergo arg. est notandum, quod id, in quo participans aliquod prædicatum divinum explicat imperfectionem, non est formaliter à Deo participatum; & ideo ratio *limitationis, finitudinis, compositionis, & similia*, quæ in formalibus Dei participationibus inveniuntur, à Deo formaliter non participantur, neque in eo formaliter reperiuntur: & talis etiam est conceptus habitus in omnium Thomistarum sententia, & in nostra etiam formalitas principij, & potentia in ordine ad intellectionem, &

Obiectio ista omnibus est solvenda.

55
Doctrina pro solut. noranda.

& conceptus actionis : ita enim ex proprio, & formali conceptu, ut ex iam dictis constat, dicantur imperfectionem. Dicuntur ergo predicata ista formales participationes Dei, non quia, quidquid in se habent, formaliter in Deo reperitur, & inde à creaturis formaliter participetur, sed quia participant aliquid formaliter in Deo reperiunt quod tamen per participationem, & ex natura participantis, sic modificatur, determinatur, & limitatur, quod sub his modis in Deo reperiri non potest.

Obiect. so-
lutio.

Sic ergo ab intellectu Divino, qui tantum reperitur in Deo obiectivè per modum purissimæ actualitatis, & non per modum potentia, aut actionis, participat lumen gloriæ, non rationem actus primi, sed rationem communem intellectus, quæ per naturam participantis redditur actus primus; immo, & habitus. Et ipsa actualis visio eundem intellectum participat sub ratione actualitatis, & non sub ratione actionis: sed per illius naturam, sicut actualitas illa redditur limitata; ita redditur vera actio, & realis. Et idem dicimus, de intellectu supernaturali, si possibilis admittitur, quod scilicet, formaliter participaret illud prædicatum in Deo reperiunt, sub ratione quadam communi, & quod per particularem eius differentiam ex eius natura proveniente in esse principij, & potentia constitueretur.

56
6. Obiect.

Sextò obijcies. Potentia cum sola distinctione penes explicitum, & implicitum, & cum implicita inclusione actionis, nullam imperfectionem importat; sed sic ponitur ab Advers. obiectivè in Deo: ergo. Min. cum consequentia constare videtur, & mai. probatur. Tum quia potentia cum implicita inclusione actionis, & omnium, quæ sunt in Deo, est infinita, actus purus, & Deus: ergo. Tum quia omnis imperfectio, quæ convenit potentia creatæ in ordine ad actionem, est propter distinctionem, quam ab

ipsa importat: unde si daretur aliqua potentia creata, quæ secum identificaret suam actionem, esset infinita simpliciter in ratione potentia. Tum, & est omnium ratio: quia potentia sic solum ab actione distincta, nullam arguit in se potentialitatem, sed solum ex parte intellectus nostri imperfectè illam cognoscens: nam dum sic sunt identificata, unum est de conceptu quidditativo alterius, & unum aliud essentialiter includit, licet noster modus cognoscendi ad unum explicitè, & non ad aliud terminetur: ergo.

Obiectio
disolv.

Respondetur quod potentia, cum sola distinctione penes explicitum, & implicitum, & cum actuali inclusione actionis, non est obiectivè, & ex parte rei significatæ potentia in ordine ad actionem, sed ad summum ex modo significandi: tum quia potentia, quæ obiectivè, & ex parte rei significatæ est talis, est potentia realis, ut Advers. fatentur: potentia autem realis importat rationem principij realis: principium autem reale realem distinctionem à principio, ut supra ex D. Thoma vidimus; hoc autem stare non potest, si potentia formaliter includat actionem. Tum quia, ut superius etiam arguebamus, potentia constituitur formaliter per ordinem, aut connexionem cum operatione, & per illam diffinitur: ergo potentia, quæ est realis, realem ordinem, aut connexionem debet cum operatione dicere; quod etiam in intelligibile est, si operationem formaliter includat. Sic ergo, quamvis admittamus, quod potentia, prout ibi explicatur, nullam importat imperfectionem; quia tamen potentia sic explicata, non est potentia realis, sed solum ex modo concipiendi, nihil potest favore Adversarij; quare omnes probationes maioris, in quibus labor est Advers. omnino cassæ redduntur.

Septimò obijcies. Hæc est mai. 57
la consequentia: Potentia importat 7. Obiect.
prin.

principium actionis, & actio egressum à principio: ergo potentia realis, principium reale, & actio realis, egressum realem: potest ergo dari in Deo realis potentia, & realis actio sine reali principio, & egressione. Patet consequentia, & antecedens probatur: istæ sunt malæ: Intellectus importat distinctionem à voluntate, & è contra: ergo intellectus realis, & realis voluntas realem distinctionem. Et hæc: Natura distinguitur ab attributis: ergo natura realis, realiter ab attributis realibus: intellectio, & volitio distinguitur ab obiectis: ergo intellectio, & volitio realis, realiter distinguntur ab obiectis realibus: omnes, enim istæ consequentiæ manifestè instantur in Deo: pariter ergo, & altera erit mala.

Solv. 7. Respondetur neg. antecedens. obiectio. Ad probationem concessio antecedenti, scilicet, quod omnes illæ, sint malæ, neg. est consequentia: & disparitas inter omnes est manifesta; nam conceptus diffinitivus potentia est ratio principij; & actionis, ratio egressionis: quare ea ratione, qua est potentia, debet esse principium, & qua actio, egredi: inintelligibilis ergo est potentia, & actio realis, sine reali principio, & egressu; sicut nec relatio realis, sine reali respicientia termini; at nec natura, nec intellectus, nec intellectio constituuntur formaliter in esse talium per distinctionem, vel ab attributis, vel à volitione, vel ab obiecto, sed per sua propria prædicata: quapropter non sequitur ex eo quod sint reales, quod realiter distinguantur.

58 Tandem, obijcies specialiter Ult. ob- iectio. contra ultimam rationem, qua ex negatione habitus negavimus in Deo potentiam: nam oppositum traditur à D. Thoma in 1. dist. 35. artic. 5. ad 5. ibi enim cum proposuisset hoc arg. ad probandum quod in Deo datur scientia secundum habitum, scilicet, quod sicut potentia est medium inter essen-

tiam, & operationem; ita habitus est medium inter potentiam, & actum; sed quamvis in Deo omnia unum sint, designamus essentiam, operationem, & virtutem: ergo similiter, & habitum: huic arg. sic respondet ad 5. dicendum, quod virtus nominat principium operationis perfectum; & ideo virtutem operativam in Deo significare possumus; sed habitus non est nisi perfectio alicuius potentia incompleta ad actum, non tamen ultima perfectio: undè ponit duplicem imperfectionem, scilicet, potentiam perfectam per habitum, & habitum, qui per operationem perficitur: ergo iuxta D. Thomam in Deo ponitur potentia secundum quod est operationis principium, & secundum quod mediat inter operationem, & essentiam; quamvis non ponatur habitus: male ergo, & contra S. Doct. intulimus ex negatione habitus, & negationem potentia.

Respondetur quod hanc consequentiam: non datur in Deo habitus, ergo nec potentia, præcipue est in D. Thoma fundavimus, & in littera eius ex contra Genit. quæ in casu Dubij præferenda est libris Sententiarum. Sed revera nec ibi D. Thomas oppositum asserit, nec in eo arg. Materiam istam tractat, sed aliam longè diversam, quod manifestè constabit mentem illius aperiendo, ex his quæ quærit, & docet in illo artic. quærit ergo D. Thomas: Utrum scientia Dei debeat dici universalis, vel particularis, in potentia, in habitu, vel in actu? Quod constat ex titulo præfixo in initio quæst. qui solus traditur à D. Thoma. Nomine autem scientia ibi, de qua inquit, intelligit divinam cognitionem prout communis Arti, Sapientia, & Prudentia, & non prout ab eis condistinguitur, ut omnes admittunt. Huic ergo quæsito respondet D. Thomas in Corp. artic. scientiam, seu cognitionem Dei, neque esse sub ratione universalis, nec sub ratione particularis, nec in

59
Solut. ultimæ obiect.

ratione potentia, aut habitus, sed solum in actu: Unde, sic concludit: *Et ideo scientia sua, neque universalis, nec in potentia, neque in habitu dici potest, sed tantum in actu*: quæ resolutio stare non potest cum sententia Adversariorum ponentium in Deo scientiam secundum rationem potentia.

Satis fit S. Dum ergo in solutione ad
Doct ob 5. concedit potentiam per mo-
iecto in r. dum virtutis perfecte mediantis
inter essentiam, & operationem, non est intelligendus de virtute intellectiva, aut volitiva, sed de virtute operativa ad extra, quæ est Divina omnipotentia, quam ponimus in Deo, non solum per modum actualitatis, sed per modum virtutis productivæ rerum ad extra: & hanc vocat D. Thomas primo potentiam mediam inter essentiam, & operationem, quia intelligitur posterior ad essentiam, & prius operatione. Deinde eam vocat principium operationis, non secundum quod operatio importat in recto, sed in obliquo, scilicet, de effectibus productis. Hæc, & non alia est mens D. Thomæ.

S. ULTIMUS.

COROLLARIA EX DICTIS.

60
1. Coroll. **E**X dictis inferitur primo non esse dicenda de Deo obiectivè, & ex parte rei significatæ nomina illa, *natura*, prout significat principium radicale operandi: *intellectus*, prout significat principium intellectiōnis: *voluntas*, prout significat principium volendi: *potentia*, prout significat principium actionis: nec pariter ista: *intellectio*, *volitio*, *actio*, prout significant egressum à principio: & ratio habetur ex dictis. Quia nimirum nomina ista, prout sic significantia, important ex parte rei significatæ imperfectiōnem realis distinctiōnis, & realis compositionis, realisque egressus,

quæ inter Divina prædicata summe identificata reperiri non possunt.

Nihilominus tamen, & est 61
secundum corollarium nomina ista: 2. Coroll.
intellectus, *voluntas*, *natura*, & *potentia*, & ista pariter: *intellectio*, *volitio*, & *actio*, sic absolute prolata affirmanda, prædicandaque sunt de Deo; quia licet ex primæva impositione, & prout de creaturis communiter dicuntur, importent ex parte rei significatæ imperfectiōnes iam assignatas; tamen ex communi nominum acceptione, & prout apud Theologos sunt in usu, cui standum est, promiscue accipiuntur, præcipue in Deo pro *intellectu*, & *voluntate*, ut præscindunt, à munere potentia, & actus purissimi intelligendi: & *natura* pariter pro aliquo præscindente à conceptu radicis, & primi prædicati essentia. Et tandem *intellectio*, *volitio*, & *actio*, accipiuntur prout præscindunt ab actione, quæ verè est talis per egressum, vel per summam actualitatem. Quare absolute concedenda sunt, & solum neganda cū aliqua ex determinationibus 1. Coroll.

Si autem quæras, an saltem possint concedi in Deo 62
intellectus, *voluntas*, *potentia*, & *actus primus*, prout significant principium virtuale intellectiōnis, & volitionis? & pariter *intellectio*, & *volitio*, & *actio* prout significant egressum virtuale ab intellectu voluntate, & potentia? Responderetur quod si nomine principij virtualis solum intelligitur fundamentum, quod Divinum intelligere, quod est per se subsistens, æquivalendo quo ad munus intelligendi, intellectui, & intellectiōni nostræ, præstat nobis, prout aliter ac est in se concipimus, concipiamus ad modum intellectus principiantis intellectiōnem, & ad modum intellectiōnis egredientis; sic potest concedi in Deo; sed hoc est quod minus potentia, & actionis dicantur.

cantur de illo ex modo significandi, & concipiendi; non autem ex parte rei significata.

Continua
ur factio ad
interrog.

Si autem nomine illo significatur aliquid prædicatum Divinum, quod obiectivè reperiatur in Deo formaliter constitutum, aut per virtualiter principiare, aut per virtualiter egredi, est implicatio in terminis: nullum enim prædicatum formale, quale esse debet obiectivè repertum in Deo, potest constitui, per id, quod virtualiter habet, aut præstat. Et tandem si nomine illo significatur aliquid obiectivè in Deo existens, quod ut distinctum ab intellectione fundet concipi ut principium illius; hoc etiam modo de Deo non dicitur, quia in eo tale non est prædicatum, nec sine imperfectione assignari potest: relinquatur ergo quod ratio principij virtualis, aut potentie intellectivæ, solum primo modo de Deo dici possit.

64
Ultimo
interrogationi satis
fit.

Unde si obiectivè, & ex parte rei significata, prout realiter in Deo reperitur, a nobis concipiatur, solum ibi invenietur quoddam intelligere, aut velle per se subsistens, & in supremo actuali-


tatis apice: quod, quamvis propter defectum nostri intellectus, & propter eius æquivalentiam que ad munus intelligendi ad intellectum, & intellectionem creatam, ad quorum instar omnia Divina intelligimus, apprehendamus illud, & per modum potentie, & per modum actus primi, & insuper, & per modum actionis; ipsum tamen in se realiter, & obiectivè nihil horum est, sed summa quædam, & infinita actualitas, quasi ab his omnibus, vel ab eorum imperfectionibus præcissa, & formaliter in se continens quiddam perfectionis in eis est; eminentiori tamen modo, utpotè eorum limitationes excludens. Hoc & non aliud Deum decet, licet nos id percipere perfecte non valeamus: sed in hoc corrigenda est phantasia, ne pluries equivocacionem patiamur, dum id, quod apprehendimus, & secundum modum, quem apprehendimus, ponendum in Deo existimemus. Et hæc de hoc Dub. applicanda

litteræ M. in 1. distinct.

35. §. 1. distinct. 7.

¶ 42. ¶ 45.

(*)



DUBIUM TERTIUM.

PER QUID NATURA DIVINA IN SUO ESSE
metaphisico constituitur?

§. I.

ALIIQUA SUPPONUNTUR

N. I
 Quare
 Dubium
 hic locetur.

DE hac difficultate aliqui agunt tract. de *Essentia*, & *Attributis*; sed merito à nobis præcedenti immediate præfigitur: tum quia utriusque intelligentiâ, ita connexa est, ut unus, sine alterius perfecte haberi non possit: tum quia non incongrue hic disputari, constat ex D. Thoma in *artio. 4. huius quest.* inquirenti: utrum intelligere Dei sit suum esse? sed aperienda est in primis difficultas, ut clarius in ea procedamus.

2
 Distinctio
 quardam
 præmittitur adque
 sui statû
 cognoscendum.

Duplex ergo constitutum Dei distingui solet, phisicum, scilicet, & metaphisicum: phisicum, ut nomen sonat, est illud, quod rem in suo esse phisico essentialiter constituit; quod proinde contrahitur ad omnia illa prædicata, quæ rei phisicè constitutæ adveniunt: talia sunt accidentia communia, & in sententia D. Thomæ omnes etiam proprietates, quæ à substantia realiter distinguuntur. Et quidem loquendo de hoc constitutivo naturæ Divinæ, nulla circa illud est difficultas: omnes enim Theologi conveniunt naturam Divinam, prout sic, constitui per omnia prædicata, quæ illi realiter conveniunt. Et ratio est evidens: nam omnia prædicata quæ Deo phisicè conveniunt, sunt cum eo phisicè identificata, ipse Deus, entia per se subsistentia, actus purus, & illi non accidentalia: ergo per omnia illa Deus phisicè constituitur.

3
 In quo sit

Difficultas ergo est de consti-

tutivo Dei metaphisico. De quo Dubij difficultas.
 adhuc dupliciter loqui possumus: vel de constitutivo eius metaphisico, prout est in se, vel prout à nobis ad instar rerum creatarum, & sumpto ab eis fundamento concipitur. Quod si loquamur primo modo, certum mihi etiam est, quod non minus Deus in se metaphisicè constituitur per omnia prædicata Divina, quam phisicè. Primo. Quia nullum prædicatum Deo conveniens, metaphisicè à Deo distinguitur: ea enim ratione, qua aliqua distincta conveniunt alicui, compositionem cum eo faciunt; in Deo autem nulla datur compositio metaphisica: tum quia omnis metaphisica compositio est ex actu, & potentia; tum quia supponit compositionem phisicam. Secundo. Quia in Deo, prout est in se, nullum prædicatum est prius altero, nec phisicè, nec metaphisicè; neque unum radicat alterum: immo, non est unum, & alterum, sed unicum, & indivisibile in summa actualitate, & simplicitate, tam phisica, quam metaphisica, omnium rerum creatarum perfectiones actualissimè continens, & simplicissimè coadunans. Ex quo inferitur, quod si Deus ipse, aut aliquis beatorum, Dei metaphisicum constitutum assignare vellet, non distingueret inter essentiam, & attributa, neque inter unum prædicatum, & aliud, sed omnia quæ in Deo sunt pro eius metaphisico constitutivo designaret. Unde difficultas in eo stat, ut designetur me-

metaphisicum Dei constitutivum, prout à nobis viatoribus concipitur, & sumpto fundamento à rebus creatis, ad quarum instar, & non aliter divina concipere volumus.

4
Quædam
animad-
versio.

Et ne alicui quæstio sic proposita voluntariè resolvenda videatur, aut improprie in ea usurpari nomen *metaphisica constitutio- nis*, advertendum est, quod illud prædicatum, quod tanquam metaphisicum Dei constitutivum, prout à nobis concipitur, designari debet, tale inter alia in primis esse debet, quod Deo, non solum ex modo concipiendi, sed etiam ex parte rei conceptæ conveniat. Deinde, tale etiam quod suapte sui natura, & metaphisica essentia, si in creaturis ponitur, sit primum, quod in eis concipitur, & radix cæterorum; ac proinde illarum prout sunt in se, metaphisicum constitutivum. Alia requisita ex dicendis constabunt. Et in hoc sensu existimo quæstionem disputandam, & resolvendam esse. Circa quam multiplex versatur sententia: principales tamen proponemus, eisque breviter impugnat, ad nostram mentem aperiendam gradum faciemus.

§. II.

PRIMA SENTENTIA
reijcitur.

5
Sens. Scot
refertur.

PRIMA ergo sententia, quæ tribuitur Scotto in 1. *diff.* 3. *quest.* 1. & *quodl.* 1. *artic.* 1. quamque sequuntur aliqui ex eius discipulis, tanquam de illius mente, quamvis alij ab ea Scotto excusent, affirmat constitutivum metaphisicum Divinæ naturæ esse *infinitatem*, per quam primo, & principaliter a creaturis distingui existimatur.

Reijcitur
i. talis sen-
tent.

Sed sententia ista communiter displicet, & reijcienda est primo. Quia infinitas, nec formaliter, nec fundamentaliter accepta potest Deum constituere: ergo nullo mo-

do. Antecedens quo ad primam partem probatur: quia formaliter accepta consistit in privativo: ergo prout sic non potest naturam Divinam constituere. Pater consequentia: tum quia natura Divina prout talis, est quid positivum: tum quia iuxta D. Basilium lib. 1. contra Eunomium *inmascibilitas* non est substantia Dei, quia nomen privativum. Antecedens autem probatur: tum quia iuxta D. Thomam supra *quest.* 7. *artic.* 1. infinitum dicitur aliquid, ex eo quod non est finitum. Tum quia hoc ipsum, ut ibidem advertit Caiet. constat ex compositione nominis per *in*, & *finitum* quod idem valet ac *sine fine*. Unde hoc nomen *ingenitum*, & *inmascibile*, teste D. Aug. 5. *de Trinit. cap.* 7. & D. Thoma infra *quest.* 33. *artic.* 4. ad 1. important etiam pro formali aliquid negativum; & idem est de his nominibus *immateriale*, *immensum*, & *immutabile*: nam si pro formali accipiuntur, quid negativum important; cum non tam dicant quid Deo conveniat, quam quid ab eo removeatur: idem ergo dicendum est de infinitate pro formali accepta.

Quod autem nec fundamentaliter accepta possit naturam Divinam constituere, probatur. Quia infinitas sic accepta importat modum rem aliquam afficientem, & in suo esse constitutam supponentem: ergo eam non constituit. Antecedens probatur: Tum quia infinitum, & finitum, prout primo de quantitate molis dicuntur, significant per modum modi ipsam quantitatem afficientis, quod traditur à Philos. 1. *Physic. textu* 15. & idem asserit de magno, & parvo *cap. de quantitate*: ergo pariter prout dicuntur de Deo, secundum quantitatem perfectionis, aut virtutis. Tum quia rem aliquam esse finitam, aut infinitam, est rem illam esse tantam; sed rem aliquam esse tantam, est modus illius, eam constitutam supponens: ergo. Tum quia infinitas sic se habet respectu Dei,

Continua-
tur i. re-
jectio il-
lius sent.

sicut respectu cuiusvis creaturæ finitas; sed respectu creaturæ finitas non est natura, sed modus naturæ: ergo. Tum quia infinitas sic se habet ad rem quam afficit, sicut & intentio; neutra enim naturam substantialiter variat, sed eam substantialiter invariata perficit: ergo sicut hac ratione intentio importat modum rei, eam constitutam supponentem; pariter, & infinitas. Et tandem quia infinitas Divinæ Sapientiæ, aut Bonitatis, non importat ex modo proprio significandi substantiam, aut speciem horum attributorum, sed modum quendam illorum: unde nec Sapientia, nec Bonitas per infinitatem constituuntur; quamvis in eis intimè includatur: ergo idem dicendum est de infinitate essentia.

6
Reijcitur
secundò
ipsa met
sententia.

Secundò reijcitur eadem sententia. Quia si infinitas constitueret metaphisicè Deum, potius constitueret sub conceptu essentia, quam sub conceptu naturæ; sed implicat hoc modo constituere: ergo. Mai. constat: quia infinitas potius pertinet ad lineam essendi, ubi est essentia, quam ad lineam operandi, ubi per modum radicis pertinet natura. Min. autem probatur: quia constitutum essentia ut tale, nequit à priori demonstrari; licet enim natura per essentiam, secundum aliquos demonstraretur; è converso tamen non potest contingere: per prius enim intelligitur sub conceptu essentia, quam sub conceptu naturæ; sed infinitatem probavit à priori D. Thomas supra *quæst. 7. artic. 1.* eo quod Deus est suum esse in nullo receptum: ergo infinitas nequit Dei essentiam constituere.

Ad idem.

Immo si dicatur constituere Dei naturam, sub conceptu naturæ; præter dicta, idem sit arg. Tum quia natura, si ut talis, demonstrari potest, solum potest demonstrari per essentiam, ab ea inadæquate distinctam; nihil enim prius natura, intelligi valet, nisi conceptus essentia ab ea inadæquate distinctus.

sed infinitas Dei, & Deum esse suum esse per se subsistens, non comparantur, adhuc iuxta Scotum ut conceptus essentia, & naturæ: ergo. Tum quia sicut infinitas in essendo demonstratur per hoc quod Deus est suum esse, ita infinitas in operando, per hoc quod sit sua operatio: ergo neutra potest Deum constituere, aut sub conceptu essentia, aut sub conceptu naturæ.

Tertiò reijcitur eadem sententia. Quia infinitas est prædicatum commune, & transcendens naturam divinam, & eius attributa: ergo per illam nequit metaphisicè constitui. Antecedens constat, quia non solum Essentia Dei est infinita, sed eius sapientia, bonitas, &c. Consequentia autem probatur. Quia natura divina metaphisicè accepta distinguitur à divinis attributis; sed per id, quod cum eis convenit, nequit ab eis distingui: ergo.

Nec refert, si dicas, naturam divinam non constitui infinitate sibi, & attributis communi, sed sibi quædam, propria, & prout est infinitas essentia. Non, inquam, refert: Tum quia quædam, & eiusim pugnatio. quia infinitas non redditur propria naturæ, ut ab attributis distinguitur, neque attributorum, ut distinguntur à natura, nisi per proprietatem naturæ, ut ab eis distinguitur, aut per proprietatem attributorum, ut distinguntur à natura: ergo propriori ad infinitatem, & independentem ab illa intelligitur in natura id, quo ab attributis differt, & in attributis id, quo differunt à natura: ergo etiam propriori ad illam intelligitur in natura id, quo constituitur ut ab attributis distincta, & in attributis id, quo constituuntur ut distincta à natura. Tum quia nullum attributum constituitur in suo esse metaphisico per infinitatem sibi propriam prout à reliquis distinguitur: ergo nec natura Dei per infinitatem sibi propriam, qua distinguitur ab attributis.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

9
i. Argum
pro sen-
tentia Sco
ti.

Primò obijcies. Natura divina, prout concipitur à nobis, ut ab attributis præcissa, est formaliter infinita: ergo infinitas est prædicatum constitutivum illius. Consequentia videtur bona: tum quia natura, ut ab attributis præcissa, solum dicit prædicata essentialia illius: tum quia ideo voluntas v. g. non ingreditur formale constitutivum naturæ divinæ, quia prout ab attributis distincta, non intelligitur volens. Antecedens autem probatur: tum quia prout sic præcissa nullis terminis clauditur: tum quia concipitur, ut ens à se, & per se subsistens. Tum quia concipitur ut includens omnia, & nihil illi ad conceptum naturæ deficiens: ergo.

Satis fit
argum.

Arg. in primis instatur in quacumque creatura v. g. in homine, qui essentialiter conceptus, & ut ab omni alio distinctus est formaliter finitus; cum tamen in esse hominis per finitatem metaphisicè non constituitur: undè disting. est antecedens: est formaliter infinita, infinitate transcendentali per modum modificationis, & in alio prædicato radicata, concedo antecedens: constituentem, neg. antecedens, & consequentiam: nam sicut ratio entis finiti, quamvis essentialiter inclusi in homine, etiam prout ab alijs distinguitur, eum non constituit; quia includitur tanquam prædicatum transcendens, & per modum modificationis, quæ iam supponit rem constitutam, & ex alio prædicato, scilicet, potentialitate deducitur: ita licet infinitas sit prædicatum essentialiter conveniens naturæ divinæ, prout ab attributis præcissæ; quia tamen convenit illi, ut prædicatum transcendens, & fundatum in ratione entis increati, irrecepti, & per se subsistentis; ideo eam metaphisicè non constituit.

transcendens: male ergo, saltem ex hoc capite negatur eam metaphisicè constituere. Antecedens probatur primò. Quia infinitas, quæ natura divina est talis, non convenit alijs prædicatis divinis: quamvis enim omnia illa infinita sint, non sunt tamen infinita, infinitate naturæ, & essentiæ, sed unius cuiusque propria: ergo. Secundò: quia infinitas divinæ naturæ potest à priori probari ex prædicatis proprijs illius, prout ab attributis distinguitur: ergo non convenit illi secundum rationem eis communem. Antecedens probatur: nam sicut probatur quod Deus in esse entis est infinitus, quia est ens per se subsistens, actus purus, & irreceptus, & quod voluntas etiam est infinita, quia etiam est per se subsistens, actus purus in propria linea, & irreceptus; ita etiam probatur, quod natura divina est infinita, quia in esse naturæ est per se subsistens actus purus, & irreceptus: ergo.

Solvitur
una via.

Hæc replica nihil ad propositum contrariæ sententiæ concludit: immo ex secunda antecedentis probatione manifestè infertur oppositum: nam si infinitas naturæ Divinæ à priori probatur ex altero prædicato sibi proprio, sicut & aliorum attributorum infinitas; iam natura Divina, sicut & cætera attributa, ad propriam infinitatem constituta supponitur. Undè ad illam duplici via responderi potest. Primo admittendo in Deo plures infinitates per rationem distinctas, & quæ ad multiplicationem attributorum multiplicentur: in quo casu, negandum etiam est infinitatem posse constituere, vel naturam Divinam, vel quodlibet aliud prædicatum quod afficit: quia licet non sit transcendens, significatur tamen per modum modificationis, quæ rem constitutam supponit, & ad eam prout sic consequitur.

10
Replica
côtra so-
lutionem.

Sed contra solutionem instari potest. Infinitas, quæ natura divina est talis, non est prædicatum trans-

Alia via responderi potest, & Alia via
melius: dicendo unam esse tantum solv. repli
Divinorum prædicatorum infinita- ca.
tem,

tem, & quod hæc unice consequitur ad rationem entis per se, & actus puri quod est esse prædicatum omnia Divina transcendens, eamque constitui propriam naturam, ut ab attributis distinctæ, & attributorum, ut distinguuntur à natura, ratione subiecti, aut materia, quam nostro modo concipiendi afficit: afficiendo enim naturam, eam infinitam in propria linea reddit, sicut & afficiendo bonitatem, aut sapientiam, &c. Unde quatenus est ex se communis, & transcendens est omnibus prædicatis Divinis, & unice ad rationem entis per se subsistentis, & actus puri, quæ omnia Divina transcendit, consequitur: unde quando dicitur, quod ex proprijs cuiuscumque prædicati probatur, verum est, si inter propria, prædicata etiam transcendentia computentur; secus tamen si ab eis præscindatur. Ex quo constat subsistere solutionem etiam ex capite transcendentia.

I 1

2. Argum
pro Scot.

Secundo obijcies: natura Dei, prout à creaturis distinguitur, eo prædicato constituitur, quod est ab ipsis imparticipabile; sed sola Dei infinitas est talis: ergo. Min. constat: quia alia prædicata Dei ut esse, vivere, intelligere, & velle, à creaturis participantur. Mai. autem probatur: nam si creaturæ participant id, quo Deus constituitur; constitutum Dei non constitueret illum, prout à creaturis distinguitur, sed prout cum eis convenit: ergo. Confirm. Quia natura Dei consistit in radice omnium Divinarum perfectionum; sed hæc est infinitas: ergo. Probat. Min. Tum: nam quia Deus est infinite perfectus omnes perfectiones ei conveniunt: tum quia finitas in creaturis est radix omnium imperfectionum earum: ergo è converso in Deo.

I 2

Occurrit
arg.

Respondetur maiorem esse falsam, etiam in sententia Scoti: quia non solum infinitas, sed & immensitas, ratio actus puri, & iuxta aliquos aternitas, & immutabilitas sunt à creaturis imparticipabi-

les; & tamen eis non constituitur Divina natura. Tum quia iuxta omnes Theologos gratia est formalis participatio Divinæ naturæ, prout à creaturis distinguitur. Tum quia etiam infinitas propria Divinorum attributorum, quæ, in sententia Scoti, non constituit naturam Divinam, etiam est imparticipabilis à creaturis. Unde disting. est mai. eo prædicato constituitur, quod est à creaturis imparticipabile univoce, aut substantialiter, concedo mai. accidentaliter, & analogicè, neg. mai. hac enim ratione à gratia habituali participatur, & hoc participationis genus latitudinem admittit, ut salvetur distinctio in proprio conceptu naturæ Divinæ; prout à creaturis distinguitur. Et quidem maiori cum convenientia calor ignis, qui est proprietas eius, prout ab aqua distinguitur, ab aqua participatur, quin per hoc eorum distinctio solvatur.

Ad confirm. neg. est min. nam ratio actus puri non convenit Deo à priori propter eius infinitatem, sed potius è converso, ut notavimus ex D. Thoma supra *quest. 7.* & idem dicitur de finitate respectu creaturæ: prius enim in ea intelligitur ratio potentialitatis, quam finitudinis, & ex primo infertur secundum. Unde prima divisio entis non est in ens finitum, & infinitum, sed in actuale, & potentiale, ut videre est apud D. Thomam *opusculo 42. cap. 1.*

§. III.

SECUNDA SENTENTIA
reijcitur.

Secunda sententia constituit naturam Divinam per omnes Divinas perfectiones, saltem absolutas. Quæ dupliciter explicatur: vel assignando pro eius constitutivo aliquod prædicatum Divinum, in quo omnes perfectiones essentialiter contineantur, ut ens à se, vel actus purus; & de hoc modo dicendi §. sequenti. Secundo

I 3
Opinio
Suarii, &
Aliorum.

explicatur hæc sententia ; ita ut intendat quod omnes perfectiones divinæ absolutæ non solum secundum quod conveniunt in ratione entis à se ; aut actus puri , sed etiam prout ad invicem secundum peculiare conceptus differunt , ingrediuntur constitutum metaphisicum Divinæ naturæ . Pro quo modo dicendi refertur P. Suarez , quamvis satis obscure loquatur , Martinus Perez , Arrubal , & alij eiusdem familiae .

Sed reiicienda est primò . Quia non attingit punctum difficultatis : nam difficultas hæc controversatur de constitutivo naturæ Divinæ ; prout à nobis concipitur , & prout hoc nomine *natura* significatur ; sed à nobis concipitur natura Divina , ut distincta ab attributis , & nomine isto sic significatur : hæc enim nomina *natura Dei* , & *attributa Dei* non sunt synonyma , sed ut quid distinctum significantia ab omnibus Theologis concipiuntur , & de eis diversas enuntiationes formant , ut quod *natura Divina est principium radicale divinarum processuum* , quod *intellectus* , & *voluntas sunt principium proximum* ; & sic plures alias , etiam apud PP. & Concilia : ergo .

Confirm. Quia attributorum nomine ab universis Theologis intelligitur aliquid per modum proprietatis naturam Divinam supponens , & eam afficiens : unde nomine proprietatis significantur à Gregorio Niseno *lib. 1.* contra Eunomium : à Tertuliano *lib. 1.* Adversus Marcio nominantur naturales Dei proprietates : & eodem modo de eis loquitur Ricardus à Sancto Victore *lib. 2.* de Trinitate , *cap. 1.* Sanctus autem Anselmus in Monologio *cap. 16.* ea vocat bona Dei , & clarius omnibus loquitur D. Damascenus *lib. 1.* de Fide , *cap. 4.* ubi hæc habet : *Quæcumque de Deo per affirmationem dicuntur non ipsius naturam , sed quæ circa ipsius naturam sunt , ostendunt* : ergo natura Divina , non est constituenda metaphisice per

Divina attributa , sed debet ad ea constituta supponi .

Secundo reiicitur : quia prædicata , quæ metaphisice constituunt aliquam naturam , debent ex æquo ei convenire , & non unum ratione alterius ; quod constat in alijs essentijs creatis : neque enim genus ratione differentia , aut è converso metaphisicam quidditatem constituit , sed utrumque in recto , & æquè primo constitutionem ingreditur ; sed non omnia prædicata absoluta æquè primò ei conveniunt , sed iuxta nostrum modum concipiendi , unum convenit ratione alterius : ergo . Min. probatur : nam Theologi plures demonstrationes à priori in Deo formant , quibus ex uno prædicato Divino aliud inferunt ; ut ex ratione actus puri probant cum D. Thoma supra *quest. 2. artic. 7.* simplicitatem , & *quest. 7. artic. 1.* infinitatem , & ex simplicitate perfectionem , & ex perfectione , bonitatem , ex infinitate autem , immensitatem , & ex hac immutabilitatem , & ex hac æternitatem , & iterum ex simplicitate immaterialitatem , & ex hac cognoscibilitatem , & ex cognoscibilitate , voluntatem , & sic plures alias : ergo .

Reiicitur tertio . Quia saltem volitio , aut voluntas non pertinet ad constitutum metaphisicum naturæ Divinæ : ergo non constituitur per omnia prædicata absoluta . Consequentia est bona , & antecedens probatur primò : quia volitio , & voluntas sunt pondus , & inclinatio in bonum conveniens naturæ : ergo iam supponunt naturam constitutam ; & conformiter ad eius constitutionem , diversa inclinatio , & ad diversum bonum oritur . Secundo . Quia volitio supponit naturam iam intelligentem : ergo & existentem : ergo adæquate constitutam . Antecedens constat : tum quia nihil volitum quin præcognitum : tum quia volitio est appetitus elicitus cognitione directus . Prima autem consequentia ex inde constat , quia operari se

14
Impugnatur i. dic-
ta opinio.

Robora-
tur am-
plius im-
pugnatio.

15
Impugn.
2. ead. opi-
nio.

16
Impugn.
4. illa opi-
nio.

sequitur ad esse, non solum essentia, sed etiam existentia. Secunda autem probatur: tum quia prius est naturam in se esse metaphisico adæquatè constitui, quam quod operetur: tum quia existentia est ultimus actus supponens essentiam rei adæquatè constitutam.

3. Prob. 1.
antecedens
hui. im-
pugnat.

Probatur tertio idem antecedens: Quia intellectio, & volitio distinguuntur virtualiter adæquatè: ergo non possunt simul ingredi constitutum metaphisicum Divinae naturae. Patet consequentia: quia predicata, quae ingrediuntur metaphisicum constitutionem alicuius naturae, solum possunt distingui inadæquatè, ut constat in conceptu *in*, & *ad* in relatione, & *in in*, & *ab* in actione. Antecedens autem probatur. Quia ea virtualiter adæquatè distinguuntur, quae ex proprio, & differentiali conceptu mutuo non se includunt; sed quamvis intellectio, & volitio in Divinis mutuo se includant ex communi conceptu actus puri; non tamen ex proprio, & differentiali conceptu illorum: salvatur enim volitio adæquatè perfecta, & infinita in sua linea sine intellectu, & è converso, attentis praedicatis differentialibus earum: ergo.

4. Probatur
illud ante-
ced.

Quarto. Quia si voluntas pertineret ad constitutionem metaphisicam Divinae naturae, Pater generatione aeterna aequè primo communicaret Filio naturam, & voluntatem, seu impulsam: immo communicando naturam, communicaret ei aequè primo intellectum, & impulsam; sed hoc est falsum: nam inde sequeretur, quod Filius aequè primo esset Filius, & Spiritus Sanctus; nam Spiritus Sanctus, eo est talis, quia procedit per se primo ut amor, & impulsus: ergo.

Ultima
aliquorū
probatio
facida est

Tandem ab alijs probatur antecedens: quia Pater aeternus proprio ad processione Spiritus Sancti, intelligitur subsistens in natura Divina adæquatè constituta;

sed pro illo signo non intelligitur volitio; quia pro signo volitionis procedit Spiritus Sanctus: ergo. Sed haec probatio non urget. Nam licet pro illo signo non intelligatur volitio notionalis, intelligitur tamen essentialis: essentialia enim sunt priora notionalibus, & opposita sententia affirmat solum quod volitio essentialis ingreditur constitutum metaphisicum Divinae naturae.

Quarto principaliter rejicitur. Quia constitutum metaphisicum Divinae naturae, prout à nobis concipitur, consistit in aliquo predicato obiectivè reperto in Deo, quod cum fundamento in re concipitur à nobis ut primum, & radix cæterorum; sed hoc consistit in aliqua determinata perfectione: ergo non in agregato omnium. Min. constat: nam in Deo omnia eius praedicata, cum fundamento in re, ex ratione actus puri deducuntur, & unum secundum propriam, & peculiarem rationem ex alio, ut ex intellectu, voluntas. Mai. autem probatur: Tum quia si daretur in Deo obiectivè ali- quod praedicatum, quod obiectivè, & prout est in Deo, esset primum, & radix cæterorum; hoc praedicatum determinatè, & non alia radicata, metaphisicè constitueret Deum obiectivè, & prout est in se: ergo illud praedicatum, quod obiectivè reperitur in Deo, quodque à nobis cum fundamento in re concipitur ut primum, & radix cæterorum, debet esse iuxta nostrum modum concipiendi metaphisicum constitutum Dei. Tum quia cum natura sit principium motus, & quietis, illud praedicatum obiectivè repertum in Deo, quod cum fundamento in re concipitur ut primum, & radix cæterorum, concipitur ut natura. Et tandem: quia sic accidit in creaturis, ad quarum instar Deum concipimus; in his enim illud praedicatum, quod primo concipimus, & ut cæterorum radicem, est metaphisicum earum constitutum: ergo & in Deo.

17
4. Impug.
natur. pr.
dicta opi-
nio.

18 Dices : constitutum Divinae naturae, ita debere poni si in hoc non clauderetur imperfectio, clauditur tamen in eo ; quod in Deo, in quo omnia sunt unum etiam metaphisicè assignetur aliquod prædicatum, ut primum, & ut cæterorum radix. Sed contra est primo ad hominem ; quia non minus absoluta sunt idem metaphisicè cum relativis, prout in Deo obiectivè reperiuntur, quam absoluta ad invicem ; non enim minus est Deus actus purus in esse relativo, quam absoluto ; & tamen communiter apud ipsos, non constituitur natura Divina, per collectionem divinatorum ad integritatem ex absolutis, & relativis, sed solum per absoluta ; quæ proinde debent considerari, ut priora relativis, & ut illorum radix : ergo.

Elucidatur præclusio. Explicatur hoc : constitutum metaphisicum alicuius, vel debet esse idem formaliter, cum eis, quæ ad ipsam pertinent, vel ea radicare ; sed constitutum metaphisicum Dei, non est idem formaliter eum relationibus ; etiam apud ipsos ; cum istæ sint extra conceptum eius metaphisicum : ergo cum relationes ad Deum proprie pertineant, non potest non comparari ad illas, ut earum radix.

19 Quod si dicas non comparari, ut radicem earum obiectivè, & ex parte rei significatæ, sed solum ex modo significandi ; & hoc sufficere, ut relationes non ingrediantur metaphisicum constitutum Dei, prout à nobis concipitur ; hoc idem nos dicimus, quod nimirum unum prædicatum ex absolutis non comparatur ad alia, ut eorum radix obiectivè, & ex parte rei significatæ, sed solum ex modo significandi ; & hoc pariter sufficere, ut illud, prout distinguitur à reliquis, assignetur à nobis ut metaphisicum constitutum naturæ Dei, prout à nobis concipitur, & cætera alia ut eius attributa.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

PRIMO obijcies ex D. Thoma supra *quest. 3. artic. 6. & quest. 6. artic. 3.* & alibi sæpè docente : quod attributa Divina non prædicantur de Deo per accidens, nec per se secundo, sed per se primo ; sed quæ de aliquo prædicantur per se primo pertinent ad constitutionem eius metaphisicam : ergo. Confirm. primò ex eodem S. Doct. *quest. 19. artic. 4. ad 2. asserente, quod essentia Dei est eius intelligere, & velle, & quod ex hoc quod per essentiam agit, sequitur quod agat per intellectum, & voluntatem ;* sed hæc consequentia nulla esset, nisi intellectus, & voluntas pertinerent ad constitutionem metaphisicam Divinae essentia ; alias posset etiam D. Thomas inferre, quod Deus ageret per relationes : nam etiam relationes sunt idem phisicè, & realiter cum Divina essentia : ergo. Confirm. secundo ex D. Aug. relato à D. Thoma in *1. dist. 33. quest. 1. artic. 1. ad 5. asserente, quod Deus, alio est Pater, & alio est Deus ; sed eo quo est Deus est bonus, sapiens, & iustus ;* & lib. 7. de Trinit. cap. 2. sic ait de Verbo Divino : *non est Verbum, quo sapientia, sapientia vero (suple est) quo iustitia :* ponit ergo D. Aug. differentiam inter identitatem naturæ Divinae cum relationibus, & cum prædicatis absolutis, sed hæc non est, quo ad identitatem phisicam ; cum non minus relationes identificentur cum essentia, quam alia prædicata absoluta ; ergo est in munere identitatis metaphisicæ, quam absolutis cum essentia concedit ; negat vero relativis.

Ad arg. responderetur, in primis instari in relationibus Divinis, quæ etiam per se primo prædicantur de Deo, & tamen non pertinent ad constitutionem metaphisicam eius, prout à nobis concipitur : undè dicatur, quod ut per se primo de Deo prædicentur, tam attributa, quam relationes, sufficit quod pertineant ad essentiam eius phisicam,

20
1. Obiect. pro præc. sententia.

21
Obiecti cum 1 cõ firm. solv.



cam, & metaphisicam obiectivè, & prout est in se, non autem requiritur quod pertineant ad metaphisicum eius constitutivum, prout à nobis concipitur. Ad primam confirm. neg. est min. sufficit enim quod intellectus, & voluntas sint idem cum essentia Divina, ut verificetur, quod quidquid Deus per essentiam agit, agit etiam per intellectum, & voluntatem; nam ad hoc etiam supposuit D. Thomas intellectum, & voluntatem, esse ex sua natura potentias formaliter activas. Hoc autem non probat etiam agere per relationes: quia licet istæ non minus cum Deo phisicè identificentur; ex se tamen non sunt activæ, sed purè respectivæ. Et idem dici debet, si pariter formetur de alijs Divinis prædicatis, ex se non activis, ut de æternitate, immensitate, immutabilitate, &c.

2. Conf. Ad secundam confirm. ex S. fit *scis.* Aug. respondetur iuxta D. Thomam ibidem, quod cum in Deo solum reperiuntur duo genera prædicamentorum, substantia, scilicet, & relatio, (nam scientia in Deo, non est qualitas, sed substantia, pariter & actio) dum dicit D. Aug. quod Deus id, quo est Deus, est sapiens, intelligitur, substantialiter ad hunc, scilicet sensum, quod sapientia eius, qua est sapiens, est substantia, sicut & Deus; & quod ipsum esse substantiale naturæ eius, est etiam esse substantiale, sapientiæ, & bonitatis illius; at non secundum idem præcisè esse substantiale, est Pater, sed secundum rationem etiam relationis, quæ etiam propriè reperitur in Deo: ex quo nihil ad intentum sententiæ oppositè deducitur.

2.2. *Obiect.* Secundo obijcies: natura Divina constituitur metaphisicè per id quo maius, aut excellentius excogitari non potest; sed aliquid maius, aut excellentius excogitari potest quolibet attributo seorsim sumpto: omnia enim simul quid maius, & excellentius sunt: ergo.

Min. cum consequentia constat, & mai. probatur: nam natura Divina constituitur per id, quod per hoc nomen *Deus* significatur: hoc enim nomen *Deus*, est nomen naturæ, ut docemur à D. Thoma infra *quest. 13. artic. 8.* sed per hoc nomen *Deus* significatur id, quo maius, aut excellentius excogitari non potest, ut etiam tradit idem Ang. Doct. supra *quest. 2. artic. 5. ad 2. ergo.*

Respondetur primò, quod licet per hoc nomen *Deus* significetur natura, & non significantur attributa; significatur tamen natura Dei, quæ attributis affecta, ita perfecta est, ut nihil illa perfectius, aut excellentius excogitari possit: sicut licet hoc nomine *homo*, significetur tantum natura hominis, & non eius proprietates; significatur tamen natura quædam, quæ proprietatibus affecta, nihil inter animalia ea perfectius excogitari possit. Vel secundo dicatur, quod hoc nomine *Deus* significatur natura Dei, qua nihil in esse naturæ perfectius, aut excellentius excogitari potest: nam licet aggregatum ex omnibus perfectionibus sit quid perfectius; non est tamen quid perfectius in esse naturæ, sed in esse prædicati, comprehendentis naturam, & attributa.

Tertiò obijcies. Licet in Deo detur una perfectio prior alijs, non sequitur quod in illa, & non in perfectionum cumulo consistat Divina natura: ergo. Antecedens probatur aliquibus exemplis. Primò. Quia licet in relatione, prior sit respectus ad subiectum, quam ad terminum; relatio tamen utroque respectu metaphisicè constituitur. Et etiam, quamvis in homine prius sit posse simpliciter apprehendere, quam componere; & componere, quam discurrere, & posse intelligere, quam posse velle; homo tamen, non per posse ad unum, sed ad omnia simul metaphisicè constituitur. Pariter: & ipse homo in materia, & forma consistit phisicè; & iuxta sententiam aliquorum bea

Diluitur
2. Obiect.

23
3. Obiect.

beatitudo, & prædestinatio in actu intellectus simul, & voluntatis; & tamen actus intellectus non potest non esse prior actu voluntatis. Et tandem quia Univerſum metaphiſicè conſiſtit in aggregato Cœlorum, Elementorum, & mixtorum. Confirm. Quia ex omnibus perfectionibus Divinis reſultat unum ens per ſe; ſed quæ conſtituunt unum ens per ſe, faciunt unam eſſentiam metaphiſicè: ergo.

24
Occurritur 3. objectioni.

Respondetur negando antecedens: ad eius probationem, quæ exemplis innitur, respondetur ad verrendo, quod ut in aliqua perfectione particulati, cæteris prior, ſalvetur ratio naturæ, duo requiruntur: primum, quod illa perfectio fit completa; ſecundum quod virtualiter adæquate à cæteris diſtinguatur: quæ duæ conditiones manifeſtè in Deo ſalvantur, ut ex iam dictis conſtat, & inferius amplius conſtabit. Hoc autem non ſalvatur in exemplis adductis: nam in relatione conceptus *in*, quo conſideratur ad ſubiectum, non diſtinguitur virtualiter adæquate à conceptu *ad*: neque etiam in homine compoſitivum à diſcurſivo, aut intellectivum à volitivo diſtinguntur pluſquam inadæquate, & per ordinem ad diverſa conſtorata: materia autem, & forma ſunt partes incompletæ, ex quibus unum unitate compoſitionis tantum poteſt reſultare; quod de Deo nequit dici. Sententia autem de conſtitutivo prædeſtinationis, & beatitudinis, vel neganda, quia contra D. Thomam; vel ea admiſſa, dicatur, quod eſſentia metaphiſica illarum eſt etiam tantum una unitate ordinis, & non ſimplicitatis; & idem dicitur de univerſo; quæ conſtitutio longe releganda eſt à Deo: tum propter ſummam eius ſimplicitatem: tum quia etiam iuxta noſtrum modum concipiendi conſtituendus eſt ad ſimilitudinem rei in ſuo eſſe metaphiſico perfectiſſimæ.

Ad confirmationem, in pri- Confirm: mis neg. eſt min. quia in creatis fit-fatis. ex eſſentia, & exiſtentia fit unum per ſe; & tamen exiſtentia non ingreditur compoſitionem metaphiſicam alicuius creaturæ. Vel clâritatis gratia, diſtinguenda eſt min. ſi fiat unum per ſe *ratione incompletiſſionis*, concedo min. *ratione identiſſitatis*, neg. min. & conſequentiam. Nam etiam ſecundo modo, ex ente, vero, & bono fit unum ens per ſe, & etiam ex natura Divina, & relationibus, quin tamen omnia ad conſtitutionem metaphiſicam pertineant.

Tandem obijcies. Si Attributa ſupponunt eſſentiam metaphiſicam Dei adæquate conſtitutam, ſequitur quod comparentur ad illam ut accidentia metaphiſica; ſed hoc eſt inconveniens; nam ſic reſultaret compoſitio metaphiſica, ex Attributis, & eſſentia: ergo. Respondetur primo inſtando in Divinis relationibus. Deinde dicatur, quod ſicut Attributa, & Relationes ſolum ex noſtro modo concipiendi ſupponunt Divinam naturam conſtitutam, non autem obiectivè, & ex parte rei ſignificatæ; ita ſolum ex modo concipiendi comparantur ad illam, aut accidentia extra eſſentiam; in quo nullum apparet inconveniens.

25
Ultima obiectio propoſita ſolvitur.

§. IV.

TERTIUS MODUS DICENDI
reijcitur.

TERTIUS modus dicendi, ſeu 26 præcedentis alia explicatio Quorundam Thomæ conſtituit Divinam naturam Thomæ per rationem entis à ſe, ſecundum quod nomine iſto *qui eſt*, opinio reſertur. quod habetur *Exod. 3.* ſignificatur; ſub qua ratione explicatur actum purum in linea eſſendi, ſeu entis. Pro qua ſententia referuntur

T tur

sur Capreolus, M. Bañez, M. Ledesma, & Vincentius, quos sequitur Cardinalis de Aguirre alios referens RR. tam extra, quam intra Scholam S. Thomæ.

27

Reijcitur
i. talis opi-
nio.

Sed nec modus iste dicendi placet: primò propter D. Thomam, qui ei contrariari videtur: nam in 1. dist. 8. quest. 1. artic. 3. in Corp. ait: *Hoc nomen qui est significat esse indeterminatum, & non quid est: & in solutione ad 4. hoc nomen qui est significat esse absolutum indeterminatum; & ideo dicit Damascenus quod non significat quid est; sed nomen significans naturam, significat quid est rei determinatum: ergo. Deinde suprâ quest. 13. artic. 11. ad 1. ait: quod licet hoc nomen qui est sit proprium Dei quantum ad id, à quo nomen imponitur, non tamen quantum ad id, ad quod significandum imponitur; quia hoc nomen Deus imponitur ad significandum naturam Divinam: ergo iuxta D. Thomam natura Divina, non significatur per hoc nomen qui est.*

Solutio
aliquorū,
& eius im-
pugnatio.

Nec refert aliquorum solutio afferentium quod per hoc nomen *qui est*, non significatur quidditas Dei sub conceptu naturæ, sed tantum sub conceptu essentiæ; & sic est intelligendus D. Thomas. Contra enim est, quia si ex parte rei significatæ per hoc nomen *qui est* significaretur quidditas Dei sub conceptu essentiæ, non esset minus proprium nomen eius, quantum ad id, ad quod nomen significandum imponitur, quam hoc nomen Deus: non enim minus proprium est quidditatis Dei conceptus essentiæ, quam naturæ; immo iuxta omnes conceptus essentiæ, per prius intelligitur, quam conceptus naturæ, & iuxta nostram sententiam Dub. præced. insinuatam conceptus naturæ distinctus à conceptu essentiæ in Deo obiectivè non reperitur; sed iuxta D. Thomam verbis modo alle-

gatur hoc nomen *Deus* magis proprium nomen est eius, quantum ad id, ad quod nomen imponitur, quam hoc nomen *qui est*: ergo.

Secundò reijcienda est hæc sententia. Quia quidquid consequitur in Deo ad naturam, vel essentiam in suo esse metaphisico constitutam, comparatur illi ut proprietas, vel attributum eius, sed ratio substantiæ, viventis, & intelligentis, consequuntur ad rationem entis à se in Deo: ergo si Deus in suo esse metaphisico constituitur per rationem entis à se ratio substantiæ, viventis, & intelligentis comparantur ad Deum, ut proprietates, & attributa eius; at hoc est manifestè falsum: ergo. Mai. constat: tum quia Attributorum nomine ab omnibus Theologis intelliguntur predicata illa Dei, quæ naturam eius constitutam supponunt, & eam afficere intelliguntur, ut constat ex superioribus dictis numer. 14. Tum quia Attributa in Deo correspondent proprietatibus in rebus creatis; in rebus autem creatis ea obtinent minus proprietatum, quæ naturam iam constitutam afficiunt, & ab ea dimanant. Min. autem ultro conceditur ab Advers. & constat, quia ratio entis à se, vel à seitas, correspondet immediate predicato entis; quod sine dubio supponitur ad rationem substantiæ, viventis, & intelligentis. Min. autem subsumpta probatur: tum quia Attributa Dei, & eius proprietates non dantur propter se, sed propter naturam, quam afficiunt, ut constat in rebus creatis; sed ratio substantiæ, viventis, & intelligentis, præcipuè si sit completa, qualiter maximè est Divina substantia, non potest intelligi propter aliud data, sed est maximè propter se: ergo. Tum quia, ut superius arguebamus, Attributa in Deo correspondent rebus, quæ in creatis sunt accidentia; sed ratio substantiæ,

28

2. Reijci-
tur illa
opinio.

viventis ; & intelligentis non sunt in creatis accidentia : ergo.

29

Præced. impugnationi duplex solutio exhibetur.

Nec refert si dicas primò, quod in ratione entis à se, quæ importat infinitatem in esse entis, formaliter continetur ratio substantiæ, viventis, & intelligentis: nam rationes istæ solum differunt per potentialitatem, & limitationem in esse entis, quam ens à se excludit. Vel secundò. Quod rationes istæ, non comparantur ut constitutiivæ naturæ, sed eam supponunt constitutam: nec tamen ideò propriè sunt Attributa, sed impropiè; & proprius dicuntur conceptus secundarij, consequuti ad naturam.

30

Impugnatur dupliciter l. solutio.

Sed contra primam obstat. 1. quia si illa ratione substantia, vivens, & intelligens reperiuntur in Deo, ut partialia constitutiva naturæ Divinæ, vel ut per se ad constitutionem pertinentia; pariter, & ratio intellectus, & voluntatis, æternitatis, &c. Nam etiam rationes istæ in ente infinito, & actu puro per essentiam formaliter continentur. Ex quo sequitur quod in Deo non dentur attributa à natura distincta, nec natura distincta ab attributis, etiam ex nostro modo significandi; quod est contra communem sensum, & modum loquendi Theologorum, & SS. Patrum, ut conclusionem præced. arguebamus. Secundò. Quia licet re vera ex parte objecti, in ente à se, & actu puro in ratione entis formaliter contineatur ratio substantiæ, viventis, &c. tamen ex nostro modo concipiendi, ut quid distinctum, saltem expressivè, ab ente à se, omnia ista concipimus: de his ergo sic acceptis, potest iterum instaurari arg. inquirendo, an habeant múnus Attributorum, vel non?

31

2. Solutio impugnatur dupliciter.

Contra secundam solutionem obstat primò. Quia omnia prædicata, quæ propriè Deo conveniunt, propriè esse debent, aut

essentia, aut relatió, aut attributum; neque enim aliorum fit apud Theologos aliqua mentio, neque eis addere, aut adimere licet, sicut nec ad improprios sensus reducere: ergo cum rationes illæ propriè non sint essentia, aut relatió, propriè erunt attributa; quod non audent concedere. Secundò, quia attributum, ut pluries iam diximus, est, quod naturam Divinam constitutam supponit, & eam quomodolibet afficit: quod ergo propriè eam supponit constitutam, & eam propriè afficere intelligitur, propriè erit attributum: ergo cum iuxta AA. contrarios rationes illæ propriè supponant naturam metaphisicè constitutam, & negare non possint quod eam propriè afficiant, tenentur concedere eas propriè esse Attributa.

Reijcitur tertio. Quia ens à se est prædicatum omnes Divinas perfectiones; & relationes transcendens: ergo per illud nequit natura Divina, ut ab omnibus distincta constitui. Patet consequentia, & antecedens probatur: tum quia ratio entis ab alio omnia prædicata creaturæ transcendit: ergo ratio entis à se omnia prædicata Divina. Tum quia quodlibet prædicatum Divinum est formaliter ens; non ab alio: ergo à se: inter ista enim nullum datur medium. Tum quia quodlibet eorum est ens Divinum: ergo à se; differentia enim astitatis immediatè enti Divino correspondet, & cum illo adæquat. Tum quia ens à se, aut explicat sufficientiam, & necessitatem essendi ex se, & independentem ab alio, aut rationem actus puri in esse entis; sed utrumque formaliter convenit cuilibet prædicato Divino: ergo. Probatur min. quo ad primam partem: nam quodlibet prædicatum Divinum ex se necessario existit, & cum sit per se subsistens, à nullo in existendo di-

32

Impugnatur: 3. ead. sententia.

cit dependentiam. Quo ad secundam etiam probatur. Nam in quacunque Divina perfectione omnes alie formaliter includuntur, non enim solum ens Divinum Divinas perfectiones includit, sed quilibet perfectio categoras alias; sed hoc non alia ratione, nisi propter rationem actus sui intemè, & formaliter in quacunque earum inclusa: ergo.

33 Dices: rationem entis à se, prout consistit naturam Divinam, non esse ens à se, prout solum excludit principium reale, & formale, sed etiam prout excludit principium virtuale: & quavis primo modo sit transcendens omnia predicata Divina; secundo tamen modo est proprium naturae, prout disticta ab attributis. Sed contra hanc solutionem obstat primo id, quo reiecinus aliam similem, loquendo de infinitate; quod ibi potest videri. Secundo. Quia, inde sequitur quod dicitur, quod ens à se est constitutum natura Divina; eñt idem ac dicere, quod illud predicatum Divinum quod concipitur in Deo, ut primum, per exclusionem omnis principij, tam formalis, quam virtualis, & à quo cetera alia virtualiter dimanant, est constitutum natura Divina; sed hoc est tantum assignare constitutum naturae Divinae in communi, de quo nulla est controversia; non autem in particulari, de quo est difficultas: ergo.

Explic. Dum quæritur quod nam sit constitutum natura Divina, omnes conveniunt in eo, quod illud predicatum, quod concipitur in Deo ut primum, tam formaliter, quam virtualiter, & à quo cetera virtualiter dimanant, intelliguntur, est natura illius constitutum: & difficultas est quodnam sit hoc tale predicatum in particulari, & determinatum, ex his, quæ in Deo

reperiuntur; sed dum dicitur quod constitutum natura Divina est ens à se, sub hoc nomine intelligendo exclusionem omnis principij, tam formalis, quam virtualis, solum dicitur primum, & non secundum; quia nec dicitur hoc esse intellectum, aut voluntatem, aut aliud quodlibet: ergo.

Rejicitur quærso. Quia essentia, vel natura cuiuscumque rei debet consistere in perfectissimo omnium predicato sigillatim ex his, quæ in ea reperiuntur; sed ens à se, non est perfectissimum predicatum omnium, quæ in Deo reperiuntur: ergo. Maior constat: tum inductione ex creaturis, ex quibus cognoscimus Divina: tum quia cetera alia, quæ essentiam rei non constituent, se habent ut circumstantia, & illi deservientia: ergo predicatum essentiam constituentis perfectius est illis. Minor autem probatur. Quia maiorem perfectionem explicant vivere, & intelligere Dei, quam ens à se: ergo. Antecedens probatur: tum quia vivere, & intelligere creatum quid perfectius est, quam esse participatum: ergo vivere, & intelligere per essentiam perfectius quid explicans quam esse per essentiam: tum quia vivere, & intelligere terminis se habent ex additione ad esse, saltem pro explicite vivere enim dicit, & addit expressionem vite, & intelligere expressionem vite spiritualis: ergo patitur sic se habere in Deo; ac proinde vivere, & intelligere eius ampliozem perfectionem explicant quam ens à se.

Dices: quod ens à se dicitur omniem, & supremam actualitatem de linea entis, cui precedit nulla potest fieri superadditio: quare vivere, & intelligere potius comparantur ad ipsum, ut determinaciones nostro modo.

modo concipiendi ipsam limitantes, quam aliquid perfectionis ei superaddentes. Sed contra est: quia ens Divinum inclusum in vivere, & intelligere, non est ens Divinum aliquo modo determinatum ad illos gradus, prout à reliquis distinguuntur, sed ens Divinum, secundum quod est infinitum, & actus purus in esse entis, quod explicatur per ens à se: ergo dum supra rationem istam, additur expressio vitæ; expressio ista, se habet purè ex additione perfectionis, & non per modum limitationis eius. Consequentia est evidens, & antecedens probatur. Quia ens Divinum per essentiam, & à se, non transcendit Divinas perfectiones ea ratione, qua ens creatum sua inferiora: hoc enim non includitur in eis secundum totam suam latitudinem, sed ut determinatum, & partitum: v. g. in substantia non includitur, secundum quod est commune substantiæ, & accidenti, sed ut est proprium substantiæ, prout distinguitur ab accidenti: ex quo oritur quod substantia non includat accidens, licet ens in sua universalitate illud includat; quia solum includit ens prout determinatum ad ipsam: at ens Divinum non sic transcendit per sui multiplicationem, & partitionem in prædicatis Divinis, sed per totam sui inclusionem: aliter esset distinctum ens Divinum in intellectu, & voluntate, & neutrum eorum actus purus; quod non potest concedi, cum solum distinguantur secundum suas particulares rationes, & secundum rationem Divini entis. Ex quo pariter sequitur ex opposito ad creaturas, quod Divina attributa ad invicem se includunt, cum includant rationem entis Divini, quæ omnia Divina includit, & secundum quod includit: ratio ergo specialis cuiuscumque prædicati Divini non determinat rationem Divini entis, aut aliquo modo limitat, sed se habet ut superadditio perfectionis, saltem quo ad explicitum: amplioem ergo perfectio-

nem explicat, quam ratio entis à se.

Reijcitur ultimo hæc sententia. Quia si natura Dei constitueretur in suo esse metaphisico per rationem entis à se, sequeretur quod homo, & Angelus non essent imagines Dei præ cæteris creaturis; consequens est falsum, & contra omnes Theologos oppositum apertè deducentes ex illo Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, & pro Angelis id ipsum deducit D. Greg. *hom. 34. in Evangelia ex illo Isaæ tu signaculum similitudinis*: ergo. Antecedens autem probatur. Tum quia similitudo requisita ad imaginem est secundum speciem, quæ attenditur secundum ultimam differentiam constitutivam rei, ut expressè tradit, & probat D. Thomas infra *quæst. 93. artic. 2. in Corp.* sed si Deus metaphisicè constituitur per ens à se, cum ultima differentia eius, esset de ratione entis, non magis secundum eam illi assimilarentur homo, & Angelus, quam omnes aliæ creaturæ: ergo. Tum quia ut ibidem probat D. Thomas homo specialiter est imago Dei, quia ei assimilatur non solum secundum esse, aut secundum vivere, quæ sunt similitudines valde communes, sed secundum intelligere; ex quo etiam principio *artic. 3. sequenti*, probat quod Angelus est magis perfectè imago Dei, quam homo, quia magis accedit ad eum, secundum naturam intellectualem: ergo secundum hanc debet attendi ultima differentia metaphisicè constitutiva Dei.

Nec refert, si dicas, similitudinem requisitam ad rationem imaginis, deberi attendi cum natura sub ratione naturæ, & non sub ratione essentia; ens autem à se sub hac expressione, exprimit munus essentia, & munus naturæ exprimit sub expressione essendi primam radicem operandi; sub qua expressione perfectius participatur ab Angelis, & hominibus, quam

36
5. Reijcitur 3. sententia, seu opinio.

37
Effugiunt quoddam

à cæteris creaturis, cum ipsam participant secundum quod est prima ratio operandi vitaliter, & intellectualiter.

Præcluditur tale effugium. Sed hæc solutio, qua quidam utitur Recentior, vel desserit propriam sententiam, vel nihil dicit ad propositum, quod sic ostenditur: nam vel esse primam radicem operandi vitaliter, & intellectualiter pertinet ad constitutionem metaphisicam Divinæ naturæ, vel non? Si primum; desserit propriam sententiam: nam iuxta illam priori ad gradum vitæ, & intelligendi, & præcisivè ab illo, intelligitur constitutum Divinæ naturæ: si secundum; ergo in hominibus, & Angelis, prout distinguntur à reliquis creaturis, solum invenitur maior similitudo cum Deo in aliquo prædicato extra conceptum metaphisicum Divinæ naturæ; ac proinde non reperitur in eis specialiter imago Dei; cum similitudo ad rationem imaginis requisita debeat esse secundum ultimam differentiam constitutivam speciei, prout ex D. Thoma iam vidimus.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

38 ARGUITUR primò contra hanc conclusionem, illud *Exod. 3.* ubi Moyse interroganti Deum, quod nam esset nomen eius: respondit Deus: *Ego sum, qui sum.* & statim: *sic dices Filijs Israel: qui est, misit me ad vos:* ex quibus sic arg. Prædictis verbis voluit Deus ostendere Moyse proprium eius nomen: de hoc enim fuit à Propheeta interrogatus; sed nomina significant proprias differentias rerum, ut docet D. Thomas in *1. dist. 4. quest. 1. artic. 1. & quest. 29. artic. 4. ad 1.* ergo hoc nomen *qui est*, quod est idem ac ens à se, significat proprium, & differentiale constitutum metaphisicum Dei.

Confirm. ex SS. PP. Quod potest confirmari varijs SS. PP. testimonijs, quibus hoc nomen præ alijs Dei nominibus effectum: nam D. Dionysius *cap. 5. de*

Divin. Nomin. id Antiquius, & principalius alijs nominat: & D. Damascenus omnium maxime proprium lib. 4. de Fid. cap. 12. quod & confirmat D. Thomas quest. 13. art. 11. sed præ omnibus audiendus est S. Bern. lib. de Consideratione ad Eugenium, cap. 6. ubi sic de nomine illo loquitur: nihil competentius aternitati, qua Deus est, si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quidquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo instauratur, quod est, nempe, hoc est ei esse, quod omnia esse: si centum talia addas, non recessisti ab esse: si ea dixeris, nihil addidisti, si non dixeris, nihil minuisti. Hæc & plura S. Doct. quibus probat, & confirmat, quod nihil competentius ad Deum significandum dici potest quam *qui est*, & quod ex hoc omnis eius habetur perfectio: ergo nomine isto significatur essentia, & natura Dei in suo esse metaphisico constituta.

Ad arg. responderetur dist. mai. est proprium nomen Dei, prout distinguitur à creaturis, vel alijs titulis explicandis, concedo mai. proprietate naturæ, vel essentia, prout distinguitur ab attributis, neg. mai. & distinguenda est min. nomina significant proprias differentias rerum, tantum metaphisicas, neg. min. metaphisicas, & etiam per modum passionis, aut alio titulo, concedo min. & neg. est consequentia. Hoc igitur nomen *qui est*, est nomen proprium Dei, ut asserit D. Thomas supra *quest. 13. artic. 11.* non ex parte rei significata, quia naturam, aut quid est rei significet, sed duplici alio titulo, scilicet, ex parte significationis, quia nimirum significat, esse identificatum cum essentia, quod nulli rei create comperit, & quia significat omnia, quæ Deo conveniunt ex modo significandi, ut magis unita, quam per quodlibet aliud nomen significantur, puta per sapientiam, & bonitatem; vel quia id, quod significat, significat ut semper existens ad præsentem, &

39 Solutio
1. argum.

& absque contingentia; quod est proprium eius æternitati. Ex his ergo capitibus nomen hoc est Deo maxime proprium, & excedit alia nomina, quibus nos Deum concipimus, & significamus: cum quo tamen componitur, quod ex parte rei significata magis proprium sit hoc nomen *Deus*, quod est impositum ad significandam ipsam Dei naturam, ut ibidem in solutione ad 1. asserit D. Thomas: immo, ut ibidem prosequitur, ad hoc magis proprium nomen eius est *Theo-grammaton*, quod est impositum ad significandam ipsam Dei substantiam (& ut sic liceat loqui) singularem.

Unde ad confirmationem respondetur quod ex his capitibus collectivè, vel divisivè à SS. PP. nomen hoc super alia nomina Dei commendatur; non autem ex parte rei significatæ: unde à D. Dionisio vocatur *antiquius*, quia cum sit magis universale, est primo cognitum; *principalius* autem, quia omnia Deo convenientia sub maiori simplicitate significat: à D. autem Damasceno *maximè proprium* dicitur; non quia quidditatem significet, ut ipse apertè ibidem faceret, sed quia totum, quod Deo convenit, in se ipso comprehendit, velut quoddam pelagus substantiæ infinitum, & indeterminatum: & ex hoc eodem capite effertur à D. Bern. & quia inter alia Dei nomina, ut magis conforme æternitati, id, quod Deo convenit, significat.

Secundo arg. illud prædicatum objective in Deo repertum, quod primo in eo concipitur, & ex quo omnia alia in Deo probantur, est metaphisicum constitutivum naturæ Divinæ; sed tale est ens à se, ergo. Mai. est certa, & min. probatur. Et in primis prædicatum illud reperiri objective in Deo est certum. Quod autem sit quod primo in eo concipimus, probatur: quia est prædicatum magis universale, utpote pertinens ad lineam entis. Quod autem sit ratio a prio-

ri cæterorum, constat ex D. Thoma, probante ex illo à *quest. 4. hui. 1. p.* omnes alias Dei perfectiones: & in communi id probat *artic. 2. illius quest. ratione 2.*

Quod confirm. quia nullius rei natura potest à priori probari; sed ratio substantiæ, viventis, & intelligentis, probantur à priori in Deo ex ratione entis à se, & hæc ex nullo alio probatur: ergo. Minor constat ex D. Thoma loc. cit. probante omnes Dei perfectiones, inter quas comprehenduntur ratio substantiæ, viventis, & intelligentis, ex ratione entis à se. Mai. autem est in primis expressa Philof. 2. *poster. cap. 7.* asserente: *Essentias rerum indemonstrabiles esse.* Et eius ratio est evidens: quia nihil prius, in quo essentiæ rerum radicentur, ad eas potest supponi.

Ad arg. respondetur dist. mai. ex quo omnia alia tam pertinentia ad essentiam, quam ad essentiæ proprietates à priori demonstrantur; neg. mai. solum pertinentia ad proprietates, concedo maiorem, & disting. est min. concedendaque est de primo demonstrationis modo, negandaque de secundo, simul cum consequentia: nam ens à se, cum dicat actum purum in esse entis per identitatem cum existentia, quæ est totius entis ultima actualitas, dicit esse infinitum à toto illius genere, sub quo omnia entia, sive pertinentia ad rationem naturæ, sive ad rationem attributorum continentur. Unde ex illo, tanquam ex ratione communi essentiæ, & attributis, omnia Divina prædicata, tam essentialia, quam attributalia demonstrantur. Hoc autem non solum est insufficientes ad munus naturæ, sed potius cum eo opponitur, cum hoc tale sit, quod solum debeat radicari ea, quæ ad attributa pertinent, non autem se ipsam.

Ad confirm. dist. est etiam mai. nullius rei creatæ natura potest à priori probari, concedo mai. in creatæ, neg. mai. & concessa mi-

Confirmatur.

41 Solut. 2. argum.

Conf. sit fatis

Confirm. sit fatis.

40 2. Argum pro ead. opinione.

nori, vel illam distinguendo, iuxta distinctionem superioris solutionis, neg. est consequentia. Hoc enim interst inter utramque naturam notabile discrimen; quod licet ad naturam creatam etiam predicata transcendentia supponantur; ex eis tamen, natura probari non potest, quia illam non transcendent per actualem, formalemque continentiam, & in summa simplicitate, tam illius, quam omnium ad eam pertinentium: unde non valet consequentia: *Est ens ab alio: ergo rationale, aut risibile: at predicata Divina transcendentia, ex una parte sunt priora, & ex alia continent in summa simplicitate, & sine sui multiplicatione omnia alia: unde ab eis, ad illa est bona consequentia, & a priori: sicut bene valet: Est ens a se, seu continet plenitudinem essendi: ergo est substantia vivens, & intelligens, omnipotens, aternus, &c.*

42
3. Argum

Arg. tertio. Natura, & essentia Dei debet consistere in predicato perfectissimo omnium, quae in Deo reperiuntur; sed hoc est ens a se: ergo. Probat minor. Primo ex D. Thoma supra *quest. 4. artic. 2. ad 3.* ubi ex D. Dionisio asserit, quod esse est perfectius, quam vita, & vita, quam sapientia; sed vita, & sapientia sunt inter cetera, quae Deo conveniunt perfectiora: ergo. Secundo ex eodem S. Doct. supra *artic. 11.* citato: asserente ex D. Damasc. quod hoc nomen *qui est* principaliter est omnibus, quae de Deo dicuntur, quia totum in se ipso comprehendit, velut quoddam pelagus substantiae infinitum. Tertio ex ratione, quam ibi adducit: nam quolibet alio nomine significatur aliquis modus substantiae Dei; hoc autem nomen *qui est* nullum modum essendi determinat; sed se habet indeterminate ad omnes: ergo nomen istud quid perfectius significat, quam quodlibet aliud de Deo dictum. Quarto. Quia ut iam vidimus, ex ratione entis a se a priori probantur in Deo omnes aliae per-

fectiones; sed predicatum, quod est ratio a priori aliorum, etiam eorum radix, & perfectius est: ergo. Quinto. Quia perfectio universalis, ceteris paribus, perfectior est in essendo particularibus perfectionibus divinis; continet eam quamlibet earum, & ultra eam, reliquas; sed hoc predicatum ens a se obtinet in Deo munus universalis perfectionis: ergo.

Ad arg. respondetur notando prius quod esse, & vivere possunt dupliciter considerari: vel secundum id, quod explicant, vel implicent, vel tantum secundum id quod explicant: si primo modo considerentur, & ad invicem in perfectione comparentur, unum non excedit aliud, sed omnino adequantur: quia sicut esse a se includit omnia alia predicata implicite, ex quibus perfectio potest accrescere, ita vivens per essentiam eadem omnia predicata includit. Nam includit ipsum esse a se, in quo omnia includuntur, non per partitionem, sed adequate sumptum. Unde si sic considerentur, neutrum eorum potest naturam Divinam metaphisice constituere: tum propter id, quod tangitur in argumento. Tum quia prout sic, sunt quid commune naturae, & attributis.

Si autem secundo modo considerentur, & ad invicem comparentur, perfectius est vivere per essentiam, quam esse per essentiam, & intelligere, quam vivere. Nam prout sic vivere, & intelligere, non tam se habent ut determinationes, & limitationes entis a se, ut *numer. 35.* notavimus, quam ut additiones quarundam expressionum, quae ex proprio conceptu perfectionem important. Vivens enim per essentiam, est ens per essentiam, & insuper explicat munus vitae, quod in ente per essentiam non explicatur. In hac ergo consideratione, potius per vivens vita intellectuali quam per ens a se, debet natura Divina constitui.

43
Doctrina
quaedam
solutioni
praemissa.

Ad idem.

Ex quibus facile responderetur arg. disting. min. ens à se secundum id quod explicat, neg. mai. secundum id quod explicat, & implicat, eam sub distinguo: est omnium perfectissimum negativè, concedo min. positivè, neg. min. & consequentiàm. Secundum id autem quod explicat, & implicat, includit perfectiones spectantes, tam ad conceptum essentia, quam Attributorum; quare prout sic, non potest naturam Divinam constituere. Ad probationes autem in contrarium ex eadem doctrina dicitur, quod esse secundum id, quod implicat, & explicitè dicit, perfectius est, quam vivere, secundum id præcisè, quod explicat. Et hoc assertit D. Thomas locis citatis ut constat ex verbis Damasceni, & ratione ibidem sub iuncta à D. Thoma, quæ in tertia probatione adducitur: sed prout sic dicit perfectionum aggregatum ex essentia, & Attributis, secundum quod in ratione illa transcendentali includuntur. In quo etiam sensu est ratio à priori, unde probantur omnes perfectiones, tam pertinentes ad essentiam, quam ad attributa. Et sic etiam est ratio universalis omnes illas in se continens.

Vel aliter, & fortè clarius, responderi potest dist. mai. natura debet consistere in prædicato omnium perfectissimo, ratione transcendentia, & inclusionis eorum, quæ pertinent tam ad naturam, quam ad attributa, neg. mai. ratione differentia unius, prout ab alio distinguitur, concedo mai. & disting. est min. ens à se, est perfectius primò modo permitto min. secundo modo nego min. & consequentiàm. Neque aliud convineunt probationes factæ: omnes enim illæ ampliorem perfectionem in ente à se, supra vivere, & intelligere probant; quia in ente à se omnia alia, tanquam in pelago quoddam, & ratione universalissima continentur, & ex eo, prout sic continente, deducuntur. Quæ solutio confirmari, invariè potest, ex modo dictis.

§. V.

QUARTUS DICENDI MODUS rejicitur.

QUARTUS modus constituenti Divinam naturam est per actualem intellectiōnem, non secundum quod importat munus actionis, & egressus; quia prout sic, non ponitur in Deo obiectivè, sed per modum purissimæ actualitatis de linea intelligendi. Sic ferè omnes, qui negant in Deo intellectum per modum actus primi, necessariam consequentiàm, suo videri, existimantes negare etiam intelligere radicale. Ita Nazarius, M. à S. Thoma, Patres Salmant. Gonet, & Lezana, & ex alijs P. Hurtado, Herice, & alij plures. Sed quamvis nos etiam negaverimus in Deo intellectum per modum actus primi mediantem inter naturam, & intellectiōnem; non tamen iudicamus necesse cum eis in hac sententia convenire.

Sed rejicienda est primò. Quia non videtur conformis menti D. Thomæ. Nam ipse Ang. Doct. pluries possint distinctionem inter intelligere Dei, & ipsius naturam, & essentiam: cuius testimonia lato, & erudito calamo expendit inter alios Illust. Godoy, qui omnino videndus est: interim tamen unum, vel alterum ex selectioribus adducamus. Primum quidem desumi potest ex prologo huius questionis, ubi sic habet: *Post considerationem eorum, quæ ad Divinam substantiam pertinent, restat considerare tandem de his, quæ pertinent ad operationem ipsius; & quia operatio, quadam est, quæ manet in operante; quadam vero, quæ procedit in exteriorem effectum; primò agemus de scientia, & voluntate: nam intelligere in intelligente est, & velle in volente.* Quibus in verbis manifestè explicat, quod intelligere, sicut & velle non pertinent ad substantiam Dei per modum constituentium ipsam, sed per modum operationum iam supponentium constitutam.

45
4. Opinio cum suis Patronis refertur.

Reijcitur I. ex D. Thom.

44
1. Solutio
3. argu-
menti.

Alia argu-
ment. so-
lutio.

Idem of-
sumptum
ex S. D.

Secundum habetur infra *quest. 26. artic. 2.* ubi ad probandum quod Deus est beatus non secundum intellectum, sed secundum essentiam, sic obicit primum arg. Beatitudo est summum bonum; sed bonum dicitur in Deo secundum essentiam: ergo. Cui arg. sic responder: ad 1. ergo dicendum, quod ex illa ratione infertur, quod Deus sit beatus secundum essentiam; non autem quod beatitudo ei conveniat secundum rationem essentia, sed magis secundum rationem intellectus.

Quæ verba clarissima sunt contra istum modum dicendi: & ibidem in *Corp.* probat, quod Deus est beatus per intellectum; quia cuilibet intellectualis nature beatitudo consistit in intelligendo; in Deo autem non est aliud esse, & intelligere secundum rem, sed tantum secundum intelligentia rationem. Quibus etiam in verbis attribuit Deo beatitudinem secundum intellectum, prout per rationem differt ab eius essentia, & natura. Et ibidem ad tertium probat, quod beatitudo non consistit in actu voluntatis; quia cum beatitudo sit bonum, est obiectum voluntatis; obiectum autem præintelligitur actui potentia; unde secundum modum intelligendi prius est beatitudo Divina, quam actus voluntatis in ea quiescentis; sed non minus Divina essentia est proprium obiectum Divini intellectus, quam bonum voluntatis, ut constat ex eodem S. Doct. hic *artic. 5. ad 3.* ergo etiam præsupponitur ad Divinum intellectum.

Ad idem
ex eod.
conclu-
tur.

Tertium desumitur ex *quest. 40. artic. 4.* infra. Ubi tam in fine corporis, quam in solutione ad 3. asserit, quod origine active non possunt constituisse personas Divinas, sed easdem constitutas supponunt, quia significantur ut egredientes. Non dicit, quia obiectiva sunt egredientes, quia hoc falsum est, sed quia significantur ut egredientes, & à nobis, ut sic concipiuntur; sed etiam intellectio Divina, licet objective non egredia-

tur, sed sit per se subsistens, & substantialis, sicut & ipsa origo activa; etiam significatur, & à nobis ut egrediens concipitur: ergo.

Quartum habetur etiam infra *quest. 30. artic. 2.* ubi cum sibi proposuisset secundum arg. Ad probandum quod personæ Divinæ sunt plures, quam tres, quia, scilicet, non plus differt natura à voluntate, quam ab intellectu; sed in Divinis est alia persona, quæ procedit per modum voluntatis, ut amor; alia quæ procedit per modum nature, ut filius: ergo est etiam alia, quæ procedit per modum intellectus, ut verbum; tali arg. non negat maiorem, qualiter negaret, si oppositam sententiam teneret, sed ea concessa, respondet, quod id, quod procedit per modum intellectus, ut verbum, procedit secundum rationem similitudinis, sicut filius; & ideo processio verbi est generatio, &c. Et tandem, quia non aliam identitatem intendere D. Thomam, dum pluries asserit, quod *intelligere Dei est suum esse*, quam identitatem philosophicam, & realem, qualis reperitur inter esse Dei, & eius voluntatem, constat expressè ipsius testimonio infra *quest. 19. artic. 1.* in *Corp.* per hæc verba: *Sicut intelligere Dei est suum esse, ita suum velle.*

Deinde rejicitur hæc sententia rationibus: primo. Quia illa prædicata, quæ in rebus creatis obtinent munus proprietatum, & accidentium, non possunt respectu Dei secundum nostrum modum concipiendi obtinere munus naturæ, sed tantum attributorum; sed intellectio in rebus creatis obtinet munus accidentis, & proprietatis, quod ut per se constat: ergo respectus Dei, non potest obtinere munus naturæ. Consequentia constat, & mai. probatur. Tum quia ea prædicata, quæ in rebus creatis obtinent munus naturæ, non obtinent in Deo munus attributorum, ut conclusionem præcedenti arguebamus.

Idem ad-
huc con-
tinuatur
ex Ang.
D. iustis-
sum.

Idem ad-
huc con-
tinuatur

46
1. Ratio,
qua pug-
natur con-
tra talem
sententiam.

mus de his prædicatis, *substantia, videns, &c.* ergo nec è converso. Tum quia constitutum metaphisicum naturæ Divinæ, prout à nobis concipitur, debet assignari ad instar rerum creatarum, & proportionem ab eis desumpta; sed hæc in hoc præcipuè stare debet, quod illum ordinem, & dispositionem virtualement servent in Deo prædicata in Deo reperta, quem formaliter servant in creatis: ergo.

Fulcitur
1. ratio. Confirm. inter prædicata in Deo obiectivè reperta illud assignandum est, ut constitutum naturæ eius, quod si in creatis reperitur suapte sui natura est primum, & cæterorum radix; sed hoc non est actualis intellectio; cum hæc in alio, scilicet, in substantiâ immateriali radicetur: ergo. Mai. probatur: quia, dum ex fide aliud non constat, de prædicatis in Deo repertis eodem modo discurrere debemus, ac de prædicatis creatis, secundum id, quod eis suapte sui natura, convenit: undè hinc probamus in Deo intellectum virtualiter præcedere voluntatem, & ab ea virtualiter distingui; quia sic suapte ipsorum natura accidit in creatis: ergo id quod in creatis est primum, debet etiam esse in Deo.

47
2. Ratio
cõtra ean-
dem sen-
tentiam. Secundò rejicitur: quia licet eadem indivisibilis entitas tam philosophicè, quam metaphisicè tribuat Deo munia ista *substantiâ spiritualis completæ, intelligentis; volentis, &c.* ideoque natura Dei obiectivè, & prout est in se, per omnia illa metaphisicè constituatur; tamen prout à nobis concipitur, & de quo est præsens difficultas, non per omnia illa constituitur, quia non concipimus ea; ut per se primo Deo convenientia, sed ordine quoddam, ita ut unum supponat aliud, & unum mediante alio conveniat, ut voluntas mediante intellectu; sed nec etiam intellectio concipitur ut per se primo Deo conveniens, & ab indivisibili entitate primo præstita: ergo nec per illam potest natura Divina constitui. Min. hæc proba-

tur. Tum quia intellectionem in Deo probavit D. Thomas à priori per rationem substantiæ immaterialis hic *artic. 1.* tum quia in rebus creatis, sicut in Angelis, & hominibus per prius concipitur, & reperitur obiectivè ratio substantiæ immaterialis, quam intellectionis; sicut per prius ratio intellectionis, quam volitionis: ergo etiam sic concipitur in Deo.

Dices primò. Quod intellectio 48
supponit rationem substantiæ im-
materialis, non ut aliquid ab ea
adæquatè distinctum, sed inadæqua-
tè; ac proinde non ut constituti-
vum adæquatum naturæ Divinæ,
sed ut inadæquatum, & cum ipsa
adæquatè constituens. Secundò.
Quod licet ratio substantiæ spiri-
tualis completæ supponatur; non
tamen constituit, quia est ratio
transcendens: ipsa enim actualis
intellectio, & volitio Dei sunt
substantia spiritualis completa.

Sed neutra est sufficiens, & 49
contra primam obstat primo: quod
dato quod intellectio solum in-
adæquatè distinguatur à ratione
substantiæ completæ, quæ suppo-
nitur; hoc tamen sufficeret, ut per
substantiam, & non per intellectionem
natura Divina constitueretur:
quod probatur doctrina satis com-
muni, apud plures Advers. assen-
tientes, quod personæ Divinæ consti-
tuuntur per relationes secundum
conceptum *in*, qui supponitur, &
non secundum conceptum origi-
nis, & *ad*, qui consequitur; & ta-
men omnes isti conceptus solum
inadæquatè differunt: ergo. Secun-
dò. Quia falsum est quod ratio
substantiæ, & intellectionis in Deo
non distinguantur adæquatè: ergo
si intellectio supponit rationem
substantiæ, supponit tanquam ali-
quid ab ea adæquatè distinctum,
& adæquatè naturam Divinam
constituens. Antecedens probatur
primò. Quia tunc aliqua prædicata
Divina adæquatè sunt distincta, Antecedens
quando æquivalent prædicatis crea-
tis, quæ ex vi proprii eorum con-
ceptus pertinent ad diversas
spe-

Duplex
impugna-
tionis præ-
ced. effu-
gium.

49
1. Effug-
occluditur
1.

Ocludi-
tur 2.

Antecedens
probat. 1.

species: sicut hac ratione intellectio, & volitio Dei adæquatè differunt; quia æquivalent, intellectio- ni, & volitioni creatis, quæ ex vi conceptus earum diversas constituunt species; sed substantia spiri- tualis, & intellectio Divina etiam æquivalent substantiæ spirituali, & intellectio- ni creatæ, quæ ex proprio conceptu constituunt diver- sas species, immo pertinent ad di- versa prædicamenta: ergo.

50
2. Prob.
illud ante
cedens.

Secundo probatur idem an- tecedens, & hoc amplius explica- tur. Nam tunc aliqua prædicata Divina virtualiter adæquatè diffe- ruat, quando unum non includit aliud ex vi proprii, & differen- tialis conceptus; sed substantia im- materialis in Deo non includit ex vi proprii conceptus Divinam in- tellectionem, nec è converso, licet illam includat ex vi communis prædicati entis Divini, & actus pu- ri: ergo. Mai. constat: quia dis- tinctio inter prædicata Divina non attenditur ex aliquo prædicato communi ipsis: ergo. Tum quia omnia prædicata Divina sine ulla eorum distinctione, aut multipli- catione, in alijs includuntur, ut ex dictis conclusione præced. const- tat: tum quia nomina quæ de Deo dicuntur, & aliquam peculiarem perfectionem eius explicant, eam significant secundum differentia- lem eius conceptum, ut ait D. Thomas in 1. dist. 4. quest. 1. art. 1. & 1. part. quest. 27. artic. 4. unde licet in Deo non dentur accidentia qualitatis, & habitus, quæ sunt rationes communes Intellectui, Voluntati, Sapientiæ, &c. proprie dantur Voluntati, Intellectui, Sa- pientiæ, &c. Quia ibi dantur se- cundum conceptus differentiales, & proprios, qui his nominibus ex- primuntur.

Min. 2. Min. autem probatur. Tum ex prob. il- lius ante- ced. prob. multipli- citer. Min. autem probatur. Tum ex dictis: quia substantia, & intellec- tio in creatis pertinent non so- lum ad diversas species, sed lineas, & prædicamenta: ergo unum ex vi proprii, & differentialis conceptus in Deo non includit aliud. Tum

quia ut substantia Dei sit perfec- tissima, non est opus, quod ex vi proprii, & differentialis conceptus includat intellectionem, sicut & cetera attributa, sed sufficit si eam includat ex communi conceptu en- tis Divini, actus puri, & infiniti: sicut ut Divinus intellectus, aut Divinum intelligens sit perfectissi- mum non est opus, quod ex pro- prio, & differentiali conceptu in- cludat volitionem, sed sufficit si eam includat ex communi con- ceptu actus puri. Tum quia eius summa perfectio salvatur in pro- pria linea, quam conceptus diffe- rentialis constituit, si sit summè spiritualis, summè immaterialis pe- tens intellectionem secum identifi- catam, per quam intelligat: si nam- que talis est, talis etiam erit, cui nulla, in propria linea, possit su- peraddi perfectio. Tum quia subst- antia spiritualis creata, Angelica v. g., est in propria linea imper- fecta, non ideo, quia non est for- maliter intellectio; sed quia non habet tanta spiritualitatem in ge- nere substantiæ, quod sit potens omnia perfectissimè agnoscere: un- de in propria linea naturæ magis perficitur per gratiam, quæ radi- cat lumen gloriæ, & visionem bea- tam, quam per ipsam visionem, & lumen; quia, nimirum, gratia illam perficit sub munere actualitatis ra- dicantis intellectionem, quod per- tinet ad conceptum naturæ, quam sub munere intellectionis, quæ ra- dicatur in natura: ergo.

His omnibus responderi po- test, quod cum natura Divina ex vi proprii, & differentialis con- ceptus pertineat ad lineam intel- lectualem; & in hac linea sit actus purus, & infinitè perfecta, non sufficit quod includat quidquid per- tinet ad actualitatem radicis, sed opus etiam est, quod includat us- que ad ipsam intellectionem, quæ est actualitas ad hanc lineam per- tinens; & hinc redditur disparitas: tum de creaturis, quarum substan- tia, & natura est finita in propria linea, ac proinde potest ei deficere ali-

51
Solutio
adducto-
rum
Advers.

aliquid actualitatis, non solum quæ sit intellectio, sed quæ ad radicem intelligendi pertineat. Tum de ipsa intellectione, quæ cum ad aliam lineam pertineat, ac voluntas; non est necesse, ut eius infinita perfectio salvetur intra propriam lineam, quod volitionem ex conceptu differentiali includat, sed sufficit si eam includat ex communi ratione actus puri.

52

Solutio
ex duobus
deficit; quod
suadetur
1.

Sed hæc solutio laborat in æquivoco, aut petit principium; quod sic ostenditur primo. Quia vel intendit quod linea intellectualis, in qua constituit naturam Divinam, est una tantum genericè, vel una etiam specificè? Si primum; natura Divina non potest per totam illam constitui, alias constitueretur per prædicata adæquate specificè distincta; ac proinde non esset una per se. Si autem secundum; supponit quod probare debet, aut idem probat per idem; probat namque naturam debere includere intellectionem, quia pertinent ad eandem lineam specificam; & sic pertinere, quia pertinent ad intellectualitatem, quam esse unam specificè, non aliunde, nisi ex hoc ipso probat.

2. Suadetur
afsumptū.

Secundo. Quia iam nos probavimus, quod linea intellectualis, dividitur in Deo in duo prædicata virtualiter adæquate distincta, tanquam in duas species; in intellectualitatem, scilicet, radicalem, quam substantia spiritualis fundat; & in ipsam actualem intellectionem: sicut in creatis, in intellectualitatem radicalem proximam, & actualem intellectionem: ergo.

3. Suadetur
id ipsum.

Tertio. Et amplius detegitur æquivocatio, quæ in hac voce *linea intellectualis* continetur: nam vel intenditur, quod per eam significatur aliquod prædicatum commune substantiæ spirituali, quæ radicaliter intellectiva est, vel aliquod prædicatum proprium naturæ? Si primum; fatemur quod in linea intellectuali, tam substantia spiritualis, quam intellectio inclu-

duntur, sicut includuntur omnia prædicata Divina in ratione actus puri, & entis Divini: sed hoc supposito, dicimus Divinam naturam pertinere quidem ad lineam intellectualem sic acceptam, non autem per illam constitui; sicut & ipsi dicere tenentur pertinere ad rationem actus puri, non autem quod per rationem actus puri constituitur: quia primum significat constitutum naturæ in linea intellectuali, sicut & actus puri includi; quod verissimum est secundum autem amplius dicit, scilicet, totam lineam ingredi illius constitutionem, sicut & totam rationem actus puri; quod dicimus falsum esse: nam linea illa secundum istam acceptionem, sicut & ratio actus puri, includit aliquid non solum pertinens ad conceptum naturæ, & radicis, sed etiam attributorum, quæ in natura radicantur. Si autem linea intellectualis accipitur pro aliquo prædicato inadæquato illius, & naturæ proprio, non accipitur secundum quod includit intellectionem, sed secundum quod illam radicat, & lineam, ab ea specificè distinctam, constituit.

Secunda autem solutio *numer.* 48. proposita minus sufficiens est: nam falsum est, quod prædicatum substantiæ spiritualis reperiatur in Deo sit ex proprio conceptu transcendens intellectionem, & volitionem, & reliqua Divina prædicata. Neque hoc sequitur ex eo quod intellectio, & volitio sint substantia spiritualis completa; alias etiam ipsa intellectio esset prædicatum transcendens, cum etiam volitio, & substantia, sint intellectio. Et ratio est; quia ut intellectio Dei sit substantia, & eius volitio intellectio, sufficit quod ratio actus puri, in quo intellectio, volitio, & substantia includuntur, adæquate in quolibet prædicato Divino includatur: hinc enim oritur prædicatio, & inclusio eorum adinvicem, & non ratione conceptus differentialis: ex hoc ergo

53
2. Effug.
præcluditur.

capite excludendā non est substantia spiritualis completa à munere constituendi Divinam naturam.

54
3. Impugnatio. 4. sententia.
Reijcitur tertio eadem sententia: quia natura, & essentia Divina, ea actualitate intelligitur sufficienter constituta, qua intelligitur proximè capax infinitæ existentia; sed talis intelligitur ante actualem intellectionem: ergo. Maior constat ex eo, quod existentia est ultimus actus rei in suo esse essentiali adæquate constitutam supponens. Minor autem probatur: nam natura non redditur capax existentia per operationem, sed potius redditur capax operationis per existentiam; operari enim sequitur ad esse, tam essentia, quam existentia; sed intellectio Divina habet munus operationis, & exercitij: ergo.

55
Ultimo impugnatur talis sententia.
Tandem reijcitur eadem sententia inefficacia convincendo præcipuum eius fundamentum. Quia ideo natura Divina constitueretur per actuale intelligere, vel quia intelligere est per se subsistens, quod nihil potest præcedere, sicut nihil præcedit substantiam; vel quia si intelligere non ingrederetur naturæ Divinae constitutionem, consideraretur ut in potentia ad illud, & ut illius radix; quorum utrumque dicitur imperfectionem; sed Rationes istæ sunt inefficaces: ergo. Probatur minor quo ad primam partem: quia etiam velle Divinum est per se subsistens, sicut & Divinum intelligere; & tamen illud præcedit aliquid Divinam naturam constituens: ergo.

Solutio
Nec refert dicere, quod velle quoddam, non constituit naturam, quamvis & duplex sit per se subsistens, quia non constituit gradum vitæ, sed ex suo formalis conceptu se habet, ut inclinatio ad vitam consecuta; intelligere autem constituit gradum vitæ. Contra enim est primo: quia iam, saltem habemus, quod non repugnat ex conceptu per se subsistentis, cui hæc ratio præcipue imputatur, quod non consideretur

ut primum, & constitutivum, sed ut secundum, & ad constitutionem consequutum. Secundo: quia sicut velle non constituit gradum vitæ in creatis, sed est inclinatio consequens vitam, ita intelligere, sumpto pro actu secundo, non constituit in creatis gradum vitæ, sed est exercitium illius gradus iam constituti: cur ergo velle translatum ad Deum servat sui naturam se habendo, ut quid consequutum per modum inclinationis ad vitam, & eam non constituen-do, & intelligere non se habeat per modum exercitij, & actualitatis gradum vitæ supponentis constitutum.

56
Prob. minor. 3. ratio. quo ad 2. partem.
Probatur eadem minor, quo ad secundam partem: quia sine ulla ex parte obiecti imperfectione concipitur à nobis natura Divina ut in potentia ad volitionem, & cætera attributa, & ut illorum radix: ergo poterit etiā sine ulla imperfectione concipi ut in potentia ad intellectionem, & ut illius radix. Dices naturam Divinam, sive intellectionem non comparari ad volitionem, sicut radix ad radicatum, aut actus primus ad secundum, sed sicut actus purissimus unius lineæ ad actum purissimum alterius: at si distingueretur ab intellectione; cum pertineant ad eandem lineam, compararetur ad illam ut radix ad radicatum, & ut potentia ad actum.

57
Ocluditur multipliciter.
Sed contra primo: quia licet re vera ex parte obiecti natura Divina comparatur ad volitionem, ut actus purissimus ad alium purissimum, aut ut unus, & indivisibilis actus ex parte obiecti utriusque munus gerens; tamen secundum nostrum modum intelligendi, sine ulla imperfectione ex parte obiecti, natura concipitur ut principium radicale volitionis, & volitio, ut actus determinans, & afficiens naturam: undè natura Divina volens, & amans absolute dicitur; sed hoc sufficit, ut natura Divina intelligatur metaphisice constituta priori ad volitionem: ergo pariter licet ratio substantia per

per se subsistentis, & omnino immaterialis revera compareretur ex parte obiecti, & prout est in Deo, ad Divinam intellectionem, ut actus purissimus ad purissimum, aut ut unus, & indivisibilis actus; tamen ex parte modi concipiendi, & sine ulla imperfectione ex parte obiecti, poterit à nobis concipi, ut radix intellectionis; & ut actuata per ipsam: non enim minus denominatur à nobis intelligens, & cognoscens, quam volens, & amans: ergo hoc etiam sufficet, ut propriori ad intellectionem natura Divina denominetur constituta.

intellectiva, prout substantiam immaterialem comprehendit; intellectio non pertinet ut actualitas ad illam, sed magis subsistentia; & tamen sine ulla imperfectione (etiam iuxta Advers.) concipitur natura Divina, ut ex nostro modo concipiendi determinabilis per subsistentiam, & iuxta eandem contra M. Cornejo intelligitur essentia Divina, ut determinabilis per existentiam, & constituta propriori ad illam: ergo.

§. VI.

SOLVUNTUR ARGUMENTA

Roboratur doctrina.

Confirmatio licet esset imperfectio in Deo, quod natura Divina obiectivè, & ex parte rei significata radicaret volitionem, & cetera attributa: quod realiter, aut pœnes excludens, & exclusum ab eis distingueretur; nulla tamen est imperfectio, quod ex modo concipiendi sit illorum radix, & quod ab eis pœnes explicitum, & implicitum distingatur: sic enim imperfectio radicis, aut distinctionis magis refunditur in intellectum, quam in obiectum: ergo licet esset imperfectio, quod substantia spiritalis completa obiectivè, & ex parte rei significata sit radix intellectionis, aut quod ab ea pœnes excludens, & exclusum distinguatur; nulla tamen erit imperfectio, quod à nobis ut radix illius concipiatur, & ut ab ea pœnes explicitum, & implicitum distincta. Tum sic: sed naturam concipi in ordine ad volitionem, sufficit ut volitio non ingrediatur eius constitutum: ergo idem debet dici de intellectione.

Ultima illius evasione excluditur.

Quod autem in eadem solutione tangitur de pertinentia intellectionis ad eandem lineam naturæ; iam supra impugnatum est. Quibus addi potest, quod non minus substantia est actualitas pertinet ad lineam substantiæ, & existentia ad lineam essentia, quam intellectio ad lineam intellectivam: immo, & magis, quia sumpta linea

Arguunt. 1. Advers. in favorem oppositæ sententiæ aliqua testimonia D. Thomæ, quibus ei favere videtur. Et primum desumi potest ex eo quod D. Thomas pluries repetit, quod *esse Dei est suum intelligere*: sic hic *art. 4. q. 8.* ubi ex hoc ipso probat, quod scientia Dei est causa rerum, & infra *quest. 19. artic. 4.* ubi idem eodem argumento probat; sed ut est omnibus compertum per *esse Dei* intelligit D. Thomas eius essentiam seu naturam: ergo. Secundum desumitur ex primo contra *Gent. cap. 45.* ubi non solum asserit, quod essentia Dei est sua consideratio, sed & id ipsum hac ratione, quæ contra nos militare videtur, probat: *Actus, inquit, secundus est perfectior quam primus, sicut consideratio, quam scientia, scientia autem, vel intellectus Dei, est ipsa eius essentia: si igitur sua consideratio non sit sua essentia, aliquid erit: sua essentia nobilior, & perfectior; & sic non erit infinite perfectionis, & bonitatis.*

58
1. Arguunt sententiæ præced. ab auth. D. Thom.

Sed adhuc magis aperte, ut ipsis videtur, favet eis D. Thomas infra *quest. 27. artic. 2.* ubi probat quod processio Verbi est generatio substantialis, quia procedit ut similitudo rei intellectæ, & quia procedit in eadem natura, & quia in Deo idem est intelligere, & esse: sed non loquitur D. Thomas in

Ad idem connotatur.

sensu identico, quia similitudo in natura debet esse formalis ex vi processio- nis, & non est sufficiens identica; quare Spiritus Sanctus non procedit ut Filius, quia ex vi processio- nis solum habet formaliter impulsu- m, & identice natu- ram: ergo. Aliud testimonium adduci potest ex *quest. 18. artic. 3.* ubi corpus *art. sic* concludit: *Illud igitur, cuius sua natura est ipsum eius intelligere, & cui id, quod naturaliter habet, non determinatur ab alio, hoc est quod obtinet summum gradum vite: tale autem est Deus, &c.* Ex quibus verbis sic arg. Per- fectissimus gradus vite consistit in eo, quod non determinetur ille ab alio; sed si natura Dei, non constituitur per intelligere, iam vita Dei determinaretur ab alio, scilicet, ab specie, & ab intelligere: ergo.

59
Priora S.
Doct. ref.
sim. expo-
nuntur.

Ad istud testimonium respondetur, quod esse, & intelligere Dei dupliciter accipi possunt: primo prout a nobis viatoribus concipiuntur; in quo sensu disputatur hæc questio: & in eo hæc propositio, *intelligere Dei est suum esse*, intelligenda est in sensu solum identico, non autem in formali. Et sic pluries accipi à D. Thoma constat, tum ex omnibus testimonijs adductis, præcipue *1. part. quest. 1. artic. 1.* ubi hanc identitatem comparat identitati repertæ inter esse, & velle, ibi: *Sicut esse Dei est suum intelligere, ita suum velle*: constat autem hanc identitatem tantum esse materialem, & non formalem. Secundo modo accipiuntur, prout Deo in se obiectivè conveniunt; & in hoc sensu esse, intelligere, & velle, & omnia, quæ in Deo reperiuntur, sunt idem, non solum identice, sed etiam formaliter; hoc autem impertinens est ad constitutionem naturæ Divinæ, prout à nobis concipitur, ut constat in ipso velle. Et in hoc etiam sensu excludit D. Thomas determinationem vitæ Divinæ, obiectivè, scilicet, ex parte rei significatæ, non autem ex modo significandi; & hinc constat so-

lutio ad testimonium adductum ex *quest. 18.*

Næque id, quod additur in favorem primi testimonij, scilicet, quod ex hac propositione, *esse Dei est suum intelligere*, probat D. Thomas, quod Deus operatur per intelligere, quia operatur per esse; aliquid oppositæ intelligentiæ favet: nam eodem etiam discursu loco cit. ex *quest. 19.* probabit etiam, quod Deus agit per velle: ex quo neque apud ipsos inferitur, quod velle Dei sit in sensu formali suum esse, sed tantum in sensu identico.

Ad idem
intencum.

Ad testim. autem ex *quest. 27.* 60
respondetur prænotando, quod ut processio aliqua sit generatio, duæ conditiones inter alias requiruntur. Prima, quod sit processio assimilati- va ex suo conceptu proprio, & formali in natura. Secunda. Quod simili- tudo procedens non sit solum ac- cidentalis, aut intentionalis, sicut est nostrum verbum, sed substan- tialis. Et has conditiones attingit D. Thomas in illo *artic.* sed pri- mam probat convenire processio- ni Verbi, non quia intelligere sit suum esse, in quo fallitur opposi- ta sententia; sed quia procedit per intellectum, qui est assimilativus; & ex huius conditionis defectu excluditur processio Spiritus Sancti à ratione generationis, quia pro- cedit per voluntatem, quæ non est assimilativa. Secundam autem conditionem probavit D. Thomas, quia in Deo idem est intelligere, & esse; & ita sicut intelligere Dei est substantiale, ita etiam Verbum Divinum est substantiale, & eiusdem naturæ cum Patre: ad huius autem efficaciam sufficit quod in- telligere Dei sit suum esse in sensu identico. Et hoc à posteriori evi- denter tamen convincitur ex eo- dem S. Doct. *4. contra Gent. cap. 19.* & *23.* ubi etiam probat quod Spi- ritus Sanctus est amor substantia- lis Patri, & Filio, quia in Deo idem est velle, & esse: non ergo processio Spiritus Sancti excludit- ur à ratione generationis defectu

Ceteri
testim. S.
Doct. ex-
plic.

secundæ, sed primæ conditionis: quæ intelligentia apertè invenitur in prædicto artic. si attentè consideretur.

61

2. Arg. eiusd. sententia.

Secundò obijcies præcipuum oppositæ sententiæ fundamentum. Natura Divina debet constitui perfectissima constitutione in linea intellectuali; sed hæc salvari non potest sine actuali intellectione: ergo. Mai. supponitur, & min. probatur primò. Nam perfectissima constitutio in linea intellectuali est, qua constituitur actus purus in tali linea; sed non potest intelligi actus purus in linea intellectuali sine actuali intellectione: ergo. Probatur min. Quia actus purus in aliqua linea includit omnem actualitatem illius lineæ; sed intellectio est actualitas lineæ intellectualis: ergo. Secundò. Quia illud est perfectissimum in aliqua linea; cui nulla potest fieri superadditio in tali linea; sed si non constituitur per intellectionem, potest ei fieri perfectionis superadditio in linea intellectiva; superaddendo, scilicet, ipsam intellectionem: ergo.

2. Min. prob.

Tertia.

Tertiò. Quia perfectissimum in aliqua linea est, cui in illa nihil perfectionis deficit: ergo perfectissimum in linea intellectuali est, cui nec ipsa intellectio deficit.

Quarta.

Quartò. Quia cum unaquæque res sit perfecta, secundum quod est in actu, quod non continet omnem actualitatem alicuius lineæ, non erit in illa linea perfectissimum; sed intellectio est actualitas lineæ intellectualis omnia ad illam pertinentia actuans: ergo. Quinto. Quia quod est potentiale in aliqua linea non est perfectissimum in illa, sed imperfectum: sicut enim unaquæque res est perfecta in quantum est in actu, ita imperfecta, in quantum est in potentia; sed id quod est in linea intellectiva sine actuali intellectione est in potentia ad illam, cum ista sit totius lineæ ultimus actus: ergo.

Quinta.

62
Universa
fulciuntur.

Quæ omnia confirmari possunt: quia si natura Divina reali-

ter distingueretur ab actuali intellectione, non esset realiter perfectissima, neque realiter actus purus in linea intellectiva, sed realiter potentialis, & per intellectionem realiter perfectibilis: ergo si per rationem nostram distinguitur ab intellectione, & independentiter ab ea constituitur, non est per rationem nostram perfectissima, & actus purus in linea intellectiva, sed potentialis, & per intellectionem perfectibilis: cum ergo constitutum naturæ Divinæ debeat esse perfectissimum, adhuc per rationem nostram, in linea intellectiva, hoc non potest esse sine intellectione.

Hoc ut diximus est præcipuum oppositæ sententiæ fundamentum: sed re vera omnes tenentur illud solvere: nam sicut natura Divina debet esse perfectissima in linea intellectuali, ita debet esse perfectissima in linea vitali, in ratione entis, & actus puri: ergo sicut, ut salvetur perfectio eius summa in linea intellectuali, & excludatur omnis eius potentialitas, requirit opposita sententia, quod constituatur per omnia pertinentia ad talem lineam; usque ad ultimam eius actualitatem; ita ut salvetur perfectissima in alijs lineis, requiretur quod constituatur per omnia, quæ ad illas lineas pertinent: cumque ad lineam vitalem omnes actiones vitales, non minus quam ad intellectivam intellectio, pertineant: & ad lineam entis omnia alia prædicata etiam pertineant; ut natura Divina esset perfectissima, deberet constitui per omnia Divina prædicata, sive vitalia, sive non vitalia, quod opposita sententia non concedit.

63

Argum. solutio utriusque incumbit parti.

Pro illius ergo solutione valde notandum est, id, quod in principio quæstionis insinuavimus, scilicet, quod nullam prædicatum Divinum, prout est obiectivè in Deo, & præcisivè à nostro modo concipiendi importat aliquam prioritatem, aut distinctionem, sive

64

Notab. r. pro solut.

phificam, sive metaphificam, sive quo ad implicitum, & explicitum respectu alterius; sed omnia sunt omnino idem, & omnino simul, tam pro explicito, quam pro implicito: unde si Deus, aut beati, qui ea obiective prout sunt in se cognoscunt, assignarent constitutivum naturæ Divinæ, non ponerent ullam distinctionem, inter unum, & aliud prædicatum, sed omnia illa, quæ in se unicum, & indivisibile est, pro constitutivo assignarent: in ordine ergo ad illos solum reperitur distinctio relativa, non autem inter prædicata absoluta.

Continua
tio Doc-
trina.

Distinctio ergo inter Divina prædicata, & prioritas unius respectu alterius, non tam fundatur in ipsis prædicatis, quam in imperfectione intellectus nostri, qui, cum propter summam illam perfectionem omnia illa unico simplicique actu nequeat, nisi valde confuse cognoscere, & non prout in se sunt unum; ea cognoscit articulatim, & ad instar rerum creaturarum, quæ sunt proprium, & proportionatum obiectum illius: unde dum unum cognoscit sine alio, ac proinde in potentia ad illud, ut ab eo distinctum, aut eoprius, hæc distinctio, & prioritas, non refrunditur in obiectum, sed solum se habet ex modo concipiendi, & potentialitas illa magis est, potentialitas intellectus, qui illud prædicatum non valens prout in se concipere, remanet in potentia ad ulteriorem eiusdem cognitionem, quam obiecti: immo non est ullo modo potentialitas obiecti.

65
2. Nota-
bile.

Itaque est advertendum, quod quamvis re vera secundum nostrum modum concipiendi distinguamus unum prædicatum Divinum ab alio; nullam tamen est prædicatum, quod etiam ex nostro modo concipiendi omnia alia non includat. Et ratio iam pluries insinuata est; quia, nimirum, nullum est Divinum prædicatum, quod non includat rationem actus puri,

entis Divini, & alias omnibus communes, in quibus omnia Divina prædicata continentur, & sunt de metaphificæ illorum constitutione: neque enim, ut etiam iam diximus, rationes istæ communes per inclusionem in inferioribus partitur, aut multiplicatur, sed *adequate*, & secundum quod omnia alia continent, in eis includuntur: per quod, & differunt à prædicatis communibus creatis.

Cum hoc tamen adhuc stat, quod ex nostro modo concipiendi prædicata Divina non transcendentia ad invicem distinguantur, non solum inadæquate, sed adæquate; quod contingit, quando unum ex proprio, & particulari conceptu aliud non includit, neque eius indiget inclusione, ad infinitatem in propria linea specifica; qua ratione distinguitur intellectus à voluntate: quia licet intellectus secundum rationem communem actus puri, entis Divini, immo, & actionis vitalis, includat formaliter voluntatem; ex propria tamen, & peculiari ratione, qua vim intelligendi importat, eam non includit, quia salvatur infinitas in hac ratione sine inclusione voluntatis.

Ead. con-
tinuatur
doctrina.

Et hac pari ratione dicimus, quod licet substantia spiritalis completa, & per se subsistens includat omnia prædicata Divina ex communi conceptu actus puri, entis Divini, & infiniti; & omnia prædicata vitalia ex conceptu communi vite, & omnia intellectualia ex communi conceptu intelligibilis; tamen si attendamus ad conceptum eius proprium, & quasi differentialem, non includit, neque intellectionem, neque intellectum, (si in Deo per modum potentie datur) quia ad sui infinitatem in propria linea tali non indiget inclusione: salvatur enim hæc, dummodo sit actualis, summe immaterialis in ratione substantiæ, quod nulla indigeat perfectionis superadditione ad hanc speciem pertinentis; quod re vera illa est:

Varia cõ-
feruntur
prædica-
ta.

nam

perfectio, quæ ei accrescit ex adventu intellectiois; non auget ullo modo perfectionem eius in linea substantiæ, sed tantum in linea operationis, sicut & perfectio, quæ advenit intellectui per additionem voluntatis, non auget perfectionem eius intra propriam speciem, sed eam extendit ad aliam.

66
Solvitur
iam argu-
ment.

Ex his ergo prænotatis, quæ præoculis habenda sunt, ut cum fundamento Divina prædicata constituamus, & ad invicem distinguamus, facilis est argumenti solutio. Respondetur enim disting. mai. debet constitui perfectissima constitutione in linea intellectuali, genericè sumpta, neg. mai. specificè sumpta, & pro substantia spirituali, quæ determinatam speciem in illa constituit, concedo mai. & distinguenda est min. concedendaque est de linea intellectuali, genericè sumpta; neganda verò de ea, specificè sumpta, cum consequentia. Ad probationem autem min. quatenus obstare potest, concessa mai. disting. est min. intellectio est actualitas pertinens ad lineam intellectivam genericè sumptam, concedo min. specificè sumptam, eam subdist. quæ ipsa intellectio constituit, concedo min. quam constituit substantia spiritualis ex proprio, & differentiali conceptu, neg. min. & consequentiam: linea enim intellectualis, sicut, & vitalis, est una tantum genericè, quæ in duas species dividitur intellectiois, scilicet, & substantiæ spiritualis, vel intellectus, (si conceditur intellectus per modum actus primi:) unde ut substantia spiritualis in Deo sit in propria linea actus purus, quamvis debeat, ex conceptu quasi generico intellectivæ, includere usque ad ipsam intellectioem; ex conceptu tamen differentiali habet unde sit actus purus, scilicet, per summam actualitatem in esse substantiæ spiritualis, quin intellectioem includat. Sicut licet ex conceptu vitalis, & entis Divini habeat formaliter includere omnes

operationes vitales Dei; ex conceptu tamen substantiæ spiritualis, non habet eas includere; neque ex hoc aliquid ei deficit, ut in propria linea sit actus purus.

Per quod etiam constat ad Triplicem secundam, tertiam, & quartam in probationem; nam defectus perfectionis, & actualitatis, quam intellectio importat, non est in natura Divina defectus privativus, cum sit defectus alicuius perfectionis ad aliam lineam specificè pertinentis: nulla enim substantiæ spirituali sit perfectionis superadditio in propria specie per adventum intellectiois; sicut nulla sit superadditio intellectui in propria specie per adventum voluntatis. Quibus addi potest, quod ut nihil deficere intelligatur substantiæ spirituali Divinæ, sufficit quod intellectioem ipsam; non solum ex conceptu communi actus puri, sed etiam ex conceptu vitalis, & ex ratione communi intellectivæ, eam formaliter includat.

Ad quintam dicatur, quod ratio substantiæ spiritualis, in qua consistit Divina natura, non est potentialis in ordine ad intellectioem, neque ex conceptu communi, neque ex differentiali: non ex communi; quia prout sic accepta, illam formaliter includit; neque ex differentiali; quia cum intellectio pertineat ad aliam speciem; quamvis intra eandem lineam intellectivæ, natura non comparatur ad illam, ut actus ad potentiam, sed ut unus actus purissimus, in ratione substantiæ, & primo subsistentis, ad aliam in esse exercitij, & actualis operationis: qua ratione, etiam iuxta Advers. intellectus Divinus non comparatur, ut potentia in ordine ad voluntatem. Et quidem substantiam adhuc creatam non comparati ad intellectioem, tanquam ad proprium actum, quem per se respiciat, evidens esse debet apud Thomistas, apud quos substantia est ens per se, & unice ad se; unde eam non constituunt immediate operativam: at actus

67
5. Minoris
probationi
fit
fatis.

actus proprius illius est ipsum esse, vel *subsistere*.

68

Item 6. & ultimar.

Ad ultimam concessio antecedenti dist. est consequens, si distinguitur per rationem, distinctione penes explicitum, & implicitum, neg. consequentiam, penes exclusivum, & exclusivum, concedo consequentiam: vel aliter, & fortè melius; si distinguitur, distinctione fundata in imperfectione nostri intellectus, non valentis eam, prout est in se, concipere, neg. consequentiam fundata in ipsa natura obiecti, prout est in se, concedo consequentiam. Si enim natura Divina realiter distingueretur ab intellectione, eam realiter non includeret, neque ex conceptu differentiali, neque ex communi; ac proinde non esset realiter actus purus. Arca distinctione illa per rationem penes explicitum, & implicitum, fundata in nostro modo imperfecto concipiendi stat inclusio intellectionis in Divina natura, non solum ex prædicatis communibus, sed etiam ex ultimo differentiali, prout est in se obiective: solamque est defectus nostri in intellectus, qui prædicata illa non potest, prout sunt in se, concipere; quod ex superius dictis iam constat.

89

Multi-plex præced. soluc. inst. & c.

Sed contra hanc solutionem, ut melius percipiatur, instabis primò. Quia natura Divina ex conceptu communi intellectivæ includit formaliter, & constitutive intellectionem, ut nos concessimus; at conceptus iste, cum sit quasi genus proximum Divinae naturæ, debet ingredi metaphysicam constitutionem illius, sicut in creatis constitutionem metaphysicam rei, non solum ingreditur conceptus differentialis, sed etiam genericus proximus, ut constat in homine: ergo. Secundo. Quia intellectio est perfectio propria naturæ intellectivæ, ut intellectiva est: ergo cum natura Divina sit formaliter intellectiva, & in propria constitutione actus purus, debet includere intellectionem. Tertio. Quia

Tertia. re

iuxta doctrinam huius solutionis sequitur, quod debeat in Deo admitti intellectus per modum actus primi proximi intellectionis, sicut admittitur natura per modum principij radicalis: nam ad hoc obstare non potest potentialitas illius: siquidem hæc non datur; dummodo ex conceptu communi intellectivi, aut obiective, prout est in se, includat intellectionem: nec etiam obstaret infinitas: nata hæc in proprio, & differentiali conceptu intellectus etiam salvaretur, dummodo per modum virtutis proxime intellectivæ esset infinitus, & talis, quod per additionem intellectionis, nulla ei in esse virtutis fieret superadditio; at nos supra Dub. præced. hoc negavimus: ergo.

Ad primam instantiam concessam, neg. est miti. in Divinis enim prædicata peculiariter non distinguuntur adinvicem per rationes communes, adhuc ut inclusas in illis; cum per inclusionem, ut pluries dictum est, non multiplicentur, & partiantur. Unde & nomina significantia speciales perfectiones in Deo, eas significant secundum conceptus differentiales, & non secundum communes, ut nos supra *numer. 48.* ex D. Thoma retulimus. At in creatis, cum rationes communes multiplicentur, & determinentur per differentias, nec alias res creatas ab eis distinctas in actu includant, pertinent ad metaphysicam constitutionem earum.

Ad secundam disting. est antecedens. Est perfectio propria naturæ intellectivæ obiective, aut constitutive, nego antecedens. Subjective, concedo antecedens, & neg. est consequentia. Quod enim obiective perficit, ita perficit, quod constituat; quod autem secundo modo perficit, rem iam constitutam perficit: sicut & voluntas est propria perfectio hoc modo naturæ Divinae; & veritas; & evidentia intellectus; & tamen non constituunt. Et idem pariter dicendum est de omnibus attributis Divinis, quæ sine

70

i. Inst. sol. vitar.

Solvitur

sine dubio sunt perfectiones propriæ naturæ Divinæ in esse naturæ; & tamen, quia non perficiunt obiectivè, sed solum subjektivè, non constituunt metaphisicè, sed rem iam constitutam afficiunt.

71
Solvitur

Ad tertiam dicatur, quod fundamentum, quo nos supra exclusimus à Deo intellectum per modum actus primi, ad hoc in summa reducitur; videlicet, quod ut dentur in Deo aliqua prædicata obiectivè, & ex parte rei significatæ, necesse est, quod conceptus proprius, & peculiaris eorum, prout adinvicem distinguuntur, detur obiectivè, & ex parte rei significatæ in Deo. Conceptus autem proprius intellectus per modum actus primi, & prout ab intellectu per modum actionis distinguitur, est conceptus principij intellectionis: sicut & conceptus intellectionis, prout distinguitur ab intellectu, est conceptus egressionis à principio: conceptus autem isti nequeunt in Deo obiectivè, & ex parte rei significatæ reperiri, quia important adinvicem distinctionem realem; principium enim reale, est à quo aliquid realiter egreditur, & realis actio est, quæ realiter egreditur à principio. Undè conceptus *ab*, qui in actione reali importatur, & secundum quem importat habitudinem ad principium, debet esse realis, sicut & conceptus *in*, vel *ad*, qui importantur in relatione. Ex quo intulimus, quod conceptus isti, sive intellectus, sive intellectionis in Deo obiectivè non reperiuntur: & quod si reperirentur, daretur in Deo realis distinctio inter prædicata absoluta, & realis potentialitas.

Quædam
continua-
tur dif-
paritas.

Hoc autem non evenit inter naturam, & intellectionem, sumpta intellectione, non pro actione, sed pro summa actualitate exercitij intelligendi; (qua sola ratione conceditur in Deo) nam conceptus proprius, & peculiaris Divinæ substantiæ, in qua ponimus naturam Divinam, nullam imperfectionem importat, ut obiectivè in

Deo reperiat; nec pariter conceptus intellectionis modo dicto acceptæ. Suprà primum ergo conceptum constitutivum naturæ fundamus munus radice Attributionum, non obiectivè, ita, ut de Deo ex parte rei significatæ dicatur, sed solum ex modo significandi: suprà secundum fundamus munus. *Attributi Intellectus*, vel *Scientiæ*, quam etiam actionem intelligendi nominamus. Sed omnia etiam ista solum se tenent ex modo significandi, non autem ex parte rei significatæ, & conceptæ.

Sed adhuc dices: quamvis natura ex proprio, & differentiali conceptu non includat intellectionem; intellectio tamen ex proprio, & differentiali conceptu sui includit naturam: nam si natura consistit in ratione substantiæ spiritualis completæ, cum intellectu Divina non sit accidens, nec substantia corporea, aut incompleta, sequitur quod sit substantia spiritualis completa. Sed facile respondetur negando antecedens: quia licet Divina intellectio sit substantialis, & non solum ut *quo*, sed etiam ut *quod* intelligens: hoc non habet ex proprio, & differentiali conceptu; nam ex hoc tantum habet, quod sit summa, & infinita cuiuscumque veri comprehensio, sed hoc habet ex prædicatis communibus *entis Divini*; *actus puri*, & *vitalis*, ex quibus etiam habet, quod sit volitio.

Arguitur tertio. Sicut existentia est actus ultimus essentiæ, ita intellectio est actus ultimus naturæ intellectivæ; sed essentia Divina ex vi proprii conceptus includit existentiam, & per ipsam metaphisicè constituitur: ergo & intellectionem. Mai. tradi. videtur à D. Thoma hic *art. 4. in Corp.* ubi comparat esse ad formam, seu essentiam, sicut intelligere ad formam intelligibilem: min. autem probatur primo. Quia essentia Divina ex suo proprio, & formali conceptu dicit esse in actu, cum exclusione omnis potentialitatis, futuritionis, &

72
Alia ad-
huc infan-
tania.

Solutio.

73
3. Argum

1. Min.
suadetur

1.

&

& virtualis productionis; sed essentia constituitur in actu, extra omnem potentiam, futuritionem, & potentialitatem; per essentialitatem: ergo. Secundo. Quia hæc propositio *Deus est*, est per se nota secundum se, licet non quo ad nos, ut docet D. Thomas supra *quest. 2. artic. 1.* sed si existentia adæquate virtualiter distinguitur ab essentia, & illam non constituit, non est per se nota secundum se, sicut non est alia quælibet, in qua prædicatur aliquod Dei attributum de eius essentia: ergo.

Tertio. Quia iuxta eundem S. Doct. supra *quest. 8. artic. 1. in Corp.* cum Deus sit ipsum esse per essentialitatem, oportet quod esse creatum sit proprius eius effectus, sicut ignis est proprius effectus ignis; sed hæc ratio nullius esset momenti, si existentia non esset de metaphisico constitutivo Dei: tum quia ea aequè probaretur, quod intellectio, & volitio sint proprii effectus Dei: nam etiam Deus identice est ipsum intelligere, & velle per essentialitatem: tum quia proprius effectus alicuius causæ est, qui assimilatur causæ in principio quo producendi: sicut ignis est proprius effectus ignis, quod est exemplum D. Thomæ: ergo si existentia est proprius effectus Dei, debet ei assimilari in principio quo producendi, quod est essentia, seu natura.

Quarto. Quia si existentia non pertineret ad constitutum metaphisicum Divinæ naturæ, sequeretur esse perfectiorem naturam: esset enim ea actualior, & non posset ab ea dimanare, ab eaque profluere; nam dimanatio supponit principium illius existens; sed falsum est quod possit dari in Deo aliquid prædicatum naturæ eius perfectius: ergo. Tandem quia cum existentia sit actus proprius essentia, si ab ea virtualiter distingueretur, esset in potentia ad proprium actum: ac proinde, nec infinita, nec actus purus.

Hoc arguendum favet opinioni 3. Argum. constituenti naturam Divinam per

ens à se. Ad illud autem respon- ditur advertendo, quod hoc nomen *Essentia* dupliciter accipi solet; & prout significat abstractum entis nominaliter sumpti, qua ratione est prædicatum transcendens naturam, & attributa; & prout significat prædicatum speciale primarium rei, idem cum eius natura, & per quod distinguitur à proprietatibus. Quo supposito; omnia mai. disting. est min. sumpta essentia Divina pro abstracto entis nominaliter sumpti, concedo min. sumpta pro conceptu peculiari, quo ab Attributis distinguitur, neg. min. & consequentiam. Nam Essentia primo modo dicit rationem actus puri in esse entis; cui proinde correspondet existentia, ut actus proprius illius (existentia enim est ultimus actus entis in esse entis) cum eo formaliter identificata, & ad summum inadæquate distincta: quod proprie per istud nomen, *ens à se*, seu *qui est*, significatur. At sub ista consideratione, cum sit prædicatum transcendens, non constituit essentiam secundum quod est idem cum natura, & prout ab Attributis differt.

Ex quo ad primam min. propositionem dicatur; quod essentia Divina, prout est abstractum entis Divini, dicit ex suo formali conceptu esse in actu existentia, per exclusionem omnis potentialitatis, & futuritionis. At essentia Divina, secundum peculiarem conceptum naturæ, ut distincta ab attributis, non dicit esse in actu existentia, sed hoc dicit ex communi conceptu entis Divini; & ex proprio, & peculiari, esse in actu per se subsistendi infinite: nam hic correspondet naturæ substantiali ex proprio conceptu, sicut existentia entis, in quantum ens.

Ad secundam dicatur: quod si prædicata Divina accipiantur, prout sunt in se obiective, non minus fundant propositiones per se notas *Iustitia*, & *Misericordia*, v. g. dum de Deo prædicantur, quam ipsum esse. Sed quia D. Thomas

dirigitur, unū prius animad- verso.

Dirigit. 1. min. probat.

Dirigitur 2.

aliquid specialiter de *esse* respectu Dei præ cæteris Attributis dicere videtur: dicatur, quod *esse* fundat propositionem per se notam secundum se respectu naturæ Divinæ; non autem *Iustitia*, & *Misericordia*: quia licet *esse* sit propria actualitas entis Divini, quod est prædicatum transcendens; ratio tamen entis Divini, ita per prius dicitur de Divina natura, quod non conveniat ei mediante alio priori, etiam ex nostro modo concipiendi: quare secundum se fundat propositionem per se notam, licet non quo ad nos: quia nobis hoc ipsum innotescit solum per effectus. At Deum esse *Iustum*, *Misericordem*, &c. non fundat propositionem per se notam, etiam secundum se: quia licet *Iustitia*, & *Misericordia* etiam includant ens Divinum, quod dicitur *esse* formaliter; non tamen includunt illud primordialiter, sed mediante essentia; seu Divina substantia, in qua essentiam, & naturam Dei ponimus.

Dirigitur
5.

Ad tertiam dicatur, quod ut *esse* sit; & dicatur proprius effectus Dei, sufficit quod *esse* sit de essentia metaphisica entis Divini: quia etiam secundum rationem Divini entis, Deus omnino differt à creaturis, in quibus *esse* semper est prædicatum accidentale. Sicut si daretur solum una substantia intellectiva, cui intelligere ex conceptu generico conveniret; intelligere adhuc esset proprius eius effectus, quamvis non proprietate ultimo differentiali. Neque ex hoc sequitur, quod etiam intellectio, aut volitio sint proprii effectus Dei; nam neque intellectio, nec volitio conveniunt Deo; adhuc secundum rationem aliquam communem, sub his expressionibus, sed solum prout includuntur in communi ratione entis Divini, quod primo, & per se, per ipsum *esse* constituitur.

Dirigitur
6. ibi in
terra.

Ad alteram probationem, quæ ibi subiungitur dicatur; quod licet de ratione effectus proprii sit, quod assimilatur agenti in princi-

pio quo producendi; non tamen oportet, quod ei assimiletur in ultima differentia talis principij, sed sufficit, si ei assimiletur secundum aliquam rationem, quamvis naturæ, & attributis illius communem, differentialem tamen, in ordine ad creaturas. Et hoc modo *esse* est, proprius effectus Dei, quia producit ab eo sub ratione entis Divini, per quam à creaturis differt. Et quidem, quod *esse* non sit proprius effectus Dei, proprietate quasi ultimo differentiali, constat manifestè ex D. Thoma infra *quest. 93. artic. 4. & 5.* ubi, ut supra retulimus, specialem hanc assimilationem cum Deo inter cæteras creaturas attribuit specialiter Angelis, & hominibus, quia participant intellectum, & non solum *esse* alijs rebus commune.

D. Thom.

Ad quartam disting. est mai. si existentia non ingrederetur constitutum naturæ, neque alterius prædicati in natura formaliter inclusi, concedo mai. si huius saltem constitutionem ingreditur, neg. mai. essentia enim Divina secundum rationem entis Divini, quæ omnibus Divinis prædicatis communis est; dicit etiam constitutivè Divinam existentiam, & supra illam ex proprio, & peculiari conceptu addit, quod sit existentia non cuiuslibet entis Divini, sed primordialis, & substantialis: quare potius se habet ex additione perfectionis ad *esse*, quam ut minus perfecta. Ad ultimam constat ex dictis existentiam non esse actualitatem propriam essentiæ, prout est idem; ac natura, sed prout est abstractum entis nominaliter accepti; qua ratione est prædicatum transcendens: propria autem actualitas essentiæ; prout est idem; ac natura, est subsistentia, sive adæquatè, sive inadæquatè accepta, secundum Sententiarum varietatem; & sub hac ratione est idem cum illa.

76
Dirigitur
4.

Dirigitur
ultim.

Arg. 4. licet Relationi repugnet constituere personam sub conceptu *ad*, non tamen repugnat illi sub conceptu *in*: immo defacto sub

77
4. Argum

sub hac expressione Divinas Personas constituit: ergo licet intellectio repugnet constituere naturam Divinam, sub conceptu *ab*; non tamen ei repugnat constituere sub conceptu *actualitatis*. Pater consequentia. Quia non minus est de conceptu Relationis supponere fundamentum, & personam, quam de conceptu intellectiois supponere naturam. Confirm. 1. licet origo activa sub conceptu originis non constituat personam Patris; illam tamen constituit sub conceptu Relationis inadæquatè ab origine distincto: ergo licet intellectio sub murere actionis non constituat Divinam naturam eam tamen poterit constituere sub conceptu *actualitatis*, inadæquatè ab ea distincta.

Confirm.
1.

Secundò.

Confirm. 2. Quamvis Divina paternitas æquivalet paternitati creatæ, & hæc non constituat personam Patris, sed constitutam supponat, non sequitur quod paternitas Divina non constituat personam Patris: ergo quamvis intellectio Divina æquivalet creatæ, & hæc non constituat naturam, sed constitutam supponat; non sequitur quod Divina intellectio non constituat Divinam naturam.

78

4. Argum
diluitur.

Respondetur neg. consequentiam, cuius assignatur duplex discrimen. Primum, quia ut Divina Personæ Relationibus constituantur, urget semper efficacissimum arg., scilicet, quod constitutum, & distinctivum idem sunt; sed personæ ad invicem solum differunt Relationibus: ergo eis debent constitui; non secundum conceptum *ad*; quia iste ad personam constitutam consequitur: ergo sub conceptu *in*, & formæ hypostaticæ. Quod fundamentum, neque aliud simile probat in nostro proposito. Secundum. Quia in Relatione, conceptus *in* prius intelligitur, quam conceptus *ad*: undè non repugnat, quod secundum conceptum *in* constituat, & secundum conceptum *ad* supponat iam constitutam. At in actione res opposito modo se habet: nam conceptus *ab* prior est

conceptu *actualitatis*: per prius enim intelligitur actionem immanentem egrèdi, quam actuare; quare; si secundum conceptum *ab*, supponit iam naturam, à qua egreditur, constitutam; à fortiori etiam secundum conceptum *in*.

Ex quo ad primam confirm. 79 dicatur, quod etiam origo activa posterior est Relatione sub conceptu *in*, & formæ hypostaticæ; quamvis in hac sententia solum ab ea inadæquatè distinguatur: undè & potest constituere personam sub conceptu illo *in*, qui præcedit, tanquam inadæquatè distinctus; quod propter dicta, accidere non potest in actione. Ad secundam dicatur, quod Divina paternitas, non solum æquivalet Relationi paternitatis; quæ in creatis non constituit personam; sed etiam personalitati, & ratione huius potest Divinam personam constituere. At intellectio, in suo formali conceptu, solum æquivalet intellectioi creatæ, quæ adæquatè sumpta, est proprietas, & non constitutiva naturæ.

Diluitur
confirm. 1.

Diluitur
2.

Si autem quæras, quare æquivalentia ad intellectioem, & naturam creatam sit in Deo duplici predicato adæquatè distincto; æquivalentia tamen ad Relationem, & personalitatem creatam unico tantum sit, sub duplici conceptu inadæquatè distincto; cum non minus in creatis differant personalitas, & Relatio; quam natura, & intellectio? Respondetur ex dictis: quod ut aliqua predicata Divina adæquatè virtualiter distinguantur, necesse est, quod unumquodque in sua linea, & sine inclusione alterius, possit esse infinite perfectum; personalitas autem, non potest in propria linea intelligi in Divinis infinite perfecta; nisi sit formaliter Relativa; nam una personalitas debet realiter ab altera distingui, & nullum infinitum potest distingui realiter, nisi ab alio relative sibi opposito: undè personalitas debet formaliter relationem includere. At natura præcisive ab

80
Interrogationis
cujus
iust. res.
ponso.

in-

intellectione, & è converso, potest in propria linea intelligi infinitè perfecta. Undè non est necesse, quod ad invicem formaliter includantur.

81 Arg. ultimo. Verbo Divino ex vi suæ generationis communicatur natura Divina; sed ex vi generationis communicatur intellectio: ergo. Probatur min. primo ex D. Aug. 7. de Trinit. cap. 2. afferente, *Verbum Divinum esse sapientiam genitam*: ergo ex vi generationis communicatur ei sapientia, quæ est idem cum intellectione.

Postremū
argum. 1.
min. prob

Secunda. Secundo. Quia Verbo Divino primario communicatur principium suæ generationis; sed hoc est intellectio: ergo.

Tertia. Tercio. Quia ei communicatur esse Verbi formaliter; sed esse Verbi est idem cum intelligi, & intelligi in Deo idem cum intellectione, ut probat D. Thomas 4. contra Gent. capit. 11.

Quarta. ergo. Quarto. Quia id primario communicatur Verbo, quod primario Verbo dicitur; sed quod primario dicitur est mens dicentis: Verbum enim est expressio mentis: ergo.

82 Respondetur neg. min. ad primam eius probationem dicatur ex D. Thoma infra *quest. 34. artis. 1. ad 1. quod cum dicitur quod Verbum Divinum est notitia, aut sapientia genita, non accipitur notitia, aut sapientia pro actu intellectus cognoscentis; sed pro eo, quod intellectus concipit cognoscendo.* Ad secundam dicatur, quod Verbo Divino primario communicatur principium quo radicale suæ generationis, non autem principium proximum, ut constat in quolibet alio filio; & quod intellectio est solum principium proximum. Ad tertiam, quod intelligi sumpto pro obiecto primario intellecto, quod Verbo communicatur, non est idem formaliter adequatè cum intelligere Dei; sed solum identicè. Nec aliud ibi probat, aut intendit D. Thomas, cum solum intendat probare consubstan-

Secundæ.

Tertiæ.

tialitatem Verbi cum generante; ad quod sufficit identitas realis, ut iam supra vidimus. Ad quartam dicatur, quod Verbo vocali primario exprimitur mens dicentis, & ratione eius obiectum; Verbo autem mentali primario exprimitur obiectum cognitum, & ratione eius mens cognoscentis: magis enim simile est Verbum, quo concipimus hominem, homini, quam intellectui, aut intellectioni illud experimenti.

Quarta.

§. ULTIMUS.

VERA SENTENTIA EX DICTIS
aperitur.

ULTIMA, & vera sententia constituit naturam Divinam per intelligere radicale. Sic magis communiter Thomista, ut Capreol. Ferrariensis, Illustrif. Araujo, Godoy, M. Serra, Ferre, & alij plures, tam intra, quam extra Scholam D. Thomæ. Sed quia plures concedunt in Deo obiectivè munus Radicis respectu Attributorum, quod stare non potest iuxta principia superius Dub. præcedenti à nobis statuta; ideo sententiam istam sic accipiendam, & defendendam existimo, quod nimirum natura Divina constituatur per rationem substantiæ complete, & summè spiritualis radicaliter intellectiva, ita ut ratio substantiæ spiritualis completa solum obiectivè reperitur in Deo; ratio autem Radicis Attributorum solum ex nostro modo significandi, & conspiciendi.

83 Authoris
sententiæ,
& sententiæ
sensu
sus.

Sic explicata conclusio probatur quo ad primam partem ex dictis. Quia natura Divina debet constitui in gradu virtutis intellectualis: non per modum intellectus in actu primo; quia hic obiectivè non reperitur in Deo: nec per modum intellectionis, ut ex dictis §. præced. constat: ergo per modum substantiæ immaterialis, quæ sola ad illam lineam pertinent. Cætera constant, & mai. probatur. Tum

84 Suadetur
conclusio
quo ad 1.
partem.

quæ

quia natura Divina debet constitui in perfectissimo gradu rerum; sed hic est gradus intelligendi: ergo. Tum quia gradus intelligendi, secundum quod complectitur substantiam immaterialem, non est Attributum respectu Dei, neque predicatum transcendens: ergo constitutum. Tum quia ideo iuxta D. Thomam *loc. superius cit.* homines, & Angeli sunt specialiter imagines Dei, quia ei assimilantur in gradu intelligendi, secundum quem species ipsius attenditur: ergo.

85
Sussio ro
boratur.

Confirm. omnia alia predicata, quæ obiectivè in Deo reperiuntur, aut sunt transcendentia, & ad rationem entis Divini, quæ transcendens est, consequta; aut sunt attributalia, respectu quorum substantia immaterialis suapte sui natura, comparatur ut radix, & ratio: ergo ipsa sola Dei naturam constituit. Patet consequentia, & antecedens probatur. Quia predicata ista, *bonitas, infinitas, eternitas, immensitas, & alia similia*, ad ens Divinum transcendens consequuntur, ista autem *intellectus, voluntas, omnipotentia, providentia, iustitia, & misericordia*, sunt predicata attributalia, quæ naturam constitutam supponunt, & à priori, ex substantia immateriali Dei inferantur: unde intellectum ex ratione substantiæ immaterialis in Deo probavit D. Thomas, & ex intellectu voluntatem, & ex intellectu, & voluntate, cætera illa attributa, quæ ad has potentias, aut per modum actionis, & exercitij, aut per modum virtutis comparantur: ipsa ergo substantia spiritualis completa inter cætera alia obtinet munus naturæ respectu Dei.

Snadetur
quo ad a.

Secunda autem pars, scilicet, quod non reperiatur in Deo obiectivè conceptus radice, sed solum ex modo concipiendi, & significandi, constat etiam ex Dub. *preced.* ubi negavimus in Deo obiectivè conceptum potentie proximi

me intellectivæ, quia in ea constitutive importatur munus principij intellectiois, quod in Deo obiectivè sine imperfectione non potest poni; sed non minus est de conceptu radice, ratio principij radicalis, quam de conceptu potentie proxime: ratio principij proximi: ergo utrumque debet obiectivè Deo negari concedimus tamen in Deo conceptum radice ex nostro modo concipiendi, & illum absolutè de Deo dicimus, absolutè concedendo naturam, quamvis non concedamus conceptum potentie proxime; neque absolutè attribuamus ei intellectum per modum actus primi. Huius disparitatis ratio est: quia ad primum præstat fundamentum ipsa ratio substantiæ spiritualis, quæ obiectivè in Deo reperitur, & æquivaleret substantiæ nostræ, quæ cæteras proprietates radicat: ad secundum autem, cum nullum sit predicatum in Deo obiectivè proprium intellectus, ut distinguitur ab intellectu, nullum etiam est predicatum, quod præstat fundamentum, ut de Deo illud absolutè affirmemus.

Notulis
quædam.

Præcipua argumenta, quæ contra hanc conclusionem obijci possunt, iam supra præcipue §. *preced.* sunt soluta: unum autem breviter obijciendum, & solvendum restare videretur. Quod sic proponitur. Natura Divina debet constitui per gradum intellectivum, ut concedimus; sed ratio substantiæ immaterialis non pertinet formaliter ad gradum intellectivum: ergo. Prob. min. Quia ratio substantiæ immaterialis dicit differentiam contractivam de genere entis formaliter: ergo non de genere intellectivo. Confirm. Natura Divina secundum formalem conceptum intelligitur formaliter vivens; sed non intelligitur formaliter vivens per rationem substantiæ, ut præcedit omnem operationem: ergo. Probatur min. Quia cum vivere sit se movere, non potest vita formalis intelligi sine actione, per quam se moveat.

87
Unica
suppetens
obiectio.

Confirm.

Ref.

88
Obiectio-
ni occur-
sur.



Respondetur disting. mai. per gradum intellectivum, live formaliter, live radicaliter sumptum, concedo maiorem, formaliter sumptum, neg. mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia. Gradus enim intellectivus in plures lineas specificè distinctas dividitur, quarum una, & per quam constituimus naturam, est ratio radice intelligendi. Ad probationem min. dicatur, quod radicaliter intellectivum contrahit formaliter rationem entis, & ad eius lineam formaliter pertinet, quia cum sit substantia, prius comparatur ad esse, quam ad operari.

89
Instantia
quæd. &
eius di-
rectio.

Dices: ergo non sunt distinctæ species entis, & intelligibilis, ac proinde non constituunt diversa genera. Respondetur distinguendo, consequens, entis, & intelligibilis passivi, neg. consequentiam, activi, præcipue radicalis, concedo consequentiam. Nam intelligibile activum, præcipue si sit radicale, contrahit ens per eius intranea, & in eius prædicamentis directe constituitur, & per eius

species dividitur. At intelligibile passivum, non sic contrahit ens, neque per eius prædicamenta dividitur, cum potius res diversorum prædicamentorum ad eandem speciem obiecti pertineant. Diximus hoc præcipue esse verum de *intellectivo radicali*, quia cum hoc sit de genere substantiæ, non potest ab aliquo extra proprium genus specificari.

Ad confirm. dicatur, quod 90
hæc denominato *viventis forma-* Occurri-
liter, non est tantum denomina- tur constat
tio actionis, sed indifferenter dicitur de radice actionis vitalis, de principio proximo eius, & de ipsa actione: unde homo secundum suam essentiam dicitur formaliter vivens, & intellectus eius formaliter vitalis. Quare ut natura Divina intelligatur formaliter vivens, secundum proprium eius conceptum, non est necesse, quod intelligatur constituta, aut per actionem, aut per potentiam vitalem. Et hæc de hoc Dub. applicanda litteræ M. in 1. dist. 8. §. & dist. 22. §. & dist. 35. §. 1.



DISPUTATIO SECUNDA.

DE OBIECTO SCIENTIÆ DEI TAM PRIMARIO,
quam secundario.

DUBIUM PRIMUM.

QUODNAM SIT OBIECTUM PRIMARIUM

tam motivum, quam terminativum Divini
intellectus?

S. I.

ALIIQUIBUS SUPPOSITIS PRIMA CONCLUSIO

statuitur.

N. I
Obiectū
quod
plex sit.

DUPLEX obiectum respectu nostri intellectus distingui solet: motivum, scilicet, & terminativum. Primum tale dicitur, quia movet ad cognitionem; secundum autem quia est terminativum, v. g. in fide nostra hæc veritas: *Deus est Trinitus*, obiectum terminativum est, & dicitur hæc; locutio autem Dei, dicitur respectu illius motivum, quia hæc movet, ut illi veritati assentiamus: & pariter in cognitione scientifica conclusiones obveniunt rationem obiecti terminativi; principia autem respectu cognitionis earum rationem motivi. Aliquando autem ratio obiecti motivi, & terminativi in eodem reperitur: ipsa enim principia per se movent ad ipsorum cognitionem. Nec refert quod principia per speciem sui imprefam videantur movere: nam quod per sui speciem imprefam faciunt, per se ipsa facere intelliguntur: species enim imprefa propria aliuius obiecti, non ponit in numero cognitionis, cum proprio eius obiecto; solum enim movet, ut illius representatio, & virtus: quare si virtus ab ea efficiens, quantum ad hoc, quod est movere obiecto; solum enim movet, ut illius representatio, & virtus: quare si virtus ab ea realiter distincta, non ponit in numero, cum illa in esse cause, ita pariter species imprefa cum proprio obiecto.

Notanter tamen diximus, *respectu proprii obiecti*; quia species movet concurrentes ad intellectus obiectum ab ea representatum in esse motivi: ut patet in specie entis realis, quæ quamvis moveat ad cognitionem entis rationis; non tamen constituit illud in esse obiecti motivi nostri intellectus: & ad eam constat in Divina Essentia, quæ, quamvis moveat ad cognitionem creaturatum; eam tamen non constituit in esse obiecti motivi Divini intellectus. Requiritur ergo ut species quæ movet ad cognitionem alicuius obiecti, illud constituat in esse motivi, quod sit species illius propria: non propter dimanationis ab ipso: nam species, qua unus Angelus alterum cognoscit, ab eo non dimanatur, cum tamen constituentur Angelum cognatum in esse obiecti motivi cognitionis ipsium attingentis: debet ergo esse propria illius, proprietate primaria representationis, ita, scilicet, quod species illa sic moveat habeat primario, & propriè se obiectum illud, ad cuius cognitionem movet, representatione: si enim primario aliud representat; tunc ad cognitionem secundarij representati, non concurrat virtus propria illius, sed ut virtus primarij, in quo, & secundario virtualiter continetur.

Quia

3
Ad idem
tenditur.

Quia tamen in esse motivi constituitur obiectum per speciem impressam propriam; ulterius advertendum est, quod duplex munus debet in specie impressa distingui, ratione cuius movet intellectum ad obiecti cognitionem: munus, scilicet, representationis, aut similitudinis obiecti, ratione cuius intellectus pro priori ad cognitionem intelligitur unitus obiecto; & munus efficientiæ, tum intellectio- nis, tum, & magis propriæ, speciei expressæ, seu verbi. Ista autem munia esse adinvicem distincta constat: tum quia in plurium Thomistarum Sententia substantia Angeli, quæ gerit munus speciei impressæ, respectu proprii intellectus, habet quidem rationem obiecti motivi, ex primo munere representationis, & similitudinis; non autem ex secundo concurrendi, scilicet, effectivè ad intellectionem: concurrunt enim istum negant, ne concedatur substantia immediatè operativa: tum quia species deservientes Fidei, quæ sunt naturales, per suam naturalem representationem, & sine ulla elevatione in esse similitudinis, ad cognitionem Fidei concurrunt; cum tamen ad illam efficiendam elevatione supernaturali indigeant. Ex quo sequitur quod ut aliquod obiectum dicatur motivum respectu intellectio- nis, non est necesse; quod species primario illud representans effectivè concurrat ad intellectionem, sed sufficit si concurrat representativè; pro priori tamen ad intellectionem, ut constat in substantia Angeli, quæ hac ratione est obiectum motivum proprii intellec- tus.

Doctrinæ
conclusio.

Secundum ista ergo, quæ in creaturis accidunt, seclusis imperfectionibus, constituendum est obiectum motivum, & terminativum primarium Divini intellectus: ita ut illud dicatur obiectum primarium terminativum illius, quod primo, & propter se ab intellectu Divino cognoscitur; motivum autem, quod per propriam speciem,

aut se ipso in ratione speciei movet, sive representativè, sive virtualiter effectivè ad primarij obiecti cognitionem. Neque hic quaerenda est distinctio aliqua, aut dependentia inter specificans, & specificatum, movens, aut motum: quia nec specificatio, nec motio realiter obiectivè in Deo ponuntur, sed solum ex nostro modo concipiendi, seu, ut alij loquuntur, virtualiter.

Quibus suppositis, circa præsentem difficultatem prima sententia affirmat; quod obiectum primarium Divini intellectus est ens abstrahens à creato, & increato: quæ sententia non explicat, an loquatur de obiecto motivo, an de terminativo; an de utroque. Pro ea tamen referuntur Durandus, OKan, Gabriel, & ex Recentioribus Albiz; quibus magna ex parte consentiunt aliqui ex Societate. Secunda docet obiectum primarium, tam motivum, quam terminativum illius esse Divinam naturam, prout ab Attributis, & Relationibus distinctam. Sic Illustris. Godoy, Conet; & alij quæ referunt, tam intra, quam ex Scholam D. Thomæ. Tertia attribuit essentiæ Divinæ rationem obiecti motivi; rationem autem terminativi primarij enti Divino communi essentiæ, attributis, & relationibus. Sic M. Ferre, & in eam inclinare videtur M. a S. Thomæ. Quarta, & ultima constituit rationem obiecti, tam motivi, quam terminativi primarij Divini intellectus in ente Divino, secundum quod commune est omnibus Divinis prædicatis, tam absolutis, quam relativis. Sic Ferrariensis, Nazarius, M. Gonzalez,

4
Varietas
sententiarum
circa
quæsitum

& plures alij Thomistæ. Pro resolutione veritatis sit prima conclusio.

§. II.

ENS ABSTRAHENS A CREATO.

*Q*uod increato sequitur esse obiectum
 primum motivum, aut
 terminativum Divini
 intellectus.

5 **C**onclusio hac expressa est D.
 Thomae pluribus in locis:
 videatur præcipue 1. contra
 Gest. cap. 48. ubi eam septem ratio-
 nibus probat, è quibus unam, vel
 alteram breviter proponemus. Sit
 ergo prima. Si ens abstrahens à
 creato, & increato esset obiectum
 primum motivum, aut termina-
 tivum Divini intellectus, intellectus
 Divinus specificaretur ab ente,
 prout sic abstracto; at hoc est ab-
 surdum: ergo. Min. constat: quia
 specificatum comparatur ad speci-
 ficativum, ut à quo accipit spe-
 ciem, & perfectionem, & in ordi-
 ne ad quod in suo esse specifico
 constituitur; sed nullum prædica-
 tum Divinum potest accipere spe-
 ciem, & perfectionem, aut consti-
 tuti per ordinem ad aliquid crea-
 tum; nam cum sit summè inde-
 pendens, & nullo extra se indi-
 gens, in se, & penes ordinem ad
 se, omnem sui perfectionem habet:
 ergo. Mai. autem est communis
 sententia Philof. afferentium; quod
 potentia, habitus, & actus, ab
 obiectis primarijs specificantur, &
 ab illis suam distinctionem speci-
 ficam desumunt. Quam veritatem
 acceperunt à Philof. 2. de Anima,
 textu 33. & eandem sequitur, &
 probat D. Thomas 1. part. quæst. 77.
 artic. 3.

6 **D**ices primò. Rationem istam
 ad summum convincere intellectum
 Divinum non posse respicere pro
 obiecto motivo ens abstrahens à
 creato, & increato, quia à motivo
 adequatè accipit speciem; non au-
 tem quod non possit illud respi-
 cere, ut obiectum terminativum.
 Secundo. Potentiam specificari ab
 obiecto tantum a posteriori, &
 tanquam à signo, aut medio ma-
 nifestativo speciei illius, & per-

fectionis; non autem à priori, &
 tanquam à principio, à quo spe-
 cies illius desumatur. Vel ter-
 tiò dices, quod potentia specifica-
 tur ab obiecto, tanquam à termi-
 no extrinseco, non à quo accipiat
 speciem, sed in ordine ad quem
 illam habeat.

7 **S**ed contra primam solutio-
 tionem obstat primò. Quod ob-
 iectum primum terminativum
 non ponit in numero cum moti-
 vo, quod est species impressa, sed
 quod media illa facit, se ipso fa-
 cere intelligitur, ut ex primo no-
 tabili, & ratione ibidem adducta
 constat: nam cum species impressa
 sit vicaria obiecti, & per modum
 virtutis illius concurrat, virtus au-
 tem alicuius causæ, non ponat in
 numero in productione effectus,
 cum causa, à qua dimanat; si spe-
 cies impressa habet movere, etiam
 obiectum primum per illam re-
 præsentatum movet. Secundo. Quia
 ut loc. citat. dicit D. Thomas actio
 non solum specificatur à principio,
 sed etiam à termino primario in-
 pecto, sicut calefactio, non solum
 specificatur à calido, sed etiam à
 calore, quem introducit. Et ratio
 est, quia actio etiam accipit spe-
 ciem à fine, & non solum à prin-
 cipio, terminus autem se habet ut
 finis; sed obiectum in esse motivi,
 se habet ex parte principij deter-
 minans formaliter ad actionem, &
 in esse terminativi primarij, ex par-
 te finis, quem per se actio inten-
 dit: ergo non solum habet specifi-
 care ut motivum, sed etiam ut ter-
 minativum.

8 **E**x quo secunda solutio rej-
 citur primò. Quia quod specificat
 per modum finis, non solum spe-
 cificat à posteriori, & per modum
 signi, aut indicij, unde perfectio
 potentia cognoscatur, sed à prio-
 ri, & per modum causæ; sed ob-
 iectum primum potentia com-
 paratur ad illam ut finis illius: er-
 go. Probatur min. tum quia sic tra-
 ditur à D. Thoma loc. citat. tum
 quia ideo operatio est finis poten-
 tia activæ, quia potentia activa in-

Fertis

7. Solut.
impugna-
tur 1.

Secundo.

2. Solut.
etiam im-
pugnatur

instituta sunt, ut eliciant operationes; sed etiam sunt instituta, ut attingant objecta: ergo. Tum quia natura facit potentias proportionatas objectis, & non e contra: ergo potentia sunt propter objecta. Tum quia sicut natura utitur artificialibus instrumentis ad aliqua opera complenda, ita utitur potentijs ad attingenda objecta: (quod specialiter verum est de intellectu, quo utitur, ut fiat alia à se) ergo sicut finis instrumentorum sunt opera, quæ ipsis fiunt, ita finis potentiarum erunt objecta, quæ per ipsas attinguntur. Confirm. quia si potentia dicitur specificari ab objecto, quia objectum est signum aptum, ut per illud cognoscatur perfectio, & nobilitas potentia; cum etiam potentia sit signum aptum, ut per illam cognoscatur nobilitas objecti; in eodem sensu, in quo dicitur potentiam specificari ab objecto, dicitur objectum specificari à potentia; quod nullus dicit.

Deinde tertia solutio rejicitur: tum quia specificari ab aliquo tanquam à puro termino, est proprium Relationis predicamentalis: Relativa enim predicamentalia, quia inter ea nulla exercetur dependentia, sunt simul natura, & cognitiōe; quod non verificatur de potentia, & objecto. Unde Philos. 5. *Metaph. text. 20.* asserit, quod *relatio scientia ad scitum, non est recitua, quia fundatur in dependentia, quam scientia dicit ab scito.* Tum quia si sumeret speciem ab objecto, tanquam à puro termino nullam exercente causalitatem, non minus specificaretur ab objecto primario quam à secundo: immo non esset distinguere objectum primarium, & secundarium; cum ista eo potissime distinguantur, quia primarium, & non secundarium, præstat speciem potentia.

Secundo probatur conclusio alia eiusdem S. Doct. ratione ibidem. Illud per se primo pertinet ad objectum primarium Divini intellectus, quod per se primo re-

presentatur per speciem intellectui Divino deservientem; sed hoc solum est ens Divinum: ergo. Mai. & min. sunt probanda, & mai. probatur à D. Thoma: nam operatio proportionatur formæ, quæ est operationis principium; quæ probatio sic debet intelligi: nam cum potentia respiciat objectum media operatione, illud objectum primario respicitur à potentia, quod primario attingitur per aliquam operationem primariam potentia; sed nulla operatio primaria potentia potest primario attingere objectum secundario representatum per speciem deservientem tali potentia: ergo. Min. probatur: nam cum species sit operationis principium per modum formæ, debet operatio ei proportionari, ita, ut illa primaria sit, quæ primario attingit, quod per illam primario representatur, illa autem, quæ secundario representatur, primario attingit, operatio secundaria censenda est: ergo.

Ex qua probatione solvitur instantia, quam aliqui opponunt huic rationi D. Thomæ, scilicet, quod ens rationis, solum secundario representatur per speciem entis realis, & tamen primario attingitur, non solum ab actu intellectus, sed etiam ab habitu Logica. Solvitur, inquam, quia tam actus intellectus, qui primario illud attingit, quam habitus Logica, non pertinent primario ad intellectum, sed solum secundario; unde neque ab eis, neque ab eorum specificativo desumitur species intellectus: quare potius instantia in ipsos retorqueri potest, & ex ea ratio D. Thomæ explicari.

Unde probanda est min. discussus D. Thomæ: nam species, qua intellectus Divinus intelligit, est Divina essentia: tum quia sola Divina essentia, potest esse Divina intellectiois principium: tum quia sola illa potest esse actualitas, seu intrinseca terminatio Divini intellectus, sed per Divinam essentiam, nequit primario representari ali-

Fulciatur impugnatio.

Impugnatio etiam dupliciter

Instantia quædam.

Dissolvit instantia.

II Min. S. D. n. 10. proposita sua dicitur.

IO Probatio ex S. Doct. conclusio

aliquid creatum : ergo. Probatur min. tum quia obiectum primario per speciem representatum convenit in gradu immaterialitatis cum illa : tum quia essentia Divina, cum sit summe substantialis, solum potest se ipsam primario representare, & non aliud à se : tum quia solum potest representare creaturas, quatenus illi assimilantur ; sed creaturæ valde imperfectè assimilantur essentia Divinæ : ergo.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

12
i. Obiect.

CONTRA istam conclusionem obijcies primò. Obiectum specificativum Divini intellectus debet esse perfectissimum ; sed ens abstrahens à creato, & increato est perfectius, quam ens solum increatum : ergo. Mai. est certa, & min. probatur. Tum quia in ente sic abstracto continetur implicite, tam ens increatum, quam creatum. Tum quia eo obiectum in esse obiecti est perfectius, quo est universalius, & ad plura se extendens ; prout sic enim est ratio, ut etiam ad plura se extendat ; sed ens abstrahens à creato, & increato est quolibet eorum determinatè universalius : ergo. Tum quia obiectum magis abstrahatum, abstractione formali est perfectius in esse obiecti ; sed ens commune est magis abstrahatum abstractione formali ; cum de ente, tam creato, quam increato per modum formæ prædicetur : ergo.

13
Solut. i.
obiect.

Respondetur concessa mai. neg. minorem. Ad primam eius probationem concessio antecedenti, neg. est consequentia. Quia licet in ente ut sic implicite contineatur perfectio utriusque entis ; creati, scilicet, & increati ; continetur tamen cum imperfectione, quam ens purè creatum essentialiter importat : unde perfectiori modo continetur in solo ente increato ; quod etiam importat quiddam perfectionis est in ente creato, reclusa illius im-

perfectiōne. Ad secundam disting. est mai. quo est universalius in causando, concedo mai. in essendo, aut prædicando, neg. mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia. Licet enim ens ut sic, sit universalius in essendo ente Divino, aut creato ; ens tamè Divinum universalissimum est in causando, & ad omnia entia se extendit : quare est medium ex se aptum ad omnium cognitionem. Et cum alias sine ulla intellectu Divini imperfectione, possit illud primario terminare, non autem ens in communi ; ideo primum, & non secundum pro obiecto illius specificativo designandum est.

Nec refert, si dicas, quod potentia, & scientia creatæ, quo universalius obiectum habent in essendo, & prædicando, eo perfectiores sunt : unde hac ratione perfectior est sensus communis, quam particularis, & in scientijs perfectior est metaphisica ; quia inter illas eius obiectum universalius est : ergo idem dicendum est de Divino intellectu.

Respondetur neg. consequentiam : nam in scientijs naturalibus sic contingit, & etiam potentijs, quia cum eo sint perfectiores, quo ad plura se extendunt, & non possint ad plura se extendere, quin respiciant pro obiecto primario aliquid universalius in causando ; restat quod earum perfectio, magis, vel minus crescat, secundum maiorem, vel minorem universalitatem sui obiecti in essendo. Diximus in naturalibus scientijs sic contingere : quia si fiat comparatio cum scientijs supernaturalibus, hoc non est, verum constat in nostra Theologia, quæ sine dubio est perfectior metaphisica, quamvis huius obiectum sit universalius in essendo, & prædicando.

Ad tertiam concessa mai. neg. est min. vel claritatis gratia potest distingui comparative ad ens creatum, & increatum, prout ens in creatum est in se, neg. min. prout concipitur aliter, ac est in se, con-

2. Antec.
prob. vel
litur.14
Quædam
replicæ.Replicæ
factæ.15
3. Antec.
prob. est
dicitur.

con-

concedo min. & neg. est consequentia. Ens enim in creatum, prout in se est, magis, abstractione formali, abstrahit, cum magis recedat à materia, & includat actualitatem, quam ens in communi: hoc enim solum negativè recedit, & permixtivè accedit ad actualitatem, ratione, scilicet, entis Divini in eo inclusi, & per quod potest determinari. Si autem ens in creatum sumatur aliter, ac est in se, quæ ratione pertinet ad metaphisicam; sic magis abstrahit ens in communi, quam ens increatum: sed prout sic non potest esse obiectum Divini intellectui, cum illud, prout est in se debeat attingere. Probatio autem subiuncta nihil convincit: nam ens in communi non comparatur ad ens Divinum, & creatum ut forma ad materiam, seu ut actus ad potentiam, sed ut id, quo utrumque in esse obiecti metaphisicæ, formaliter constituuntur.

16
2. Obiect.

Arguitur secundo; Deus cognoscit primario ens abstrahens à creato, & increato: ergo hoc est primarium obiectum illius. Patet consequentia, & antecedens probatur. Tum quia Deus cognoscit omne cognoscibile omni modo, quo cognoscibile est; alias intellectus eius non esset infinitus, saltem in modo cognitionis; sed ens abstrahens à creato, & increato est primario cognoscibile, cum prout sic primario cognoscatur ab intellectu creato: ergo. Secundo. Quia licet Deus cognosceret primario ens ut sic præcisum, non sequeretur quod eius intellectus ab ente creato specificaretur; ens enim ut sic, non est ens creatum: ergo.

2. Antec. prob.

Tertia.

Tertio. Quia Deus cognoscit primario omnia prædicata formaliter in ipso reperta; sed unum ex illis est ens commune Deo, & creaturis; hoc enim verè de Deo prædicatur: ergo.

Confirm. 1.

Confirm. primo. Obiectum metaphisicæ est ens commune creato, & increato: ergo & Divini intellectus. Patet consequentia; tum

quia obiectum nullius habitus potest esse universalius obiecto potentia: tum quia si obiectum Divini intellectus esset solum ens Divinum, contineretur sub obiecto metaphisicæ; ac proinde Divinus intellectus metaphisicæ subalternaretur. Confirm. secundo. Quia cognitio metaphisicæ, cum sit perfectio simpliciter simplex, debet in Deo reperiri; sed huius obiectum primarium est ens commune creato, & increato: ergo, & obiectum primarium alicuius actus intellectus Divini. Et cum eadem sit ratio perfectionis de actu, & intellectu Divino; idem dici potest de Divino intellectu.

Secundò.

Respondetur neg. antecedens ad primam probationem disting. est mai. omni modo, non dicenti imperfectionem, concedo mai. eam dicente, neg. mai. modus autem cognoscendi primario ens commune creato, & increato dicit Divinum intellectum ab eo accipere suam speciem, & perfectionem; quod imperfectionem ex parte eius supponit.

17
2. Obiect. & 1. antec. prob. convellitur.

Ad secundam dicatur, quod præterquamquod esset sufficiens imperfectio, quod Divinus intellectus ab ente creato negativè sumpto, quale est ens sic abstractum, specificaretur; præter hoc, inquam, etiam sequeretur, quod saltem aliquis actus Divini intellectus posset ab ente creato specificari; quia actus ille, qui attingit aliquod obiectum materiale primario contentum sub formali, illud primario attingit, & ab eo sic attacto specificatur.

3. Prob. evell.

Ad tertiam dicatur, quod licet Deus cognoscat omnia prædicata formalia in eo reperta, non tamen ea cognoscit, secundum quod unum abstrahitur ab altero, aut in universali; quia ut ait D. Thomas hic *artic. 6. intelligere aliquid in communi, & non in speciali est imperfectè aliquid cognoscere; & sic procedit intellectus noster; qui est agens de potentia ad actum.* Cognoscit ergo Deus prima-

Evelletur 3.

ma-

mario rationem illam essentis, prout est determinate Divina, & ab illa prout sic specificatur.

18

1. Confirm. fit satis.

Ad primam confirm. neg. est consequentia, ad primam eius probationem disting. est antecedens: non potest esse universalis in essendo, neg. antecedens; in causando, concedo antecedens: secunda enim, & non prima universalitas congruit Divino intellectui, quia sic potest omnia attingere in universali illo in causando sine imperfectione specificationis ab aliquo extrinseco; quam necessario involveret, si primario respiceret universale in essendo. Ad secundam prob. neg. est sequela: nam ut una scientia subalternetur alteri, inter alia, necesse est, quod a subalternante accipiat principia, quod non attingit in scientia Dei respectu metaphisicæ. Quibus addè, quod, ut iam diximus, ens Divinum solum continetur sub obiecto metaphisicæ, prout est aliter, ac est in se cognoscibile, qua ratione non cognoscitur à Divino intellectu. Ad secundam confirm. neg. est Metaphisicam reperiri formaliter in Divino intellectu, aut esse perfectionem simpliciter simplicem, cuius ratio pro nunc sufficit, quod ab aliquo, scilicet, extrinseco specificetur.

Satis fit
2. prob. conseq.

2. Fit satis confirm.

Arg. tertio. Creatura terminant primario actus Divini intellectus: ergo primario continentur sub obiecto specificativo potentia. Patet consequentia, & antecedens probarur primo. Quia scientia simplicis intelligentiæ, cum per se primo terminetur ad non existentia, non potest per se primo terminari, ad aliquod prædicatum Divinum, cum sint, essentialiter, existentia: ergo debet per se primo terminari ad aliquid creatum. Secundo. Quia scientia Dei, prout distinguitur à lumine principiorum, etiam terminatur per se primo ad creaturas: est enim probabilis sententia, quod attributa Dei non terminant cognitionem scientificam: ergo

19
3. Obiect.

Secundo.

Respondetur neg. antecedens. Ad utramque illius probationem dicatur, quod ut ex dicendis constabit, nec scientia simplicis intelligentiæ à scientia visionis, nec cognitio scientifica à lumine primorum priorum, distinguuntur in Deo attributaliter, sed sunt eiusdem attributi distinctæ denominationes penes primariam, & secundariam, quarum primaria, & unice specificativa est denominatio visionis; secundum quam ad prædicata Divina, tanquam ad obiectum primarium, terminatur: denominatio autem simplicis intelligentiæ, secundum quam respicit possibile, & denominatio scientiæ, secundum quam, etiam in hac sententia, respicit creaturas, sunt denominationes secundariæ, & quæ totam speciem Divinæ cognitionis iam supponunt.

3. Obiect. solutio.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO

statuitur.

NON SOLUM DIVINA essentia, sed etiam attributa, & relationes pertinent ad obiectum primarium, tam motivum, quam terminativum Divini intellectus.

CIRCA istam conclusionem, aut circa eius oppositum, quamvis nihil expresse inveniat apud D. Thomam, ut hic advertit illustr. Godoy; nihilominus tamen ex communioribus principijs eiusdem S. Doct., & in eius Schola magis receptis nostram conclusionem deducendam existimo. Quæ sic probatur primo quo ad utramque partem. Prædicata illa, quæ æquè primo representantur per speciem impressam, & æquè primo ab intellectu cognoscuntur, æquè primo pertinent ad obiectum motivum, & terminativum illius; sed omnia prædicata Divina æquè primo representantur per speciem impressam, quæ intellectus Divinus cog-

20
Uno animadvertit, prob. conclusio.

cog-

cognoscit; & æquè primo ab illo cognoscuntur: ergo. Mai. est certa: nam obiectum constituitur in esse motivi, ad sui cognitionem, per speciem impressam, aut secum identificatam, aut ipsum primario representantem iuxta dicta in primo, & secundo notabili, & in esse primarij terminativi, vel secundarij, per hoc quod primario, & secundario cognitionem terminet.

Min.prin-
cipalis sua
detur.

Min. autem, in qua est difficultas, probatur: nam prædicata illa, quæ habent eandem, vel æqualem intelligibilitatem, æquè primò representantur per speciem impressam, & æquè primò terminant cognitionem intellectus ea, prout sunt in se cognoscentis; sed omnia prædicata Divina habent eandem, vel æqualem cognoscibilitatem: ergo respectu intellectus Divini, qui ea, prout sunt in se, cognoscit, æquè primò per speciem impressam representantur, & æquè primò ab eo cognoscuntur. Mai. constat: nam ab intelligibilitate obiecti sumitur ratio motivi, & terminativi, sic, vel aliter, obiectum representari, & cognosci. Min. autem probatur: nam intelligibilitas desumitur ab immaterialitate, & actualitate obiecti, ut constat ex D. Thoma *artic. 1.* & ex dictis *Dub.* 1. in quo omnes Thomistæ conveniunt: ergo omnia illa prædicata, quæ habent eandem immaterialitatem, & actualitatem, vel saltem æqualem, habent eandem, vel æqualem intelligibilitatem. Tum sic; sed omnia Divina prædicata habent eandem, vel æqualem immaterialitatem, & actualitatem; nam omnia illa conveniunt in ratione actus puri, & hæc ratio eadem est in omnibus illis: ergo.

Confirm.

Confirm. primò hæc ratio. Si intelligibilitas, & veritas entis rationis tanta esset, quanta veritas, & intelligibilitas entis realis, non minus ens rationis, quam ens reale pertineret ad obiectum primarium motivum, & terminativum intellectus creati, & non minus eius

intelligibilitas, & veritas haberent sibi propriam speciem, per quam primario representarentur; cum deberent representari conformiter ad sui veritatem, & intelligibilitatem, sicut modo habet intelligibilitas entis realis: ergo si veritas, & intelligibilitas omnium Divinorum prædicatorum est omnino eadem, sicut, & actualitas; omnia illa æquè primò pertinebunt ad obiectum motivum, & terminativum Divini intellectus, & omnia illa etiam exigent speciem aliquam impressam primario ea representantem.

Confirm. secundò. Ideo probant Thomistæ, & nos cum illis tract. *de Visione* probavimus non posse unum prædicatum Divinum sine alio videri, quia visibilitas est omnino eadem in omnibus illis; & hoc ideo, quia entitas immaterialis, & ratio actus puri, ad quam consequitur, est in omnibus illis, sine ulla adhuc virtuali distinctione, omnino eadem; sed non minus intelligibilitas motiva consequitur ad entitatem immaterialem, & supra rationem actus puri fundatur, quam visibilitas: ergo etiam erit omnino eadem in omnibus illis; ac proinde æquè primò pertinebunt ad obiectum motivum Divini intellectus.

Confirm.
2.

Dices: quod licet intelligibilitas, sicut immaterialitas, & ratio actus puri sit omnino eadem in essentia Attributis, & Relationibus; per prius intelligitur participata ab essentia, & ratione eius derivatur ad attributa, & relationes; quod sufficit, ut in essentia constituat obiectum primarium intellectus; secus autem in Attributis, & Relationibus.

2 1
Respon-
sio ratio-
nis factæ.

Sed contra primò. Intelligibilitatem illam primò convenire essentia, & ratione essentia, Attributis, & Relationibus, non variat illam in esse intelligibilitatis, sicut nec rationem entis immaterialis, & actus puri primò reperiri in essentia, & ratione essentia in Attributis, non variat illam in ratione entis immaterialis, aut in

2 2
Expugna-
tur resp.

ratione actus puri; alias darentur in Deo plures entitates immateriales, & plures actus puri: in Attributis quidem virtualiter distincti, & in personis realiter: ergo nec variat illam in esse obiecti motivi, aut terminativi. Paret hæc consequentia: nam ratio obiecti motivi, & terminativi contrahunt per intrinseca intelligibilitatem in esse talis: ergo implicat rationes istas variari, invariata intelligibilitate.

Fulcitur
1. expugn

Confirm. primò. Quamvis Filius habeat totam intelligibilitatem, & amabilitatem à Patre; quia tamen non habet aliam ab ipso, sed omnino eandem, iste modus sic illam habendi, non est in causa, ut Filius sit aliter, aut intelligibilis, aut amabilis, ac Pater, aut quod aliter Filius possit ad obiectum voluntatis, vel intellectus pertinere, ac pertinet Pater: ergo si intelligibilitas Attributorum, & Divinarum relationum, non est alia, sed omnino eadem cum intelligibilitate Divinæ essentia; quod illam ab ea habeant, non est in causa, ut distincto modo pertineant ad obiectum Divini intellectus.

Fulcitur
2.

Confirm. secundò. Maiori cum dependentia participat accidens suam intelligibilitatem à substantia, quam Attributa, & relationes Divinæ ab essentia; intelligibilitas enim accidentium provenit à substantia, tanquam aliquid ab ea realiter distinctum, ab ea realiter dependens, & ei realiter inferius; & tamen modus iste participationis non est sufficiens, ut substantia, & non accidens, pertineant ad obiectum motivum, & terminativum primarium nostri intellectus: ergo neque alius.

23
Adv. disparitas.

Nec refert disparitas, quam aliqui huic confirmationi assignant, dicendo, quod accidens potest cognosci independentem à substantia, & per speciem propriam: immo potest esse nobis ratio à posteriori cognoscendi substantiam; Attributa autem, & Relationes non possunt cognosci independentem

ter ab essentia Divina, sed hæc semper est ratio, & species, ut ab intellectu Divino cognoscantur. Contra enim est primo. Quia iam in primis habetur, quod habere intelligibilitatem ab alio (cui solutio assignata innitebatur) non impedit, ut pertineat cum illo ad obiectum primarium intellectus; ergo nec quod Attributa, & Relationes habeant intelligibilitatem ab essentia, impedit cum illa pertinere ad obiectum primarium Divini intellectus. Secundo. Quia accidens pertinet ad obiectum primarium nostri intellectus, non solum quando cognoscitur per speciem propriam distinctam ab specie substantiæ, sed etiam quando cognoscitur per speciem, quæ illud pariter cum substantia representat; in hoc enim casu, sicut & semper, obiectum proprium, & specificativum intellectus nostri, est ens commune substantiæ, & accidenti: ergo quamvis Attributa Divina semper cognoscantur per speciem, qua etiam cognoscitur, & representatur essentia, hoc non impedit quod Attributa Divina simul cum essentia pertineant ad obiectum primarium Divini intellectus.

Reijcitur
1.

Secundo.

Secundo probatur eadem conclusio, & præcedentia magis roborantur. Omnia prædicata Divina per se ipsa gerunt munus speciei impressæ respectu Divini intellectus ad sui ipsorum cognitionem: ergo omnia illa pertinent ad obiectum primarium, tam motivum, quam terminativum Divini intellectus. Consequentia est bona, etiam apud Adversarios, & antecedens probatur. Primo autoritate D. Thomæ quæst. 2. de Verit. artic. 3. ad 7. ubi sic habet: *Ex parte cognoscentis omnia, eadem cognitione cognoscit Deus se esse Deum, esse Patrem; sed non est idem quo cognoscitur ex parte rei cognita: cognoscit enim se esse Deum, Deitate, & se esse Patrem, paternitate, quæ secundum modum intelligendi, non est idem quod Deitas;*

24
2. Conclusio probata.

sed

sed id, quo ex parte obiecti, Deus aliquid cognoscit, est species impressa: ergo paternitas, sicut, & Deitas, gerit munus speciei impressae ad sui ipsius cognitionem.

2. Prob. 1. anteced.

Secundo probatur antecedens ratione. Omnia praedicata Divina sunt proportionata cum Divino intellectu, ut per se ipsa gerant munus speciei impressae ad propriam eorum cognitionem: ergo sic de facto gerunt. Antecedens probatur: quia omnia illa sunt in summo gradu immaterialitatis, & actus puri, tam in esse entis, quam in esse intelligibilis: ergo sunt proportionata, ut per se ipsa gerant munus speciei impressae. Patet consequentia: quia unicum impedimentum, ne per se ipsa gerant munus speciei impressae, & immediatè uniantur intellectui, unice potest ab aliqua potentia, seu materialitate provenire, ut constat: tum in rebus creatis: tum in praedicatis Divinis, quae hac ratione non indigent Verbo, seu specie expressa superaddita, ut cognoscantur, sed in se ipsis immediatè cognoscuntur: ut videre est respectu intellectionis essentialis, & respectu cognitionis beatorum: ergo.

Dices: quod impedimentum, ne Attribute, & Relationes gerant munus speciei impressae respectu intellectus Divini, provenit ex eo, quod de ratione huius est, quod concentrat effectivè, tam ad cognitionem, quam ad Verbi generationem; hoc autem convenire non potest Attribute, & Relationibus: tum quia non supponuntur existentia, ante intellectionem: tum, & praecipue, quia alias Verbum procederet, ut simile primario naturae, & Attribute; ac proinde ex vi suae processionis, non magis ei communicaretur natura, quam Attribute: unde nec magis esset Filius, quam Spiritus Sanctus.

Sed contra est: quia licet ex hac doctrina habeatur, quod Attribute, & Relationes, non possint habere munus speciei impressae, sub ratione effectivè concurrentis, sive

ad intellectionem, sive ad Verbi generationem, quod & adductis probationibus convincitur; non tamen probatur, quod non possint habere munus speciei impressae, sub ratione representationis, & intrinsecè unionis cum Divino intellectu, quod & probationibus factis apertè convincitur; sed hoc secundum munus etiam est principium speciei impressae: immo & illi propriissimum: tum quia ad propriam lineam obiecti pertinet: tum quia, ut constat ex superius dictis *num. 3.* substantia Angeli propriè gerit munus speciei impressae, & obiecti motivi ad sui cognitionem; quamvis in sententia plurium Thomistarum, non effectivè, sed tantum repræsentativè ad illam concurrat: ergo.

Probatur tertio conclusio. Es- 26

sentia Divina est obiectum primarium specificativum Divini intellectus, prout est in se obiectivè, qua ratione à Divino intellectu cognoscitur; sed prout est in se obiectivè est formalissimè idem cum Attribute, & Relationibus: ergo. Mai. constat: quia essentia Divina non specificat Divinum intellectum, nisi prout à Divino intellectu cognoscitur; quodlibet enim obiectum propriam potentiam specificat, secundum quod eius habitudinem, & attingentiam terminat: neque enim ens reale specificat intellectum Angelicum prout est attingibile per discursum, neque humanum, prout attingibile simplici intuitu. Min. autem probatur. Tum ex dictis Dub. precedenti: tum quia omnis distinctio, aut est physica, aut metaphysica, aut per rationem tantum; sed inter essentiam, Attribute, & Relationes, non datur distinctio physica, aut metaphysica, alias etiam daretur physica, aut metaphysica compositio; & quamvis detur distinctio per rationem; hac tamen tantum formatur ab intellectu, qui praedicata Divina aliter, ac sunt in se cognoscit: ergo respectu intellectus Divini, qui ea prout sunt in

3. Suadetur conclusio.

25
f. Adverf. occurfus.

Refrangitur.

in se, & non aliter cognoscere potest, non comparantur ut distincta.

27
Solutio
præced.
rationis
ex adver-
sar.

Communis huius rationis solutio asserit, quod licet essentia Divina prout est in se, sit formaliter in distincta ab Attributis, & Relationibus; est tamen ab eis virtualiter distincta: quæ distinctio sicut sufficit ut essentia communi- cetur, non autem relationes, & ut personalitas terminet immediatè humanitatem, non autem naturas ut bonitas specificet voluntatem, nō autem veritas; etiā sufficit, ut essen- tia, non Attributa, & Relationes sint Divini intellectus specificativum.

28
Impugnatur
1. præ-
dicta solu-
tio.

Sed contra illam obstat pri- mō, quod illa prædicata contra- dictoria non verificantur de Deo, nisi prout à nobis concipiuntur; & diversi nominibus significatur; de quo possunt videri dicta *Disput. 4. Dub. 1. de Visione, §. 3.* Secundo ad- missa communi doctrina, obstat contra illam; quod tunc distinctio virtualis inter prædicata Divina sufficit, ut quod verificatur de uno, non verificetur de altero, quando verificatur de illo, secundum quod ab alio differt, non autem secun- dum quod cum illo convenit; sed specificare Divinum intellectum non convenit Divinæ essentiæ, se- cundum quod virtualiter differt ab Attributis, sed secundum rationem, qua cum illis convenit: ergo non potest verificari de Divina essen- tia secundum quod est in se, quin etiam verificetur de Attributis, & Relationibus. Mai. constat: nam quia *communicari* convenit essen- tiæ, secundum rationem absoluti, secundum quam convenit cum Attributis; non obstante distinc- tione virtuali inter essentiam, & At- tributa, non potest convenire essen- tiæ *communicari*, quin etiam con- veniat Attributis. Et pariter quia *operari* ad extra convenit Patri secundum rationem absoluti, qua convenit cum Filio, & Spiritu Sancto; non obstante distinctione reali inter Divinas Personas; non potest de una verificari, quin de omnibus verificetur. Et e converso:

Impugnatur
2. discrimen ad si-
milia to-
lut. tra-
dendo.

Min. autem principalis probatur. Specificare Divinum intellectū convenit naturæ Divinæ, secundum rationem intelligibilis, quæ vel est idem formaliter cum ratione actus puri, aut entis summe immaterialis, vel supra illam fundatur; sed hæc ratio, sicut & ratio actus puri, non est virtualiter distincta in natura, Attributis, & Relationibus, sed omnino eadem: ergo. Quod confirm. Quia esse visibile convenit naturæ, Attributis, & Relationibus, sub ratione, qua conveniunt, visibilitas omnium est omnino eadem, & non potest unum, ut ab alio distinctū, terminare visio- nem: ideo autem visibilitas convenit illis, sub ratione communi, & nō prout virtualiter differunt, quia consequitur ad rationem entis immaterialis, & actus puri, in qua non differunt, sed conveniunt: ergo cum ratio specifica- tivi Divini intellectus conveniat natu- ræ Divinæ sub ratione intelligibi- lis, & hæc ratio, sicut & actus puri, sit omnino eadem in omnibus Divinis prædicatis, omnia etiam illa conve- niunt in ratione specificativi Divini intellectus.

quia *non communicari* convenit re- lativis, sub ratione relativi, secun- dum quam fundant distinctionem ab absolutis; *non communicari* verifica- tur de relativis, quin verificetur de absolutis. Et eadem est de communi- catione immediata personalitatis Verbi humanæ naturæ, quæ etiam, ideo non verificatur de Divina natura, quia convenit personalitati se- cundum rationem qua virtualiter differt à natura. Et omnium ratio as- signari potest: quia quando prædi- catum verificatur secundum rationem, in qua Divina conveniunt; cum illa ratio, sit in omnibus indivisibili- ter eadem, non potest uni conveni- re, quin conveniat etiam alteri: se- cus autem dicendum est, & propter oppositam rationem, quando verifi- catio sit secundum prædicata, qui- bus adinvicem differunt.

Min. autem principalis probatur. Specificare Divinum intellectū convenit naturæ Divinæ, secundum rationem intelligibilis, quæ vel est idem formaliter cum ratione actus puri, aut entis summe immaterialis, vel supra illam fundatur; sed hæc ratio, sicut & ratio actus puri, non est virtualiter distincta in natura, Attributis, & Relationibus, sed omnino eadem: ergo. Quod confirm. Quia esse visibile convenit naturæ, Attributis, & Relationibus, sub ratione, qua conveniunt, visibilitas omnium est omnino eadem, & non potest unum, ut ab alio distinctū, terminare visio- nem: ideo autem visibilitas convenit illis, sub ratione communi, & nō prout virtualiter differunt, quia consequitur ad rationem entis immaterialis, & actus puri, in qua non differunt, sed conveniunt: ergo cum ratio specifica- tivi Divini intellectus conveniat natu- ræ Divinæ sub ratione intelligibi- lis, & hæc ratio, sicut & actus puri, sit omnino eadem in omnibus Divinis prædicatis, omnia etiam illa conve- niunt in ratione specificativi Divini intellectus.

Dices: quod specificare Di-
vinum intellectum non convenit
naturæ Divinæ, sub ratione com-
muni intelligibilis, qua cum reliquis
præ-

Probatio
min. præ-
cipue.

Robora-
tur in
tunc

29
Evaluatio
ad
dicta.

præ-

prædicatis Divinis convenit, sed sub ratione intelligibilis primordialis, quæ consequitur ad rationem entis immaterialis primi etiam, & primordialis: sub hac autem ratione non convenit natura cum Attributis, sed potius ab eis differt. Ex quo & redditur disparitas de visibilitate: nam hæc convenit essentia sub communi ratione visibilis, & quæ ad communem rationem entis immaterialis consequitur; ac proinde convenit illi secundum quod est idem cum Attributis.

Excluditur 1. & 2. Sed contra hanc solutionem obstat primo eaque objicimus supra *num. 20.* Deinde obstat, quod ratio entis immaterialis, & actus puri non redditur virtualiter distincta per hoc, quod conveniat naturæ, & Attributis, quæ virtualiter distinguuntur; alias etiam esset realiter distincta, ex eo quod conveniret personis realiter distinctis: ergo nec ratio intelligibilis, quæ ad prædictas rationes consequitur. **Tertio.**

Tertio. Quia rationem entis immaterialis, & actus puri dici primordialiter de natura, & media illa de Attributis, & relationibus, non convenit illi prout est in se obiectivè, sed solum ex nostro modo concipiendi, & ad instar rerum creaturarum, in quibus rationes communes per prius dicuntur de essentia, quam de proprietatibus. In Deo autem sicut sunt omnino idem Essentia, & Attributa, tam phisicè, quam metaphisicè; æquè primo rationes istas communes participant: ergo cum intellectus Divinus ea prout sunt in se concipiat, & omnino independentè à nostro modo concipiendi, respectu illius, ratio actus puri non primo dicitur de essentia, & media illa de reliquis prædicatis Divinis, sed omnino æquè primo in omnibus illis reperitur. Tandem quia hoc idem posset quis dicere de terminatione visionis, quod, scilicet, convenit essentia Divina, sub ratione entis immaterialis primordialis, sub qua ratione differt ab Attributis; ac proinde quod, illis non visis, videri potest.

Ultimò.

§. V.
SOLVUNTUR ARGUMENTA.

OBJIC. 1. præcipuum oppositæ sententiæ fundamentum. Illud est obiectum primarium specificativum Divini intellectus, quod se ipsum per modum speciei impressæ, vel media speciei impressa propria, & primario repræsentativa ipsius, movet illum ad sui primariam cognitionem; sed Attributa, & Relationes, nec per se ipsa per modum speciei impressæ, nec media aliqua speciei impressa illa primario repræsentante movet Divinum intellectum ad primariam cognitionem sui: ergo. Mai. ab omnibus admittitur, & min. quo ad primam partem probatur. Sola essentia Divina gerit munus speciei impressæ respectu Divini intellectus: ergo. Antecedens probatur primo ex D. Thoma 1. *contra Gent. cap. 48.* & hic *artio. 5.* ubi id expressè tradit. **Secundo.** Quia de ratione speciei impressæ est, quod effectivè concurrat ad intellectionem, & ad verbum per illam productum; quod etiam tradi videtur à D. Thoma loc. cit. *ex contra Gent.* per hæc verba: *Operatio specificatur per formam, quæ est operationis principium, sicut calefactio per calorem;* per quæ verba explicat specificationem intellectionis ab speciei impressa, quæ est intellectionis forma: ergo sicut calor effectivè concurrat ad calefactionem; ita species impressa ad intellectionem, & ad verbum intellectione productum. Min. autem probatur. Tum quia de ratione principij effectivi est quod præintelligatur existens ad effectum; sed hoc non potest verificari de Attributis, ut constat in voluntate, quæ non est prior, sed posterior intellectu, neque de relationibus, cum essentialia priora sint notionalibus: ergo. Tum & præcipue: quia si Attributa, & Relationes, primario effectivè concurrerent ad intellectionem, sequeretur quod verbum ex eis

30
1. Obiect.

Ant. prob.
1.

Secundo

procedens æquè primo haberet naturam Attributa, & Relationes, & æquè primo omnia illa repræsentaret: nec magis esset imago Patris in essentia, quàm in Attributis, & Relationibus: æquè enim primo evadet simile, & primariò repræsentativum sui principij primarij effectivi, sed omnia ista sunt absurda: ergo.

Tertio.

Tertio probatur idem antecedens; quia si Attributa, & Relationes gerent munus speciei impressæ, sequeretur quod ratio speciei impressæ multiplicaretur respectu Divini intellectus; virtualiter quidem ad multiplicationem Attributorum; realiter autem ad multiplicationem relationum, quod etiam est falsum. Quarto.

Quarto.

Quia omne prædicatum, quod gerit munus speciei impressæ respectu Divini intellectus, debet esse aptum, ut Divinus intellectus ex vi illius possit Deum comprehendere; sed nullum ex Attributis, aut Relationibus tale est: ergo. Probatur min. Quia ut esset tale, necesse erat quod ratione sui omnia prædicata Divina repræsentaret; hoc enim ad comprehensionem requiritur; sed nullum Attributum Divinum omnia alia prædicata Divina repræsentat: tum quia Attributa, ut distincta à natura Divina illam non continent, nec formaliter, ut ex se constat, nec virtualiter, aut radicaliter, cum hoc modo potius contineantur in natura: ergo. Ex quo tandem probatur idem antecedens: frustra enim sunt per plura, quæ fieri possunt per pauciora; sed sola essentia Divina, in ratione speciei impressæ, sufficiens est, ad cognitionem etiam comprehensivam sui, & Attributorum: ergo Divina Attributa, non gerunt per se ipsa munus speciei impressæ. Min. probatur: quia cum Attributa contineantur in essentia Divina, saltem virtualiter, ipsa Divina essentia sufficiens est ad illorum repræsentationem, sicut causa ad repræsentationem effectus.

Quinto.

Quinto. Ex quo tandem probatur idem antecedens: frustra enim sunt per plura, quæ fieri possunt per pauciora; sed sola essentia Divina, in ratione speciei impressæ, sufficiens est, ad cognitionem etiam comprehensivam sui, & Attributorum: ergo Divina Attributa, non gerunt per se ipsa munus speciei impressæ. Min. probatur: quia cum Attributa contineantur in essentia Divina, saltem virtualiter, ipsa Divina essentia sufficiens est ad illorum repræsentationem, sicut causa ad repræsentationem effectus.

Quo ad secundam autem partem, scilicet, quod Attributa Divina, & Relationes non repræsententur primariò per speciem, qua intellectus Divinus cognoscit; probatur. Quia hæc species, si est ab Attributis, & Relationibus distincta, debet esse ipsa Divina essentia; quod & probationibus factis iam constare videtur; sed essentia Divina non potest per modum speciei impressæ primariò repræsentare Attributa, & Relationes: ergo. Probatur min. Primò ex dictis: quia Verbo Divino ex vi suæ processions primariò communicatur id, quod primariò repræsentatur per speciem impressam, quæ ad eius dictionem concurrat: & pariter primariò evadit simile obiecto primariò per illam repræsentato; sed Verbo Divino non communicantur primariò ex vi suæ processions Attributa, & Relationes, sed primariò tantum communicatur natura, secundariò autem Attributa, Relationes autem oppositæ minimè: ergo. Secundo. Quia species, quæ est substantialis, solum potest se ipsam primariò repræsentare, & alia à se secundariò; si enim alia à se primariò repræsentaret, non solum esset primariò ut esset, sed etiam ut ad alia ordinaretur, quod est contra conceptum substantiæ. Quod explicatur in substantia Angelica, quæ gerens munus speciei impressæ respectu propriæ cognitionis, qua substantialis, solum se ipsam primariò repræsentat, & suas proprietates secundariò: ergo.

Arg. hoc est præcipuum oppositæ sententiæ fundamentum, cui nihil difficultatis dissimulavimus. Ad illud tamen duplici via responderi potest. Primò, neg. min. quo ad primam partem, scilicet, quod Attributa, & relationes non possint per se ipsa gerere munus speciei impressæ, nam oppositum sufficienter manet probatum supra à num. 22. ex eo quod per se ipsa sunt sufficienter proportionata cum intellectu, neque habent ali-

31

1. Min. Prob. quo ad 2. part.

1. Min. probatio.

Secunda:

Explic. 3a pari.

32 Prima via solvitur obiect.

Solut. pro
bat. 1. min

aliquid potentialitatis, aut materialitatis, per quam impediatur; cum non minus fiat actus purus, quam ipsa Divina essentia. Ad primam autem probationem in contrarium, quæ deducitur ex D. Thomæ respondetur, quod, ut bene vidit Illustr. Godoy, ex illis verbis nihil convincitur: nam omnino incertum est, an quando D. Thomæ dicit, quod *essentia Divina est species, aut forma intelligibilis*, loquatur de essentia, prout distincta ab Attributis, & Relationibus; an de essentia secundum quod est idem cum illis? Quibus adde: quod ad intentum D. Thomæ hoc secundum sufficiebat: hoc enim erat, salvare summam Dei simplicitatem in intelligendo, ex eo quod non erat necesse, ut intelligat, habere aliquam speciem à se distinctam.

33
Solut. 2.

Ad secundam, quæ difficilior videtur, dicatur iuxta superius insinuata, non esse de ratione speciei impressæ, effectivè concurrere, sive ad intellectionem, sive ad Verbum intellectum. Quod constat: tum quia plures etiam ex Thomistis universaliter negant concursum istum effectivum. Tum quia ex concedentibus, aliqui illum denegant speciei substantiali creatæ, qualis est natura Angelica; nullus tamen illi negat munus proprium speciei impressæ. Tum quia munera ista esse adinvicem distincta, constat in speciebus naturalibus supernaturali cognitioni deservientibus: istæ enim ad munus representationis, quod est propriissimum speciei per suam entitatem naturalem concurrunt, cum tamen ad munus efficientiæ auxilio supernaturali eleventur. Licet ergo species impressa possit effectivè concurrere ad cognitionem, & ad Verbum per eam productum, & defacto sic concurrat, si aliquid non obstat; si tamen aliquid concursum istum impediatur, non concurreret effectivè: quin ex hoc amittat munus proprium speciei, in eo consistens, quod intrinsicè uniat cum intellectu, & me-

dia illa obiectum, & quod illum ad cognitionem obiectivè determinet: qua ratione Divina Attributa gerunt munus speciei impressæ respectu Divini intellectus, quia nihil impedit quod tales effectus communicent intellectui.

Undè ruunt probationes sub- Ad idem.
iunctæ, quæ huic concursui effectivo innituntur. Prima quidem; quia solum ex capite efficientiæ requiritur subiectiva existentia in eo, quod gerit munus speciei impressæ pro priori ad intellectionem. Pariter secunda: nam Verbo Divino ex vi suæ processions non communicatur primariò omne, quod primariò per speciem impressam representatur, nec primariò evadit simile omnibus illis, aut omnium eorum imago; sed illi tantum primariò communicatur id, quod se habet, ut principium *quo* effectivum illius, & in hoc etiam primariò ei assimilatur, & procedit ut Imago illius: genitum enim procedit ut simile generanti in principio *quo* generativo illius, & imago solum dicitur talis respectu eius, cui ut principio sui expressivo, assimilatur. Quæ est expressa doctrina D. Thomæ infra *quest. 34. artic. 3. & quest. 35. artic. 1.* gerere autem munus speciei impressæ sub ratione principij effectivè concurrentis solum essentiæ, ut distinctæ ab Attributis, concedimus: undè solam illam primariò accipit Verbum ex vi generationis, & solum in illa primariò assimilatur Patri per modum Imaginis substantialis illius.

Ad tertiam neganda est sequela: Attributa enim Divina non gerunt munus speciei impressæ, secundum rationem illam, qua virtualiter adinvicem distinguuntur, aut à Divina essentia: nec pariter relationes secundum proprias, & peculiare rationes, quibus adinvicem realiter, & ab absolutis virtualiter differunt; sed secundum communem rationem entis summe

34
Solutio;

immaterialis, & actus puri, quæ in omnibus illis est omnino eadem, & indivisibilis. Unde non sequitur quod ratio speciei multiplicetur.

35
Replica
quædam.

Sed dices: ergo neque Attributa Divina, ut virtualiter distincta ab essentia, neque essentia, ut virtualiter distincta ab Attributis, gerit munus speciei impressæ, sed solum ipsa ratio actus puri, & entis summè immaterialis. Ex quo ulterius inferitur quod essentia, & Attributa materialiter solum, & identicè gerant munus speciei impressæ; formaliter autem sola ratio actus puri. Ex quo insuper sequitur, quod sola hæc ratio insinuat effectivè per modum principij quo in generationem Verbi: cumque hæc ratio omnes Divinas perfectiones, æquè primò contineat; Verbum ex vi suæ generationis, æquè primò omnes illas accipiet.

Solutio
replicæ.

Respondetur dist. consequens: ly ut dicente rationem sub qua, concedo consequentiam; rationem qua, nego consequentiam: ratio ergo sub qua tam essentia, quam Attributa gerunt munus speciei impressæ, est ratio actus puri, & entis summè immaterialis; ratio autem qua, (quæ non solum identicè, sed & formaliter) gerit munus speciei sunt ipsa essentia, & Attributa: unde non sequitur, quod ipsa ratio actus puri sit solum principium quo effectivum, sed hoc potius convenit essentiæ; quia quamvis ex actu puro habeat, quod possit uniri proprio intellectui; semel tamen unita, ex se ipsa habet effectivè concurrere.

36
Solut. 4.

Ad quartam dicatur; quod quodlibet Attributum sub illa ratione, sub qua gerit munus speciei impressæ, est medium aptum ad totius Dei comprehensionem; quia, ut ex dictis constat, ratio illa, est ratio actus puri, in qua formaliter omnia Divina continentur.

Ultimæ
solut.

Ex quo ad ultimam dicatur, quod iuxta modum istum dicendi non fiunt sic per plura, quam dum hoc fieret per solam Divinam essen-

tiam: nam omnia Divina predicata in ratione actus puri, non sunt magis plura, quam Divina Essentia, prout ab omnibus distincta: nam ut pluries diximus, ratio actus puri, quamvis in omnibus predicatis Divinis imbibita; non multiplicatur in eis, sed manet omnino eadem, & simplicissima.

Secundo, & satis probabiliter eidem arg. responderi potest sub-
37
2. Via sol
vit. 1. ob.
iectio.

tinendo quod sola Divina essentia gerit munus speciei impressæ; quod magis communiter acceptatur à Thomistis: sed dicendum est, quod per illam etiam representantur primario Attributa, & relationes. Neque oppositum suadent probationes in contrarium. Nam ad primam respondetur quod Verbum Divinum non procedit ut primario simile omni objecto primario per speciem impressam representato, sed objecto primario primò; & hoc est sola Divina essentia: nam quamvis Attributa primario represententur, non representantur primario primò; sed primario secundò. Ea enim ratione representantur, qua rationem intelligibilitatis habent; habent autem intelligibilitatem primariam, quamvis non primò, quia prout sic habetur ab essentia, sed secundò, & media illa. Unde habere secundò intelligibilitatem non est idem quod illam habere secundario, sed mediante alio primò illam habente, scilicet, Divina essentia; eandem tamen cum illa.

Quod si inquiras quare Verbum Divinum non evadit primario simile omni objecto primario per speciem impressam representato, sed tantum primario primò? Respondetur rationem esse, iam traditam; scilicet, quia species illa non habet influxum effectivum in generationem Verbi secundum quod representat totum suum objectum primarium, sed solum secundum quod se ipsam representat, quod est objectum primario primò: prout sic enim solum habet reddere intellectum secundum,

Interroga
tioni cui-
dam sit fa-
tis.

dum, & cum illo effectivè concurrere: quare solum prout sic communicat Verbo producto, ex vi suæ processiois naturam, & illud in natura *primariò* tantum assimilatur.

28
Solv. 2. et
sumpti
prob.

Ad secundam dicatur, quod cum essentia Divina sit *primariò* ut sit, & *secundariò* ut repræsentet; consequenter totum munus repræsentationis est illi *secundarium*, & ad eius esse constitutum consequitur. Respectu autem muneris *secundarij* nullum est inconveniens, quod *primariò* comparentur non solum Divina essentia, sed etiam *Attributa*, & *Relationes*: exinde enim non sequitur, quod per *primarium* eius conceptum *primariò* ad alia à se ordinetur, sed solum quod ordinetur per *secundarium* conceptum. Quibus adde, quod neque debet reputari inconveniens, si *primariò* ordinatur ad sui repræsentationem, quod etiam *primariò* ordinetur ad repræsentationem *Attributorum*, & *Relationum*: ista enim non comparantur ad naturam, ut aliquid ab ea extranetium, aut extra lineam substantiæ, sed ut sunt idem cum illa, & formaliter *substantialia*.

39
Solv. 3. 1.
modo.

Ad tertiam neg. est primo antecedens. Obiectum enim *specificativum* intellectus Angelici, sicut & humani, est ens commune substantiæ, & accidenti; ac proinde Angelus proprietates *primariò* ab eo cognoscantur, & *primariò* per eius substantiam repræsentantur. Ex quo non inferitur, quod substantia Angelus ab aliquo accidentali accipiat speciem: nam munus repræsentationis est etiam substantiæ Angelus *secundarium*, & quod totam eius speciem iam supponit constitutam. Secundo præmissa antecedenti, potest negari consequentia, & potest reddi disparitas. Primo, ex eo quod proprietates Angelicæ, sunt in suo esse accidentales: Et secundo, quia quamvis suam intelligibilitatem habeant à substantia; non tamen eandem cum illa, sed illa valde inferiorem: undè non possunt *prima-*

riò per Angelus substantiam repræsentari. At *Attributa*, & *Relationes* in primis sunt in suo esse *substantialia*, & deinde habent eandem intelligibilitatem cum intelligibilitate naturæ; ac proinde ex nullo ex his capitibus repugnat, quod *primariò* per illam repræsententur.

Sed adhuc replicabis contra solutionem: ergo *Attributa*, & *Relationes* Divinæ non ratione sui, sed ratione essentiae repræsentantur, ut concedit hæc solutio: ergo non ratione sui, sed ratione essentiae movent Divinum intellectum. Sed hoc est proprium obiecti *secundarij*, movere, scilicet, ratione *primarij*: ergo. Ex quo rursus inferitur, quod nec etiam ratione sui, sed ratione essentiae, Divinam cognitionem terminent: ea enim ratione qua ad illam movent eam terminant: non ergo pertinent, nec ad obiectum *primarium* motivum, nec terminativum Divinæ cognitionis,

40
Quæd. re
plica.

Respondetur disting. *primum* 41
Diluit. re
plica.

consequens: ratione Divinæ essentiae per modum repræsentationis *primariæ eorum*, concedo consequentiam, per modum repræsentationis *primariæ sui tantum, aut rei repræsentatæ*, nego consequentiam. Nam mediare aliquid inter obiectum, & potentiam per modum repræsentationis *primariæ* obiecti, & per modum eius, quo obiectum movet potentiam, non impedit in obiecto rationem motivi, neque moventis ut *quod*, ut constat in omnibus rebus creatis, quæ à nobis per species à se distinctas cognoscuntur. Et huius ratio iam in notabilibus est tradita: nimirum, quia species, ut *primariò* repræsentativa alicuius, non ponit in numero cum obiecto repræsentato quo ad munus concurrenti ad intellectionem, quia concurrat per modum virtutis, & seminis illius: undè sicut virtus causæ efficientis, quo ad munus concurrenti, & producendi effectum, non ponit in numero cum illa, sed virtus est quæ

que concurrat ut *quo*, causa autem ut *quod*, ita quo ad minus concurrenti ad intellectionem, species impressa concurrat ut *quo*, & obiectum ut *quod*. Ex quo etiam inferitur quod hæc mediatio non impedit rationem obiecti primario terminativi respectu Attributorum, quia essentia Divina formaliter in esse speciei, non mediat per modum terminantis intellectionem ut *quod*, sed solum ut *quo*; licet per modum obiecti sicut primario primo representatur, ita primario primo terminat; sed cum hoc etiam ita, quod Attribute, & Relationes primario secundo terminent.

42
2. Obiect. Secundo obijcies. Quod gerit minus obiecti motivi respectu Divinae intellectionis, debet precedere Divinam intellectionem; sed sola essentia Divina potest præintelligi Divinam intellectionem præcedens: ergo sola Divina essentia potest gerere minus obiecti motivi respectu Divinae intellectionis. Mai. videtur certa: nam obiectum inotivum, ut tale, aliquem influxum, saltem virtuale, exercere debet respectu Divinae intellectionis. Min. autem probatur: & quo ad relativa est manifesta; omnia enim absoluta priora sunt relativis, deinde quo ad reliqua Attribute probatur. Nam inter Attribute absoluta prior omnibus est intellectio; nam immediate consequitur ad Divinam essentiam. Quod si inter essentiam, & intellectionem mediat intellectus per modum actus primi; quod nos negamus; adhuc prior est intellectio volitione, & omnibus actibus ad voluntatem pertinentibus: ex quo saltem inferitur nullum actum voluntatis, nullamque relationem posse pertinere ad obiectum motivum Divini intellectus. Quod confirmari potest de ipsa intellectione. Ipsa enim intellectio se ipsam nullatenus præcedere potest: ergo nec potest esse obiectum motivum sui ipsius. Idemque arg. fieri potest de obiecto primario terminativo, nam hoc, in quantum tale, cum sit specifi-

cativum; debet esse prius natura saltem virtualiter intellectione, quam specificat.

Nec refert, si dicas, quod de ratione obiecti motivi solum est, quod præcedat representativè, & obiectivè intellectionem; non autem ut existens, & subiectivè: & idem dices de ratione obiecti terminativi, quod debet præcedere obiectivè, & per modum finis; non autem existens, & subiectivè. Contra enim est 1. Quia de ratione obiecti motivi est, quod effectivè moveat ad cognitionem; sed de ratione huius est, quod præcedat, ut existens: efficiens enim, ut tale, debet existere: ergo. 2. Quia licet prædicta solutio alijs intellectionibus possit accommodari; non tamen Divinae respectu prædicatorum Dei: hæc enim est intuitiva; intuitiva autem cognitio ad obiectum existens debet terminari, & ab eo ut existenti moveri: ergo tam in esse motivi, quam in esse terminativi debet, ut existens præcedere.

Responderetur, quod sicut in sententia omnium Thomistarum Verbum Divinum procedit ex cognitione sui ipsius, non ut possibilis, aut futuri, sed ut existentis; & pariter Spiritus Sanctus ex sui etiam amore, ut existentis; quin exinde inferatur, quod ad processionem Verbi, aut Spiritus Sancti præsupponantur Spiritus Sanctus, & Verbum ut subiectivè existens, sed tantum obiectivè, & representativè; sic pariter possunt Attribute, & Relationes movere, & terminare Divinam intellectionem, ut existentes, quia movent, & terminant intellectionem intuitivam; quin ex hoc inferatur, quod illam præcedant, ut existentes subiectivè, sed tantum obiectivè, & terminativè. In quo sensu intelligenda est solutio tradita; & contra illam nihil replicæ factæ convincunt.

Non prima: quia ad illam confirmatur ex pluries dictis, quod non est de ratione obiecti motivi concursus effectivus, sed quod salvatur per hoc quod obiectivè, & representativè

43
Solutio
quædam.

Impugnatur 1:

Impugnatur 2.

44
2. Argum
dissolvitur

2. Replicæ
solutio.

Secundæ. tivè moveat, quod est confirmatum exemplis. Ad secundam dicatur, quod ut moveat ad cognitionem intuitivam, & illam terminativè, aut specificativè præcedat, sufficit quod ex vi illius cognitionis in eodem instanti, id, quod movet, habeat existentiam, & quod hoc ipsum, ut repræsentativè existens præcedat, hoc est, quod prout sic repræsentetur, ut moveat, & terminet cognitionem: neque opus est, aut quod existentiam ex alio capite habitam supponat, aut prout sic suppositam repræsentet; quod latè explicatur à nostris Thomistis loco infinuato de *processu Verbi, & Spiritus Sancti*.

45
3. Argum
Arg. tertio. In probabiliore sententia Thomistarum lumen scientiæ, quo Deus sua Attributa cognoscit, non distinguitur virtualiter à lumine primorū principiorum; sed non alia ratione, nisi quia Attributa, & Relationes, quæ cognitionem scientificam terminant, non pertinent ad obiectum primarium, sed solum ad secundarium Divini intellectus; si namque ad primarium pertinerent, nulla esset ratio, quare; cum illa virtualiter adæquatè ab essentia distinguantur, non distinguantur etiam virtute: ergo.

46
5. Argum
dirucio.
Respondetur ad arg. quod præterquamquod probabilius est mihi non dari in Deo scientiam strictè acceptam respectu suorum Attributorum, quia ea non cognoscit, ut distincta ab essentia, sed prout sunt in se idem cum illa. Præter hoc, inquam, admissa illa sententia, respondetur, quod ad negandam distinctionem virtualem inter lumen principiorum, & scientiam respectu Attributorum, sufficit, quod quamvis illa virtualiter quo ad aliâ munera ab essentia distinguantur; non distinguantur tamen in esse intelligibili, sed eandem cum illa intelligibilitatem habeant. Insuper ad idem facit; quod quamvis tam lumen, quam scientia ad obiectum primarium Divini intellectus terminetur; nullum tamen eorum esset simpliciter infinitum, & Dei comprehensivum; si

alterius obiectum non cognoscat; tale autem esset lumen principiorum, si non extenderetur ad Attributa; & lumen scientiæ, si essentiam etiam Divinam non cognosceret.

Tandem obijcies. In sententia probabiliori, quod natura Divina constituitur per actualè intellectiōnem, nihil potest in Deo intelligi ipsa intellectu prius; sed si Attributa, & Relationes pertinerent ad obiectum primarium Divinæ intellectuōnis, aliquid intelligeretur in Deo Divina intellectuōne prius, obiectum, scilicet, primarium illius, quod ipsam habet specificare: ergo, saltem in hac sententia, hoc est falsum. Confirmatur: nam iuxta principia huius sententiæ intellectuō, intellectus, res intellecta, & essentia sunt in Deo omnino idem; at si Attributa ingrederentur obiectum primarium intellectuōnis, sic non esset; cum Attributa virtualiter ab intellectuōne distinguantur: ergo.

47
4. & postremū argum.
Respondetur admissa sententia primò, iuxta superius dicta *num. 25.* & secundo disting. mai. nihil per modum prædicati transcendentis, & ut in eo inclusi, nego mai. per modum prædicati proprii, & prout à reliquis distinguitur, concedo mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia. Nam etiam in illa sententia proprii ad Divinam intellectuōnem intelligerentur prædicata transcendentia; ac proinde ratio entis immaterialis, & actus puri. In ratione autem actus puri omnia prædicata Divina includuntur; ac proinde prout sic inclusa ad Divinam intellectuōnem præsupponerentur. Ad confirm. dicatur, quod in illa sententia non oportet, quod intellectuō, & res adæquatè primario intellectu sit omnino idem, sed sufficit quod intellectuō sit omnino idem cum re primario, inadæquatè tamen intellecta, scilicet, ipsa natura, quam formaliter intellectuōne constituit.

Et hæc de hoc Dub. applic.

littera M. in 1. dist. 35.

§. 4. & dist. 45.

§. 2.

Confirm.

48
Postremū argum. dilutio.

Diluitur confirm.

DUBIUM SECUNDUM.

UTRUM DEUS COGNOSCAT CREATURAS
possibiles secundum esse proprium, & differentiale earum
in se tanquam in causa?

S. I.

PRÆAMBULA SUPPOSITIO AD QUÆST.

N. I SUPPONENDUM in primis est
Unicum
Suppositū
ad Dub.
intellectū
S Deum cognoscere creaturas
omnes præsentis, præteri-
tas, futuras, & possibiles
secundum esse formale, quod in se
ipsis habent, etiam secundum ul-
timam cuiusque differentiam, qua
sive à Deo, sive ab alijs creaturis
differunt. Quæ suppositio admitti-
tur ab omnibus Theologis contra
Aureolum, qui teste Capreolo in
1. dist. 35. quest. 2. sensit, quod Deus
non cognoscit creaturas, secundum
proptium esse formale, quod ha-
bent in se ipsis, sed secundum esse
eminentiale quod habent in Deo;
qua ratione ab eo non distingun-
tur: & ita dum Deus se ipsum
cognoscit, & in se ipso dicitur cog-
noscere creaturas, non sunt ibi duo
cognita, quæ Dei cognitionem ter-
minent, sed unicūm, nempe, Deus
in quo non verè, & formaliter, sed
æquivalenter, & denominativè
creaturæ dicuntur cognosci: sicut
qui intuetur imaginem in speculo,
solum formaliter videt imaginem,
& rem repræsentatam denomina-
tivè. Est etiam contra Commentat.
qui teste D. Thoma etiam in 1.
dist. 35. quest. 1. artic. 3. dixit, quod
Deus non cognoscit alia à se, nisi
in communi, ip quantum sunt en-
tia, & effectus Dei: sicut si ignis
cognosceret se ipsum in quantum
est causa caloris, cognosceret om-
nia calida, in quantum sunt cali-
da; non autem secundum rationes
particulares, qua unum calidum
ab alio differt.

Commentator.

2 Suppositio autem præiacta ira-
Quam cer-
ta sit facta
suppositio
ex Sacris
Litteris.
certa est apud reliquos Theologos;
quod non dubitent oppositas sen-
tentias gravi censura notare; alijs
asserentibus esse hæreticas; alijs

esse evidentè erroneas, & ad mi-
nus ingentis temeritatis: & meritò
quidem ut ex probationibus const-
tabit. Prima ergo desumitur ex
Script. ex illo Gen. 1. *Vidit Deus
cuncta quæ fecerat, & erant valde
bona; & ex illo Ecclesiast. 16. Ecce
Cælum, & Cæli Cælorum, & Aby-
sus, & universa Terra, & quæ in
eis sunt in conspectu eius.* Et ex illo
Job 2. *Fines mundi intuetur, &
omnia, quæ sub Cælo sunt, respicit.*
Et ne quis dicat, omnia ista de
præsentibus; non autem de possi-
bilibus debere intelligi; præter-
quamquod eadem est omnium ra-
tio, constat hoc idem ad possibi-
lia ex illo ad Hebr. 4. *Non est ulla
creatura invisibilis in conspectu eius,
omnia autem nuda, & aperta sunt
oculis eius, & adhuc clarius ex illo
ad Rom. 4. Vocat ea quæ non sunt,
tanquam ea quæ sunt; sed quæ non
sunt respectu Dei, sunt purè pos-
sibilia: ergo si ea vocat, & no-
mina imponit, ea cognoscit.*

Secundò rationibus naturali-
bus constat; quarum prima, & fa-
ctis efficax desumitur à posteriori.
Nam nulla gens adeo barbara ex-
stitit, quæ Deos suos non omnia
noscere iudicaret; in cuius indi-
cium eos exorabant, ut ab eis in
bonis prosperarentur, & liberarentur
à periculis, quæ quomodolibet
eis accidere possent: sentiebant
ergo Deos suos omnia illa sigilla-
tim, & in particulari noscere, &
alte prævidere. Quæ veritas nisi
manifestissima esset non adeo apud
homines invaluisset. Secundo. Quia
cum Deus se ipsum comprehen-
dit, cognoscit se habere virtutem
ad producendam quancumque
creaturam ex possibilibus sigilla-
tim,

Effugium
ex eadem
Script.
concluditur.

3 Ratione
item os-
tenditur
i. veritas
supposit.

Secundo.

sim, & in particulari; sed non potest hanc virtutem comprehensive cognoscere, quin cognoscat quamlibet creaturam possibilem sigillatim, & in particulari: ergo.

Tertiò. Tertiò. Quia ex omnibus creaturis possibilibus potest Deus pro sua voluntate communicare existentiam his, præ alijs, & defacto ex illis omnibus liberè, & voluntariè ordinavit ad esse eas, quæ ad istum mundum spectant, & non alias; sed hoc omnino esset impossibile, nisi omnes in particulari, & prout differunt cognoscat: ergo.

Quartò. Quartò. Quia cognitio simpliciter infinita in genere cognitionis ad omnia cognoscibilia se extendit; sed cognitio Dei est in genere cognitionis simpliciter infinita, & possibilea cognoscibilia sunt, cum defacto à nobis cognoscantur: ergo.

SOLVUNTUR ARGUMENTA
contra præcedentem suppositionem.

4 **Q**UAMVIS suppositio præcedens ita certa sit, obstant tamen contra illam aliquæ difficultates, quas oportet dissolvere. Obijcies ergo 1. S. Hieron. super illud Habac. 1. *Mundi sunt oculi tui ne videant malum*, ubi hæc habet verba: *Absurdum est ad hoc Dei deducere maiestatem, ut sciat per singula momenta quot nascantur pullices, quotque moriantur.* & paucis interiectis ait: *Ex quo libet ille apocriphus stultitia damnandus est, in quo scriptum est, quendam Angelum nomine Tyri præesse reptilibus: quibus in verbis videtur D. Maximum negare Deo minimarum rerum cognitionem. Cui favere videtur S. Aug. lib. 83. Quest. quæst. 46. ubi loquens de Deo hæc habet: Non enim extra se quidquam possum intuebatur, ut secundum id constitueret, quod constituerat: nam hoc opinari sacrilegium est.*

Contra **R. Vazquez** (de cuius iudicio in

hac parte videantur ad præsens exponitur Em. de Lugo, Alphonfus Michael, D. Maximus. & Illustris Godoy *Disp. 26. num. 18.*) nullam admittens expositionem, sive à M. Sentent. traditam, sive à quocumque alio contendit, & ex proposito propugnat D. Maximum in ea fuisse sententia, ut Deo denegaret minimarum rerum cognitionem. Sed ipso relicto, & labore eius minime laudato; responderetur solutione communi, quam M. Sentent. tradidit: scilicet S. D. verbis adductis, solum voluisse denegare Deo scientiam sumptam pro speciali providentia de rebus minimis, & talem qualem Deus de hominibus habet. Quæ interpretatio similis est illi, quæ adhibetur verbis Apost. 1. *ad Corinth. 9. Numquid Deo cura est de bobus?* quibus in verbis, quamvis quo ad speciem, videatur negare providentiam de irrationalibus, non illam negat, sed illam specialem, quam de hominibus habet: & in hoc sensu exponitur à D. Thoma infra *quæst. 22. artic. 2. ad 3.* Deinde favet id quod S. D. ibi insert: scilicet non esse Angelum aliquem destinatum, qui reptilibus præsit: destinatio enim non scientiam, sed specialem providentiam indicat. Tandem favet quod D. Maximus rerum minimarum notitiam Deo manifestè attribuit alijs in locis, præcipuè super Matth. *cap. 10.* Verba autem S. Aug. faciliorem admittunt expositionem: vel dicendo, quod solum intendit, quod Deus nihil extra se, sed omnia intra se intueretur. Vel melius, nihil extra se intuesi per modum ideæ, aut exemplaris, ut secundum id, constituat, quod constituebat.

Secundò obijcies. Cognitio realiter distincta ab aliquo obiecto, ab eo realiter perficitur; sed cognitio Dei non potest ab aliquo à se realiter distincto perfici: ergo. Probatur mai. Tum quia illud respicit ut sui specificativum. Tum quia si sit obiectum quod necessario debet cognoscere, sine illo non

Exponitur P. Augusti.

5
2. Obiect.

Dirigitur. potest existere: ergo in sui existentia ab eo dependet. Respondetur mai. solum esse veram de obiecto primario; ab hoc enim unice actus, vel potentia specificatur, & ab eo perficitur: creature autem sunt obiectam secundarium respectu Dei. Nec ex eo quod non possit cognitio Divina sine illarum cognitione existere, sequitur quod ab eis dependeat: nam hoc magis provenit ex earum dependentia ab obiecto primario, quod sine illis non potest comprehendi.

6
3. Obiect. Arg. tertio. Creaturæ possibilis actu non sunt: ergo actu non sunt cognoscibiles. Patet consequentia: quia cognoscibilitas sequitur entitatem: antecedens autem constat ex eo, quod nihil creatum actu est, antequam producat a Deo. **Confirm.** Ante productionem creaturæ nihil est nisi eius possibilitas: ergo nihil potest cognosci, nisi possibilitas illius; sed possibilitas creaturæ non distinguitur ab ipsa Dei omnipotentia: ergo ante productionem creaturarum sola Dei omnipotentia potest cognosci.

Solutio
3. obiect. Ad arg. omisis alijs solutionibus, concesso antecedenti, disting. est consequens: non sunt actu cognoscibiles, *ut actu existentes*, concesso consequentiam, *ut existentes possibiliter*, nego consequentiam. Ad probationem in contrarium disting. est antecedens cognoscibilitas sequitur ad entitatem, *sive actu, sive possibiliter existentem*, concesso antecedens: *actu existentem*, nego antecedens: cognoscibilitas ergo rei consistit in aptitudine, ut possit extrinsecè cognitionem terminare: hanc autem aptitudinem non minus habet res existens, quam possibilis; non enim minus de re possibili affirmatur, *quod non est, & potest esse*; quam de re existenti, *quod est*.

7
instab. 1. Sed dices: ita sequitur cognoscibilitas ad entitatem, quod identificatur cum illa: ens enim, & verum identificantur; & verum idem est, quod cognoscibile; sed

ex his, quæ identificantur, implicat unum dari actu, & aliud in potentia: ergo si entitas est tantum in potentia, etiam intelligibilitas. Secundo. Quia cognitione vera unaquæque res cognoscitur eo modo, quo est: ergo quæ non est actu, sed potest esse, non cognoscitur actu, sed poterit cognosci.

Ad primam concessa mai. & min. dist. est consequens, intelligibilitas intrinseca, concesso consequentiam: extrinseca, nego consequentiam, & prima intelligibilitas est quæ identificatur cum entitate, quæ proinde non potest dari, nisi detur entitas: secunda autem identificatur cum cognitione, quæ extrinsecè denominat obiectum intellectum, aut intelligibile, ad quam denominationem, propter sui immaterialitatem, non requirit intelligibilitatis intrinseca existentiam. Ad secundam dist. est antecedens: modo se tenente ex parte obiecti cogniti, concesso antecedens: ex parte cognitionis, nego antecedens: non enim oportet, quod obiectum verè cognitum eundem habeat modum, quem habet cognitio subiective: materialia enim, per cognitionem immaterialem cognoscimus: requiritur ergo quod id, quod cognitio obiective attribuit obiecto, in ipso obiecto reperiat: dum autem per cognitionem existentem obiectum possibile verè cognoscitur, existentia se tenet subiective ex parte cognitionis, & obiecto tantum attribuitur possibilitas. Per quod constat ad confirmationem.

Tandem obijcies in favorem Commentatoris. Deus omnia cognoscit in se ipso, & tanquam in obiecto primario ut quod cognitum, & per se ipsum tanquam per speciem impressam representantem id, quod cognoscit: sed hoc ipso non potest cognoscere creaturas secundum esse differentiale earum; prout à Deo, & ad invicem differunt: ergo. Mai. supponitur, & constabit ex dicendis

Secundo.

1. Dissolvitur.

Dissolvitur 2.

Obiect. ult. pro Comen.

1. Min. p.
prob.

min. autem quo ad primam partem probatur. Quamvis Deus se ipsum, ut causam creaturarum comprehendat, non sequitur quod cognoscat creaturas in se ipso, tanquam in obiecto quod cognitio distincte, & in particulari, sed solum in communi: ergo. Antecedens probatur: tum quia Deus est causa illarum universalis, sed in universali, etiam comprehensive cognito, non possunt particularia clare, & distincte cognosci: ergo. Tum quia etiam si Angelus se ipsum comprehendat, non sequitur quod cognoscat omnes sui cogitationes posibles, nisi tantum in communi: alias infinita cognosceret: ergo.

Quaedam
Solutio
præsum-
patur.

Nec refert dicere hoc accideri, quia Angelus non est causa adæquata cognitionis, sed simul cum obiecto. Contra enim est: nam calidum est causa adæquata calefactionis; & tamen ex eius comprehensione non sequitur quod cognosceantur omnes eius calefactiones posibles in particulari, & distincte, sed solum in communi: ergo. Tandem quia omnes effectus solum possunt cognosci à Deo in se ipso secundum quod in Deo continentur; sed non continentur in Deo, prout adinvicem differunt; alias potentia productiva Dei non esset una, sed plures, sed continentur sub ratione communi *entis creati*, in qua omnino conveniunt: ergo.

9
2. p. min.
suadetur.

Secunda autem pars min. etiam probatur: nam non potest Deus creaturas in particulari, & prout ad invicem differunt, se ipso per modum speciei impressæ cognoscere, nisi illas formaliter representet, non solum prout conveniunt, sed etiam prout differunt; sed prout sic eas non potest representare: ergo. Mai. supponitur ex communi sententia Thomistarum asserentium quod species representat per formalem similitudinem cum obiecto representato. Min. autem probatur: Tum quia re-

pugnat una similitudo formalis plurimum, ut plurimum; quæ enim assimilantur uniterio assimilantur inter se: tum quia similitudo formalis in aliquo predicato fundatur in convenientia in illo predicato; sed predicata differentialia, quibus creaturæ adinvicem differunt, non inveniuntur formaliter in Deo, sicut *rationalitas, binnibilitas, corporeitas*; & his similia: cum enim non sint perfectiones simpliciter simplices, sed admixtæ imperfectionibus; non possunt formaliter reperiri. Tandem: quia dubium non est creaturam, ut talem habere prædicatum aliquod differentiale, per quod à Deo differat: ergo saltem ratione huius non potest inter ipsam, & Deum dari formalis similitudo.

Pro solutione huius arg. notandum est ex D. Thoma hic *artic. 6. Q. quest. 8. de Verit. artic. 4.* hoc adesse discrimen inter causam primam, & secundam. Quod licet causæ secundæ plures possint continere effectus; non tamen eos continent, secundum proprias ipsorum rationes, & secundum quod adinvicem differunt, sed hoc ab alijs causis præstari debet, sicut lux, v.g. licet plures contineat colores, non tamen eos continet prout adinvicem differunt, neque prout sic formaliter causat, sed prout conveniunt: non enim diversitas illorum formaliter causatur à luce, sed provenit ex diversa dispositione diaphani, quam lux in se non continet. Similiter, quamvis diversæ lineæ contineantur in centro; earum tamen diversitas, non à solo centro causatur, sed à diverso situ. Et idem est de diversitate numerica calefactionis, quæ non causatur à solo calido, sed etiam à subiecto, & ab alijs individuationis principijs, quæ in calido non continentur. Et universim sic in qualibet causa creata accidit: quia nulla se sola, & sine aliarum consortio, quas in se non præcontinet, effectus proprios producit.

IO
Doctrina
solutioni
prævia.

Siqd. do
drinæ co
solutio,
& in sine
solutio.

In Deo autem aliter res se habet: ipse enim solus quencumque effectum præcontinet, & si aliquando adhibet ad illius productionem aliarum causarum secundarum consortium, non est quia aliquid actualitatis, aut perfectionis ad illius præcontinentiam ei deficiat; cum & ipsas, quas adhibet causas, etiam in se præhabeat, sed consortium earum adhibet, ne earum virtutes, quas tribuit, sint vanæ, & otiosæ, aut quia effectus ab eis essentialiter dependet propter modum aliquem productionis, quem essentialiter includit sicut actus vitalis (in plurium sententia) à solo Deo nequit produci, quia essentialiter dicit procedere à subiecto, quod per ipsum se moveat: sed tunc etiam, tam actus vitalis, quam eius causa in Deo etiam perfectissimè continentur. Ex quo constat disparitas inter Deum, & reliquas causas creatas, quo ad cognitionem effectuum, in illis præcognitis: nam cum in causis creatis effectus non adæquaret, & secundum quod differunt, sed solum secundum quod conveniunt, contineantur, sic in illis, etiam comprehensivè cognitis, solum possunt cognosci secundum quod conveniunt; non autem prout adinvicem differunt. Deus autem qui omnes creaturas, etiam prout adinvicem distinguntur, causat, & causarum rationes differentiales, & proprias causas in se præcontinet, non potest comprehensivè cognosci, quin illæ in particulari, & prout adinvicem differunt, cognoscantur. Per quod constat solutio ad ea, quæ in probatione primæ partis minoris sunt adducta.

Y I
Aliquo-
rum solu-
tio prob.
2. p. min.

Difficilliora autem sunt, quæ in probatione secundæ partis adducuntur: nam contingentia requisita ut creatura in Deo, tanquam in specie impressa cognoscantur, non est solum virtualis, quæ sufficit, ut tanquam in causa efficiendi, & obiecto quod cognoscantur, sed est etiam continentia, & simi-

litudo formalis: hæc enim est propria speciei, sicut & ideæ, causæ exemplaris, & Verbi, quia prout sic in genere causæ formalis ad earum concurrere videtur cognitionem. Undè reiicienda est aliquorum solutio assistentium non esse necessariam formalem similitudinem inter speciem, & obiectum, sed sufficere virtualementem. Tum quia oppositum probabilius est, & ipsa experientia videtur compertum: experitur enim species impressas sensibiles in speculo, & in pupilla oculi esse formaliter obiecto similes, & non solum virtualiter. Tum quia saltem hoc negari non potest de specie expressa, seu Verbo, quod etiam intra nos esse simile formaliter obiecto cognito experimur. Et tandem idem arg. solvendum est in essentia Divina, quæ gerit munus ideæ, & causæ exemplaris respectu cuiuscumque creaturæ, etiam in particulari; quod tamen non posset, nisi ei in particulari, & etiam prout ab alijs differt, formaliter assimilaretur.

Quare, hac solutione omiſſa, advertendum est ex D. Thoma *quest. etiam 2. de Verit. artic. 2.* & alijs in locis: quod unaquæque res tantum habet de perfectione, quantum habet de esse, & tantum de imperfectione, aut de perfectionis defectu, quantum ei deficit de esse. Ex quo sequitur, quod una creatura differt ab altera, quia uni deficit esse, & perfectio alterius; & consequenter quod sicut cuilibet earum plus deficit de esse, quam habeat de esse; plus habeat imperfectionis, quam perfectionis. Deo autem, cum sit formaliter ipsa plenitudo essendi, & ipsum esse per essentiam, nihil potest deficere de esse, aut de perfectione: unde quicquid perfectionis, & actualitatis reperitur in creaturis, debet in eo non solum virtualiter, sed & formaliter reperiri. Quare non differt Deus à creaturis, quia ei aliquod esse de-

Displicet
ea solutio

12
Doctrina
pro vera
argum. so-
lut.

deficiat, quod in illis reperitur, sed quia ipse in se omnium earum esse, & multo perfectius contineat. Unde differentia inter Deum, & creaturas non est concipienda, sicut differentia inter partem, & partem, sed sicut differentia inter totum, & partem: sicut differentia numeri senarij à ternario, non est sicut ternarij à ternario, quæ in eo consistit, quod unam non contineat, quod alterum; sed sicut partis à toto id ipsum, & amplius quam pars, præcontineat. Ex quo ulterius infertur, sicut & D. Thomas hic infert, quod Dei essentia, non comparatur ad omnes rerum creaturarum essentias, sicut commune ad propria, ut unitas ad numeros, centrum ad lineas, animal ad hominem, & equum: sed sicut actus perfectus ad imperfectos, ut homo ad animal, numerus senarius ad omnes eo inferiores, & in ipso contentos. Ex quo tandem ad propositum infertur, quod sicut per speciem hominis potest cognosci animal, & rationale, etiam prout differunt, & quodlibet eorum, prout ab homine inadæquate differt, ita per speciem Dei, quæ est ipsa eius essentia, potest cognosci, & representari unaquæque creatura, prout ab alia, & etiam prout à Deo differt; quia omnes earum perfectiones in se formaliter continet.

13 Instantia contra doctrinam. Sed dices: si hoc ita est; inutilis erit distinctio à D. Anselmo tradita, & ab omnibus Theologis recepta perfectionis creatæ, in perfectionem simpliciter simplicem, & quæ nullam habet admixtam imperfectionem, & perfectionem secundum quid, quæ in suo formali conceptu imperfectionem includit: hæc enim distinctio eo præcipue excogitata est, ut priores perfectiones in Deo formaliter constituat, posteriores autem solum virtualiter: si ergo omnes perfectiones creaturarum formaliter in Deo ponimus, distinctio illa ad nihil defertur.

14 Respondetur negando: confes-

quentiam: nam potius ex hac doctrina optimè explicatur, qualiter distinctio illa accipienda, & intelligenda est: non enim sic intelligitur, qualiter ab aliquibus explicatur, existimantes perfectiones illas esse simpliciter simplices, quæ in rebus creatis ita depuratae sunt, quod nullam admisceant imperfectionem in propria specie, hoc enim ita impossibile est, sicut & quod contineant totam suæ lineæ perfectionem. Distinctio ergo illa accipienda est, non ex parte rerum creaturarum, prout sunt in se, quia prout sic nulla est, quæ imperfectionem, sicut & potentialitatem essentialiter ad mixtam non habeat, sed ex parte earum prout à nobis concipiuntur, ut ab imperfectionibus separatae, & prout sic significantur: nam priora nomina, dicuntur significare perfectiones simpliciter simplices, & posteriora, (scilicet, quæ significant res prout sunt in se) significant perfectiones secundum quid: unde & priora nomina de Deo absolute, & formaliter dicimus, non autem posteriora, nisi addita particula *virtualiter*, aut *eminenter*.

Quod explicatur exemplo hoc: *Scientia* de Deo absolute dicimus, & prædicamus; non autem hoc complexum *habitus certus per demonstrationem acquisitus*; & tamen idem est formaliter scientia nostra, ac habitus, &c. sed quia diverso modo per unum significatur, & concipitur, ac per aliud; nam per hoc nomen *Scientia* significatur sine aliqua imperfectione habitus, facilitatis, aut productionis: per secundum autem cum his omnibus significatur; ideo secundum primum de Deo absolute, & formaliter dicitur; secundum autem solum virtualiter. Quare si omnes perfectiones, quæ in rebus creatis reperiuntur, prout sunt in se significantur, omnes erunt perfectiones secundum quid, aliquid potentialitatis admixcentes; si autem significantur, ut ab imperfectionibus præcisæ, dicentur

Dirutis
inf.

Elucidatur solutio-
tionis doctrina.

simpliciter simplices, & in Deo formaliter reperta.

15

Ex quibus facilis est solutio ad totum argumentum. Unde in forma concessa mai. neg. est min. quo ad utramque partem. Et ad primam probationem primæ partis dist. est mai. est causa universalis, *quæ ab alio extra se determinetur, neg. mai. quæ determinat usque ad ultimam differentiam effectus*, concedo mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia: nam licet causæ, quæ ex aliarum determinatione producant particulares, & determinatos effectus, sicut sunt omnes causæ universales secundæ, non sint medium sufficiens, ut in eis cognitis, etiam comprehensivè, cognoscantur effectus in particulari, sed solum in communi; secus tamen dicendum est de causa universali primæ, & quæ per se ipsam usque ad ultimam differentiam effectus pertingit, & determinat. Ad secundam constat ex dictis disparitas. Ad tertiam concessa mai. neg. est min. nam omnes differentie creaturarum, quibus adinvicem differunt, etiam continentur in Dei omnipotentia, neque ideo eius unitas solvitur; adhuc enim est ratio formalis *sub qua illis omnibus una, ratione cuius continentur, & est ratio participationis à primo ente*.

16

Quo ad
1. diluitur
1.

Ad probationem autem secundæ partis mai. concessa mai. neg. est min. ad huius primam probationem dist. est antecedens: idem non potest esse similitudo plurium, ut plurium *si sit similitudo illis adequata*, concedo antecedens; *superexcedens*, nego antecedens, & consequentiam. Id enim quod in actualitate est superexcedens, potest continere in unitate differentias, quibus adinvicem inferiora distinguuntur: sicut totum, continet partes, & sicut anima rationalis, rationem vegetativæ, & sensitivæ, quibus animæ adinvicem differunt inferiores: unde & quod sic superexcedit potest si est intellectui proportionatum, deservi-

re per modum speciei, & formalis similitudinis ad inferiora cognoscenda. Ad secundam concessa mai. dist. min., *secundum id quod dicunt de defectu, & imperfectione*, concedo min. *secundum id quod dicunt de actualitate, & perfectione*, neg. min. & consequentiam. Et ideo dicimus non reperiri rationalitatem, & hincibilitatem in Deo, quia his vocibus exprimuntur perfectiones istæ, ut imperfectionibus admixtæ.

Diluitur

2.

Sed dices: ergo prædicata differentialia creaturarum non reperiuntur formaliter in Deo, secundum quod admiscant imperfectiones: ergo nec prout sic in eius essentia formaliter representantur: ergo nec prout sic in Deo cognoscuntur: cumque prout sic, & non aliter creaturas in suo esse differentiali constituent; Deus eas secundum esse differentiale, nec representat, nec cognoscit.

17
Replica
quæd.

Respondetur, sicut supra diximus; quod cum id, quod differentie dicunt de imperfectione, dicant de defectu, & nihil defectus formaliter reperiatur in Deo, qui est tota plenitudo essendi; restat quod Divina essentia non est formalis similitudo defectuum, & imperfectionum creaturarum, sicut nec etiam est idea malorum. Ex hoc autem non sequitur, quod à Deo non cognoscantur; nam sicut mala, & privationes cognoscuntur per similitudinem bonorum, & per formas positivas, ita imperfectiones, & defectus per similitudinem perfectionis cognoscuntur, cuius plenitudinem, ut soli Deo convenientem, representat Divina essentia; & ut multiplicatam, & in creaturis participatam, ex vi cuius representationis cognoscit Deus differentiales perfectiones creaturarum esse imperfectionibus admixtas, & cum aliquo defectu essendi: sicut anima rationalis, quamvis sit forma spiritualis, habet formalem convenientiam cum animabus plantarum, & brutorum,

Evellitur
réplic.

que

quæ corporales sunt, quæ si possent, per modum speciei nostro intellectui uniri; etiam animæ brutorum, & plantarum, etiam prout adinvicem differunt, per illam possent cognosci, etiam prout ab illa distinguuntur, quia repræsentaret se ipsam ut omnes illas præcontinens perfectiones, & quamlibet earum, ut eam non adæquans: sic pariter in Divina essentia.

18
Diluit ult.
tim. prob.
min.

Ad ultimum iam etiam constat, differentiam creaturæ à Deo non stare in eo quod aliqua perfectio reperitur in creatura, quæ non sit formaliter in Deo, sed in eo, quod in Deo sit illa, & alia infinitæ, quæ in creaturis non reperiuntur, quod & explicatum est per differentiam totius à parte: undè ex parte creaturæ conceptus differentialis consistit in defectu aliarum perfectionum, quæ in Deo reperiuntur, & iste defectus, ut explicavimus, indirectè per Divinam essentiam repræsentatur.

19

Hac suppositione facta, difficultas stat de medio, in quo Deus cognoscit creaturas? Non per modum speciei impressæ, vel Verbi; nam hoc supponimus esse suam essentiam, ut ex modo dictis constat, sed per modum obiecti cogniti manifestativi creaturarum? An, scilicet, ad hoc sit medium aptum sua omnipotentia per modum causæ earum? Circa quod sit.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO statuitur.

20
DD. opi-
namenta
in hac p.

SI adstruitur omnipotentia Divina inconnexa cum possibilibus, non est medium aptum, ut in ea, etiam comprehensive cognita, cognoscantur possibilis. Conclusio est contra P. Ripalda, Albiz, & alios paucos ex Recentioribus, qui con-

cedentes cum Patre Vazquez in connexionem omnipotentia cum possibilibus; circa illam tamen adhuc sustinent, quod in omnipotentia cognita Deus cognoscit possibilis. Conclusio tamen est Prob. 65. communis Thomistarum, & frequentior etiam apud extraneos, & probatur. Medium ex se indifferens ad possibilitatem, & impossibilitatem creaturarum non est aptum, ut in illo cognito potius possibilitas, quam impossibilitas cognoscantur; sed si omnipotentia est inconnexa cum possibilibus, est ex se indifferens ad possibilitatem, & impossibilitatem earum: ergo non est medium aptum, ut possibilitas potius quam impossibilitas cognoscatur. Consequentia est evidens, minor eorum sententia, & maior probatur. Primo exemplis: nam quia essentia Divina, ut præcedit decreta libera, est omnino indifferens ad fore, vel non fore creaturarum; in illa ut sic, etiam si comprehensive cognoscatur, non potest potius cognosci fore, quam non fore illarum; quod & tradit D. Th. in 1. dist. 35. quest. 1. artic. 3. & est communis Theologorum sententia. Pariter, quia voluntas creata ex se est indifferens ad consensum, vel dissensum, in illa, etiam ut sic comprehensa non potest potius consensus, quam dissensus cognosci, ut contra Molinam tenent alij Theologi.

Secundò. Quia ex medio indifferenti, in quantum tali non potest unum extremum suæ indifferentia; potius, quam alterum inferri: nam cum possit, quantum est de se, cum quolibet eorum existere, si unum potius quam alterum inferretur, posset dari antecedens verum, & consequens falsum: ergo neque in illo potest unum potius, quam aliud cognosci. Patet consequentia. Tum quia non minorem connexionem requirit medium cum extremo in illo cog-

2. Prob. 13
mai.

to, quam cum extremo ex eo cognito. Tum quia extremum, quod in alio cognoscitur, potest ex illo cognosci, & ex eo per bonam consequentiam deduci: ergo. Tertio, & est ratio à priori. Nam ut in aliquo ex vi cognitionis ipsius aliud determinate cognoscatur, necesse est, quod illud, in quo cognoscitur, exhibeat intellectui aliquod motivum ad aliud determinate cognoscendum: alias cognitio utriusque esset mere concomitans, & materialiter connexa; sed si medium est ex se omnino indifferens, ex se non habet aliquid, quo moveat intellectum, ut unam suam indifferentiam extremum, potius, quam aliud cognoscat: ergo.

21
Respon-
sio ad rat.

Dices: rationem istam evidentem convincere, si omnipotentia Divina supponatur cum possibilibus inconnexa, tam absolute, quam conditionate: secus tamen, si quamvis sit absolute inconnexa; connectatur tamen conditionate, sub conditione, scilicet, non repugnantia ipsorum: nam tunc hac verificata conditione, est medium determinatum, & obiective ducens in possibilem potius, quam in impossibilem cognitionem.

Rejicitur

Sed contra primo, nequit Deus cognoscere possibilitatem creaturarum in medio indifferenti absolute ad earum possibilitatem, & impossibilitatem, etsi conditionate connexo, nisi præcognoscat purificatam esse conditionem sub qua determinate cum possibilibus connectitur; si namque conditio non purificatur, & purificata non cognoscitur, manet medium omnino indifferens ad utrumque extremum, cum solum sub conditione illa sit determinatum; sed conditio, sub qua ponitur omnipotentia connexa cum possibilibus, est eorum possibilitas, & non repugnantia: ergo nequit Deus cognoscere in sua omnipotentia possibilia, & non repugnantia, nisi supposita

cognitione possibilitatis, & non repugnantia eorum; quod est videlicet. Secundò. Decretum subiective absolutum, & obiective conditionatum non est medium aptum, ad cognoscendum determinate absolute futurum; quia cum eo absolute non connectitur, sed solum sub conditione, quam ex se non infert: ergo si Divina omnipotentia non est absolute connexa cum possibilitate creaturarum, sed solum sub conditione non repugnantia, & possibilitatis earum; si tamen hanc conditionem ex se non infert, non potest esse medium aptum ad illam determinate cognoscendam. Tertio. Supponamus utique hodie omnes creaturas esse impossibiles, & hodie primo incepisse earum possibilitatem, Deo in se intrinsece immutato: ex qua suppositione, sic fit argumentum. Deus heri perfectissime comprehensus non erat medium aptum, ut in eo cognoscerentur creature: ergo neque hodie. Antecedens constat, & consequentia probatur: nihil hodie in Deo est, quod heri non fuisset, & creature, que præcisè de novo sunt, non sunt medium ad ipsarum cognitionem: loquimur enim de cognitione earum in Deo: ergo si heri non poterant cognosci in Deo, etiam comprehensive cognito, neque hodie. Confirmatur hoc: supposita possibilitate creaturarum, in hac sententia nullam rationem obiectivam intrinsecam haberet Deus, quam non haberet, & si creature impossibiles essent: ergo adhuc supposita possibilitate earum, nihil haberet obiective, quod determinaret ad cognoscendam potius earum possibilitatem, quam impossibilitatem.

22
Evasio
doctrinae
adductæ.

Dices: in casu purificationis conditionis, iam possibilia pertinerent ad omnipotentiam, tanquam terminus, & obiectum illius; non autem si non purificaretur: ac proinde ea purificata, non posset haberi cognitio comprehensiva illius,

Secundò.

Tertio.

Confirm.

Excludi-
tur 1.

illius, quia & possibilia cognoscantur; secus autem si non purificaretur. Sed contra primò. Quia omnino intelligibile est, quod ex suppositione possibilitatis rerum, per quam nihil intrinsecum advenit omnipotentiae, contineantur in ea, & sint illius obiectum ea, quae ante illam suppositionem, neque erant obiectum, neque in illa continebantur: continentia enim effectus in causa, non est pura denominatio extrinseca, sed aliquid intrinsecum, sicut & virtus, ratione cuius continere dicitur: ergo cum, ut ipsi fatentur, suppositio possibilitatis, nihil intrinsecum adderet omnipotentiae, sed esset illi omnino extrinseca; non posset facere, quod illae creaturae, quae redderentur possibiles, sub illa continerentur, & quod tanquam obiectum illius proprium ab illa respicerentur.

Exclud. 2.

Contra secundò. Quia dato quod ab ea respicerentur ut terminus, & obiectum; essent tamen obiectum omnino accidentaliter adveniens, & contingentè, ut ipsi fatentur; ac ex natura sua aequè benè subsisteret omnipotentia cum illo, & sine illo; sed si sic essent obiectum illius, adhuc ex cognitione comprehensiva omnipotentiae, non sequeretur eorum cognitio: ergo. Probatur hæc min. Quia cognitio comprehensiva non terminatur ad ea, quae accidentaliter, & contingentè obiecto comprehenso adveniunt: nam sicut illud perfectissime salvatur in suo esse, & natura sine illis, ita in sui cognitione: undè quamvis homo sit frigidus, aut calidus, perfectissime comprehendi potest, nullo ex his accidentibus cognito; sicut sine illis perfectissime potest subsistere.

23
Resp. Ripaldæ ad
rat. concl.

Aliter principali rationi respondentur ex Ripaldæ: Deum, scilicet, esse indifferentem ad possibilitatem, & impossibilitatem creaturarum: semel tamen data earum possibilitate, iam in Deo aliquam denominationem intrinsecam po-

tentis absolute producere creaturas poni, in qua, & non in se ipso, ut illam antevertit, potest eam possibilitatem cognoscere. Quae solutio communior est apud illos.

Sed contra illam est: quia hæc denominatio *potentis absolute producere creaturas*, vel est aliqua denominatio solum rationis; vel realis? Non primum: tum quia alias Deus non diceretur verè realiter, & physice potens producere creaturas, sicut nec dicitur verè, realiter, & physice relatus ad illas: tum quia neque ab æterno sic formaliter potens diceretur: ab æterno enim non datur respectus ille rationis, sicut nec intellectus creatus, qui solus potest illum confingere. Tum quia si ratione illius denominationis Deus cognosceret creaturas, cum ratione illius non possit in esse causæ illarum constitui, non cognosceret illas in se ipso tanquam in causa, quod salvare intendis hæc sententia. Tandem quia respectus ille non posset non resultare ex comparatione omnipotentiae ad creaturas; non ut impossibiles, neque ut præscindentes à possibilitate, & impossibilitate: ergo ut positivè possibiles; iam ergo ad illum respectum supponebatur omnipotentia, ut determinatè respiciens possibilia; ac proinde, ut medium aptum ad illa cognoscenda pro priori ad illum.

24
Impugn.
resp.

Si autem dicatur denominationem illam *realem esse*, sicut dicere videntur, & tenentur; sic argumentor: nam vel illa denominatio infertur à priori ex possibilitate creaturarum, vel illarum possibilitatem à priori infert, vel omnino concomitanter, & disparatè se habet ad illam? Si primum, quod insinuare videntur, sequitur primò, quod aliqua denominatio Deo intrinseca ex suo formali conceptu maximam dicens perfectionem, qualis esset prædicta denominatio, Deo adveniat à priori, & tanquam ex causa à creaturis; quod

Continus
dur is-
pugn.

quod est absurdum. Deinde sequitur, quod non in illa denominatione cognoscat creaturas, sed quod in ipsis creaturis cognoscat illam denominationem: nam Deus potius cognoscit effectus in causis, quia hæc est cognitio à priori, & perfecta, quam causas in effectibus, quæ est cognitio imperfecta, & à posteriori. Et dato quod sic cognoscere possit; saltem sequeretur, quod dum creaturas possibili-les in ea denominatione cognosceret, eas non cognosceret tanquam effectus in causa, sed tanquam causam in effectu. Ex quo ulterius sequitur, quod prius cognosceret earum possibilitatem, quam suæ omnipotentiae denominationem illam absolutam: quia sicut res se habent ad esse, ita ad cognosci, saltem respectu illius intellectus, qui ea, prout sunt in se cognoscit.

Ad idem.

Si autem dicatur secundum: ergo denominatio illa est causa à priori inferens possibilitatem creaturarum: ergo non spectat, ut resultet, earum possibilitatem, sed potius creaturarum possibilitas spectat, ut resultet, denominationem illam; quod est contra illorum intentum. Ex quo ulterius inferitur absque fundamento poni denominationem illam superadditam prædicatis Dei: sed hoc de Deo ipso potiori ratione dici posset, quod, nimirum, ex se infert à priori creaturarum possibilitatem, & quod ex hac vi illativa absolute denominatur potens illas producere, & est medium aptum ad illarum cognitionem in se tanquam in causa, & ratione à priori. Quod confirmari potest: nam denominationem illam esse cum Deo identificatam, ac proinde tantæ necessitatis, quanta Deus ipse, non impedit ut cum possibilitate creaturarum, quæ minoris est necessitatis, connectatur tanquam causa à priori illam inferens: ergo neque hoc idem impedit in Deo.

Ad idem
renditur.

Si autem dicatur tertium: sequitur quod neque illa denomina-

to sit ratio, & medium cognoscendi possibilitatem creaturarum, neque è converso: nam quando duo extrema pure concomitantur, & impertinenter se habent; sicut unum in suo esse, non connectitur cum alio, sed solum peraccidens simul existunt, ita unum non ducit ex se in alterius cognitionem: sicut quamvis Angelus, & lapis simul à Deo producantur, neque Angelus est medium aptum, ut cognoscatur lapis, nec è converso. Quod si simul cognoscuntur; vel erit peraccidens; vel ratione alicuius tertij, in quo ordinem, atque connexionem dicant.

Tandem impugnari potest eadem solutio: non oportet quod Deus cognoscat ex vi comprehensionis sui aliquam denominationem, quam non oportet cognoscere, ut se ipsum comprehendat: sed non oportet Deum cognoscere denominationem absolute potentis, ut se ipsum comprehendat, si denominato hæc, ut ab ipsis ponitur, contingenter Deo advenit: ergo. Min. probatur. Quia prædicata accidentalisa, & contingenter advenientia; sicut non variant essentiam rei, per hoc quod deficient, ita neque per hoc quod adveniant: ergo neque variant eius cognoscibilitatem. Quod de hac solutione in præsentia sufficit, quia de illa redibit sermo.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

CONTRA hanc conclusionem 26
obijcies primo. Ex vi unius
extremi cum altero incon- 1. Obiect.
nexus possumus in alterius cognitionem devenire: ergo quamvis omnipotentia Divina non sit cum possibilibus connexa, ex vi cognitionis illius, potest Deus in possibilem cognitionem devenire. Patet consequentia, & antecedens probatur. Qui cognosceret cognitionem, qua ego cognosco Petrum,

posset ex vi illius Petrum ipsum cognoscere; & tamen cognitio, qua ego cognosco Petrum, est cum illo in connexa; potest enim permanere existente, vel non existente Petro: immo etsi reddatur impossibilis, ut modo cum communiori sententia Thomistarum supponimus: ergo. Confirm. species Angelica inconnexa cum existentia Petri, ea supposita, illam repræsentat, & est medium ad cognitionem illius: ergo quamvis omnipotentia Divina sit inconnexa cum possibilibus, supposita tamen eorum possibilitate, poterit ea continere, & ut contenta repræsentare.

Fulcitur
hoc.

Dirigitur
i. obiect.

Respondetur neg. antecedens: ad eius probationem disting. est mai. posset devenire in cognitione Petri, *ut existentis, vel non existentis, possibilis, vel impossibilis determinatè*, nego mai. *præcisè, ut cogniti*, concedo mai. & disting. est min. non est connexa cum Petro, *sub aliquo ex modis dictis, vel alio convenienti ei à parte rei*, concedo min. *sub ratione cogniti*, nego min. & consequentiam: cognitio ergo Petri sicut ex se non connectitur cum aliquo prædicato illius phisicè illi convenienti, sed potest phisicè esse, vel non esse, se dare, vel ambulare, Petri cognitione invariata ita non est medium, ut ex vi illius cognoscatur aliquod ex his prædicatis Petro convenire. Sed tamen, quia connectitur cum Petro, ut cognito potius, quam cum æquo; ideo ex vi illius, possumus in Petrum, ut cognitum devenire, & non Equum.

27
Idem ro
burad.

Ad confirm. concessio antecedenti, neg. est consequentia. Primò. Quia est probabilis sententia quod species Angelicæ, intrinsicè variantur dum repræsentant existentiam, quam antea non repræsentabant, licet hæc variatio non sit substantialis, sed tantum modalis. At improbable est quod Deus ab aliquo, sive intra se, sive extra se intrinsicè adhuc modaliter

ter varietur. Secundò. Quia etiam Secundò: est probabile, quod dum species intelligibilis repræsentat Petrum existentem, nihil repræsentat, quod antea non repræsentabat, quia etiam antea per speciem illam non solum quidditas, sed & existentia Petri repræsentabatur. Undè quando dicitur repræsentare Petrum existentem, solum additur denominatio extrinseca desumpta ab existentia exercita Petri, & non aliquid intrinsicum ex parte repræsentationis; sicut eadem numero notitia, idem, eodemque modo cognoscendo, potest transire de abstractiva in intuitivam per extrinsecam variationem obiecti de absentem in præsens; quod de omni notitia intellectiva defendit Caiet. Caietanus cuius sententiam de notitia Angelica veram existimo. At denominatio continentis per modum causæ, supra quam fundatur repræsentatio omnipotentis, neque est, nec potest esse extrinseca, sicut nec virtus contentiva, sed necessario debet esse intrinseca.

Tertiò redditur disparitas ex Aliud dif
crimen. eo quod non repugnat virtus subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata, si conditio cadat supra existentiam termini, vel supra aliquam conditionem ad existentiam requisitam: & ideo ignis hic existens potest comburere lignum, quod non existit; potest tamen existere, & quod existit Romæ; & visus potest percipere colorem, si color existat. Repugnat tamen virtus subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata, si conditio cadat supra possibilitatem obiecti: undè repugnat in Deo penitentia, qua doleret de peccatis, *si peccare posset*. Ex quo fit quod per speciem inconnexam cum existentia Petri, potest eius existentia, *si fit*, repræsentari, quia conditio illa: *si fit* solum cadit supra existentiam, & non supra possibilitatem, qua ratione specificat speciem: at non potest Deus habere potentiam subiectivè absolutam ad produ-

cen.

cendas creaturas, si fieri possibiles, quia illa conditio si cadit supra possibilitatem, qua ratione, sunt terminus formalis prædictæ potentia: undè nec illas potest ut sic re-præsentare.

28. Secundò obijcies. Licet unio

1. Obiect.

supponat entitatem materiae, & formæ, & solum supra illam addat intrinsecam denominationem, cognoscens materiam, & formam inter se unitas, cognoscit hominem, quem tamen non cognosceret, si solum cognosceret materiam, & formam: ergo licet posse absolute producere creaturas solum addat supra entitatem essentia Divinae intrinsecam denominationem, poterunt in hac cognosci creaturae; quæ tamen in essentia, præcisivè ab illa, non possunt cognosci.

Confirm.

1.

Confirm. 1. in decreto solû superaddente denominationem intrinsecam supra actum necessarium, potest cognosci futurum, quod cognosci non potest in actu necessario, pro priori ad talem denominationem: ergo & in denominatione absolute potentis, & si quo ad entitatem nihil addat supra omnipotentiam, possunt cognosci creaturae possibiles, quæ non possunt cognosci in omnipotentia.

Secundò.

Confirm. secundò, in decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato purificata conditione, potest cognosci, ut absolute futurum, quod tamen non cognoscitur conditione non purificata: ergo in omnipotentia solum conditionatè connexa cum possibilibus, purificata conditione, poterunt cognosci possibilia, quæ tamen cognosci non possunt, ea non purificata.

29

Solutio
2. Obiect.

Respondetur admittendo mai. (quæ tamen falsissima est) quia denominatio intrinseca potentis sine immutatione entitativa ex parte Dei de novo advenire non potest, ut ex dictis constat: & concessa min. neg. consequentiam. Nam denominatio uniti inter materiam, & formam, non consequitur ad hominem, sed potius cum per me-

dum causa, aut conditionis præcedit: quare, & quia cum illo connectitur, potest ex ea cognita homo cognosci. At denominatio absolute potentis, & si de novo posset Deo advenire, non tamen præcedit possibilitatem, sed ponitur ab eis, ut ad possibilitatem consequuta: Undè per prius debet supponi cognita rerum possibilitas, quam denominatio illa. Quod si etiam ex vi illius potest Deus iterum rerum possibilitatem cognoscere, hoc erit non tanquam effectus in causa, sed tanquam causa in effectu; quod non est ad propositum.

Ex quo constat ad primam Satis fit: confirmat: nam etiam decretum confirmat.

supponitur ad futuritionem rei, tanquam principium, & causa, cum futuritione connexum; undè ex vi illius potest Deus futuritionem cognoscere.

Satis fit 2

Ad secundam dicitur, quod non præcisè ex vi decreti subiectivè absoluti, & obiectivè conditionati, cognoscitur absolute futurum, sed etiam ex purificatione conditionis, ut præcognita. Undè solum sequitur, quod Deus ex vi omnipotentia, ut conditionatè connexa cum possibilibus, & ex vi cognitionis purificata conditionis, ipsa possibilia cognoscat: cumque purificatio conditionis sit rerum possibilitas, sequitur quod Deus hanc cognoscat ex præcognitione eius

simul cum omnipotentia; quod est ridiculum.



§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO
statuitur.

OMNIPOTENTIA DEI EST
*absolutè connexa cum possibilibus,
ac proinde medium aptum, ut in
ea cognita Deus possibilis
cognoscat.*

30
Animad-
vertuntur
aliqua
priusquàm
conclusio
probetur.

CONCLUSIO ista specialiter
proponitur contra P. Vaz-
quez, quem sequitur fidissi-
mus eius Discipulus Alarcon, Ar-
rubal, & aliqui alij eiusdem fami-
liar: nostram tamen conclusionem
defendunt omnes Thomistæ S. Bo-
naventura, Scotus, Suarez, & Mo-
lina, & magis frequenter alij Theo-
logi. Ante cuius probationem ad-
vertendum est primò, quod du-
plex possibilitas creaturarum so-
let distingui: alia illis omnino ex-
trinseca, quæ est omnipotentia; alia
intrinsicæ, quæ consistit in non re-
pugnantia prædicatorum essentia-
lium rei, quæ dicitur possibilis; &
utriusque meminit D. Thomas in-
fra *quest. 46. artic. 1. ad 1.* per hæc
verba: *Antequam mundum esset, pos-
sibile fuit mundum esse, non quidem
secundum potentiam passivam, qua
est materia, sed secundum poten-
tiam activam; en priorem possibi-
litatem, & etiam secundum quod di-
citur aliquid absolutè possibile, non
secundum aliquam potentiam, sed
ex sola habitudine terminorum, qui
sibi non repugnant, quod possibile,
apponitur impossibili, ut patet per
Philos. 5. Metaph.*

Cujus in-
dolis utra
que possi-
biliter.

Prima possibilitas, quæ à re pos-
sibili distinguitur, & cum omni-
potentia identificatur, defacto existit,
& defacto verificat propositiones,
quibus possibilitas, ut de presenti
existens de rebus possibilibus enun-
tiatur; & cum hac, omnipotentiam
connecti, connexionem identitatis,
non est dubium; secunda autem
cum ipsis rebus possibilibus iden-
tificatur: undè sicut res possibles,
nihil sunt actu, sed tantum possi-
biliter, & non repuganter, &

obiectivè, ita illa possibilitas nihil
est actu existens, sed solum non
repuganter, & obiectivè: & de
hac est difficultas, an sit, vel non
connexa cum omnipotentia? Quæ
connexio in eo stat, quod si crea-
turæ possibles redderentur impos-
sibiles, omnipotentia deficeret.

Hoc supposito, sic formari
potest ratio conclusionis. Causa es-
sentialiter connexa cum effectu est
medium aptum, ut in ea saltem
comprehensivè cognita, cognosca-
tur effectus; sed omnipotentia Di-
vina est essentialiter connexa cum
possibilibus, quorum est causa: er-
go cum comprehensivè cognosca-
tur à Divino intellectu, est res-
pectu illius medium aptum, ut in
ea cognoscat possibilis. Mai. con-
ceditur ab Advers. & videtur per
se nota: hac enim ratione in cau-
sis creatis ab Angelo cognoscuntur
effectus, & à nobis ex eis per dis-
cursum à priori deducuntur: undè
tota difficultas reducitur ad pro-
bationem min. quam negat Vaz-
quez, & cum eo consentientes.

Quæ sic probatur: primò au-
thoritate D. Thomæ, quem contra
se militare, non possunt dubitare
Adversarij. Nam cum sæpissimè
S. Doct. asserat Deum cognoscere
creaturas in se ipso tanquam in
perfectissima earum causa, ut vi-
dere est hic *artic. 9. & infra quest.
55. artic. 3. & quest. 58. artic. ulti-
mo, & quest. 8. de Verit. artic. 5.* &
hoc apud ipsos stare non possit
sine eo, quod per modum causæ
cum earum possibilitate connecta-
tur; consequenter asserendum est
hanc connexionem agnovisse, &
perpetuo asseruisse. Deinde illius
expressè meminit *quest. 2. de Verit.
artic. 3. ad 11.* his verbis: *Dicen-
dum, quod quamvis linea, si dimi-
nuatur punctus, nihil deperit de
linea quantitate; si tamen diminu-
tur à linea, quod non sit ad punctum
terminabilis peribit lineæ substantia;
similiter etiam est de Deo: non enim
aliquid Deo deperit, si eius crea-
tura ponatur non esse; deperit ta-
men perfectioui ipsius, si auferatur*

Ratio pro
conclusio-
ne.

1. Min.
prob. 1.
auth. D.
Thom.

ab eo potestas producendi creaturam. Ex quibus Verbis tale formatur arg. si auferatur à Deo potestas producendi creaturas aliquid deperit Deo; sed si creatura redderentur impossibiles, auferretur à Deo potestas illas producendis hanc enim potestatem modo habet, & tunc non haberet: ergo.

Anima-
veruntur
duo.

Cuius discursus efficacia ex dicendis constabit: sufficiat nunc pro mente D. Thomæ duo advertere. Primum, quod in hac auctoritate non loquitur de potentia conditionata; cum loquatur de potentia, quæ est medium, ut in ea cognoscat Deus creaturas, ut constat ex Verbis, quæ immediate subiungit; sed, ut ex iam dictis etiam constat, potentia conditionata inutilis est; ut in ea Deus cognoscat creaturas: ergo. Secundum, non loqui D. Thomam de ablatione potentie tantum quo ad denominationem: nam ex huius ablatione nihil de perfectione Dei periret; cuius oppositum intulit D. Thomas.

32
s. Euid.
min. prob

Secundo probatur eadem min. ratione. Si creaturæ redderentur impossibiles, Deus non posset producere creaturas; sed si non posset producere creaturas, non esset omnipotens: ergo eius omnipotentia cum creaturarum possibilitate connectitur. Consequentia est evidens, min. constat: quia Deus est, & dicitur omnipotens, quia omnia potest. Quod intelligendum venit de possibilibus; neque enim in ordine ad impossibilia, omnipotens, aut aliquo modo potens dici potest. Mai. autem probatur. Tum quia modo non potest Deus producere chimeram, quia chimera est impossibilis. Tum quia sicut implicat intelligi productio in actu, sine producto in actu, ita & potentia productiva sine producibili in potentia: nam sicut prioris terminus formalis est productum, ita posterioris est producibile. Tum quia repugnat producibile, cui non respondeat potentia productiva;

ergo & potentia productiva cui non respondeat producibile; ista enim adinvicem, sicut activum, & passivum sibi correspondent.

Prima huius arg. solutio est, 32
Advers. 1
solutio ad
rationem
factam.
quod si creaturæ redderentur impossibiles, adhuc Deus quantum est ex se, posset illas producere, & conservare omnem virtutem productivam earum, quamvis earum defectu ab eius virtute non essent producibiles; sicut modo est improducibilis hircocervus, vel chimera, non ex defectu virtutis Dei, sed ex illius defectu: igitur virtus Dei est subiective absoluta, & obiective conditionata ad producendas creaturas, si sint producibiles, & non repugnent. Hac est frequens Adversariorum solutio.

Sed contra illam, præter superius dicta, obstat primo. 34
Expelli-
tur 1.
Quia Deus ex se, & ab intrinseco est impotens producere impossibilia: ergo si possibilis redderentur impossibilia, Deus ex se, & ab intrinseco esset impotens illa producere; ac proinde aliquid Deo deficeret, quod Deo ex se, & ab intrinseco convenit. Consequentia est evidens, & antecedens; quamvis videatur per se notum, manifestatur: tum quia impossibilia sunt ex se, & ab intrinseco improducibilia ab aliqua causa: ergo quælibet causa est ex se, & ab intrinseco impotens illa producere; istæ enim denominationes, *vis productiva*, & *producibile*, tanquam activum, & passivum sibi correspondent: & idem est esse improducibile, ac à nemine posse produci: & hoc idem est, ac neminem habere vim ad illud producendum. Tum quia repugnat vis productiva ex se, & ab intrinseco, cui ex se, & ab intrinseco repugnat productio; sed Deo ex se, & ab intrinseco repugnat productio impossibilis; nam productio ex se, & ab intrinseco habet ad productum terminari, quod respectu impossibilis implicat; ergo.

Secundò.

Secundò obstat, quod repugnat potentia, aut virtus subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata sub conditione impossibili; præcipuè si cadat supra terminum formalem talis virtutis; sed possibile ut tale, est formalis terminus Divinæ omnipotentiae, præcipuè apud Adversarios, qui nullum existimant inconveniens Attributa Dei specificari ab aliquo extrinseco; apud Thomistas autem, si non est possibile, est Divina essentia, ut participabilis à creaturis, quod est idem ad intentum: ergo repugnat potentia subiectivè existens in Deo, terminata ad impossibile sub conditione quod reddatur possibile, quæ est conditio impossibilis: ergo potentia subiectivè in Deo existens debet esse determinata ad possibile, & cum eo connexa. Utraque consequentia est evidens, minime constat apud omnes, & mai. probatur: quia qualibet potentia, aut virtus per ordinem ad suum terminum formalem specificatur; aut saltè (ut plures ex eis existimant) ex eius termino formali, prout à quocumque alio differt, species & natura virtutis à posteriori dignoscitur: ergo cum illo, ut tali, connectitur.

Tertiò.

Tertiò. Deus ex se, & ab intrinseco aliter est potens producere possibile, & impossibile: ergo si possibile redderetur impossibile, non maneret æquè potens ex se, & ab intrinseco. Paret consequentia, & antecedens probatur: quia hæc propositio Catholica negari non potest: *Deus ex se, & ab intrinseco est potens producere possibile*; cum tamen hæc sine ullo errore possit affirmari: *Deus ex se, & ab intrinseco est impotens impotentis negativa producere chimeram*. Et quidem non videtur carere temeritate dicere Deum ex se, & ab intrinseco non in alio sensu esse potentem ad producendum hominem, vel Angelum, quam chimeram; quod consequenter ad suam solutionem affirmare tenetur.

Dices, quod ut in alio sensu una, & altera verificetur, sufficit quod Deus ex se, & ab intrinseco sit potens absolute producere hominem, quia homo est absolute possibilis; & ex se, & ab intrinseco non sit absolute potens producere chimeram, sed tantum conditionate subconditione, scilicet, quod esset possibilis. Sed contra primò: ergo iam Deus aliter ex se, & ab intrinseco est potens ad possibile, & aliter ad impossibile: ergo si possibile redderetur impossibile, Deus ex se, & ab intrinseco aliter esset potens ad illud, ac erat antea: ergo si possibile redderetur impossibile, Deus aliter quo ad intrinseca se haberet, quod est cum illo connecti. Secundò: ergo Deus ex se, & ab intrinseco est impotens ad impossibile sub ratione impossibilis, & solum est potens ad illud, sub ratione possibilis. Tum sic; sed omnino impossibile est, quod impossibile reddatur possibile: ergo Deus ex se, & ab intrinseco est omnino impotens ad impossibile.

35
Evastio
quædam;

Ocluditur 1.

Secundò

Quartò impugnatur eadem solutio. Quia si in Deo daretur potentia subiectivè absoluta, ad producendum impossibile, sub conditione quod esset possibile, daretur etiam potentia subiectivè absoluta, ad producendum alium Filium, & alium Spiritum Sanctum, subconditione quod essent possibles; immò ad producendum peccatum subconditione quod esset opus bonum, & honestum; sed hoc est absurdum: ergo. Sequela probatur: quia tali potentiae, neque obstat impossibilitas absoluta termini; cum non minus impossibile sit, quod impossibile reddatur possibile, quam quod sit alius Filius Dei possibilis, vel Spiritus Sanctus, vel quod peccatum sit opus bonum: immò ista aliqua ex impossibilibus sunt, quæ quia impossibilia, reddi non possunt possibilia. Neque obstaret aliqua imperfectio ex parte potentiae: quia

36
Expellitur 4. præcipua solutio.

hæc non inveniretur in potentia ad producendam alium Filium, & alium Spiritum Sanctum. Quod autem non inveniretur etiam in potentia ad producendum peccatum sub illa conditione, constat: quia conditione illa purificata peccatum non esset peccatum, sed opus bonum; ac proinde potentia ad illud producendum non esset ad peccandum, sed ad opus bonum faciendum: ergo ex nullo capite talis potentia repugnaret. Absurditas autem sequelæ, probatur: nam inde sequeretur, quod sicut ratione virtutis, quam habet subiective absolutam, & obiective conditionatam, dicitur Deus absolute potens producere creaturas (neque enim aliam concedunt hanc præstans denominationem) diceretur pariter absolute potens producere plures Filios, & plures Spiritus Sanctos, & peccare: vel saltem diceretur, quod quantum est ex se, & ab intrinseco est absolute potens peccare; potens producere plures Filios, & plures Spiritus Sanctos: sicut dicitur quod quantum ex se est, est intrinsece potens producere chimeram.

Quinto.

Impugnatur quinto. Nam si possibile redderetur impossibile; vel maneret in Deo contentiva intrinseca illius, vel non maneret? Si primum: ergo adhuc in illo impossibilitatis statu posset Deus illud producere: nam dum manet vis intrinseca contentiva effectus, nihil est quod spectet causa; ut possit effectum producere: in esse enim potentis per vim intrinsecam, & contentivam effectus adæquate constituitur. Si autem non manet: ergo deficit Deo aliquod prædicatum intrinsecum.

Dices secundo, & est amplior præcedentis solutionis explicatio, quod denominatio ista *potentis producere*, coalescit ex vi productiva, & possibilitate intrinseca terminandi: vel utroque ingrediente in recto, & constitutive, ut magis communiter iudicant; vel vi productiva tantum in recto ingre-

diente, & possibilitate termini, solum in obliquo, & de connotato: sicut & denominatio *libere volentis* in Deo coalescit ex ipsa entitate actus necessarij, & terminatione ad creaturas, vel ex ipsis creaturis; aut utroque in recto, ut aliqui volunt, aut actu necessario solum in recto, & creaturis in obliquo. Unde sequitur, quod sicut potest Deo deficere denominatio volentis, nihil actualitatis, aut perfectionis ei deficienti, per solum defectum creaturæ, ita pariter Deo deficeret denominatio absolute potentis, non per defectum alicuius virtutis, aut perfectionis Deo intrinsecæ, sed per defectum possibilitatis creaturarum. Sic idem Ripalda.

Sed contra primo ex dictis: quia etiam secundum hanc explicationem Deus ex se, & ab intrinseco, non aliter esset potens producere possibilia, quam impossibilia, licet ab extrinseco, & denominatione ab eis desumpta aliter esset potens; sed hoc iam supra est impugnatum: ergo. Secundo contra illam, quæ tenet denominationem istam in recto ex utroque constitui, quod magis communiter asserunt; sic instatur. Nam ex inde sequitur, Deum, saltem inadæquate, constitui potentem, per aliquid creatum, quod neque est, nec fuit, neque erit: nam constitueretur talis per possibilitatem intrinsecam creaturarum, quæ modo nihil est, & in pluribus nunquam fuit, neque erit; sed hoc est absurdum: ergo. Probatum min. Quia inde sequeretur, quod Deus de præsentibus, nec diceretur, neque esset absolute omnipotens: quod probatur. Nam implicat quod aliquid denominetur de præsentibus ab aliquo concreto, quin illud concretum de præsentibus adæquate existat; implicat autem illud concretum de præsentibus adæquate existere, quin forma illius adæquate constitutiva de præsentibus existat: ergo cum forma adæquate constitutiva huius concreti *omnipotens*, nunc

38
Repelli-
tur 1.

Secundo

37
z. Evasio,
que solat.
& eval.
præce.
amplior
explicatio.

non existat; non enim existit possibilitas intrinseca creaturarum, per quam inadæquatè constituitur, Deus de præsentì, neque esset, nec diceretur absolutè omnipotens.

Urgatur
ad hominē
ex Advet.

Quod ex eorum principijs urgeri potest: nam aliqui eorum eo probant omnipotentiam non connecti cum possibilitate intrinseca creaturarum, quia possibilitas nihil est existens; sed multo minus id, quod nihil est existens, potest constituere denominationem realem actu existentem, quam aliquam connexionem terminare: ergo si à possibilitate intrinseca creaturarum constituitur inadæquatè denominatio omnipotentis in Deo, dicendum est, hanc denominationem realiter de præsentì in Deo non dari, nec de eo de præsentì dici posse.

39
Repelli-
tur 3.

Tertiò contra illam, in quocumque sensu accipiatur, sic replicatur. Denominatio omnipotentis adæquatè sumpta est aliquid reale, necessario existens in Deo: ergo vel existens à se, vel ab alio? Si primum adæquatè identificatur cum Deo: ac proinde nec inadæquatè deficere potest aliquo Dei non deficiente. Si secundum: ergo aliquid distinctum à Deo realiter, & necessario existit, ac proinde à se; quod est absurdum. Nec valet distinctio de omnipotente *quo ad entitatem*, & *quo ad denominationem*: nam non solum entitas omnipotentis, sed denominatio omnipotentis est Deo necessaria, & essentialiter, ut existens de præsentì de eo verificatur: ergo hæc debet ei à se adæquatè convenire; ac proinde est impotens deficere sine ipsius defectu.

Quarto.

Quartò. Quia inde sequeretur, quod Deus non denominaretur absolutè omnipotens, nisi dependenter ab aliquo creato, cuius esse, vel non esse, non sit in eius potestate, dependenter, scilicet, à possibilitate intrinseca creaturarum, quam supponunt non oriri à Deo, sed vel ad eius omnipo-

tentiam supponi, vel concomitanter ad illam se habere; sed hoc arguit imperfectionem in Deo: ergo. Probatum min. Nam dependere in operando ab aliquo, quod non sit in potestate operantis, arguit imperfectionem in operante, ut patet in creaturis: ergo multo magis dependere in posse operari ab aliquo, quod non sit in potestate operantis, arguit imperfectionem in illo.

Probatur tertiò conclusio, & 40
præcedentia magis roborantur. Prob. 32
Deus ex se, & abintrinsicè est con- conclusio,
nexus cum denominatione omnipotentis; sed denominatio omnipotentis est connexa cum possibilitate creaturarum: ergo Deus ex se, & abintrinsicè est connexus cum possibilitate creaturarum. Consequentia est evidens, & min. constar: tum ex doctrina eorum constituentium discrimen inter omnipotentiam quo ad entitatem, & quo ad denominationem, & asserentium eam connecti cum possibilibus quo ad denominationem, non autem quo ad entitatem. Tum quia hoc ex ipsis terminis evidens est: *esse* namque *omnipotentem*, prout his terminis significatur, est omnia posse; omnia autem posse sine eo quod sint aliqua, quæ possit, repugnans est: sicut actuum sine passivo. Mai. autem probatur. Tum quia per istos terminos, *Deus est omnipotens* enunciatum omnipotentia de Deo, non solum quo ad entitatem, sed etiam quo ad denominationem; quod probatur. Nam omnipotentia quo ad entitatem etiam significatur per istos terminos *Bonitas*, *Sapientia*, *Veritas*, &c. ergo per istum terminum *omnipotens* non solum significatur quo ad entitatem, sed etiam quo ad denominationem. Tum sic; sed omnipotentia, prout per istum terminum *omnipotens* de Deo enunciatum, non minus convenit ei ab intrinsicè, quam *unitas*, aut *bonitas*; ut patet ex illo symboli, *credo in unum Deum, Patrem omnipotentem*.

ergo Deus ab intrinseco, & essentialiter connectitur cum omnipotentia quo ad denominationem, non minus quam cum eius unitate, & cæteris attributis. Immo omnipotentiam Dei, prout à reliquis attributis distinctam, qua ratione denominative accipitur, probat D. Thomas infra, & cum eo reliqui Theologi à priori, & ab intrinseco, ex summa Dei actualitate, & perfectione: ergo cum ea prout sic Deus abintrinseco connectitur.

Adhuc
prop. mai.
hui. rat.

Tum quia si Deus abintrinseco connecteretur cum omnipotentia solum quo ad entitatem, & non quo ad denominationem, non aliter esset connexus cum omnipotentia, quam cum volitione libera creaturarum, aut cum earum actuali productione: cum his enim etiam quo ad entitatem, quamvis non quo ad denominationem est connexus; hoc autem est absurdum; alias non cum maiori necessitate diceretur de Deo *esse omnipotentem, quam esse volentem, aut producentem creaturas*: ergo. Confirm. nam inde etiam sequeretur quod sicut scientia media in principijs illam defendentium est Deo quo ad entitatem necessaria, quo ad denominationem autem contingens, Deo obiectivè adveniens ex aliquo, quod non est in eius potestate, nec ponitur per eius providentiam: ita pariter *omnipotentia*, ut nomine isto significatur, omnino contingenter Deo adveniret, & ratione possibilitatis creaturarum, quam dari, vel non dari, non dependet ab eius potestate, licet quo ad entitatem de Deo necessario diceretur; sed hoc est absurdum: ergo.

41
Effugium

Nec refert dicere, non predicari ita contingenter: nam consensus conditionatus, quod ponitur obiectum scientiæ mediæ accidentaliter exiit; at possibilitas rerum, qua est terminus connotatus per denominationem omnipotentia, necessario, & infallibiliter est. Non enim est. Nam licet possibilitas illa necessario sit, tamen si-

Præcludi
tur.

cut est absolute, sine eo quod per se sit exacta à Deo; ita necessario esset, sine eo quod eius necessitas per se esset à Deo exacta: ergo quidquid, vel denominationis, vel cuiuscumque alterius rationis ab ea provenire potest, provenit ut per se à Deo non exactum. Explicatur hoc: quamvis necessitas existendi sit Cælo necessaria, & etiam Angelo; quia tamen neque ab Angelo est per se exacta existentia Cæli, neque à Cælo existentia Angeli, quidquid provenire potest Angelo ex existentia Cæli, vel è converso, de eis omnino contingenter, & accidentaliter dicitur: ergo pariter. Ex quo sequitur principale assumptum, quod vel denominatio omnipotentis de Deo omnino contingenter, & accidentaliter dicitur, quod est absurdissimum; vel quod Deus cum possibilitate creaturarum connectitur.

Declarat.
doctrina.

Probatur quarto conclusio. Quia ut res possibilis fiat impossibilis, necesse est quod fiat aliqua mutatio, & quod aliquid auferatur, vel à Deo, vel à creatura; non à creatura; quia creatura possibilis nihil est, & à nihilo nihil auferri potest: ergo à Deo. Quod explicatur exemplo de futuro: nam quia ut aliquid transeat de futuro in non futurum, necesse est quod fiat aliqua mutatio, & quod aliquid auferatur, sive à re futura, sive à causa; cum à re futura nihil possit auferri, quia ex se nihil est; necesse est quod aliquid auferatur à causa, quod est intrinseca eius determinatio, ut det esse futuro.

42
4. Prob.
conclusio.

Simile.

Probatur 5. idem assumptum, & redditur ratio à priori. Possibilitas creaturarum infertur à priori ex Divina omnipotentia: ergo Divina omnipotentia non spectat, ut sit, possibilitatem creaturarum, sed ex se ipsa eam infert; ac proinde cum ea connectitur. Consequentia est bona, & antecedens probatur primò, ex D. Thoma supra *quest. 9. artic. 2.* ubi sic habet: *Omnis creatura 1.*

43
Prob. 5.
conclusio.

Antecedens
sua.

*tura ante quam essent non erant
possibiles per aliquam potentiam
creatam, cum nullum creatum sit
aeternum, sed per solam potentiam
Divinam, in quantum Deus poterat
eas in esse producere: ergo. Secun-*

Secundo.

*dò ex hoc ipso probatur. Quia
creaturas esse possibiles intrinsecè
est eas posse existere; sed posse
existere non habent à se: ergo à*

Tertiò.

*Divina omnipotentia. Tertiò. Quia
omnis denominatio realis conveni-
ens creaturis; quocumque modo
eis conveniat, debet à Deo tan-
quam à causa, media sui omnipo-
tentia provenire; sed denominatio
possibilium est denominatio realis*

Quartò.

*creaturis conveniens: ergo. Quar-
tò. Quia si omnipotentia deficeret,
deficeret etiam possibilitas intrin-
seca creaturarum; non à postero-
ri; cum omnipotentia non infera-
tur à priori ex possibilitate eà-
rum: ergo. Mai. constat: quia tunc
repugnarent esse à se; quia hoc
est proprium Dei: etiam ab alio;
quia non esset Deus, à quo solo
possunt ex nihilo produci; quia
ablato primo ente necesse est, quod
cætera auferantur: ergo ipso im-
possibili reddito, necesse est quod
cætera impossibilia reddantur.*

Tandem probatur conclusio.

44
Ultima
conclus.
probatio.

*Si Divina omnipotentia non con-
necteretur cum possibilitate intrin-
seca rerum, aut esset quia possibi-
litas in se nihil est, aut quia ma-
gis necessarium non potest cum
minus necessario connecti; aut quia
ex tali connexionè aliqua imper-
fectio dependentiæ in omnipoten-
tia sequeretur; sed nihil horum
obstat: ergo. Mai. continet tria
præcipua fundamenta Adversario-
rum. Et min. probatur per par-
tes: prima sic primo. Quia fides de
futuritione Anti-Christi connecti-
tur cum eius futuritione, quæ apud
Advers. nihil est, & cum eius exis-
tentia, quæ modo etiam est nihil,
& cum Dei revelatione, quæ iam
modo, etiam apud ipsos, non est.
pariter, & actus vitalis connecti-
tur cum principij vitalis possibili-
tate, quæ etiam nihil est modo, &*

*negari non potest, quod supposita
possibilitate rerum, omnipotentia
absolutè cum ea connectitur, sal-
tem quo ad denominationem: er-
go quod nihil est potest conne-
xionem terminare. Consequentia
est evidens, & antecedens quo ad
omnia exempla constat ex eo, quod
unum cum altero connecti, nihil
aliud est, nisi unum non posse
existere sine alio, ea ratione, qua
est terminus connexionis, sed ac-
tus fidei, cum sit essentialiter ve-
rus, non potest existere sine futu-
ritione Anti-Christi, sine eius exis-
tentia pro tempore, quo illam af-
firmat: & cum essentialiter inni-
tatur revelationi Dei, nequit etiam
esse sine eo quod illa extiterit: &
pariter actus vitalis sine possibili-
tate principij vitalis: sicut deno-
minatio omnipotentis sine creatu-
rarum possibilitate: ergo.*

Secundò: quia non minus dif-
ficile est quod id, quod est nihil,
terminaret scientiam Dei, Divinum
amorem, sit subiectum denomina-
tionis possibilitatis, & Divinam om-
nipotentiam inadæquatè consti-
tuat, quam quod terminaret Divi-
næ omnipotentis connexionem; sed
possibilia, quæ secundum suum
esse intrinsecum, secundum quod,
nihil defacto sunt, terminant scien-
tiam Dei, & apud ipsos Divinum
amorem, defacto denominantur
possibilia, & etiam apud ipsos
constituunt denominationem abso-
lutè potentis, saltem inadæquatè:
ergo.

Tertiò, & redditur ratio. Nam
ideò quod nihil est, potest termi-
nare cognitionem, vel amorem,
vel ab aliquo denominari, quia
terminare cognitionem, & amo-
rem nihil aliud est de præsentì,
quam Deum cognoscere, & Deum
amare rem possibilem; ad quod
sufficit existentia amoris, & cogni-
tionis, & rei possibilitas; sed etiam
terminare connexionem omnipo-
tentis nihil aliud est de præsentì,
quam Deum posse res posibles
producere, ad quod ex parte illa-
rum nihil actualiter existens re-

45
Prob. 2.
min. quo
ad 1. p.

Tertia.

quiritur, sed sufficit obiectiva non repugnantia: ergo possunt etiam terminare connexionem. Ex quo solum manet fundamentum quod ex hoc cap. desumitur.

46
Ite prob.
2. p. mia.

Secunda autem pars min. pariforma probatur. Quia omnipotentia Divina, iuxta Adversarios est determinata, ut contineat hominem ex suppositione possibilitatis illius: ergo ex hac suppositione cum eius possibilitate connectitur; & tamen semper omnipotentia, utpotè ens Divinum, est magis necessaria, quam intrinseca possibilitas hominis: ergo. Pariter: idea Divina, cum iuxta sententiam P. Vazquez sit medium ad cognoscenda possibilia, cum eis etiam connectitur; & tamen etiam est magis necessaria, quam possibilia, quæ sunt terminus connexionis. Pariter in sententia omnium metaphysicorum principia sunt magis necessaria quam conclusiones, iuxta illud, *propter quod unumquodque tale, &c.* Et tamen cum conclusionibus connectuntur. Et huius ratio est, quia stante mai. vel minori necessitate cum æquali impossibilitate ad deficiendum nullum sequitur inconveniens ex connexionem magis necessarij cum minus necessario; sed hoc stat, ut constar, tum exemplis adductis: tum, quia ut diximus, ita impossibile est quod aliqua creatura possibilis reddatur impossibilis, sicut quod deficiat omnipotentia: cum utrumque etiam apud Adversarios sit omnino impossibile respectu cuiuscumque potentia; cum hoc tamen etiam stat, quod necessitas sit mai. in omnipotentia. Tum quia per prius, & excellentius ab ea, tanquam à causa habetur, & ratione eius ab effectu participatur: tum quia maiori cum amplitudine reperitur in omnipotentia, quam in effectu: ergo. Ex quo & secundum fundamentum manet solum.

47
Denique
3. min.
pars prob

Deinde tertia pars min. probatur: nam scientia possibilium sine imperfectione cum eis connectitur, & idem est de amore, quem

respectu illorum frequentius concedunt; & decretum de futuritione cum existentia habenda, Patet, cum Filio, & Spiritu Sancto; & in creatis essentia cum proprietatibus, principia cum conclusionibus, & unum relativum cum alio: ergo ex eo quod Deus connectatur cum possibilibus, nulla in eo sequitur imperfectio. Et huius ratio à priori est: quia connecti cum alio, non ex indigentia, sed ex fecunditate, & exigentia alterius ab illo, nulla est imperfectio, sed maxima perfectio ex parte eius, qui hoc titulo connectitur, sicut Patrem connecti cum Filio; at Deus non connectitur cum creaturis, quia eis ulla ratione indigeat, sed potius ex fecunditate, secundum quam essentialiter habet quod sit ab eis participabilis: ergo. Ex quo etiam solum manet tertium argumentum.

§. V.

RELIQUA ARGUMENTA solvuntur.

CONTRA hanc conclusionem obijcies primò. Perfectior est omnipotentia inconnexa cum possibilibus quam connexa: ergo cum in Deo modo perfectissimo constituenda sit, constituenda est in connexa, & non connexa. Patet consequentia, & antecedens probatur: nam omnipotentia inconnexa excederet connexam in virtute, in independentia, & in necessitate: ergo. Antecedens probatur. Per singulas partes: prima sic. Omnipotentia connexa solum habet virtutem quantum est ex se producendi possibilia, inconnexa autem quantum est ex se possit etiam impossibilia producere; sic enim adstruitur inconnexa: ergo excederet in virtute. Quod excedat in independentia, probatur. Tum quia omnipotentia connexa dicit relationem ad creaturas; quid enim aliud est connexio, nisi relatio? (ait Alarcon) hanc autem non

48
1. Obiect.

non dicit omnipotentia inconnexa. Tum quia connexa dependet in suo esse a creaturis, quid enim aliud est, non posse sine illis esse, quam in esse ab eis dependere? (ait) prædictus Author, & Adversarij communiter. Ex quo sequitur tertia pars antecedentis. Nam magis necessarium est in suo esse, quod altero deficiente non deficeret, quam quod deficeret, sed deficiente possibilitate creaturarum, deficeret omnipotentia connexa, & inconnexa non deficeret: ergo inconnexa magis necessaria in suo esse esset.

49
Dirigitur
1. Object.

Hoc arg. in primis instatur instantijs supra insinuatjs: negari enim non potest quod essentia Divina per modum ideæ, speciei impressæ, & expressæ, est medium aptum, ut Deus cognoscat creaturas, ac proinde cum illis connectitur; qua suppositione facta, potest formari idem argumentum: ad quod negandum est antecedens. Ad probationem dist. est mai. excederet in illis perfectionibus, *excessu chimerico, & repugnantij*, concedo mai. *possibili*, neg. mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia. Repugnat enim virtus subiectivè existens ad producenda impossibilia, etiam sub impossibili conditione possibilitatis. Tum quia terminus formalis virtutis productivæ est producibile: tum quia productivum, & producibile tanquam activum, & passivum sibi invicem correspondent: tum quia maior est virtus ex se inferens producibile, quam illud supponens, & pluribus alijs rationibus iam assignatis.

Item 1.
prob. 2. p. Neque probationes secundæ partis aliquid convincunt. Ad primam neg. est antecedens. Ad id autem quod additur; *quid aliud est connexio, quam relatio?* Respondetur relationem esse relationem, & connexionem connexionem, quod est aliud, & aliud. Et certè cum diversis vocibus significantur, & pro diversis rebus a Philosophis habeantur, inquirendum nobis po-

tius esset, cur idem est connexio, ac relatio? Quod si explicationem quærit; dicimus aliud esse: quia relatio; si est transcendentalis, explicat dependentiam, & subordinationem unius ad aliud; & si est prædicamentalis, inter alia dicit quod respiciat terminum, ut purum terminum, non per modum causæ, aut effectus, & quod versetur inter extrema eiusdem ordinis, &c. At connexio in suo definitivo conceptu nihil horum dicit, sed solum quod illa extrema, inter quæ versatur, taliter se habeant, quod unum non possit esse sine alio ea ratione, qua connectuntur. Hoc autem versari potest, vel inter extrema, quæ adinvicem nullam exercent causalitatem, ut inter Patrem, & Filium in Divinis, vel inter extrema, inter quæ solum ex parte unius est causalitas, & ex parte alterius pura dependentia; & hac ratione dicimus versari inter omnipotentiam, & possibilitatem rerum tanquam inter virtutem contentivam, & rem contentam, aut extremum participabile, & rem potentem participare: unde si connexio ad instar relationis à nobis concipitur, corrigenda est imaginatio, & aliud ab ea iudicandum est.

Ex quo ad secundam probationem neg. est antecedens. Et quidem aliud esse, dependere ab alio, & non posse esse sine illo, constat in quolibet relativo, quod sine correlativo esse non potest, & ab eo formaliter non dependet: non posse ergo sine alio esse, potest provenire, vel ex fecunditate, ratione cuius alterum infert, vel ex alterius indigentia: dependentia autem solum potest fundari in indigentia, cum sit defectus perfectionis. Omnipotentiam autem non posse esse sine creaturis, non provenit ex indigentia, sed ex fecunditate, quia cum sit essentialiter communicabilis; quod à summa eius perfectione provenit, ex se infert possibilitatem creaturarum, quibus communicari potest: unde

50
Silliter 21

ab illis nullatenus dependet. Est tamen advertendum, quod aliqui Theologi Recentiores, qui nobiscum in hac sententia conveniunt, accipientes pro eodem connexionem, & dependentiam, absolute concedunt omnipotentiam Divinam dependere à creaturis sine ulla imperfectione; in quo, licet ex parte obiecti, nihil malum dicant; modus tamen loquendi corrigendus est, & cum distinctione posita loquendum, concedendaque est connexio; neganda tamen dependentia.

Pariter 3.

Ad probationem tertiam, pariter distinguendum est antecedens: illud est magis necessarium quod altero deficiente, *pure non deficeret*, concedo mai. *si non deficeret, & deficeret*, nego mai. & sub eadem distinctione min. neg. est consequentia. Deficiente enim possibilitate non deficeret omnipotentia, quia inconnexa supponitur; deficeret autem; quia deficeret continentia creaturarum, & participabilitas ab eis: non enim potest participari, nisi possibilis sit creatura illam participans; quod melius percipietur, attendendo ad id, quod supra diximus, scilicet, omnipotentiam connexam non deficere ex defectu possibilitatis à priori, sed tantum à posteriori, adeo, ut ratio, cur reddantur creature impossibiles, deberet esse ipsius potentie productivæ aliquis defectus: tum quia ipsa est ratio à priori possibilitatis earum: tum quia per nullius alterius defectum, cum nihil aliud sit quod deficiat, sicut & quod habeat esse; subindeque posset possibilitas creaturarum deficeret, ut exemplo futuritionis explicatum est.

51
2. argum.
& 1. antecedens 1.
prob.

Arg. secundò. Omnipotentia non est ratio à priori possibilitatis rerum: ergo non conneditur cum eis. Patet consequentia ex dictis, & antecedens probatur primò. Quia si omnipotentia esset ratio à priori possibilitatis, sequeretur, quod sicut Deus est omnipotens, omnia essent possibilia; & consequenter

quod nullum daretur impossibile: sicut quia esse scitum à scientia provenit; sicut Deus est omnia sciens, ita omnia sunt à Deo scita, ita ut nihil sit, quod non sit à Deo scitum. Quæ probatio destrimitur ex D. Thoma infra *quest. 25. artic. 3.* Secundò probatur idem antecedens ex eodem S. Doct. ibidem *in Corp.* nam si omnipotentia esset ratio à priori possibilitatis rerum sequeretur, quod dum Deus dicitur omnipotens, nihil aliud diceretur, quam quod potest omnia quæ sunt possibilia suæ potentie; quod est idem, ac dicere, quod potest omnia, quæ potest; quod cuilibet rei creatæ, quantumvis imperfectæ virtutis, etiam convenit. Tertio. Quia S. Doct. ibidem distinguit in rebus possibilitatem ex habitudine terminorum, à possibilitate, secundum quam aliquid dicitur tale per comparisonem ad aliquam potentiam: ergo prima non convenit creaturis ex omnipotentia.

Secunda:

Tertia:

Quartò. Quia omnipotentia non est ratio à priori impossibilitatis: ergo nec possibilitatis. Consequentia concedi solet, & antecedens probatur. Tum quia si omnipotentia esset ratio à priori impossibilitatis, potius diceretur, *ideo hoc est impossibile, quia Deus non potest illud facere, quam è converso, ideo non potest Deus illud facere, quia hoc est impossibile; sed hoc reprehenditur à D. Thoma ibidem circa finem Corp. & idem colligitur ex D. Ans. lib. 3. cur Deus homo, cap. 17.* ergo. Tum quia cum impossibilitas consistat in defectu possibilitatis, si inferitur à priori ex Dei omnipotentia, cum non possit ex illa inferri, secundum id, quod habet actualitatis, & perfectionis, inferretur ex aliquo eius defectu, quod est absurdum. Tum quia, ut supra arguebamus, dum dicitur quod Deus non potest facere impossibilia, per inde esset ac dicere, quod non potest facere illud quod non potest; quæ est manifesta circulatio.

52
4. Prob. 1.
anteced.

53
a. Exar-
tur argu-
ment.

Ad hoc arg. neg. est antecede-
dens : cuius falsitas constat ex dictis
num. 31. ad eius primam probatio-
nem neg. est sequela : quia licet
ex omnipotentia omnium possibili-
tas inferatur ; non tamen infer-
tur possibilitas in omnibus ; unde
solum dicitur omnipotens respectu
rerum, in quibus infert à priori
possibilitatem. At esse scitum in-
fert in omnibus rebus, sive possi-
biles, sive impossibiles sint.

Item 2.

Ad secundam dist. est antecede-
dens : nihil aliud diceretur *ex parte*
rei significatæ, concedo antecede-
dens, *ex modo significandi*, neg. an-
tecedens. Licet enim ex parte rei
significatæ nihil aliud sit Deum
posse omnia possible, quam posse
ea quæ potest ; cum omnia possi-
bilia non aliunde esse possint,
quam ex Dei potentia ; ex modo
tamen significandi idem non est,
quia in hac propositione, *potest*
omnia, quæ potest. Ponitur ex parte
termini ipsum posse eius : at in hac
potest omnia possible, non ponit-
tur ex parte termini ipsum posse
eius, sed non repugnantia rerum ;
quæ, licet ex posse Dei desumatur,
est tamen à Deo distincta ob-
iectivè, & cum esse rerum creatu-
rum identificata ; quod sufficit, ut
in explicatione Divinæ omnipo-
tentia vitetur circulus. Sicut licet
explicemus Patrem, per hoc quod
referatur ad Filium, & Filium per
hoc quod referatur ad Patrem, &
Patrem referri ad Filium nihil
aliud sit ex parte rei significatæ,
quam referri ad eum, qui refer-
tur ad Patrem ; tamen per istum
modum significandi non rectè ex-
plicatur Pater, sed committitur cir-
culatio, quæ per primum evita-
tur.

34
Silliter 3.

Ad tertiam neg. est consequen-
tia : utraque enim possibilitas pro-
venit ab omnipotentia ; cum hoc
tamen discrimine, quod prima, quæ
est intrinseca, provenit ab illa quasi
effectivè ; secunda autem, quæ con-
sistit in denominatione extrinseca,
provenit formaliter. Et hoc discrimen
sufficit ad intentum D. Tho-

mæ ibi, quod tantum erat explica-
re, qualiter omnipotentia dicatur
in ordine ad primam possibilita-
tem, quæ ab ea distinguitur, &
non in ordine ad secundam, quæ
est idem formaliter cum illa.

Ad quartam neg. est antecede-
dens intellectum, non de ratione
à priori positivè influente, quia
solum est ratio à priori possibili-
um, sed de ratione à priori, quæ
propter sui actualitatem, quasi Lo-
gicè infert repugnantiam impossi-
bilium : adeo ut sit verum, quod
quia Deus est summè actualis, &
omnipotens chimera repugnat. Hoc
autem ita esse, & qualiter sit, du-
pliciter potest explicari : primò, ex
parte peccati, quia enim posse pec-
care est posse deficere ; ex summa
perfectione Dei provenit à priori
Deum non posse peccare, & pec-
catum non posse participare esse
Dei : sic pariter cum impossibile
esse, sit nihil esse, ex summa per-
fectione, & actualitate Dei pro-
venit impossibile non posse esse,
nec esse Dei participare. Secundò,
potest explicari servata proportio-
ne inter possible : nam sicut quia
Deus est ipsum esse per essentiam,
essentialiter fecundum, & partici-
pabile, sequitur non repugnantia
in rebus creatis, ut illud esse par-
ticipent : sic ex eodem capite, quia
est ipsum esse per essentiam, &
hoc essentialiter excludit non esse,
sequitur, quod per non esse, non
possit participari. Si autem parti-
ciparetur per impossible, cum ista
essentialiter includant non esse, per
non esse participaretur. De pri-
mò ergo ad ultimum sequeretur,
quod quia Deus est ipsum esse per
essentiam, repugnent impossi-
bilia.

Undè ad primam antecedentis
probationem desumptam ex D.
Thoma dicatur, quod ut ibi bene
notat Caiet. S. Doct. hanc proposi-
tionem repræhendit : *ideo hoc est*
impossibile, quia Deus non potest
illud facere, quia in modo signifi-
candi quandam indecentiam im-
portat : innuere enim videtur re-

55
Pariter 4

Explic. 2.

Secundò.

S. D. ex-
ponitur
ex Emin.
Caiet.

pugnantiam rerum ex aliquo defectu Dei provenire; cum potius ex summa eius actualitate proveniat, ut dictum est. Quando autem concedit D. Thomas, quod quia non sunt possibilia, sub omnipotentia Dei non continentur; *ly quia* non denotat causalem à priori, sed signum manifestativum, ex quo ea non contineri deducimus. Quod additur ex D. Anselmo impertinenter adducitur: nam ibi non loquitur de impossibilitate absoluta, sed orta ex determinatione Divinae voluntatis, de qua tantum dicit; quod Deum non posse rem sic impossibilem facere, non est *impotentia, sed fortitudo*; quod non est ad propositum.

Exponitur S. Anselm.

56 Tandem, & ult.

Ad tertiam constat ex dictis in principio huius num. Ad ultimam etiam constat ex solutione ad secundam: nam sicut non congrue explicatur omnipotentia dicendo, *quod potest omnia, quae potest*, quamvis possibilia sint talia, *quia potest*, ne ex parte termini formalis ponatur ipsa potentia; ita non congrue dicitur, *quod non potest, quae non potest*, licet impossibilia ex eius potentia sint talia, ne etiam ex parte termini, aut ipsa potentia ponatur, aut ne putetur, quod esse impossibilia ex defectu provenit; quod tamen non provenit nisi ex eius perfectione.

57 1. Replica

Secunda.

Sed contra solutionem potest instari primo. Quia esse essentialiter excludit non esse; & esse est participatio Dei, provenit à Deo à priori impossibilium repugnantia, ut diximus; sed non minus non esse excludit esse, quam è converso, & non minus non esse convenit impossibili à se, quam quodlibet esse provenit à Deo: ergo non minus repugnantia ad essendum provenit à priori ab impossibili, quam à Deo. Secundo: quia restat explicandum, quomodo ex summa actualitate Dei, & ex eius perfectissimo esse inferatur determinate, *quod homo, v.g. includat esse precise*, & consequenter non re-

pugnet; & *chimera includat esse cum non esse*, & ideo repugnet? Tertio. Quia si omnipotentia esset radix impossibilitatis, ea deficiente, deficeret impossibilitas: ergo resulteret possibilitas: ergo non esset ratio possibilitatis.

Tertias

Ad primam responderetur, quod repugnantia inter esse, & non esse ex parte esse, est positiva, & ex parte non esse pure negativa. Negativum autem semper fundatur in positivo, & ad illud tanquam ad rationem à priori reducitur. Quare licet impossibilia ex se habeant non esse; non tamen in illud, tanquam in rationem à priori, potest eius reduci repugnantia, sed reducenda est ad ipsum esse, quod ex se positive fundat repugnantiam cum non esse.

58 Solvitur 1.

Ad secundam dicatur, quod ut nos ex summa actualitate Dei possemus probare hominem determinate includere esse præ non esse, & chimeram esse, & non esse, oporteret quod nos cognosceremus actualitatem Dei, secundum quod determinate continet hominem, & non continet chimeram, in qua sic cognita, cognosceremus esse hominis non repugnans, & esse chimerae repugnans; quod sic non est: nam licet ipsa sit adaequata ratio possibilitatis unius, & impossibilitatis alterius, non solum in communi, sed determinate; hoc tamen nos in illa non cognoscimus, sed cognoscitur à solo Deo, qui suam actualitatem adaequate penetrat: modus ergo noster hoc cognoscendi, est cognoscendo in universali Deum esse totam plenitudinem essendi, ex quo nihil nisi bonitas, & perfectio derivari potest: ex qua rectè inferitur, & à priori, aliquarum rerum possibilitas earum, scilicet; quæ possunt participare esse, & aliarum impossibilitas earum, scilicet, quæ, quia essentialiter includunt non esse, non possunt esse participare. Possibilitatem autem hominis in particulari, ex alijs capitibus, cognoscimus, ut ex existentia, vel ex

59 Solv. 2.

ef.

effectibus. Et pariter repugnantiam clineræ non tantum ex Deo, sed ex alijs etiam principijs cognoscimus, ut ex impossibilitate identitatis duarum essentialium.

Ad idem aliqua colligendo.

Ex quo oritur qualiter cognitio, quam Deus de rebus possibilibus, aut impossibilibus habet, sit perfectissima sapientia; quia omnia in altissima eorum causa cognoscit. Similiter qualiter sit indefectibilis; quia per rationem a priori infallibiliter cum eis connexam omnia etiam cognoscit. E contrario autem etiam colligitur, qualiter scientia nostra, quam de rebus in hac via habemus, non pertingit ad perfectam sapientiam, quia res creatas in particulari per perfectissimam earum causam, qui est Deus, non cognoscimus, sed potius è converso Deum per illas: unde media, quibus id cognoscimus, saltem ex parte applicationis, defectibilia sunt. Et hinc oritur etiam quod nos plura iudicamus impossibilia apud Deum, quæ revera non sunt, & è converso; & hæc est intelligentia illius Apost. 1. ad Corinth. 1. *nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi*, quia scilicet, ut interpretatur S. Ambros. relatus à D. Thoma loc. cit. ex 1. part. *sapientiam huius mundi fecit Deus stultam, ostendendo possibile, quod illa impossibile iudicabat*; quia cum iudicium eius sit secundum causas proximas; quod est impossibile secundum illas, est possibile apud Deum, quod pluries Deus ostendit, id ipsum faciendo.

D. Ambrosius.

60

Solvitur ultima.

Ad tertiam dicatur, quod si cut deficiente omni exercitio libero Dei, nulla res creata esset contingenter futura, vel non futura, quia prima radix contingentia est Dei libertas; ita deficiente omnipotentia, nihil esset possibile, aut impossibile, quia utriusque omnipotentia est radix. Nec refert, quomodo possibile, solum per impossibile formaliter deficiat, & è converso? Quia impossibili dato, id, & contradictorium sequeretur.

Arg. tertio, nulla est repugnantia in eo, quod Deus, quantum est ex se, habebat potentiam ad producendum impossibile, sub conditione quod reddatur possibile: ergo. Antecedens probatur primo, ex D. Thoma *quæst. 25. citata artic. 4. ubi proponens hoc arg. quidquid Deus facere potuit, potest; sed Deus potuit facere, antequam sortes curreret, quod non curreret: ergo potest facere, quod non curreret*; sic respondet ad secundum dicendum, quod sicut Deus quantum ad perfectionem Divina potentia omnia potest, sed quedam non subiacent eius potentia, quia deficiunt à ratione possibilium; ita si attendatur immutabilitas Divina potentia, quidquid Deus potuit, potest: aliqua tamen olim habuerunt rationem possibilium, dum erant fenda, quæ iam deficiunt à ratione possibilium, dum sunt facta; & sic dicitur Deum ea non posse, quia ea non possunt fieri: ergo iuxta D. Thomam Deus quantum est ex se, potest facere, quod præterita non fuerint, quod est impossibile.

61
3. Argum
Antecedens prob.
1.

Secundo. Quia iuxta Philof. 4. *Ethic.* Deus, & studiosus potest prava facere, quod est intelligendum iuxta D. Thomam ubi proxime artic. 3. ad 2. sub conditione, scilicet, si velit, sicut intelligitur, quod si homo esset asinus haberet quatuor pedes; sed non minus impossibilis est illa conditio si Deus velit, cadens supra prava agere, quam quod impossibilia reddantur possible: ergo sicut sub prima conditione verificatur Deum posse prava agere; sub secunda verificabitur, quod potest facere impossibilia. Tertio: quia si impossibilia redderentur possible ab aliquo possent fieri; non nisi à Deo: ergo.

Secundo;

Tertio;

Quarto. In Sacerdote exposito ad audiendas confessiones pro tota Ecclesia est potestas ad absolvendum Turcam sub conditione, quod fiat fidelis; & in igne hic existente virtus, ut comburat lignum quod est Romæ, si tamen applica

Idem antecedens prob. 4.

Effug.
quod.
concluditur

applicetur: ergo non repugnat potestas, & virtus subiective existens ad producendum aliquid sub aliqua conditione. Nec refert dicere, hoc esse verum, quando conditio non est impossibilis, & cadit supra terminum formalem virtutis. Contra enim est: quia in potentia visiva est virtus subiective existens ad videndum Angelum, si esset coloratus; cum enim omnia colorata videre possit, non est ut non posset videre Angelum si esset coloratus; & tamen purificatio conditionis est impossibilis, & cadit supra terminum, formalem potentie visivae: ergo.

62

Adarma-
tur 3. ob-
iectio.

Respondetur neg. antecedens. Ad intelligendam autem doctrinam D. Thomae, ex qua prima probatio desumitur, advertendum est, quod quia praeteritioni essentialis est praeteriisse; nunquam fuit in Deo potentia ad praeteritionem non praeteriisse, sicut neque ad hominem non esse animal. At sicut rei, quae est praeterita, non est esse essentialis praeteritio, sed accidentalis, ex libera Dei determinatione proveniens, sicut & communicatio existentiae; ita illam praeteriisse non est illi essentialis, sicut nec habuisse existentiam. Unde sequitur quod si potentia Dei compareretur ad esse, vel non esse rei, quae est praeterita, v. g. ad sortem currere, vel non currere praecursive ab accidenti praeteritionis, etiam est modo potentia in Deo ad faciendum quod currat, vel non currat; prout sic enim nullam involvit contradictionem: & hoc est quod, ait D. Thomas, dum ait, quod si attendatur ad Divinam immutabilitatem, quidquid Deus potuit, potest: si autem compareretur Dei potentia ad sortem ecurrisse, vel non ecurrisse; ex suppositione praeteritionis, nulla est in eo potentia, ut faciat eum non ecurrisse, nec talis potentia in eo unquam fuit, esset enim ad coniungenda contradictoria: sicut tamen suppositio illa, ex qua resultat currere fuisse, est illi accidentalis, &

Deo libera; ita nullam repugnantiam ex habitudine terminorum, nec in cursu ne fuerit, neque in Deo ne oppositum faciat inferri, sed tantum accidentalitatem, & quae non attingit obiectum potentiae Dei, quae attendit ad possibilitatem rerum ex habitudine terminorum. Et hunc defectum possibilitatis, & potentiae significat D. Thomas, dum subdit, *quod aliqui olim habuerunt rationem possibilium, dum erant fenda, a qua deficiunt, dum sunt facta*: unde impertinenter adducitur potentia ad ista impossibilia, quae solum sunt talia accidentaliter, & secundum quid, ut probetur potentia ad impossibilia, quae sunt talia ex habitudine terminorum, & simpliciter.

Ad secundam dicatur in primis, quod alias adhibet D. Thomas explicationes loc. adducto ex *Philos. Prima*. Quod Deus possit facere aliqua, quae nunc prava videntur; si tamen faceret, essent bona. Secunda. Quod loquitur *Philos. mors gentilium*, qui existimabant homines transferri in Deos, ut in Iovem, & Mercurium. Deinde nec in explicatione adducta dicitur opponitur; nam, sicut si illa conditionalis *si vellet* purificaretur, alium constitueret Deum, & consequenter eum immutaret intrinsicè, ita si purificaretur alia, scilicet, *quod impossibilia redderentur possibilis*, alia resularet omnipotentia, de novo continens id, quod non continebat.

Ad tertiam dicatur, quod si impossibilia redduntur possibilis; vel supponitur, quod a se ipsis reddantur, vel a Deo? Si primum; sicut a se ipsis haberent esse possibilis, ita a se ipsis, & non a Deo producerentur: si secundum; cum hoc non posset fieri, nisi Deus inciperet continere, quod antea non continebat, immutaretur intrinsicè.

Ad quartam resp. potest primo. Quod potestas Sacerdotis ad absolvendum Turcam, & ignis, quae

Satis fit
a. prob.

63
Iudem a.

3. Pariter

64
Dual
ad

ad comburendum lignum existens Roma, & potentia visiva ad videndum Angelum, si fiat coloratus, omnes sunt potestates imperfectae dependentes a purificatione conditionis, quae illarum non subijcitur potestati; haec autem potestas a Deo relegenda est. Deinde respondetur solutione ibi insinuata. Ad instantiam autem contra illam dicatur, quod in hac hypothesisi, si Angelus esset coloratus, vel supponitur fore aliquod coloratum ex modo existentibus, aut possibilibus, vel diversae rationis ab his? Si primum; posset a potentia visiva videri, sicut modo est potens videre colorata, quae modo existunt. Si autem secundum; sicut esset diversae rationis in esse objecti, ita etiam exigeret potentiam diversae rationis in esse potentiae. Et eodem modo dici potest de hac hypothesisi, si chimera fieret possibilis: nam vel in illa supponitur, quod fiat possibilis, possibilitate aliqua ex modo datis, vel diversae rationis? Si primum; esset a Deo producibilis; quia conditio possibilitatis, sub qua constituitur terminus omnipotentiae, de facto datur: si autem secundum; non esset producibilis: quia sicut illa possibilitas esset diversae rationis, ita etiam exigeret potentiam diversae rationis.

65
Replica. Sed dices: iam ergo habetur quod si chimera redderetur unum ex possibilibus, quae modo dantur, posset ab omnipotentia produci; & pari ratione erit verum, quod si homo redderetur unum ex impossibilibus, quae modo sunt talia, non esset producibilis a Deo: sicut si Angelus redderetur unum ex coloratis, quae modo dantur, posset a potentia visiva videri; & si homo redderetur unum ex Angelis, non posset videri; sed si hoc secundum accideret nulla sequeretur in potentia visiva intrinseca variatio: ergo etsi primum accideret, nulla sequeretur variatio intrinseca in omnipotentia: unde

& sequeretur omnipotentiam non connecti cum possibilibus, aut impossibilibus.

Respondetur concedendo primam consequentiam, & min. subsumptam, neg. vero consequentiam, quae intenditur, disparitasque est manifesta: quia ponere possibilitatem, aut existentiam colorati, quod est proprium obiectum potentiae visivae, non pertinet ad ipsam, sed aliunde debet provenire: unde suppositio positionis illius, aut oppositi, non infert mutationem intrinsecam in potentia visiva. At positio possibilitatis, quae est terminus formalis omnipotentiae Dei, vel impossibilitatis ei opposita, non solum in communi, sed etiam in particulari, ad ipsam omnipotentiam, tanquam ad primam causam spectat: unde si quod modo est possibile, redderetur impossibile, aut e converso; non posset non ipsa Dei potentia, a qua id deberet provenire, intrinsece variari.

Ex quo, & solvitur aliud arg. quod solet sub hac forma proponi: licet deficeret omnipotentia omnibus possibilibus deficientibus, non tamen deficeret, uno, vel altero deficiente, v. g. deficiente possibilitate formicae: ergo non connectitur cum illis omnibus in particulari. Antecedens probatur: quia licet deficeret virtus deficiente termino eius formali, non tamen deficeret deficiente termino materiali: sicut non deficeret visus, uno, vel altero colorato deficiente; & ratio est: quia a termino formali, & non a materiali accipit speciem; sed possibile in communi est terminus formalis omnipotentiae, & quodlibet, in particulari est terminus materialis illius: ergo.

Sed hoc facile solvitur ex discrimine assignato inter omnipotentiam, & quamlibet aliam virtutem creatam: nam in virtutibus creatis non est necesse, quod positio termini, sive formalis, sive

Solutio

66
Quaed. ob
iectio.

Diluitur

materialis ex eis à priori proveniat, aut deficiat: unde per se solum deficere possunt ex defectu termini formalis, à quo habent speciem: & si deficiunt ex defectu termini materialis; hoc est, quia talis defectus, defectum termini formalis aliquando infert; at in omnipotentia positio termini formalis, qui est possibilitas in communi, & eius extensio ad materialia subiecta, ab ea à priori provenit, & solum per eius defectum, deficere potest.

67
4-argum.
Arg. quarto, adducendo quasdam formulas, quibus aliqui utuntur ad nostram conclusionem impugnandam. Ex defectu possibilitatis rerum infertur positio omnipotentiae: ergo non defectus illius. Probatum antecedens: hæc consequentia est bona, *omnipotentia est, vel sunt creaturae posibles; sed creaturae non sunt posibles: ergo omnipotentia est*: arguitur enim à disiunctiva cum destructione unius partis ad positionem alterius: ergo ex defectu possibilitatis creaturarum infertur existentia omnipotentiae. Confirm. si aliquod impossibile fieret possibile, maneret omnipotentia: ergo etsi aliquod possibile fieret impossibile. Consequentia constat ex dictis, & antecedens probatur: nam impossibile est in nostra sententia, quod si possibile deficeret maneret omnipotentia; sed si hoc impossibile fieret possibile maneret omnipotentia: nam hoc est quod redderetur possibile, scilicet, quod deficiente aliquo possibili maneat omnipotentia: ergo.

68
Diluitur
argum.
Respondetur: formulas istas esse evidenter sophisticas, & minus dignas quod in serijs disputationibus inferantur. Et prima quidem evidenter instatur in omnibus extremis connexis, & identificatis: nam sic potest etiam probari, quod ex defectu Patris Aeterni, non inferatur Filij defectus: nam *Filius est, vel Pater est, sed Pater non est: ergo Filius est*; & eadem forma

probari potest, quod ex defectu hominis infertur existere animal rationale; nam *vel animal rationale est, vel homo est; sed homo non est: ergo animal rationale est*. Unde negatur esse bonam consequentiam. Ad probationem dicatur, quod ut sit bona consequentia à disiunctiva cum negatione unius partis ad positionem alterius, necesse est, quod unius partis negatio, non sit etiam negatio formalis, aut virtualis alterius partis: si enim alteram quomodolibet negat non arguitur à negatione unius partis ad positionem alterius, sed à negatione utriusque partis ad positionem alicuius: quod contingit in exemplis adductis, & in disiunctiva illa ex qua formatur argumentum; nam ut iam probavimus, destructio possibilitatis debet supponere omnipotentiam destructam, & ex eius defectu inferri.

Secunda etiam formula habet in eorum sententia manifestam instantiam: nam apud ipsos etiam est impossibile, quod ex defectu possibilitatis alicuius deficiat omnipotentia, sed si hoc impossibile fieret possibile, deficeret omnipotentia: ergo omnipotentia connexa est cum hoc impossibili. Unde dicatur, quod si illud impossibile redderetur possibile, maneret, & non maneret omnipotentia: maneret, quia hæc erat eius possibilitas; & non maneret, quia contra eius naturam maneret inconnexa. Et idem dicas, etsi reflexio amplius tendat, supponens quod impossibile, quod redderetur possibile, est quod omnipotentia præcisè maneret; & non quod maneret, & non maneret: vel quod maneret conformiter ad suam propriam naturam, etsi inconnexa maneret. Id, inquam, dicas: quia hæc suppositio complicatoria est, & utrumque ex illa infertur. Primum quidem, quia ab ea supponitur: secundum autem, quia in conceptu essentiali omnipotentiae, & virtutis con-

Item c6.
firm.

contentiva possibilitatis essentialiter includitur, quod possibilitate deficiente deficeret: & instantia adducta potest etiam contra ipsos cum eadem reflexione retorqueri.

69 Tandem obijcies contra principale conclusionis intentum. Etsi Deus non esset omnipotens adhuc cognosceret creaturas: ergo eas non cognoscit in omnipotentia tanquam in causa. Probatur antecedens: quia ablato posteriori, non aufertur prius; sed scientia Dei prior est omnipotentia: ergo.

Confirm.

1.

Confirm. primò, non ideo Deus est sciens, quia omnipotens, sed è contra: ergo omnipotentia nullam prioritatem exercet respectu scientiæ, ut in ea creaturæ cognoscantur.

Secundò.

Secundò: quia omnipotentia Dei secundum probabiliorè D. Thomæ sententiam non distinguitur ab eius intellectu, & scientia; sed Deus in sui scientia, & intellectu non cognoscit creaturas: tum quia alias hæc cognitio esset reflexa: tum quia respectu sui ipsius exerceret prioritatem: ergo. Tertiò: quia Deus non cognoscit creaturas existentes in sui omnipotentia: nam cum eis est inconnexa: ergo nec possibles.

Tertiò.

Tertiò: quia Deus non cognoscit creaturas existentes in sui omnipotentia: nam cum eis est inconnexa: ergo nec possibles.

Ultim.

Tandem: quia Deus non causat peccatum, nec impossibilia; & tamen ista etiam cognoscit: ergo non omnia, quæ cognoscit, cognoscit in omnipotentia, tanquam in causa.

70

Respondetur neg. antecedens.

Postrema obiect. diluitur.

Ad probationem, in sententia excludente attributa ab obiecto primario Divini intellectus, dist. est mai. ablato posteriori non aufertur prius, à priori, concedo mai. illativè, & à posteriori, neg. mai. & concessa min. neg. est consequentia. In nostra autem sententia permilla mai. dist. est min. scientia est prior omnipotentia dimanativè, & subiectivè, concedo min. obiectivè, & determinativè, neg. min.

1. Item confirm.

& consequentiam. Ex quo ad primam confirm. dist. est antecedens:

ideo determinante causam subiectivam, concedo antecedens, causam obiectivam, seu specificativam, neg. antecedens, & consequentiam. Ad secundam, concessa mai. de scientia practica, disting. est min. non cognoscit in sui scientia, ut speculativa, concedo min. ut practica, & directiva, neg. min. & consequentiam. Neque inde sequitur cognitionem istam esse reflexam: nam ad rationem cognitionis reflexæ, non sufficit quod ad se ipsam terminetur, sed requiritur quod secum adæquetur, adeo, ut ipsa sit unicum sui obiectum primarium: undè cognitio, qua Angelus se comprehendit, & consequenter sui cognitionem necessariam, reflexa non est; cognitio autem Dei, non solum se ipsam, sed & totum Deum cognosceret.

Pariter 2.

Solut. 3. confirm.

Ad tertiam dist. est antecedens: in sui omnipotentia præcissivè à decreto, concedo antecedens, ut determinata per decretum, neg. antecedens, & consequentiam: nam præcissivè à decreto rerum existentia indifferens est, ut existant, vel non existant; hæc autem indifferentia aufertur per decretum; quare eo supposito in omnipotentia cognoscuntur. At etiam præcissivè à decreto est determinata ad possibilia; ac proinde medium est aptum, ut in ea cognoscantur. Ad quartam dist. est con-

Solut. ult.

sequens, tanquam in causa omnium, qua cognoscit, concedo consequentiam, omnium, in quibus, vel per qua cognoscit, neg. consequentiam. Deus ergo cognoscit peccatum per bonum, cui opponitur, & impossibilia per possibilia, quorum est causa sua omnipotentia: undè ex vi illius habet medium sufficiens, ut omnia cognoscibilia cognoscat.

*** **

§. ULTIMUS.

COROLLARIA EX DICTIS

sequitur.

71 **E**X dictis in hoc, & precedenti
i. Collec- Dub. inferatur primò. Deum
tio, qua creaturas; non autem in se ipsis
prob. ex immèdiatè: sic omnes Thomistæ
D. Dio- cum D. Thoma hic artic. 5. in Cor-
nyf. pore. Quod corollarium procedit
contra aliquos ex Recentioribus,
qui quævis nobiscum conveniant
in eo, quod Deus cognoscit in se
ipso creaturas; asserunt tamen eas
in se ipsis cognoscere. Sed corolla-
rium probatur primò ex D. Dio-
nyf. cap. 7. de Divinis nomin. ubi de
scientia Dei sic loquitur: *Deus ea,*
que sunt, nescit, non in rerum na-
tura, sed sub. Et ibidem: *Non se-*
cundum visionem singulis se immi-
tens, sed secundum causa continen-
tiam omnia sciens. Et D. Thom. ibi
lect. 3. *Non per hoc, quod seorsum se*
imitat dividendo singulis, sed per
unam causa continentiam: conti-
nentis omnia.

a. Prob. ra-
tione.

Deinde probatur ratione pri-
mo. Id immèdiatè cognoscitur à
Divino intellectu, quod immèdia-
tè representatur per speciem, qua
cognoscit; sed nulla creatura im-
mèdiatè representatur per spe-
ciem, qua Deus cognoscit: ergo.
Mai. constat, quia cognitio (præcipuè
summe conformis speciei) id cognos-
cit, & eo modo, quo per speciem re-
presentatur: unde per speciem rei ma-
terialis non potest Angelus cognosci,
quia immèdiatè per eam non repræ-
sentatur. Min. autem probatur:
Nam species, qua Divinus intel-
lectus cognoscit, cum sit substan-
tialis; & Divina, nihil immèdiatè,
nisi substantiale, & Divinum sit,
representare potest: nam cum om-
ne, quod immèdiatè representat,
primario etiam representet, & spe-
cies primario aliquid representans
ab eo specificetur, cum sit prop-
ter ipsum; species, qua Divinus
intellectus cognoscit, non repræ-
sentat immèdiatè creaturas.

3. Reti-
quædetur.

Secundò. Quia obiectum, quod
immèdiatè, & ratione sui cognoscitur,

immèdiatè, & ratione sui speci-
ficat actum sic illud cognoscentem;
sed nullum obiectum creatum pe-
test specificare aliquem actum Divi-
ni intellectus, ut probatum est *Dab.*
præced. conclusionè i. ergo. Mai. pro-
batur. Nam cognitio attingens ali-
quod obiectum immèdiatè, & ratio-
ne sui ab aliquo debet specificari:
non ab alio, nisi ab ipso sic actator;
cum nihil principalius attingat: ergo.

Dices: debere specificari ab ob-
iecto motivo, vel ab specie impressa
moverite ad illius cognitionem. Sed
contra primò ex dictis: quia species
impressa immèdiatè, & primario re-
presentans aliquid obiectum non
ponit in numero cum illo quo ad
munus concurrenti ad intellectio-
nem: concurret enim ut virtus illius;
virtus autem alicuius causa, quo ad
munus causandi, & concurrenti, non
ponit in numero cum causa: ergo cum
etiam vidimus, si obiectum im-
mèdiatè cognoscitur, immèdiatè, & pri-
mario debeat per speciem repræsen-
tari; si species specificat intellectio-
nem, etiam obiectum debet specifi-
care. Secundo: quia non solum obiectum
motivum, sed etiam termina-
tivum specificat actionem primario
ad ipsum terminatam; quod &
constat ex dictis ibidem: ergo.

Probatur idem assumptum ter-
tiò. Quia medium cognoscendi adiu-
vat, & confortat intellectum ad cog-
nosendum: si ergo non solum Deus
ipse, sed etiam creaturæ essent me-
dium, ut Divinus intellectus eas cog-
nosceret, intellectus Divinus adiuva-
retur, & confortaretur per ipsas crea-
turas ad cognitionem; quod est absur-
dum. Consequentia constat, & ante-
cedens probatur. Quia Angelus su-
perior dicitur confortare, & adjuvare
intellectum inferioris, quatenus ipsi
manifestat propria média, per quæ
superior cognoscit: & idem dicitur
de Magistro respectu discipuli: ergo.
Confirm. primò. Quia Deus nullo in-
diget, sed sibi ipsi sufficit ad perfec-
tam cuiuscumque rei cognitionem:
ergo habet intra se medium, & ad-
æquatum omnino motivum cog-
noscenti omne cognoscibile.

72
Effugium
ration. &
cuius præ-
clus.

Secunda

73
3. Præclu-
sio.

Confirma-
r.

Con-

Confirm. **Confirm.** secundò. Quia in cognitione, ultra substantiam cognitionis, datur determinatio eius ad hoc obiectum potius, quam ad aliud: ergo debet dari causa cognitionis, non solum quo ad substantiam eius, sed etiam quo ad determinationem; sed causa Divinæ cognitionis quo ad determinationem non potest esse Divinus intellectus, cum ex se sit indifferens ad hoc, vel illud cognoscendum: ergo debet esse obiectum: si ergo hoc esset creatum, iam Divina cognitio, saltem quo ad sui determinationem, dependeret ab aliquo creato. Ex quo ulterius inferretur quod scientia Dei esset desumpta à rebus: nam scientia nostra, & cognitio ab eis dicitur desumpta, non quia quo ad substantiam cognitionis, ab eis dependeat, sed quia dependet quo ad modum, & quo ad determinationem.

74 **Solutio** **quædam** **impugnatur.** Nec refert dicere, scientiam nostram à rebus desumptam dici, quia ab eis accipit species. Nam in primis hac solutione uti non possunt, qui negant species impressas, quæ est sententia Durandi, pluribusque ex Adversarijs placet. Ab alijs autem, licet universaliter non acceptetur, acceptatur tamen respectu Divini intellectus. Deinde, quia ut diximus, cum species representans immediate aliquod obiectum, non ponat in numero cum illo quo ad munus concurrendi, ea ratione, qua cognitio ab specie dependet, dicendum erit etiam dependere ab obiecto; quod de Divina Adversarij non admittent.

75 **Argum.** **Solutio.** Contra hoc autem corollarium obijcies primò. Cum Deus sit infinitus in cognoscendo, non solum cognoscit omnia, sed omni modo, quo sunt cognoscibilia; sed creaturæ non solum in Deo, sed in se ipsis sunt cognoscibiles: ergo. Nec valet dicere, esse quidem in se ipsis cognoscibiles: sed modus iste cognoscendi importat

imperfectionem relegandam à Deo. Contra enim est: nam cognoscere creaturas in se ipsis solum dicit creaturas ratione sui terminare Divinam cognitionem; sed in hoc nulla importatur imperfectio ex parte cognitionis: ergo. Min. constat: tum quia unum relativum terminat alterius respectum sine ulla dependentia: tum quia creaturæ ratione sui terminant habitudinem omnipotentia sine ulla Divinæ omnipotentia imperfectio. Mai. autem probatur. Nam obiectum terminativum, ut tale, nullum influxum præstat cognitioni: non effectivum; quia hoc convenit speciei impressæ: neque etiam formale, aut specificativum; quia species cognitionis à formâ, quæ est cognitionis principium desumitur, ut pluries repetit D. Thomas: ergo.

Respondetur neg. mai. Quia obiectum quod immediate, & ratione sui cognitionem terminat; non solum habet terminare, sed per modum obiecti illam specificare. Ad probationem autem in contrarium, dicatur, quod ut pluries diximus, quidquid species præstat cognitioni, sive effective, sive specificative, attribuitur obiecto primario immediate per ipsam representato: quia ipsa per modum virtutis, & seminis illius hoc præstat. Dato autem quod concursus effectivus dicatur de specie, prout differt ab obiecto; concursus tamen formalis, per modum obiecti extrinsecè specificantis, convenit obiecto primario terminativo: immo dum de specie dicitur specificare, hoc habet, quatenus in se continet obiectum, & non aliter.

Secundò obijcies: istæ veritates, *homo est homo, totum est maius sua parte, quodlibet est, vel non est*, & similes, sunt per se notæ intellectui creato: ergo & Divino. Sed quia sunt per se notæ intellectui creato, immediate, & ratione sui ab eo cognoscuntur.

tur : ergo & à Divino. Et certe inconueniens videtur dicere intellectum Divinum indigere medio aliquo manifestante veritates istas, ut eas cognoscat, & quod intellectus creatus ex ipsis earum terminis immediatè eas cognoscit.

77
Solutio 2.
arg.

Respondetur neg. consequentiam; & disparitas manifesta est ex dictis: quia, scilicet, intellectui creato non repugnat immediatè ab illis veritatibus specificari, per eas immediatè adiuvari, & confortari; quapropter, & propter earum in suis terminis manifestationem, sunt respectu illius per se nota: non autem respectu Divini intellectus propter oppositam rationem. Neque Divinum intellectum requirere medium ab eis distinctum, ut illas cognoscat, arguit in eo aliquam imperfectionem: quia hoc non requirit, quia sibi obscuræ sunt, aut obscuræ videntur, sed ne eas immediatè in se cognoscendo, ab



eis perficiatur, & specificetur.

Secundò sequitur Deum cognoscere creaturas passibiles, non solum in omnipotentia, sed etiam in essentia, in ideis, in scientia directiva, in voluntate; & creaturas existentes, & futuras in eius decretis, & tandem in æternitate. Ultima pars ex inferius dicendis constabit; reliquæ autem ex dictis evidenter probantur: quia cum Deus creaturas cognoscat in se ipso, tanquam in causa, & constituatur in esse causæ illarum, radicaliter per essentiam, proximè per omnipotentiam, directivè per scientiam, applicativè per voluntatem, & exemplariter per ideam; fit consequens, quod omnibus his medijs, ex quibus vna causa completa, & perfectissima resultat, eas in se ipso cognoscat: aliter cognitio eius non esset perfectissima sapientia. Et hæc de hoc Dubio applicanda

lit. M. in 1. dist. 27.

35. 36. & 42.

78
2. ex dictis corollarium.



DISPUTATIO TERTIA.
DE DIVISIONE SCIENTIÆ DEI.

DUBIUM PRIMUM.

UTRUM SCIENTIA DEI SIT IN VARIIS
Attributa dividenda.

§. I.

ALIIQUA SUPPONUNTUR.

N. 1
1. Suppo-
situm.

CUM prima virtutum intel-
lectualium divisio sit in lumen
principiorum, sapientiam,
scientiam, artem, & prudentiam, ut
videre est apud Thomæ 1. 2. *quest.*
57. merito in hac *Disput.* 1. Inquiri-
mus utrum cognitio Dei secundum
huius divisionis membra, in diver-
sa etiam attributa distinguatur? Sed
prius scire oportet qualiter ista in
Deo reperiantur. Circa quod in pri-
mis certum est in Deo reperiri
lumen principiorum, prudentiam, &
artem. Tum quia omnia ista pluries
in Sacra Script. Deo attribuuntur:
cuius verba absque fundamento ad
improprios sensus detorqueren-
tur. Tum quia nullum eorum in
proprio, & formali conceptu im-
perfectionem importat: non lu-
men principiorum, quia hoc tantum
dicit cognitionem rei *per se nota,*
& *quæ ex alio non manifestatur;*
non prudentia, quia hæc tantum
est *recta ratio agibilium.* Neque ars,
quæ solum dicit esse *rectam ratio-
nem operabilium.*

2. Quædam
dificultas.
Maior difficultas est an in Deo
reperiat sciencia strictè accepta se-
cundum conceptum formalem, quæ
differt à lumine principiorum, arte,
& prudentia; non autem à sapientia.
Nam non reperiri existimat P. Vaz-
quez sequutus Durandum, quem, &
aliqui Recentiores imitantur; eo
quod existimant de illius ratione
esse discursum, qui non reperit-
ur in Deo. Unde, & loca Sacra
Scripturæ, quæ Deo scientiam,
& sapientiam attribuunt, in sen-
su improprio, & metaphorico

accipiunt, sicuti & ea, quibus
Deo attribuitur manus, aut ca-
pat.

Sed oppositum omnino tenen-
dum est cum D. Thoma hic *artic.* 1.
ad 2. & 2. & in 1. *dist.* 3. *quest.* 1.
artic. 4. & *quest.* 9. de *Potentia,* *artic.* 2.
ad 9. & alibi sæpè. Quod, & brevi-
tèr suadetur. Quia scire est rem
per causam cognoscere, & quod
illius est causa, & quod aliter se
habere non potest, sed Deus plura
per eorum causam cognoscit, om-
nia, scilicet, possibilis per se ipsum
tanquam per causam, & cognoscit se
ipsum esse eorum causam, & quod
aliter se habere non possunt, ac ab
ipso cognoscuntur: ergo plura
cognoscit per scientiam strictè ac-
ceptam.

Dicere autem ad rationem
scientiæ requiri ulterius discursum;
sine fundamento dicitur: tum quia
id non constat diffinitione scientiæ,
quæ est tradita. Tum quia non const-
tat inductione, cum in Angelis re-
periat sciencia propriè, & strictè
accepta sine ullo discursu. Quod
autem sciencia humana discursum
importet nihil convincit: non
enim illum importat ex suo con-
ceptu formali, sed propter imper-
fectionem, quam admixcet: propter
quam etiam importat esse habitum
acquisitum; quod tamen non est
scientiæ essentialis, ut ipsi faten-
tur, & in Angelis constat: sicut in-
tellectus importat in creatis esse
qualitatem; & tamen propriè in
Deo reperitur, quamvis ibi nulla
sit qualitas.

Authoris
sententia.

Præocu-
pantur ad
Verf.

Et

3
Ratio præcedentiâ.

Et huius ratio à priori iam est supra à nobis insinuata, traditurque à D. Thoma *in 1. dist. 4. quæst. 1. art. 1.* ubi ad cognoscendum quando aliquod prædicatum de Deo absolute, & proprie dicitur, vel solum metaphoricè, hanc docet regulam: nimirum, quod attendendum est ad significationem nominis: si enim nomen imponitur ab eo, quod imperfectionis est in re creata, sicut *lapis, leo, manus, &c.* tum proprie non dicitur de Deo, sed solum metaphoricè, quia formalè significationem illius imperfectionem importat, quæ Deo repugnat; si vero nomen imponitur ab eo, quod est imperfectionis in creatura; tum dicitur de Deo proprie, eminentiori tamen modo; nomen autem imponitur, ab eo quod est quasi differentia constitutiva rei, & non ex ratione communi; cum nomina imponantur ad significandas res, prout per suas differentias distinctas: & ideo quando aliquid secundum genus dicit imperfectionem, & secundum differentiam perfectionem, proprie, & absolute de Deo dicitur, sicut *cognitio, volitio, generatio, & potentia activa*; quia quamvis nomina ista secundum rationes genericas, & communes importent imperfectionem *accidentis, qualitatis, &c.*; Tamen secundum rationes differentiales nullam explicant imperfectionem. Cum ergo ratio discursus non comparatur ad scientiam tanquam ratio differentialis illius, sed tanquam communis scientiæ, opinioni, & errori; inde est quod nomen scientiæ proprie de Deo dicitur, quia non sumitur à discursu, nec ratio discursus obstat potest, ne de Deo proprie dicatur.

4
Sensus supra dictorum.

Hæc autem dicta sunt de scientia strictè accepta prout à reliquis virtutibus intellectualibus differt, non autem prout contrahitur à sapientia, nam scientiam, prout à sapientia distinet, existimo non reperiri in Deo, sed scientiam Dei esse formalissimè ipsius sapientiam. Et huius ratio

desumitur ex D. Thoma loc. citat. ex *1. 2. artic. 2. in corp.* Quia scientia distinguitur à sapientia, per hoc quod scientia cognoscit conclusiones per principia particularia, quæ non sunt absolute prima, sed in hoc, vel illo genere: undè, & scientiæ multiplicantur secundum multiplicationem principiorum, sicut alia est scientia rationalis, alia Philosophica, alia Mathematica; quia quælibet suis, & diversis principijs innititur, quæ in proprio genere sunt via resolutionis ultima, & via inquisitionis prima. Sapientia autem habet pro principio altissimam rerum causam, quæ absolute, & à toto genere entis est prima via progressus, & via resolutionis ultima, & ad quam omnia reducuntur, qui est solus Deus principium, & finis: undè, & sapientia unica est, sicut, & eius principium; sed Deus non cognoscit conclusiones; sive istæ sint creature, sive sua attributa per principia proxima, & multiplicia, sed unice per se ipsum, ut *dubio præcedenti* probavimus: ergo in Deo non datur scientia à sapientia distincta, sed sua scientia est formalissimè sapientia.

Undè sequitur, quod in Deo non dantur formaliter, nec Logica, nec Philosophia, nec Mathematica, nec aliæ huiusmodi scientiæ; omnia enim nomina ista significant scientias particulares à sapientia distinctas, & quæ principijs particularibus, & multiplicibus innituntur. Immo nec datur formaliter metaphisica, quæ licet sit apud nos sapientias explicat tamen in conceptu differentiali modum imperfectum procedendi, scilicet, sub tali determinata abstractione, & limitationem quandam, ratione cuius ad obiecta supernaturalia extendi non potest: undè eius principium, quamvis sit Deus, est tamen tantum prout est Author naturalis, & non in sua universalitate. Sapientia autem Dei dicit in suo modo procedendi ex parte obiecti ipsam positivam abstractionem, quæ Deo in se convenit,

nis, & ratione cuius, ad omnes effectus, tam naturales, quam super naturales extendi potest.

In quo punct. difficultatis, & sententia. His prælibatis, difficultas stat, qualiter ista prædicata in Deo reperiuntur; an scilicet constituant plura attributa; an unum tantum cum multiplici formalitate inadæquate distincta? Circa quod prima sententia tot attributa in Deo adæquate distincta ponit, quot sunt formalitates istæ: ita Illust. Godoy in præsentia; & alij, quos ipse refert. Secunda autem lumen principiorum, & sapientiam unum attributum ponit, adæquate tamen distinctum ab arte, & prudentia, quæ pertinent ad intellectum prædicum: Tertia omnia illa asserit pertinere ad unicum Dei attributum cum multiplici virtualitate inadæquate distincta: AA. videri possunt apud Illust. Godoy loc. citat.

§. II.

STATUITUR CONCLUSIO:

COGNITIO LUMINIS PRIORUM,
& cognitio scientifica non distinguuntur in Deo virtualiter adæquate.

Sententia Authoris D. Thom. cõforans.

Conclusionem istam existimo magis conformem menti D. Thomæ. Tum quia hic *artic. 1. ad 2.* asserit quod in Deo, prout à nobis differt, est idem lumen principiorum, sapientia; & scientia; sed scientia, & sapientia sunt idem in Deo non solum realiter, sed etiam formaliter, ut omnes Thomistæ fatentur, & iam ex D. Thomæ probavimus: ergo. Et lumen, tum quia etiam *artic. 7.* Excludit discursum à Deo; cuius ratio, ut videbimus, non solum probat excludendum discursum formalem, sed virtuales: cum ergo hæc distinctio stare non possit sine virtuali discursu in Deo, ut ipsi Adversarij, etiam fatentur; dicendum est non esse conforme menti D. Thomæ. Tandem quia loc. iam citato, ex *1. 2. artic. 2.* ad secundum asserit, quod istæ tres virtutes, lumen, sapientia, & scientia,

non ex æquo distinguuntur, sed ordine quoddam, sicut accidit in totis potentialibus, quarum una pars est perfectior altera; sicut anima rationalis, vegetativa. Quibus aperte significat, quod lumen, ut distinctum à sapientia, imperfectum est; ac proinde non reperitur in Deo. Et huius tradit ibi rationem, quam statim primò subdimus.

Lumen principiorum virtualiter adæquate distinctum à sapientia est imperfectum: ergo non est sic in Deo ponendum. Patet consequentia; quia quodcumque prædicatum, quod ponitur in Deo obiectivè virtualiter ab aliò distinctum, debet ex proprio, & differentiali conceptu infinitam perfectionem importare; pro quo videantur dicta *dub. 2. præcipue num. 3. 58. & 65.* antecedens autem probatur: quia lumen principiorum, ut distinctum à sapientia, non est summe penetrativum; & comprehensivum proprii obiectivi: ergo est imperfectum. Patet consequentia; quia cognitio, quæ non attingit proprium obiectum ea perfectione, qua petit attingi, imperfecta est; talis autem est; quæ illud omnino non penetrat, & comprehendit.

Antecedens autem probatur. Obiectum luminis principiorum, ut distinguitur à sapientia, sunt principia seorsim à conclusionibus, & obiectum scientiæ, ut distinguitur à lumine principiorum, sunt, vel conclusiones; vel principia, ut continentia conclusiones; sed lumen attingens principia seorsim à conclusionibus non est summe penetrativum; & comprehensivum principiorum: ergo. Mai. est expressa D. Thomæ loc. proxime citato; concessa ab adversarijs, & communiter tradita à metaphisicis; & merito quidem; nam non potest aliter assignari distinctio ex parte obiecti inter lumen, & scientiam nisi dicendo, quod obiectum proprium scientiæ solum sunt conclusiones, vel principium, ut deductum in conclusiones; quibus positis, semper restat, quod obiectum luminis sint principia seorsim à conclusionibus. Min. autem

6
 Ratio conclusio- nis ex S. Doct.

2: antecedens probatur

tem probatur: quia ut ait D. Thomas 1. part. *quæst.* 12. *art.* 8. & alibi sæpè, tanto aliquid perfectius penetratur, quanto plures conclusiones in eo cognoscuntur: sicut tanto perfectius cognoscitur aliqua causa, quanto plures effectus in ea videntur: ex quo infert, & cum eo omnes Thomistæ, quod ad summam penetrationem, & comprehensionem alicuius principij, & causæ, necesse est omnes conclusiones, & effectus in eis cognoscere: & è converso, quod qui omnes effectus, & conclusiones, in principio, & causa cognosceret, futurè illam penetraret; quod & nos latè ostendimus Tract. de Visione, *Dub.* 2. *Disp.* 4. ergo cognitio, qua non cognosceret in principio omnes eius conclusiones, non esset iamè penetrativa, & comprehensiva eius.

Confirm.

Confirm. cognitio comprehensiva alicuius obiecti debet in illo cognoscere quicquid in illo cognoscibile est: debet enim esse tantæ actualitatis in esse cognitionis, quantæ obiectum est in esse cognoscibilis; sed in Deo sunt cognoscibilia Attributa, & Relationes, insuper & creaturæ possibiles, ut vidimus *dub. præced.* ergo cognitio, quæ in Deo non cognoscit omnia ista, non est ipsius comprehensiva; ac proinde est imperfecta. Quod Arg. magis urget in Attributis, & Relationibus, respectu quorum etiam concedit in Deo scientiam sapientissimus hic Author: nam ista non solum possunt cognosci in essentia, tanquam in causa virtuali, ut ipse in suis principijs loquitur; sed etiam tanquam in prædicato cum eis suamè identificato, tam philosophicè, quam metaphisicè: immò tanta est hæc identitas, ut omnes Thomistæ, & ipse cum eis, ex ea probent supra *quæst.* 12. contra Scotum non posse unum prædicatum Divinum, prout in se est videtur, quin eadem visione formaliter cætera alia videantur: neque enim in beatis multiplicatur visio nec ex secundum multiplicationem Divinorum prædicatorum, sed uni-

ca, eademque visione Deum, & omnia, quæ in ipso vident, intuentur: potiori ergo titulo Deus unica, simplicissimaque visione videbit se, & omnia, quæ in ipso sunt visibilia.

Dices primò: quod ad perfectissimam, & infinitam cognitionem de linea principij sufficit quod perfectissimo modo intensivo attingat principium; non autem est necesse, quod illud attingat perfectissimo modo extensivo, & prout deducitur in conclusiones; quia hoc pertinet ad lineam scientiæ, & non luminis principiorum. Dices secundo, quod ut salvetur perfecta comprehensio causæ, vel principij, non est necesse, quod illemet. actus, qui causam, vel principium attingit, attingat effectus, & conclusiones, sed sufficit si radice alium actum, vel alios, sive realiter, sive virtualiter distinctos, qui hoc attingant.

Sed utraque solutio est insufficientis. Et contra primam obstat primò, quod non solum modus intensivus, *certitudinis, evidentia, &c.* Sed etiam modus extensivus ad conclusiones, pertinet ad cognitionem perfectam principij: ergo, ut cognitio principij sit infinite perfecta, qualis esse debet cognitio Dei, debet attingere principium, non solum secundum infinitum modum intensivum, sed etiam secundum extensivum, & prout deducitur in conclusiones. Patet consequentia; & antecedens probatur: quia præsus evidens videtur, quod perfectiori modo attingitur principium servata eadem intentione, dum attingitur secundum quod continet in se conclusiones, quam dum sine illis attingitur: ergo.

Secundò. Quia non solum ad modum extensivum cognoscendi principium pertinet quod conclusiones in eo attingantur: ergo Antecedens probatur: nam cognitio conclusionum in principio, & effectuum in causa ex maiori penetratione principij, & causæ habetur: ut enim ait D. Thomas loc. citato,

Advers. solutio.

Secunda.

9
1. solut.
impugn.
1.

Secundò.

sitato, ex *quest. 12. artic. 7.* ille qui elevationis est ingenij, statim uno principio demonstrativo posito; ex ipso multarum conclusionum cognitionem accipit, quod non convenit ei, qui debilioris est intellectus; de quo videantur quæ ibi diximus: immò & ipse Author, qui in hac parte nobis est contrarius. Ex quo deduces, quod licet cognitio conclusionum in principio, non sit de ratione luminis principiorum in intellectu humano, propter eius debilitatem, sed pertineat ad scientiam à lumine realiter distinctam; secus tamen dicendum est de intellectu Divino; ac proinde scientia eius idem formaliter est cum lumine principiorum.

10
2. solutio
impugn.
1.

Contra secundam etiam obstat primò, quod ex illa ad summum inferitur, quod intellectus Divinus per varios actus Divinam essentiam, quæ statuitur principium, comprehendat; non autem quod per actum luminis principiorum eam comprehendat; sed non solum intellectus Divinus, sed & quilibet illius actus debet esse comprehensivus obiecti, quod attingit: ergo. Mai. constat: quia iuxta hanc solutionem, non solo actu principiorum, sed eo simul, & actu scientiæ cognoscit Divinus intellectus principium Divinum, & omnia in eo contenta; sed hoc indispensabiliter requiritur ad comprehensionem: ergo.

Secundò.

Secundò, quia neque Divinus intellectus, adhuc per diversos actus, principium comprehenderet: ergo. Assumptum probatur: quia ad rationem comprehensionis alicuius obiecti, requiritur quod cognoscatur totum, & totaliter, ut loc. citat. *artic. 7.* asserit D. Thomàs; hoc autem est, ut ibidem *ad 3.* explicat, quod modus obiecti sit modus cognitionis: & hoc est, quod tanta sit actualitas, unitas, & perfectio cognitionis in esse talis, quanta est obiecti in esse cognoscibilis: ut ergo comprehendatur obiectum, quod unica, & simplicissima actualitate plura continet, unica etiam,

& simplicissima cognitione secundum ea omnia debet cognosci: si ergo non unica, sed pluribus cognoscitur; nullatenus comprehenditur.

Conform. & explicatur. Obiectum, quod unica cognitione est cognoscibile secundum ea omnia, quæ habet, si pluribus cognoscitur, non comprehenditur; sed essentia Divina est unica cognitione cognoscibilis secundum omnia quæ continet, tam formaliter, quam virtualiter: ergo. Mai. constat: tum quia defacto Angelus inferior iuxta probabiliorem sententiam, superiorem non comprehendit, quia quamvis omnia, quæ ad illum pertinent, cognoscat, non unica, sed pluribus cognitionibus cognoscit; ipsa tamen unica sunt cognoscibilia, & defacto unica à superiori cognoscuntur. Et ratio modo est insinuata: quia ad comprehensionem, ex parte cognoscentis requiritur, tanta actualitas, simplicitas, & perfectio, quantam habet obiectum: constat autem non posse plures cognitiones, tantam perfectionem habere, quantam habet una, quæ id ipsum, quod plures, attingit: eas enim excederet in unitate. Min. autem probatur. Tum quia ad cognoscendum unum in alio unica, & simplex cognitio sufficit: sicut unica, & simplici cognitione cognoscit intellectus noster via resolutionis conclusiones in principio, & unica visione percipit visus externus imaginem, & speculum; totum, & partes; quia unum in alio cognoscit. Tum specialiter de Deo: quia unica, & simplicissima virtus principij sufficit ad continendas omnes conclusiones; sed non est minor virtus Dei in cognoscendo, quam virtus eius in continendo: ergo unica etiam, & simplicissima cognitio Dei sufficit, ut omnia illa in principio, & ipsum principium cum illis cognoscat.

Robora-
tur im-
pugnata.

Secundò probatur eadem conclusio. Quia si lumen principiorum in Deo esset virtualiter distinctum à lumine scientiæ, sequeretur quod Deus virtualiter, subiective

11
2. Conclusio
tionis pro
batio.

dis-

discurreret à cognitione principiorum ad cognitionem conclusionum; sed hoc est falsum: ergo. Sequela admititur à contrarijs, & ex antecedenti evidenter infertur: nam discursus consistit in motu, seu transitu à cognitione principij, ad cognitionem conclusionis: si ergo cognitio conclusionis virtualiter distinguitur à cognitione principij, non potest non inter utraque cognitionem discursus, & motus intercedere. Min. autem probatur ex D. Thoma hic *artic. 1.* qui absolute, & sine ulla distinctione omnem discursum à Deo excludit. Deinde ratione illius, quæ etiam convincit excludendum esse discursum virtuales: tum quia discursus dicitur, quando unum cognoscitur ex principio, non autem in principio; sed Deus omnia formalissimè in se ipso cognoscit, non autem ex se ipso: nam id quod cognoscitur ex alio, cognitionem, qua cognoscitur, primò terminat; quod creaturis respectu Dei convenire non potest: ergo. Tum quia dum in discursu cognoscitur principium pro priori ad conclusiones, adhuc ignorantur conclusiones; sed non potest in Deo adhuc pro illo priori admitti ignorantia conclusionum: nam cum illæ sint in principio, in eo cognosci possunt: ergo.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

12 **C**ONTRA hanc conclusionem Arg. 1. ex D. Thoma in 1. *dist.* 35. *quest. 1. artic. 1. ad 3.* afferente quod in Deo non est aliud intelligere, quam scire, nisi secundum rationem: ergo ex mente eius intelligere, quod est cognitio principiorum, secundum rationem differt à scire. Sed differre secundum rationem est virtualiter differre: ergo. Respondetur explicando D. Thomam 1. de differentia inadæquata. 2. de differentia ex nostro modo concipiendi, & significandi; quatenus intelligere significat cognitionem absolute sumptam;

scire autem cum modo quodam artificioso: sicut & hac ratione relatio, & personalitas differunt per rationem in Deo, vel quia inadæquate differunt, vel quia personalitas significat modo absoluto, relatio autem modo respectivo, quamvis formaliter sint idem attributum.

Arg. 2. intelligentia, & scientia ex suo formali conceptu habent diversa obiecta, diversas definitiones, & in rebus creatis specificè differunt: ergo in Deo differunt virtualiter inadæquate. Consequentia videtur bona, quia non est aliud principium cognoscendi distinctionem attributorum in Deo; unde & hinc probamus intellectum eius virtualiter inadæquate differre à voluntate, quia obiectum illius est verum inadæquate ab uno distinctum, quia eius definitio est diversa, & quia æquivalent potentijs creatis essentialiter distinctis. Antecedens autem probatur: quia obiectum formale luminis principiorum sunt principia immediate vera; obiectum autem scientiæ conclusiones, ut colligitur ex D. Thoma loc. citato ex 1. 2. *artic. 2.* pariter lumen principiorum diffinitur quod est *cognitio primi principij*; & scientia quod est *cognitio rei per causam*: quod autem increatis specificè differant, constat: Cum ponantur species primò dividentes virtutem speculativam.

Arg. instatur in relatione, & personalitate, quæ respiciunt diversos terminos, habent diversas definitiones, & in rebus creatis ad diversa pertinent predicamenta; & tamen in Deo non differunt virtualiter inadæquate. Etiam instatur in intellectu, & potentia executiva, quæ licet increatis omnia illa habeant; in Deo autem virtualiter inadæquate non differunt. Pro illius autem, & aliorum similium solutione, recolenda est regula supra *disput. 1. dub. 3.* à nobis tradita, scilicet, quod illa predicata in Deo virtualiter inadæquate differunt, quæ ex conceptu differentiali eorum non se includunt: ut autem aliqua præ-

13
2. Argum.14
Instando Argum. dicitur.

dicata, non sic se includant, opus est quod unumquodque eorum independenter ab alterius inclusione sit in propria linea infinite perfectum: quia sine infinita perfectione non potest in Deo reperiri; ac proinde, nec ut distinctum, nec ut indistinctum ab altero: ex qua regula ibidem intulimus naturam Divinam adæquatè distingui ab intellectu, quia ut natura in propria linea sit infinite perfecta, non indiget inclusione intellectus, quia etsi intellectio aliquam addat perfectionem, non est formaliter de linea substantiæ, & naturæ, sed operationis. Et hac etiam ratione ponimus intellectum attributaliter à voluntate distinctum, quia in propria linea sine inclusione voluntatis intelligitur summè perfectus.

Ad idem.

E converso autem non ponimus relationem virtualiter adæquatè distinctam à personalitate, neque intellectum, & voluntatem à potentia executiva, quia unum sine altero summè perfectum non intelligitur. Propter eandem ergo rationem dicimus lumen principiorum non esse virtualiter adæquatè distinctum à scientia, quia si conclusiones in principio non attingat, non intelligitur summè perfectum, neque sui obiecti summè penetrativum, & comprehensivum. Undè in forma disting. est antecedens habent diversa obiecta, distinctas definitiones, & constituunt diversas species capaces infinite perfectionis seorsim, & ut distincta, neg. antecedens, talis perfectionis incapaces, concedo antecedens, & neg. est consequentia.

15
3. Argum.

Arg. tertio. Sicut se habet principium in speculabilibus, ita finis in operabilibus, quod etiam tenet verum in Deo, ut colligitur ex D. Thoma 1. contra Gent. cap. 76. sed intentio finis virtualiter adæquatè differt in Deo ab electione mediolorum: ergo & cognitio principij à cognitione conclusionum. Respondetur disting. mai. quo ad insipientiam, & distinctio-

Dirucio.

nem finis à medijs, concedo mai. intentionis ab à lectione, nego mai. & concessa min. neg. est consequentia. Nam sicut potest haberi perfectissimus Divinæ bonitatis amor, sine ullo amore creaturarum, quia earum bonitate non eget, ita potest Deus habere perfectissimam finis intentionem sine electione huius medijs, potius, quam alterius, quia utroque divisivè æquè potest consequi. Undè, & inter intentionem finis, & electionem mediolorum mediat actus intellectus, qui dicitur consilium: salvatur ergo sufficiens fundamentum, ut intentio finis ponatur in Deo virtualiter distincta ab electione mediolorum. At cognitio conclusionum in principio pertinet ad perfectam penetrationem, & comprehensionem principij, & consequenter sine illius inclusione perfecta cognitio principij haberi non potest.

Tandem obijcies: sic comparantur actus ad principium proximum, sicut istud ad radicale; sed in Deo in una eademque natura dantur principia proxima virtualiter distincta: ergo in uno eodemque principio proximo possunt dari plures actus virtualiter adæquatè distincti: tales autem essent lumen principiorum, sapientia, & scientia respectu intellectus: ergo. Respondetur in primis minorem esse falsam, ut constat ex Disput. 1. Dub. 2. deinde ea admissa dicatur: nos non negare distinctionem virtualem inter lumen, & scientiam, quia ad eandem pertineant potentiam, cum talem distinctionem concesserimus inter intentionem, & electionem, sed quia posita tali distinctione, lumen principiorum non salvaretur in Deo summè perfectum.

Ex dictis inferitur primò. Artem, & prudentiam, secundum id quod dicunt de cognitione, non differre virtualiter adæquatè à lumine, & scientia; bene verò secundum quod addunt de morione

16
Ultim. argum.

17
1. Consecrarium.

Nota.

voluntatis : & idem est dicendum de eis inter se. Pro cuius intelligentia est advertendum, quod cum ars, & prudentia sint actus intellectus, ut *practici*, non solum important cognitionem rei factibilis, aut agibilis, sed ordinationem, determinationemque ad opus.

1. P. consideratur.

Quo supposito, probatur prima pars corollarij: nam cum ars sit recta ratio factibilium, & prudentia recta ratio agibilium, ut tradit D. Thomas loco cit. *artic. 4.* Ars in mente Divina erit cognitio essentia eius secundum quod est recta ratio, & exemplar omnium factibilium, & prudentia cognitio eiusdem, secundum quod est ultimus finis omnium agibilium; sed cognoscere essentiam Divinam prout est exemplar factibilium, & finis agibilium; pertinet ad comprehensionem eius, qualis esse debet cognitio principiorum: ergo virtutes istæ, secundum id quod dicunt de cognitione, non distinguuntur virtualiter adæquatè à lumine principiorum.

Item 1.

Secunda etiam pars constat: nam ad perfectissimam intelligentiam alicuius non pertinet illud ordinare ad opus. Unde quamvis Deus nihil decrevisset facere, non ideo eius intelligentia minor esset: ergo ordinatio ad opus, quam ars, & prudentia addunt ad intelligentiam, est ab intelligentia distincta.

3. Pariter.

Ex quo etiam constat 3. pars: nam ars, & prudentia sunt idem virtualiter cum intelligentia secundum id, quod dicunt de cognitione: ergo non differunt virtualiter adæquatè inter se. Quod autem differant secundum id, quod

addunt de ordinatione ad opus, etiam inter se, probatur. Quia ut ibi notat D. Thomas prudentia supponit rectum appetitum ad finem: & ideo est virtus moralis; ars autem non supponit rectum appetitum ad finem; sed præcisè respicit bonum operis faciendi; & inde est, ut subdidit D. Thomas, quod magis laudatur Artifex, qui volens peccat, quam qui peccat nolens; magis autem contra prudentiam est, quod aliquis peccet volens, quam nolens, quia rectitudo voluntatis est de ratione prudentiæ, non autem de ratione artis: ergo ars, & prudentia etiam differunt adinvicem secundum id, quod addunt supra cognitionem.

Secundò inferitur non esse admittendam in Deo cognitionem aliquam absolutam distinctam à lumine principiorum, & scientia, sicut possit Durandus: & ratio habetur ex dictis. Quia omnis cognitio Divina, vel terminatur ad veritates immediatas, vel mediatas; si primum est luminis principiorum; si secundum est scientifica: ergo. Nec refert dicere, quod cognitio terminata ad veritates immediatas, ut continentes mediatas, est cognitio principiorum; cognitio autem terminata ad illas specificativè est cognitio absoluta. Contra enim est: quia cum principia sint cognoscibilia utroque modo, si uno solo cognoscerentur à lumine, non cognoscerentur comprehensive: ergo uterque modis pertinet ad lumen, & hæc de hoc

Dubio applicanda litteræ M. in 1.


dist. 35.

D. Thomas.

18
2. Consecrarium.

Instantia.

Dispellitur.



DUBIUM SECUNDUM.

UTRUM SCIENTIA DEI SIT CAUSA rerum?

§. I.

PRÆMITUNTUR ALIQUA CIRCA DIVISIONEM SCIENTIÆ in scientiam visionis, & simplicis intelligentiæ.

N. 1
Alia sciē-
tiæ divi-
sio.

ALIA divisione dividitur scientia Divina in scientiam visionis, & simplicis intelligentiæ: quam ponit D. Thomas hic artic. 9. in Corp. diceas, quod per scientiam visionis cognoscit Deus, *omnia quæ actu sunt, fuerunt, vel erunt*: quia cum cognitio eius mensuretur æternitate, in qua futura, & præterita existunt, respectu notitiæ eius omnia ista sunt existentia, & præsentia. Per scientiam autem simplicis intelligentiæ cognoscit Deus, *omnia quæ sunt in potentia Dei, vel creaturæ, quæ tamen nec sunt, nec fuerunt, neque erunt*.

1. præmi-
sum.

Circa quam divisionem præmitenda sunt aliqua, quæ magis communiter, & ferè sine controversia recipiuntur. Primò divisionem istam esse adæquatam. Quod constat ex modo dictis: nam inter existere in æternitate, & non existere in illa nullum datur medium; sed per scientiam visionis cognoscuntur omnia quæ existunt in æternitate, per scientiam autem simplicis intelligentiæ, omnia quæ ibi non existunt: ergo inter illas scientias non datur medium. Vel aliter, ut apud omnes ratio probet: inter esse purè possibile, & esse præsens, aut præteritum, nullum datur medium, sed esse possibile cognoscitur per scientiam simplicis intelligentiæ, futurum, autem præsens, & præteritum, per scientiam visionis: ergo.

2. Obiect.
in contra.

Sed contra hoc obijcies: scientia impossibile non est simplicis intelligentiæ, cum hæc terminetur ad possibilis; neque visionis, quæ terminatur ad existentia; impossi-

bilis autem neque existunt, nec possunt existere: ergo danda est scientia inter has media. Secundo: quia scientia futurorum conditionatorum, quorum conditio nunquam verificabitur, non est simplicis intelligentiæ: tum quia scientia simplicis intelligentiæ est necessaria, horum autem est libera: tum quia illa est purè possibile; hæc autem est futurorum. Tum quia iuxta D. Thomam *quest. 3. de Verit. artic. 8. ad 8.* simplex notitiæ dicitur ad excludendam admixtionem eius, quod est extra genus notitiæ, ut existentia rerum, vel ordo voluntatis; sed scientia horum addit ordinem voluntatis, per quem constituuntur futura: ergo. Tandem: quia hæc futura cognoscuntur scientia approbationis; sed hæc est distincta à scientia simplicis intelligentiæ: ergo.

Secundæ

Deinde non pertinent ad scientiam visionis: tum quia illa futura non habent existentiam in æternitate, cum nunquam sint habitura existentiam in tempore, sed iuxta D. Thomam hic verbis adductis, solum ea quæ sunt præsentia in æternitate cognoscuntur à Deo per scientiam visionis: ergo. Tum quia iuxta eundem S. Doct. *quest. 2. de Verit. artic. 9. ad 2.* per scientiam visionis Deus scire non dicitur, nisi quæ extra ipsum sunt; sed futura ista, non sunt extra, sed intra Deum: ergo. Tum quia si ad scientiam visionis sufficeret determinatio conditionata, sequeretur quod homo, vel Angelus, qui determinationem illam cognosceret, cognosceret intuitive res sic de-

Continu-
tur 2. ob-
iect.

terminatas; sed hoc est aperte falsum: ergo. Tum: quia cum Deus habeat decreta conditionata, in sententia plurium Thomistarum, circa omnes combinationes possibilem, sequeretur quod si omnia, quæ subsistant tali decreto, per scientiam visionis cognoscerentur, cum ista sint infinita, per scientiam visionis Deus cognosceret infinita; quod negatur a D. Thoma *loc. citat. de Veritate*. Immo cum iuxta eundem S. Doct. Christus Dominus cognoscat omnia, quæ cognoscit Deus per scientiam visionis, etiam cognosceret infinita; quod videtur impossibile.

3
Diluitur
i. obiect.

Ad primum responderetur: quod impossibilia, ut chimera, & alia huiusmodi, licet non habeant posse esse realiter, possunt tamen esse obiectivè, & per fictionem creaturæ: dum ergo tale esse defacto non habent, & cognoscuntur secundum quod possunt habere, cognoscuntur per scientiam simplicis intelligentiæ; & per scientiam visionis, dum illud esse tale, quale iam habent.

Secunda
bisaric.

Ad secundum dicatur: quod circa cognitionem futurorum duplex est sententia alia quam tenent M. González, & M. Ferre, & P. Suarez prætendens quod huiusmodi futura per scientiam visionis cognoscuntur. Quæ sententia probat divisionem istam esse adæquatam: quia existimat, quod quidquid terminat determinationem aliquam voluntatis, cognoscitur per scientiam visionis; quod autem terminat cognitionem independentem ab hac libera determinatione, cognoscitur per scientiam simplicis intelligentiæ: & hæc sententia fundatur in his, quæ primò sunt adducta. Alia autem asserit talia futura per scientiam simplicis intelligentiæ cognosci, quæ est communior, & magis fundata: tum in D. Thoma: tum in rationibus factis.

Quæ sententia
autem
thoris.

Quam amplectendo, neg. est antecedens, pro prima parte: ad

primam eius probationem negatur etiam antecedens: nam sicut scientia visionis alia est necessaria, scilicet, ea, qua Deus se ipsum cognoscit, & alia libera, qua, nimirum, cognoscit creaturas existentes; ita scientia simplicis intelligentiæ, alia est necessaria, ea nimirum, qua cognoscuntur purè possibilem, & alia libera, qua cognoscuntur futura conditionata, quæ nunquam erunt. Unde divisio hæc non coincidit (ut aliqui existimant) cum divisione in scientiam liberam, & necessariam. Ad secundam dicatur: scientiam simplicis intelligentiæ esse respectu eorum, quæ nunquam habuerunt, vel sunt habitura existentiam, quæ lato nomine dicuntur possibilem: scientia autem visionis, eorum, quæ aliquando, aut habuerunt, aut habitura sunt existentiam.

Ad tertiam dicatur primò. **4**
Quod D. Thomas ibi non accipit simplicem notitiam, prout est idem, ac scientia simplicis intelligentiæ, sed in toto simplicitatis rigore, & secundum quod excludit cuiusvis extranei admixtionem; qua ratione excludit etiam determinationem voluntatis. Secundò, & fortè melius dicatur, quod ibi tantum excludit à simplici notitia ordinem voluntatis ad res absolute producendas; non tamen conditionatè: quia primus ordo, & non secundus constituit scientiam practicam in actu secundo, quod à simplici intelligentia intendebat D. Thomas removere. Nec refert dicere: illum ordinem intendisse excludere, quem admittit scientia à probationis; sed scientia illorum futurorum est scientia approbationis, cum terminent Divinam voluntatem volentem illa producere: ergo. Nam responderetur, quod solum excludit ordinem, qui constituit scientiam approbationis simpliciter talem; ista autem solum constituitur per ordinem voluntatis absolute, & simpliciter ordinantis res ad esse; non autem per actum

Diluitur.
i. via.

Secunda.

Replica.

Solutio.

actum conditionatum : nam hæc scientia solum est approbationis secundum quid, sicut, & voluntas de eorum existentia, non autem simpliciter.

Diluitur
ultim.

Ex quo ad ultimam dicatur scientiam approbationis simpliciter talem coincidere cum scientia visionis, quia cum per illam obiectum ponatur aliquando extra causas, semper est præsens æternitati; scientia autem à probationis secundum quid, cum nunquam ponat obiectum extra causas, insufficientis est ad illius præsentiam in æternitate, ac proinde reducitur ad scientiam simplicis intelligentiæ.

5
2. Præmissum.

Secundò præmiti debet divisionem istam non esse virtuales adæquatam, adeo ut membra dividenda constituent diversa. Attributa in Deo, sed esse tantum accidentalem, & per ordinem ad diversa eiusdem Attributi connotata. Quæ suppositio etiam communiter recipitur, & breviter probatur. Quia hæc divisio non desumitur per ordinem ad obiectum primarium scientiæ; Deus enim semper, & necessario scientia visionis cognoscitur, sed per ordinem ad obiectum secundarium, quod sunt creaturæ: istæ enim dum existunt in æternitate, per scientiam visionis cognoscuntur, & dum non existunt, per scientiam simplicis intelligentiæ; sed ut membra ista constituerent in Deo diversa Attributa virtualiter distincta, deberent distingui per ordinem ad obiectum primarium, à quo, sicut sumitur species, ita diversitas specifica; ergo.

6
Evasio
rat.

Nec refert, si dicas: obiectum simplicis intelligentiæ esse omnipotentiam secundum prædicata necessaria; obiectum autem scientiæ visionis Divina decreta; quæ, cum pertineant ad obiectum primarium Divini intellectus, possunt diversitatem specificam in prædictas scientias inducere. Non, inquam, refert: tum quia tam

Præcluditur 1.

omnipotentia, quam decretum liberum Dei secundum omnia, quæ cum Deo identificata dicunt, terminant scientiam visionis, cum sint essentialiter existentia: quod præcipue evidens est in omnipotentia, quæ essentialiter, & necessario existit non solum quoad entitatem, sed etiam quo ad denominationem: ergo denominatio simplicis intelligentiæ, aut denominatio visionis, prout adinvicem distinguntur, non à prædicatis Divinis, sed à creaturis debent provenire. Tum quia omnipotentia secundum se, & omnipotentia ut determinata per decretum, non constituunt diversam rationem obiecti: ergo dato quod prout sic distinguerent rationem scientiæ in scientiam visionis, & simplicis intelligentiæ, divisio ista non esset specifica. Antecedens probatur: tum quia omnipotentia, ut determinata ad causandum, & omnipotentia, ut actualiter causans, non constituunt diversam rationem obiecti; alias scientia visionis ulterius in diversa Attributa multiplicaretur: ergo neque omnipotentia secundum se, & ut determinata per decretum: tum quia decretum liberum nullam actualitatem, aut immaterialitatem addit supra entitatem necessariam, sed quo ad hoc est idem cum illa: ergo, & quo ad intelligibilitatem.

Secundò;

His prælibatis circa divisionem istam in communi; circa scientiam visionis, quæ est unum ex membris eius, omiſſa scientia simplicis intelligentiæ, (quia circa illam ferè nulla est difficultas) duo difficilia controvertuntur: primum quod continetur in titulo. Secundum, an futura, quæ per ea cognoscuntur, debeant esse phisicè præsentia in æternitate? De quo Dub. sequenti? Circa præsens autem duæ versantur sententiæ: altera negativa, quam defendunt omnes Professores Scientiæ mediæ; altera autem affirmativa, quam tenent omnes Thomistæ, & ex

7
Punctum
difficult.
& sententiæ.

Antiquioribus Scholasticis eam etiam defendunt S. Bonaventura in 1. dist. 39. quest. 2. Mag. ibi dist. 38. Alensis 1. part. quest. 24. membro 3. Scotus in 1. dist. 41. quest. 1. Quo ad creaturas autem necessarias, non autem quo ad actus liberos tenet eandem sententiam Suarez lib. 3. de Attributis, cap. 4. num. 15. & eandem à fortiori sequitur etiam Herice in presenti. Cum his ergo statuitur conclusio affirmativa.

§. II.

SCIENTIA VISIONIS DEI

est causa rerum, quæ
extra ipsum
videt.

Intellectus
conclusionis
ex PP.
suad. & r.
ex Ma. P.
Aug.

Conclusio intelligenda est de rebus moraliter non malis, quæ causalitatem Dei terminare possunt: & probatur primo ex Sanctis PP. ex S. Parente Aug. 15. de Trinit. cap. 13. ibi: *Universas creaturas suas, & spirituales, & corporeas, non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia novit: non enim nescivit, quas faceret creaturas. Quia ergo scivit, creavit, non quia creavit, scivit. Et lib. 5. de Genes. ad litteram, cap. 18. ibi: Quomodo ea faceret, quæ sibi nota non erant, non enim quidquam fecit ignorans: quæ verba attendenda sunt, quia ex eis deducenda est ratio conclusionis. Et lib. 3. Confessionum, cap. 38. ibi: Nos itaque ista, quæ fecisti, videmus, quia sunt, tu autem quia vides, ea sunt, & nos foris videmus, quia sunt, & intellectus, quia bona sunt; tu autem ubi vidisti facta, ibi vidisti faciendas, quibus nihil clarius adduci potest.*

Ex alijs
PP.

Nec minus clarius loquitur D. Gregor. lib. 20. Moral. capit. 23. ibi: *Et quæ sunt, non ab aternitate eius ideo videntur, quia sunt,*

sed ideo sunt, quia videntur. Eodem modo loquitur S. Anselmus lib. de Concordia, cap. 1. & S. Bonaventura. loc. citat. sed prætermittenda non sunt verba Boethij Boethius. lib. 5. de Consolatione, Prosa 3. in principio, qui rem ex proposito versans, sic ait: *Neque illam probationem, quæ se quidam credunt questionis de præscientia Dei nodum posse dissolvere; aiunt enim: non ideo quid esse eventurum, quoniam id providentia futurum esse prospexit, sed è contrario potius; quoniam quid futurum est, id Divinam providentiam latere non possit: quibus verbis ponit Adversariorum sententiam; sed eam statim sic rejicit: Quam præposterum est, ut eterna præscientiæ temporalium rerum eventus causa dicatur; quid est aliud arbitrari, ideo Deum futura, quoniam sunt eventura prævidere, quam putare, quæ olim acciderunt causam summa illius esse providentiæ. Hæc Boethius, & ista SS. PP., quibus expressissimè asserunt visionem, præscientiam, & providentiam Dei causam esse rerum quas videt.*

Ridicula autem est expositio, quam his autoritatibus adhibere contendit Aug. de Herrera: asserit namque SS. PP. præcipuè Aug. & Gregorium, quem Hieronymi nomine falso citat. solum contendere, Deum non habere scientiam temporalem verè, & phisicè causatam à rebus: immo cum scientia Dei sit realiter ipsemet Deus; in eo sensu, quo, Deus dicitur causa rerum, dicitur & eius scientia: non quia scientia Divina, sumpta prout distinguitur virtualiter à Deo, res futuras, quas videt, causet; quod & fundare contendit in S. Parente August. quia loc. citat. de Trinitat. asserit, quod Deus in tempore non incipit cognoscere, & quod scientia eius est eius essentia.

9
Interpretatio
causæ
iust. referunt.

Sed in primis expositio ista fugatur ad. 1.

adhiberi non potest. Anselmo, Bonaventuræ, & Boethio, qui rem ex proposito versantes, & de præscientia Dei, ut componibili cum libertate agentes asserunt ipsam esse causam rerum, quas cognoscit, & non è converso. Sed nec S. Augustino: tum quia loc. citat. de Trinitate. (quem specialiter explicare contendit) manifestè loquitur de scientia Dei prout ab essentia distincta, & secundum scientiæ denominationem: quod constat, tum ex verbis ibidem adductis; quibus sui dicti rationem reddit; scilicet, non enim nescivit, quas faceret creaturas. Tum quia si S. August. acciperet scientiam prout est idem cum essentia, dum dicit, non quia sunt, ideò novit, sed ideò sunt, quia novit, sensus illius hic esset, non quia creaturæ sunt, ideò Deus est, sed quia Deus est, ideò creaturæ sunt: & pariter dum asserit, quod nos ea cognoscimus, quia sunt; & non sunt quia cognoscimus, sensus illius hic esset, nos sumus quia sunt, & ipsæ non sunt, quia sumus; quod est ridiculum. Neque ex eo quod S. Patens alijs verbis neget Deum incipere cognoscere in tempore, aut scientiam Dei distingui ab eius esse, sequitur quod in alijs verbis agat de scientia; secundum quod identicè est eius esse: tum quia in eodem capit. Plura, & diversa pluriès attinguntur, & illorum diversitas, & convenientia ex sensu verborum, & non ex identitate capit. est desumenda: tum quia scientiam illam, de qua negat incipere cognoscere in tempore, & de qua affirmat esse idem cum esse eius, esse etiam scientiam quoad denominationem, nemò nisi contentiosus dubitare potest: ergo. Nec minus dissonat prædicta explicatio verbis, & menti Gregorij: nam non excludere per illa verba Deum incipere cognoscere in tempore constat manifestè, cum supponat ea cognosci ab æternitate, vel ab æterno; & de eis sic notis, subiunxit, quod non ideò videntur

quia sunt, sed ideò esse quia videntur.

De mente autem D. Thomæ nulla nisi contentions studio potest esse controversia, quod & vidit, ingenueque fatetur suus Vazquez. Ipse enim Ang. Præceptor nostram propugnat sententiam, & obijciens sibi auctoritatem Origenis, quod non propterea aliquid est, quia Deus scit illud, ipsam exponit de scientia, ut purè speculativa: & aliud, quod subiungit, scilicet, sed quia futurus est ideò scitur à Deo exponit secundum causam puræ consequentiæ, & non secundum causam consequentis, sed de hoc videndus est hic artic. 8. & Opuscul. de præscientia, & in 1. dist. 39. quest. 1. artic. 1. ad 2. & infinitis alijs in locis.

Ratione autem probatur conclusio, & desumenda est ex verbis S. Patens Aug. supra relat. Non enim Deus nescivit, quas faceret creaturas. Et iterum: quomodo ea faceret, que sibi nota non erant? Ex quibus verbis sic formatur ratio. Voluntas, quæ Deus producit, aut applicat potentiam executivam, ut producat creaturas, debet regulari scientia certa de futuritione eventus ex vitalis voluntatis, aut applicantis; sed hæc scientia est scientia visionis, aut libera: ergo scientia visionis est saltem causa directiva rerum, quas videt; quod, & nihil aliud prætenditur. Consequentia constat, & præmissæ sunt probandæ. Et mai. probatur sic: nam si voluntas, aut potentia executiva Dei non regularetur præscientia certa de futuritione eventus, Deus applicaret suam potentiam executivam ad producendum, immò defacto produceret, nesciens quid determinatè ex tali applicatione eveniret; ac proinde nescisset quas faceret creaturas, & eas faceret, quæ sibi notæ non erant; quod & reprobat August. & est contra lumen naturalis rationis; quia hoc est constituere Deum cæco, & ignorantem modo operantem. Min. autem probatur: tum

IO
Sententia
Aurhoris;
& sententia
D. Thomæ.

(I
Ratio cõ
clusiones
furnitur
ex M. P.
Aug.

Secundò.

Gregor.
Magn.

quia

quia scientia certa de futuritione eventus non est scientia simplicis intelligentiæ, aut necessaria: hæc enim ad res necessarias terminatur, futuritio autem eventus contingens est: tum quia, ut iam vidimus ex D. Thoma hic *artic. 9.* ea, quæ sunt,

Advers.
Respon-
sio.

fuerunt, vel erunt, per scientiam visionis attinguntur: ergo. Dices: scientiam directivam voluntatis exequentis, aut potentis executivæ, non esse scientiam, qua Deus cognoscit eventum absolute futurum, sed, vel qua cognoscit illum esse possibilem, aut conditionate futurum: hoc est, si voluntas exequatur, aut Dei potentiam determinet; hæc autem est scientia simplicis intelligentiæ. Sed hac solutione non possunt Adversarij uti circa actus liberos, quorum libertas ipsos præcipue movet, ut scientiæ visionis Dei denegent causalitatem. Quod ostenditur: nam in eorum principijs Deus non cognoscit per scientiam necessariam hanc conditionalem, *actus amoris erit, si ego applica- vero meam omnipotentiam voluntati;* hæc enim conditionalis potest esse falsa: solum ergo cognoscit apud ipsos futuritionem amoris, supposita applicatione omnipotentis, quia amor erit futurus, aut quia voluntas creata efficiet eum futurum esse: ergo applicatio suæ omnipotentis ex intentione quod sit amor, sit à Deo cæco, & ignorantis modo, & nesciens, an amor, an odium, an utriusque omisio consequetur, sed de hoc alibi.

13

Impug-
nat. ex
alijs titu-
lis.

Modo autem in generali obstat contra prædictam solutionem. Scientia dirigens potentiam Dei executivam hic, & nunc operantem debet cognoscere operationem eius, ut hic, & nunc existentem; sed hæc scientia est scientia visionis, non solum respectu operationis, sed & respectu effectus, qui ex operatione consequitur: ergo. Min. constat: tum quia implicat cognoscere operationem, ut hic, & nunc se exercentem, quin etiam cognoscatur effectus, vel ut existens ex vi ope-

rationis, vel saltem, ut futurus; sed hæc scientia est scientia visionis: ergo. Mai. autem probatur: quia si Deus non præcognosceret actionem, per quam hic, & nunc operatur effectum, & non dirigeretur, ut illam potius, quam aliam hic, & nunc eliceret, se exponeret periculo errandi, quamvis antecedenter, & signate cognoscat effectum istum hac actione, & sub hoc determinato modo esse faciendum: sicut quamvis artifex signate, & scientificè cognoscat hoc artificiatum hoc determinato instrumento, & sub hoc determinato modo esse faciendum; si tamen hic, & nunc, dum illud exequitur, non præcognoscit quod hoc est instrumentum, quod dicat ars, & hic est modus faciendi, qui ab eo præscribitur, se exponet periculo errandi, & per accidens consequetur effectum: ergo cognitio illius actionis, ut hic & nunc existentis, debet eum dirigere ad productionem effectus, quem producere intendit.

Confirmatur primo. Ita se habet ars circa factibilia, sicut prudentia circa agibilia, quod pluries repetit D. Thomas locis præced. adductis; sed præcipuus actus prudentiæ circa agibilia est imperium, quod iam supponens iudicium regulativum mediorum dirigit, & imperat usum, & executionem rei, ut expresse tradit 2. 2. *quæst. 47.* ergo præcipuus actus artis est etiam directio activa usus, & executionis artefacti. Tum sic; sed actus ille prudentiæ pertinet ad scientiam visionis, cum consequatur liberam electionem voluntatis: ergo & actus, quo ars dirigit, & imperat usum.

Confirmatur secundo. Supposita cognitione regulativa intentionis finis, necessaria est alia cognitio libera regulans liberam electionem mediorum: ergo hæc etiam supposita, necessaria est altera libera, qua usus, & executio illorum regulatur: ergo cognitio regulativa illius non pertinet ad scientiam necessariam, sed liberam, & visionis. Utraque con-

14
Confirm.
1.

15
Confirm.
2.

con-

consequentiā bona est etiam apud Advers. Antecedens autem ostenditur : quia ante electionem liberam præcedit iudicium determinatum de electione huius mediij, potius, quam alterius ; sed hoc iudicium est liberum : ergo. Min. constat, & mai. probatur. Tum, quia ante electionem debet præcedere prudens iudicium in recte eligente, & imprudens in eligente pravè ; sed iudicium non determinans media, non potest esse prudens, sed imprudens : ergo. Tum quia voluntas post intentionem finis non se movet ad electionem mediiorum immediatè, sed medio consilio, & iudicio rationis : ut tradit D. Thomas 1. 2. *quest. 9. artic. 4.* : alias voluntas irrationabiliter se moveret ; sed nequit voluntas se determinare medio iudicio omnino indifferenti ad electionem huius mediij, potius quam alterius : ergo debet præcedere iudicium dic-tans electionem huius mediij, potius quam alterius : pariter ergo ad usum debet præcedere iudicium, quo in executione reguletur, ut exequatur opus conformiter ad electionem ; sed hoc iudicium, utpote consequutum ad voluntatis electionem, pertinet ad scientiam liberam, & visionis : ergo.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

16
Argum.
1. ex PP.

CONTRA hanc conclusionem Arg. 1. aliquorum PP. autoritate afferentium non ideo res esse futuras, quia videntur à Deo, sed è converso, ideo à Deo videri, quia sunt futura. Sic S. Damasc. *Dialog. contra Manicheos*, ibi : *Et quidem Dei præscientia vera atque invariabilis est: verum ipsa, haud quaquam causa est, cur omnino fiat id, quod futurum est, quin potius quia hoc, vel illud, facturi sumus, ideo præcognoscit, quæ ipsi minime grata sunt.* Iustinus Martyr *Lib. Contra Gent. quest. 58.* ibi : *Non est prænotio causa eius quod futurum est, sed quod futurum erat causa prænotationis ; non enim præ-*

notionem sequitur res futura, sed rem futuram prænotio. Origines *super Epist. ad Rom. non propterea, aliquid erit, quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est, ideo scitur à Deo.* Eusebius *de Preparat. Evangelica, lib. 6. cap. 6.* *Dicam, etiam si absurdum multis forsam videatur, id quod futurum est, causa est, ut Deus eventurum illud prævideat : non ideo ergo fit, quia præscitur, sed quia futurum erat, præscitur.* Adducitur etiam *Concilium Valentinum*, sub Benedicto III. S. Hieronym. *cap. 26. super Hieremiam, & Dialog. Adversus Pelagianos, cap. 30.* Cyrillus Alexandrinus *lib. 9. in Iosnem, cap. 10.* S. Athanas. *Serm. de Passione.* S. Leo *Serm. 16. etiam de Passione.* S. Chrysost. & alij, quorum verba non referunt, neque ad propositum faciunt.

Ad quod responderetur primo, quod attinet ad Chrysost. Cyrillum, & Athanas. impertinenter adducitur, quia, ut bene etiam vidit Arrubal, non loquuntur de præscientia Dei æterna, sed de manifestatione eius per os Prophetarum, qua ratione non causat futuritionem eventus, sed eam supponit. Deinde *Concilium Valentinum*, S. Damasc. Leo, & Hieronym. expressè loquuntur de præscientia peccatorum, quæ revera non est illorum causa. Liber autem ille, qui sub Iustini Martiris nomine citatur, ipsius revera non est, quod deberent attendere, ut notat Sixtus Senensis *lib. 4. Bibliotheca, verb. Iustinus*, quod & aperte convincit : tum, quia in *quest. 82. & 86. & 115.* citat Ireneum, & Origenem Iustino tempore posteriores : tum, quia in *quest. 76.* dicit animam latronis adhuc custodiri in Paradyso terrestri, quod S. Martyr non sensit ; nulla ergo ex hoc lib. autoritas deduci potest. De Origene autem, cuius autoritatem valdè magnificant, dicatur ; quod in hac parte nec audiendus, nec citandus erat, sed potius damnandus : tum quia Pelagij doctrinam ramusculum Origenis vocat Hieronym. *Epist. ad Ctesiphontem*, tum quia, ut ait D. Thomas 1. *part. quest. 23. artic. 5. & 3.*

17
1. Arg.
gum. 1.
solutio.

contra Gentes, cap. 89. Origenes liberum arbitrium defendit contra expressas Divinæ Scripturæ auctoritates, unde in hac parte auctoritas illius non est æstimanda. Et id quod dicimus de Origene, dicendum est de Eusebio, qui suam in hac parte, sicut in multis alijs, ab Origene desumpsit sententiam: immò iam suis temporibus sententia ipsius absurda videbatur; quod & verbis citatis ipse fatetur.

18
Orig. ex
D. Thom.
exponitur

Sed ad maiorem abundantiam respondetur secundo cum D. Thoma hic *artic. 8. ad 1.* ubi verba relata Origenis, quamvis ut vidimus non debuerat, pro sua tamen innata modestia, & quia explicationem admittunt, exponit dicendo: quod quando affirmat non ideo rem esse futuram, quia præscitur à Deo, loquitur de præscientia secundum propriam eius rationem præcise, & prout non habet actum voluntatis adiunctum, de qua verum est non esse causam rerum; alias etiam esset causa peccati præcisi. Quando autem dicit ideo præscire futura, quia futura sunt; *ly ideo* denotat non causam consequentis, sed consequentiæ, idest, quod bene valet, res est futura: ergo præscitur à Deo.

19
Replicat-
bis adver-
sus 1. ex-
posit. PP.

Contra quam expositionem replicat P. Herrera ex P. Lessio 1. quoad 1. expositionis partem: nam Gentiles, & Heretici, cum quibus agebant PP. censabant scientiam Divinam adversari libertati humanæ, quia scientia Divina, utpotè essentialiter vera, infert necessario obiectum futurum: PP. autem ut huic apparenti rationi satisfaciant, asserunt ex eo scientiam Divinam nullatenus officere libertati consensus, quia non est ratio existendi consensus, sed potius è converso consensus est ratio existendi scientiam Divinam: ergo eatenus PP. consulunt humanæ libertati, quatenus negant scientiam illativam consensus esse rationem existendi consensus. si ergo datur scientia aliqua illativa eius, quæ sit ratio existendi illius, sive hoc ex se habeat, sive

ex adiuncta voluntate, semper perseverat eorum argumentum insolutum.

Confirmatur primò. PP. ut Confirm. Gentilibus respondeant, negant 1. scientiam illativam consensus esse rationem consensus; & dum hoc negant, tacite admittunt, quod si daretur scientia illativa consensus causans consensus, tolleretur eius libertas; at licet scientia consensus, prout præcindit à decreto voluntatis, non sit causa consensus, ea tamen, ut decreto adiungitur, est causa illius iuxta nostram solutionem: ergo. Confirmatur secundo. Quia facti possent Gentiles instare contra solutionem Patrum, dicendo, quod licet ipsa præscientia ex meritis eius, non inferat tanquam causa consensus; ut tamen habet adiunctam Divinam voluntatem, illum tanquam propria eius causa infert: unde & eorum argumentum restitueretur.

Secundo.

Contra secundam autem ex- 20
positionis partem etiam instant Advers:
primò. Quia particula *ideo* apud dialecticos non sumitur purè illativè, sed causaliter: ergo improprie exponitur. Secundo. Quia in prædictis auctoritatibus fit contrapositio inter duas illas propositiones: ergo particula *ideo* debet in utraque in eodem sensu accipi; sed in hac, *non ideo erit aliquid, quia id scit Deus futurum*; particula *ideo*, & *quia* non solum denotat causam consequentiæ, sed consequentis: ergo & in altera *ideo scitur, quia est futurum*. Tandem quia si illæ particule denotarent solum causam consequentiæ, posset etiam dici, quod ideo peccatum est futurum, quia scitur à Deo; sed hoc est absurdum: ergo.

Secundo.

Ultimo.

Ad impugnationem primæ par- 21
tis respondetur (admittendo illud 1. Repli-
fuisse argumentum Gentilium, & cæ sit si-
intentum SS. Patrum ei satisfacere, tis,
quod in pluribus non caret dubitatione) quod solutio data planè difficultatem argumenti evacuabat: nam si scientia Dei, præciso decreto suæ voluntatis libera, esset ratio à priori inferens existentiam consensus,

sus,

sus, cum prout sic non sit libera, sed necessaria, necessitatem etiam induceret in consensum. Aliter autem dicendum est de Divina scientia, quæ innititur decreto Divinæ voluntatis: nam prout sic non solum est libera, sed prima radix libertatis, & contingentiæ rerum: undè ex illa à priori infertur, tam consensus, quàm eius libertas. Est tamen valdè notandum quod nunquam invenitur apud SS. PP. dictum, quod ideo Deus voluit hoc fieri, quia illud est, sed potius sæpissimè dicunt, & cum Sacra Scriptura fatentur, quod *omnia quæcumque voluit Deus fecit, quod quia ipse voluit, sic factum est, quodque omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ*: dum ergo negant scientiam Dei esse causam rerum, intelligendi sunt, de scientia prout præscindit à decreto Divinæ voluntatis, quæ est expositio D. Thomæ.

Per quod patet ad primam, & secundam confirmat.: nam PP. de ea scientia, de qua negant, ut respondeant Gentilibus, esse rationem à priori consensus, tacitè affirmant, quod si esset, consensus non esset liber; primum autem negant de Divina præscientia præcisivè à voluntatis decreto, ut dictum est; undè & secundum de ipsa affirmant; quod & nos pariter affirmamus. Quod si Gentiles instaurarent argumentum de Divina scientia, ut adiuncta decreto Divinæ voluntatis; non eandem solutionem adhiberent, dicendo, sicut nunquam dixerunt, ideo esse voluta quia sunt, sed ideo esse, quia Deus vult; undè responderent, quod licet ideo sint futura, quia voluntate ordinata, & Divino iudicio directæ, Deus voluit esse futura; quia tamen ex hac voluntate, utpote efficacissima, & quæ attingit non solum substantiam, sed & modum actus, habent quod sint; debent esse, eo modo quo ipsa vult esse, sive contingenter, sive necessario. Quæ solutio adhibetur à D. Anselmo *lib. 1. Concordia, cap. 1.* & à D. Thoma *infra quæst. 19. artic. 8.* & quod magis est *1. eam trahit*

S. Petrus Simoni Mago, ut referatur in *lib. Recognitionum S. Clementis.*

Ad impugnationes autem secundæ partis dicatur: ad primam PP. non curare de rigore dialectico, sed de Theologico sensu: in quo *ideo, & quia* etiam purè illativè accipiuntur, Immo, in hoc sensu non semel accipiuntur in Sacra Scriptura, ut constat ex illo Ioannis 16. *Pater amat vos, quia vos me amastis, & eiusdem 12. non poterant credere, quia Isaias dixit, in quibus, & similibus locutionibus constat quod ly quia, non denotat causam consequentis, sed consequentiæ, esse, scilicet, bonam illationem.*

Ad secundam dicatur, quod non est necesse quod ly *ideo* in utraque propositione in eodem sensu accipiatur, quamvis quo ad vocem sint contrapositæ: quia sic accipi, non deserviebat intento SS. Patrum, cum illud tantum esset, aut quod præscientia Dei non sit causa peccati, aut quod non sit causa secundum quod præscindit à decreto voluntatis, ne inferat necessitatem. Ad ultimam dicatur, quod licet in sensu purè illativo possit etiam dici, quod *ideo est peccatum futurum, quia scitur à Deo futurum*; absolutè tamen non est concedendum, sed negandum, quia sine ulla determinatione facit sensum æquivocum, & convenit cum modo loquendi hæreticorum. alias expositiones adducit, & istam, cum illis solidissimè, ut assolet, fundat Venerabilis, ac Sapientissimus. M. Lemos *tom. 1. tract. ultim. cap. 13. sequentibus.*

Arg. 2. ex D. Thoma hic artic. 23 §. 8. asserente quod illa scientia est causa rerum, quæ cum de se sit indifferens ad opposita, ex determinatione voluntatis producit determinarum effectum; sed scientia indifferens ad opposita est scientia simplicis in intelligentiæ, & non visionis: ergo. Confirmatur primò: quia idem S. D. tam hic, quàm *in 1. dist. 38.* & alibi sæpè explicat causalitatem scientiæ Dei per causalitatem scientiæ artificis creati; sed

22

1. Repli-
cæ contra
2. p. ex-
posit. sit
laris.

Secundæ
item.

Pariter vl
simæ.

23

Arg. 2. ex
D. Thom.

Confirm.

1.

Utrique
itidem cõ
firm.

scienc

Scientia, qua artifex creatus producit artefactum, non est scientia visionis, sed simplicis intelligentiæ: nam scientia visionis, cum sit intuitiva, supponit rem iam existentem: *ergo*. Confirmatur secundo ex eodem S. D. *quest. 2. de Verit. artic. 14.* asserente quod inter scientiam Dei, quæ est causa rerum, & res causatas inventer duplex medium, unum ex parte Dei, scilicet, Divina voluntas, & aliud ex parte creaturæ: Tum ad alios effectus producendos, scilicet, causæ proximè; sed scientia, inter quam, & effectum mediat actus voluntatis; est scientia simplicis intelligentiæ: *ergo*.

24
Exponit
S. D. in 1.
testim.

Respondetur auctoritates istas pro nobis potius esse: primam quidem, quia ut vidimus ex D. Thoma *Dub. precedenti*, cum scientia visionis non distinguatur à scientia simplicis intelligentiæ attributaliter, sed per aliquid extra genus notitiæ, qualis est existentia rerum, aut actus absolute efficax Divinæ voluntatis; scientia illa, cui adiungitur Divinæ voluntatis determinatio, & ex eius determinatione causat, iam est scientia visionis, licet præcisivè ab illa determinatione talis non esset.

Idem in
2.

Ad secundam pariter dicatur, quod in artifice creato, non solum scientia illa, qua signatè cognoscit possibilitatem, & modum faciendi artefactum, dirigit illius operationes, sed etiam cognitio, qua cognoscit formam, & modum, quibus hæc, & nunc artefactum est faciendum; alias ut superius arguebamus, se exponeret periculo errandi, si adaptando instrumenta, non attenderet hic, & nunc ad modum faciendi artefactum: unde artifex creatus per imperium intellectus, quo hic, & nunc applicat potentias executivas, dirigit etiam illas, ut conformiter ad ideam præconceptam operentur. Verum tamen est, quod hæc scientia non est in artifice creato intuitiva, sed artefacti ut futuri; hoc autem in eo provenit: tum quia scientia futurorum, & existentium est in illo realiter distincta:

tum quia cum potentia executivæ sint materiales, actiones eius indigent tempore, ut suum perficiant opus, & existere faciant: in Deo autem, cum nec scientia futurorum distinguatur à scientia existentium, nec potentia executivæ sint realiter distinctæ ab eius intellectu, & voluntate; sed in eodem instanti, in quo intellectus imperat, voluntas applicet, & potentia executiva exequatur; scientia illius est verè intuitiva, & ad opus factum, & existens terminata.

Ad tertiam dicatur, vel quod loquitur etiam de scientia simplicis intelligentiæ, quam esse causam rerum remotam non negamus; vel melius dicatur; quod ibi inter imperium intellectus, quod à nobis ponitur scientia visionis, & rem productam, mediat etiam actus voluntatis, qui dicitur usus. Undè falsum est, quod solum inter scientiam simplicis intelligentiæ, & rem productam mediet actus voluntatis; immò iudicium regulativum electionis mediatorum non pertinet ad scientiam simplicis intelligentiæ, cum est liberum; & tamen inter ipsum, & rem productam mediant duo actus voluntatis, electio, scilicet, & usus; quod ex mente D. Thomæ, unde desumitur argumentum, negari non potest, ut videre est *1. 2. quest. 17.*

Undè, & solvitur aliud argumentum, quod obijcere solent, scilicet, quod per scientiam simplicis intelligentiæ, per quam cognoscitur omnis modus, quo effectus fieri potest, ponitur sufficiens directivum, ut voluntas exequatur sub illo modo quod facere intendit: *ergo* impertinens est scientia visionis ad hanc directionem. Quod confirmant, & explicant exemplo artificis creati, qui multoties non attendendo ad regulas artefactum operatur. Solvitur, inquam, quia non ponit sufficiens directivum, usque dum solvitur. hic, & nunc cognoscatur modus, quo res debet fieri, & cum regulis scientificè cognitis comparetur: constat enim ex dictis quod si artifex

Similiter
in 3.

25
Incidens
obiectio.

Ex dictis
solvitur.

sex creatus aliquando operatur exercitè non attendendo ad modum istum; magis operatur ex consuetudine, quam rationabiliter; quod longè est à Deo.

Arg. tertio. Scientiam visionis præcedit creaturarum existentia: ergo non est illius causa. Antecedens probatur: tum quia omnem scientiam præcedit suum obiectum; sed rerum existentia est obiectum scientiæ visionis: ergo. Tum quia scientiam visionis præcedit efficax determinatio voluntatis de existentia rerum pro suo tempore: ergo, & præcedit existentia rerum, ut iam existens in æternitate: non ergo est causa existentie illarum, nec pro suo tempore, nec in æternitate.

Responderetur neg. antecedens; ad primam eius probationem iterum negatur antecedens, intellectum de omni scientia, etiam practica; hæc enim licet representet obiectum existens; non representat illud, ut existens pro priori ad illam, sed ex vi illius; quod sit manifestum: tum in scientia visionis, qua Pater Æternus Verbum producit, quæ ad Verbum ut existens; non pro priori ad illam, sed ex vi illius, terminatur: tum in cognitione factiva entis rationis, quæ etiam terminatur ad illud, ut suo modo existens; ex vi tamen eiusdem cognitionis: tum in voluntate Divina efficaci, quæ ad creaturas, sive futuras, sive existentes terminatur, non futuritione, aut existentia ad voluntatem supposita, sed ab ea habita; quod licet ab Adversarijs respectu actuum liberorum negetur, conceditur tamen respectu aliarum creaturarum.

Ad secundam distinguendum est antecedens: præcedit efficax determinatio voluntatis *efficacia intuitiva*, concedo antecedens: *executiva*, nego antecedens; & distinguatur consequens: *ut adæquate habenda ex vi illius voluntatis*, neg. consequentiam. *Inadæquate*,

concedo consequentiam: electio ergo mediorum, quam imperium executivum directivum supponit, est tantum efficax in linea intuitiva, post quam, ut res executioni mandetur, necessarius est alius actus voluntatis; qui dicitur usus: unde res non intelligitur adæquate extra causas, nec complete futura ex vi tantum electionis, sed solum inchoative: ad completam ergo eius futuritionem, & ut intelligatur in æternitate existens, necesse est intelligere alium actum voluntatis, qui dicitur usus: immo si iste a potentia executiva distinguitur, necesse est etiam quod intelligatur actus illius post usum.

Sed contra hanc solutionem instabis: ergo existentia rerum, & completa earum futuritio non solum dependet à decreto intuitivo, sed etiam à decreto executivo per actum imperij regulatum: immo ab actione potentie exequentis, quam pro nunc ab intellectu, & voluntate admittimus distinctam, & eis posteriorem: ergo cum iudicium regulans usum sit ipso usu prior, sequitur quod pro priori illius iudicij non intelligatur ipsa rerum existentia, nec completa earum futuritio, sed solum pro signo posteriori: ergo illud iudicium regulans pro illo priori non est scientia visionis. Patet hæc consequentia, quia pro illo signo, pro quo intelligitur aliqua scientia visionis, intelligitur terminata ad obiectum, ut existens: unde sequitur scientiam illam esse simplicis intelligentiæ.

Confirmatur. Non sufficit existentia, aut completa futuritio rei existens in eodem instanti, in qua existit scientia rem illam cognoscens, ut scientia illa sit intuitiva, & visionis: ergo requiritur quod existat etiam pro eodem signo illius instantis. Patet consequentia, & antecedens probatur. Nam in eodem instanti, in

D d quo

27
Instant:
contra im
mediate
dicta.

Confirm;

26
3. Argum
ex ratio.
ne.

3. Argum
Diruit.
cum r.
anteced.
x. prob.

Diruit. 2.
anteced.
prob.

quo ponitur iudicium regulativum electionis, immo intentionis in Deo; ponitur etiam decretum executivum, ipsa rei executio, ac proinde existentia, vel completa rei futuritio; & tamen iudicium regulativum electionis, non est scientia visionis rei, cum hæc terminetur ad rem completè futuram: iudicium autem illud terminatur ad rem, ut inadæquatè futuram, scilicet, in ordine intentionis: ergo.

28

De regi-
tur inst.
equivoca
tio.

Hæc instantia laborat in equivo-
voco, & signa prioritatis, & pos-
terioritatis confundit, quam equi-
vocationem, ut à novitijs propul-
semus, & ut clarè hoc, & similia
argumenta, quæ non semel ab
Adversarijs obijciuntur solvere pos-
sint; advertendum est, quod in
eodem instanti duplicis generis sig-
na, aut prioritates distingui so-
lent; aut signa intelligentiæ, aut
signa naturæ: illud dicitur prius
alio in eodem instanti existenti
prioritate intelligentiæ, quod quam-
vis simul cum illo existat; tamen
suapte sui natura potest concipi
independentè ab altero, & prius
illo, quia in sui conceptu objecti-
vo, nihil importat; ratione cuius
cum altero connectatur, & in al-
terius cognitionem ducat: sic di-
cimus necessaria posse esse priora
liberis, quia suapte eorum na-
tura sine liberis possunt cognosci,
sicut, & esse: Illud autem est
prius prioritate naturæ altero in
eodem instanti, quod intelligitur
ut causa, vel principium alterius:
& hic accipimus prioritatem na-
turæ, non strictè, ut accipitur à
Philosophis, sed magis late pro
quacumque prioritate à quo; sub
quâ etiam comprehenditur *princi-
pium*; quod non est causa alie-
rius; qua ratione Pater est prior
Filio prioritate à quo, & originis,
& causa instantaneæ etiam cau-
sans effectum est prior suo effec-
tu.

Expensio
priorita-
tum con-
tinuatur.

Hæc autem prioritas non se-
habet, ut aliam includens, sed ut

omnino impertinenter ad illam, &
quæ sine illa potest dari, sicut de
facto inter Patrem producentem,
& Filium productum, inter cau-
sam actualiter causantem, & ef-
fectum causatum, datur prioritas
naturæ, seu à quo, non autem
prioritas intelligentiæ, quia neque
Pater sine Filio, neque causa ut
actualiter causans sine effectu cau-
sato intelligi possunt. Unde se-
quitur quod mediatio signorum,
dummodo sint signa naturæ, seu
à quo, non impediunt simultatem
cognitionis rerum, quæ in diversis
signis collocantur.

Et hinc facilis est solutio ar-
gumenti: quia iudicium regulans
usum, est prior usû, solum prio-
ritate naturæ; simul tamen cum
illo simultate intelligentiæ, cum
illud ut objectum respiciat: &
idem dicimus de usu respectu
actionis executive, si ponitur ab
usu distincta, & de actione exe-
cutiva, respectu rei actæ; quia
quamvis unum ab altero cognos-
catur dependens, omnia tamen
simul, & ut importantia conne-
xionem in esse existentium, cog-
noscuntur. Quare iudicium illud
regulans usum, cognoscit usum,
ut existentem ex vi suæ regu-
larionis, & actionem executivam,
etiam ut existentem dependen-
ter ab utroque; & rem produc-
tam, ut ab tribus omnibus dependen-
tem. Unde illa propositio, cui to-
tum innicitur argumentum; *sig-
num imperij regulativi usus præce-
dit usum, & rem existentem*, dis-
ting. est; præcedit prioritate à quo
præcise; concedo, prioritate in-
telligentiæ; seu in quo illam, ne-
go.

Ex quo etiam ad confirmatio-
nem dicimus, quod coexistentia iu-
dicii cum objecto in eodem inst-
anti, si datur prioritas *intelli-
gentiæ* non sufficit ad intuitionem;
& ideo scientia, quæ terminatur
ad res existentes secundum præ-
dicata essentialia præcise ab exis-
tentiâ, intuitiva non est. At si

non

29

Solvitur
instant. ex
notatis.

30

Satis sit
confirm.

non adest prioritas *intelligentiæ*, quamvis ad sit prioritas *à quo*, coexistentia sufficit ad rationem intuitionis; quod iam explicavimus, & probavimus exemplo generationis Verbi: hæc autem sola prioritas reperitur inter imperium directivum usus, est usum directam, & executionem rei.

31

Quid autem dicendum sit de iudicio directivo electionis; dependet ex alijs principijs determinandis infra ad *quest. 23.* breviter autem dicatur, quod qui defendunt iudicium hoc esse liberum, & efficaciter inferens executionem mediõrum mediante imperio proximè executionem etiam illam regulante, consequenter tenentur dicere iudicium illud esse intuitivum, & visionis, etiam ipsius effectus: quia videt effectum illum, non solum ut dependentem à se, qua ratione non est complete existens, sed etiam ut dependentem ab omnibus actibus illum consequentibus: inter omnes enim illos, solum est prioritas *à quo*, non autem *intelligentiæ*, aut *in quo*; & hæc est communior sententia Thomistarum ibi: si autem

tale iudicium, aut necessarium, aut inefficax constituitur ad inferendam executionem, & usum, prout ab alijs ponitur; sic non erit intuitivum; nec visionis, sed simplicis tantum *intelligentiæ*.


Tandem obijciunt, quod omnis suppositio antecedens actum liberum, & illum infallibiliter inferens, tollit eius libertatem; sed scientia absoluta Dei, cum non possit falsificari, infallibiliter infert obiectum; & si ponitur causa illius illud antecedit: ergo respectu nostrorum actuum auferet libertatem. Sed hoc argumentum est transcendens, & de eo alibi ex proposito est agendum: modo sufficiat ex dictis distinguere maiorem; si illa suppositio antecedens est *radix*, & *causa libertatis*, neg. mai. *si non sit*, concedo maiorem. Scientia autem, & decretum Divinum est prima radix totius contingentiæ, & libertatis: undè ex illa à priori inferitur, & non destruitur. Et hæc de toto hoc Dub. quæ applicanda veniunt littere Magistri in *1. dist. 38.* iuxta D.

Thomam, & iuxta D.

Bonaventuram *dist.*

39. & 40.

32



UTRUM FUTURA ABSOLUTA SINT DEO
ab aeterno physice existentia in aeternitate?

S. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS STATUITUR CONCLUSIO.
Et SS. Patrum autoritate probatur.

Cur quæ-
stio hic lo-
cetur.

DIFFICULTAS hæc non solum deservit ad cognoscendum scientiam visionis, prout distinguitur à scientia simplicis intelligentiæ, terminari ad res futuras; sed etiam ad explicandam immutabilitatem Divinæ cognitionis, quamvis ad res mutabiles, & quæ quotidie variantur, terminetur: quapropter quamvis ab aliquibus disputetur supra *quæst.* 10. merito hic cum alijs disputari potest.

N. 1.
Notabile
1.

Pro eius autem intelligentia notandum est primò duplicem esse rei præsentiam: aliam obiectivam: quæ, scilicet, res, & si in se non existat, redditur tamen intentionaliter præsens potentiæ, ut ab ea attingatur: quæ præsentia, quamvis respectu cuiuscumque potentiæ designari possit, magis tamen proprie dicitur respectu intellectus, qui trahendo res ad se, eas sibi præsentis facit, & sic cognoscit, & voluntati amandas, vel fugiendas proponit; hæc tamen præsentia, non nisi impropriissimè potest dici de aeternitate, vel respectu aeternitatis: quia aeternitas secundum proprium conceptum, non est potentia cognoscitiva, aut aliquàlter operativa, sed solum importat durationem ipsius Dei, aut mensuram intrinsecam durationis eius: respectu cuius, quicquid est præsens, debet esse præsens, non per modum obiecti ad potentiam, sed per modum rei durantis ab ipsa aeternitate mensurata. Quod notandum est contra aliquos Recen-

tiores, qui loquendo de præsentia futurorum in aeternitate, impropriissimè distinguere solent de præsentia physica, vel obiectiva. Secunda rerum præsentia est physica, quæ unaquæque res in suo esse physico, & omnino extra causas durat; & de hac est difficultas, an res futuræ secundum istam præsentiam sint ab aeterno aeternitati præsentis? Et idem, quod dixerimus de futuris, intelligatur dictum de præteritis.

Secundo etiam notandum est, quod futura esse physice existentia in aeternitate dupliciter imaginari potest: vel quia sint in illa per aliquam existentiam anticipatam, ad eam, quam in propria mensura habitura sunt, vel quia per eandem existentiam, per quam in propria mensura existunt, sint physice aeternitati præsentia. Primus modus omnino falsus est, neque ab ullo Authore hucusque insinuat, quod & breviter ostenditur: tum quia inde sequeretur, quod illud esse physicum futurorum bis produceretur, prius in aeternitate, deinde in tempore: tum quia de fide est res omnes creatas habere primam existentiam in tempore: tum, quia ut postea videbimus, eo defenditur præsentia physica rerum in aeternitate, quia aeternitas ambit omne tempus; ac proinde illud etiam, in quo res sunt physice præsentis: ergo quia futura quæ habitura sunt existentiam in tempore


2
2. Nota-
bile.

pore futuro, quod iam modo continetur in nunc æternitatis, modo sunt illi phisicè præsentia: ergo non per aliquam anticipatam existentiam.

Elucidatur doctrina.

Quod satis apto exemplo explicari potest: nam sicut corpus non prius est in loco communi quam in proprio, sed per idem esse, & eandem ubicationem, qua constituitur in loco proprio est etiam in communi, quia communis continet proprium; ita futura non prius sunt in æternitate Dei per aliquam anticipatam existentiam, ad eam, quam habent in tempore, sed per eandem existentiam, & durationem, qua durant in tempore tanquam in propria mensura, durant etiam in æternitate, tanquam in mensura aliena superexcedenti, & in actu omnes mensuras inferiores præcontinenti. Et fortassis plures ex contrarijs Authoribus in hoc patiuntur æquivocationem, dum existimant talem præsentiam attribui futuris respectu æternitatis. Difficultas ergo non est de ista, sed de altera, an scilicet futura secundum illud esse phisicum, quod habitura sunt in tempore, sint iam modo phisicè præsentia in æternitate? Circa quam duplex est sententia: altera negativa, quam defendit Scotus, Durandus, & ferè omnes Dòctores Societatis. Altera affirmativa, quam tenent ferè omnes Thomistæ, quibus consentit Molina, & pauci alij eiusdem Familiæ.

Sit ergo conclusio.



EA QUÆ RESPECTU nunc nostri temporis sunt præterita, aut futura, sunt respectu Dei in nunc æternitatis phisicè præsentia.

DE hac conclusione, post quam Pater Suarez asserit esse expressam D. Thomæ, esse quæ valde fundatam in Sanctis PP. subdit, quod est valde difficilis, suppositis principijs fidei, quasi ipse plusquam S. Thomas, & alij SS. Patres de principijs fidei sit assequutus. Et his non contentus Arriaga, asserit, quod voces, quibus Thomistæ hanc præsentiam futurorum in æternitate explicant, sunt malæ, & vitandæ, parum philosophicæ, & parum Catholicæ; quia videntur repugnare Scripturæ, Concilijs, & Patribus, aientibus nihil esse ab æterno præter Deum: sed peiores, magisque vitandæ sunt voces ipsius, quibus non solum Thomistas, quod sufficiens erat, sed etiam SS. Patres, à quibus Thomistæ suas voces desumpserunt, ut fatetur Suarez, sic fugillare audeat. Eo tamen omisso.

Probatum primò nostra conclusio. Ex SS. Patribus, in quibus nulla, quæ inter Theologos controveritur magis clarè, & uniformiter invenitur: nam in primis eam docet S. Parens Aug. lib. 11. *Confessionum*, cap. 10. ibi: *Quis tenebit cor, & figet illud, ut paululum stet, & paululum rapiat splendorem semper stantis æternitatis, & comparet cum temporibus nunquam stantibus, & videat esse incomparabilem, nec præterire quidquam in æternitate, sed totum esse præsens.* Et super Psalm. 101. ad illa verba: *In generationem, & generationem annuiti*, hæc habet: *æternitas ipsa Dei substantia est; quæ nihil habet mutabile, nihil ibi est præteritum, quasi non sit, nihil futurum, quasi nondum sit, sed quidquid ibi est, non nisi est.* Et lib. 4. ad Simplicia. quæst. 2. quærens an

3 Conclusione esse D. Th. fundarique in SS. PP. Suar. fatetur.

4 Autoritate SS. PP. prob. conclusio 1. Aug.

in Deo detur præscientia? sic responderet: *Quid est præscientia, nisi futurorum scientia? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora: & statim: si autem sicut in ordine temporalium creaturarum, ita & apud Deum non dum sunt que futura sunt; his ergo ea sentit, uno modo secundum futurorum præscientiam, altero modo secundum præsentiam scientiam: aliquid ergo temporaliter accidit scientia Dei; quod absurdissimum, atque falsissimum est.*

Boeth. &
M. Gregorij.

Cui S. Doct. resolutioni pariter, & rationi adhæret Boeth. 5. de Consolatione, Prossa 3. ibi: *Si præscientiam pensare velis, qua cuncta dignoscatur, non esse præscientiam, quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantis rectius estimabis.* Et ibidem: *Æternum sui compos necesse est præsens sibi semper existere, & infinitatem mobilis temporis habere præsentem.* D. Gregor. 2. Moralium, cap. 23. ibi: *Quo modo est præscientia, dum nulla, nisi que futura sunt, præscientur, & scimus, quia Deo futurum est nihil: in illo enim, nec præterita, nec futura reperiri possunt, sed cuncta mutabilia immutabiliter durant, & que in ipsis simul existere non possunt, illi simul omnia existunt, nihilque in illo præterijt, quod transit, quia in æternitate eius modo quodam incomprehensibili cuncta volumina seculorum transientia manent, & currentia stant.*

Ex S. Anselm. &
alijs PP.

D. Anselm. lib. de Concordia, cap. 1. ibi: *Æterno præsentem simul clauditur omne tempus, & que sunt in omni tempore: habet enim æternitas suam simul, in quo sunt omnia, etiam que sunt in diversis locis, vel temporibus.* Et ibidem: *Aliquid in tempore est mutabile, quod ibi est immutabile: quippe non magis opponuntur esse mutabile in tempore, & immutabile in æternitate, quam non esse in aliquo tempore, & esse in æternitate.* Quibus in

verbis pulchram instantiam argumentis Adversariorum insinuat. Deinde concludit omnium reddens rationem sic: *Quod facit vis æternitatis, que claudit omne tempus.* Ea dem etiam sententiam clarissime docent S. Ambros. 1. de Fide, cap. 7. S. Hieronym. super Epist. ad Ephesios, cap. 2. S. Prosper. lib. 8. de Vocatione gentium, cap. 33. & 34. S. Fulgentius de Fide ad Petrum, capit. 33. S. Isidorus lib. 2. de Summo bono, cap. 6. B. Petrus Damianus Epist. 4. cap. 8. S. Bern. Serm. 80, in Cantica, quorum verba referunt, & expendunt Venerab. M. Lemos tom. 1. cap. 15. & 18. & Cardinalis de Aguirre in præsentem; ipsa tamen ita clara sunt, ut solum ingenium Lectorem desiderent, qui sine dubio cognoscet nostram sententiam omnium illorum esse conformem mentem, & sensum.

Velle autem hæc SS. PP. dicta de præsentia obiectiva, & non de reali, & phisica explicare nihil est aliud, quam ad illorum verba non attendere, aut prætextu explanationis eisdem contradicere, ut optime notat Venerab. Lemos, quod & evidenter convincitur: tum quia plures eorum loquuntur de præsentia futurorum in æternitate nullam mentionem facientes de intellectu, aut de alia potentia operativa; sed in æternitate prout ab intellectu, & alia potentia operativa distincta, si quam habent præsentiam; non est obiectiva, sed phisica, & realis, ut supra notavimus: ergo Tum quia licet loquantur de æternitate, addito respectu ad intellectum; dicunt, ideo ab intellectu cognosci; quia sunt præsentia in æternitate: ergo attribuunt eis distinctam præsentiam in æternitate ab ea, quam habent respectu intellectus. Tum quia ratione præsentis, quam habent futura in æternitate, negant Deo præscientiam strictè acceptam, prout significat futurorum scientiam; sed sola præsentia obiectiva non tollit

5
Quædam
intelligentia
relatorum
PP.
refutatur
primò.

Secundò.

Tertiò.

lic

lit rationem præscientiæ strictè acceptæ : sicut nec rationem futuritionis rerum respectu æternitatis, ut eorum sententia asserit; ergo.

Refutatur
4. Tum quia si loquerentur de sola præsentia obiectiva futurorum; dum probant, quod ideo cognoscuntur à Deo, quia sunt præsentia in æternitate, idem per idem inutiliter probarent: dicerent enim ideo res certo à Deo cognosci, quia à Deo cognoscuntur; cum enim esse aliquid obiectivè præsens, idem sit, quod cognosci; affirmare quod cognoscitur, quia obiectivè est præsens, est affirmare quod cognoscitur, quia cognoscitur. Tandem quia SS. PP. ideo docent quod futura sunt præsentia æternitati, quia æternitas tota simul existens ambit omne tempus, præsens, præteritum, & futurum; sed hæc ratio probat de præsentia non solum obiectiva, sed reali, & phisica, quia res in tempore non obiectivè, sed phisicè, & realiter existunt: ergo.

Ultimo.

Eandem sententiam expressissimè docet, & pluries repetit fidelissimus SS. Patrum Interpretes, & Discipulus Ang. D. præcipua eius testimonia habentur hic *artic. 9. in corp. & artic. 13. & infra quæst. 57. artic. 2. & 3. & 2. 2. quæst. 71. artic. 6. & in 1. dist. 38. quæst. unica, artic. 5. & 1. contra Gent. cap. 66. & de Veritate, quæst. 2, artic. 12. & quæst. 12. artic. 6. & de Malo, quæst. 16. artic. 7.* Nec refert quod Ægidius Romanus, Hispalensis, Hervæus, & Silvéster Discipuli S. D. oppositam ei attribuant sententiam, tum quia Hispalensem falso citari probat M. à S. Thoma in præsentem: quod, & fatetur P. Ægidius: videatur in 1. dist. 38. quæst. unica, artic. 3. notab. 2. Et Ægidium etiã mutasse sententiam in 1. etiã dist. 38. quæst. unica, norat etiã Venerabilis Magister Lemos. Quoad alios autem dicimus, quod in hac parte maior fides adhibenda est expressis S. D. verbis, quarum expressionem plures etiã ex contrarijs fatentur, & omnes alij Thomistæ accipiunt, quam horum Au-

thorum interpretationi. In his ergo, & alijs locis citatis hanc sententiam probat S. Thomas tribus rationibus ex SS. PP. deductis, & in eorum authoritatibus insinuat; tum ex infinitudine æternitatis, & simultatè illius in esse durationis, & mensura. Tum ex immutabilitate Divinæ scientiæ, & tandem ex ratione intuitionis, quam scientiæ Dei respectu futurorum concedit. Ex his ergo tribus capitibus, & nos eandem conclusionem probabimus.

§. II.

RATIO NIBUS PROBATUR
conclusio.

Prima ergo ratio quæ ex 1. cap. 7 Desumitur, & qua sæpius utuntur SS. PP. præcipuè Gregor. Anselm. & Boeth. locis citatis, & D. Thomas hic *artic. 8. & 13. & loc. citat. ex 2. 2. & ex contra Gent. sic proponitur. Æternitas est infinita: quædam duratio, tota simul, & de præsentem existens: ergo simul, & de præsentem ambit, & continet omnem inferiorem durationem: ergo simul, & de præsentem ambit, & continet tempus præsens, præteritum, & futurum: ergo simul, & de præsentem ambit, & continet, quæ sunt in tempore præsentem, fuerunt in præterito, & erunt in futuro. Antecedens primum constat; tum ex definitione æternitatis à Boeth. tradita, & ab omnibus Theologis recepta, qua dicitur, quod est *interminabilis vita tota simul, & perfecta possessio*: tum quia cum æternitas sit duratio Dei, aut eius durationis mensura, debet esse infinita: non successiva, quia aliquid ei de novo adveniret, & de novo perderet, & consequenter mutaretur: ergo tota simul. Prima autem consequentia probatur: quia de ratione infinitæ durationis est omnem aliam inferiorem durationem continere, & etiã ambiendo mensurare: alias infinita non esset, si aliquid pertinet ad durationem ei deficeret: ergo de ratione infinitæ durationis simul existit.*

7
1. Ratio
conclusio
nis; qua
uti sunt
plures PP.

6
Ex D.
Thom. fi-
delissim.
PP. Disci-
pulo.

6
Eandem sententiam expressissimè docet, & pluries repetit fidelissimus SS. Patrum Interpretes, & Discipulus Ang. D. præcipua eius testimonia habentur hic *artic. 9. in corp. & artic. 13. & infra quæst. 57. artic. 2. & 3. & 2. 2. quæst. 71. artic. 6. & in 1. dist. 38. quæst. unica, artic. 5. & 1. contra Gent. cap. 66. & de Veritate, quæst. 2, artic. 12. & quæst. 12. artic. 6. & de Malo, quæst. 16. artic. 7.* Nec refert quod Ægidius Romanus, Hispalensis, Hervæus, & Silvéster Discipuli S. D. oppositam ei attribuant sententiam, tum quia Hispalensem falso citari probat M. à S. Thoma in præsentem: quod, & fatetur P. Ægidius: videatur in 1. dist. 38. quæst. unica, artic. 3. notab. 2. Et Ægidium etiã mutasse sententiam in 1. etiã dist. 38. quæst. unica, norat etiã Venerabilis Magister Lemos. Quoad alios autem dicimus, quod in hac parte maior fides adhibenda est expressis S. D. verbis, quarum expressionem plures etiã ex contrarijs fatentur, & omnes alij Thomistæ accipiunt, quam horum Au-

existentis est; quod simul existens omnem inferiorem durationem contineat, eam mensuret, & ambiat. Secunda autem consequentia non minus nota est: quia præsens, præteritum, & futurum sunt aliquæ durationes: ergo simul, & de præsentibus continentur in æternitate, & ab ea mesurantur: ergo & ea quæ in ipsis sunt.

8 **Confirm.**
1. ratio.

Confirmatur primò, & explicatur hæc ratio. Primò: si æternitas esset duratio simpliciter infinita, successiva tamen; successivè contineret tempus præsens, præteritum, & futurum, & successivè etiam ambiat, & mensuraret omnia; quæ in eis continentur: ergo cum sit duratio simpliciter infinita tota simul, & de præsentibus existens, debet etiam simul, & de præsentibus continere omne tempus præsens, præteritum, & futurum, & sic ambire, & mensurare. Patet consequentia: quia ideò antecedens est verum, quia de ratione durationis simpliciter infinitæ est, quod omnem inferiorem durationem contineat, & mensuret: ergo sicut ex inde inferitur, quod si duratio est infinita successivè, debet successivè continere, & successivè mensurare omnem inferiorem durationem, etiam inferri debet, quod si est infinita, non successivè, sed tota simul de præsentibus existens, tota simul & existens de præsentibus, debet omnem inferiorem durationem continere; & mensurare.

2. **Confirm.**

Confirmatur secundo. Æternitas Dei ab æterno; & simul de præsentibus durat, quidquid tempus per varias partes, & successivè durat: ergo æternitas Dei in esse durationis ab æterno, & de præsentibus simul correspondet durationi temporis, quæ per varias partes, & successivas habetur. Antecedens videtur evidens: quia si æternitas non duraret ab æterno, & simul, quidquid tempus per varias partes, & successivè durat, ut duraret, dum tempus durat, novam acquireret durationem; quod est falsissimum. Consequentia autem probatur: quia

si non correspondet ab æterno durationi, quam tempus in tempore habet, sed in tempore; non conveniret ei ab æterno, sed in tempore, durare, duratione, qua tempus durat.

9 **Advers.**
Solutio.

Communis, & unica huius rationis solutio est, quod ut æternitas sit infinita, & indivisibilis in ratione durationis, sufficit, quod quantum est de se, & in actu 1. omnibus durationum differentiis correspondat; quamvis in actu 2. & exercitè non coexistat nisi durationi præsentibus: nam huius coexistentiæ defectus, non provenit ex defectu æternitatis, quæ quoad intrinsecam, eadem est, sed ex defectu durationis creatæ, quæ dum non est, non existit; ac proinde non potest alteri coexistere.

Impugnatur 1.

Sed contra hanc solutionem replicatur primò: quia æternitas simul, & in actu 2. continet illam durationem, qua Deus simul, & in actu 2. durat; immò est ipsa, qua Deus constituitur formaliter durans; sed Deus ab æterno simul, & in actu 2. durat per omnem differentiam temporis, præsentibus, præteritis, & futuris: ergo æternitas est duratio simul, & in actu 2. continens differentias temporis præsentibus, præteritis, & futuris. Consequentia est evidens. Mai. constat ex probatione inducta, & min. probatur: tum quia si Deus ab æterno non duraret simul, & in actu 2. per omnes differentias temporis, vel quidquid omnes differentie temporis durant, sed solum quantum est ex se esset aptus, ut duraret; immò hoc exigeret; non magis uniformiter duraret, quam Angelus, nec magis simul haberet suam durationem: isti enim etiam quantum ex se sunt, per omnes differentias temporis sunt apti durare; immò hoc ex natura sua exigunt; sed hoc est absurdum; alias etiam Angeli essent æterni, sicut & Deus: ergo: tum quia si Deus modo non duraret per diem crastinam, duratio illius per diem crastinam modo esset illi futura; ac proinde non esset simul, nec æterna.

Impugna-
tur 2.

Secundò quia si, ut eternitas ab eterno duraret per omnes differentias temporis in actu 2. expectaret successionem, & variationem temporis, non esset infinita in ratione durationis simul existentis; sed hoc est falsum, ut constat ex eius definitione: ergo. Probat. mai. si Angelus esset ab aeterno creatus (quod esse possibile communiter admittitur) etiam ab eterno in actu 1. duraret per omnes differentias temporis, & in actu 2. duraret per illas secundum earum successionem, & presentialitatem, nihilò ex parte Angeli superaddito; & tamen duratio eius non esset infinita in actu, & simul existens: ergo.

Impugna-
tio 3.

Contra tertio. Quia si nulla imperfectio consequitur ex eo, quod Deus ab aeterno non duret in actu 2. per omnem durationem inferiorem, sed cum hoc fiat summa perfectio, & infinitas Dei in ratione durantis simul, nulla etiam sequeretur imperfectio in cognitione Divina ex eo, quod ab aeterno non intueretur rerum existentias in actu 2., sed solum in actu 1.: nam tunc posset etiam dici quod defectus iste proveniret ab ipsis rebus, quæ ab aeterno non sunt, & non ex Divina intellectione, quæ; quantum est ex se apta est ut illas intueatur ab aeterno, si ab aeterno existunt; sed hoc est absurdum: ergo. Nec recurri potest ad presentiam obiectivum, quam, etiam si non existant, habere possunt. Nam replica non procedit de quacumque obiectiva presentia, sed de ea, qua res ut exercitè existentes repræsentantur; hanc autem habere non possunt, nisi exercitè existant. Sed de hoc inferius.

Evasio
occluditurImpugna-
tur 4.

Modo autem quartò impugnatur eadem solutio. Eternitas Dei est mensura sive durationis Dei, sive durationis rerum creaturarum per modum continentis, & possidentis illas; & ideo in eius diffinitione dicitur quod est tota simul, & perfecta possessio; sed quod mensurat aliquid per modum possessionis rei mensuratae, dicit simul, & in actu 2.

non solum rationem mensurandi, sed rem etiam mensuratam: ergo. Probat. min. nam possessio utrunque dicit, & actionem possidendi, & rem quæ possidetur: ergo per cuiuslibet defectum potest deficere; vel per defectum actionis possidentis, vel rei quæ possideri debet.

Tandem impugnatur eadem Ultimo solutio. Nam eternitas est infinita impugnat in ratione mensuræ, summè uniformis, & immutabilis: ergo rem, quam mensurat, unica mensuratione, & non replicatis mensurationibus debet mensurare, sed si non ab aeterno omnia mensuraret; sed cuiusvis rei existentiam spectaret, non unica mensuratione, sed replicatis mensuraret, ut ex se constat: ergo. Confirmatur. Immutabilior, & uniformior, perfectiorque sine dubio in ratione mensuræ, esset illa, quæ unica simplicissima mensuratione, & per primum sui esse omnia mensuranda mensuraret; sed eternitas Dei in ratione mensuræ, ita uniformis, & perfecta est, qua uniformior, & perfectior dari non potest: ergo unica simplicissimaque mensuratione, & per primum sui esse, omnia mensurabilia mensurat: non ergo spectat ad mensurandum presentiam, aut existentiam rerum ad nostrum tempus, sed ab eterno illas mensurat.

Confirm.

Secunda ratio conclusionis, 10
quæ præcipuè desumitur ex S. P. 2. ratio
Aug. loc. citat. ad *Simpli* sic pro- conclusio
ponitur. Cum res est phisicè præ- nis ex P.
sens, ut phisicè præsens à nobis cog- Aug. de-
noscitur: ergo & à Deo, quem nulla sumpta.
later veritas: ergo vel ab eterno, ut
sic phisicè præsens cognoscitur, vel
non? Si primum habemus intentum:
quia si ut phisicè præsens ab aeterno
cognoscitur, revera fuit ab eterno
phisicè præsens; alias Divina cognitio
esset falla: si autem, 2.; ergo in tem-
pore incipit cognoscere rem, ut phisicè
presentem: bis ergo rem illam
cognosceret, uno modo secundum
futurorum præscientiam, & hoc
ab eterno, & alio modo secundum
presentium scientiam, & hoc in
teme

tempore; ac proinde aliquid temporaliter accideret scientiæ Dei, quod absurdissimum, & falsissimum reputatur à D. Aug. & pluries impugnatur à D. Thoma: videtur hic *artio. 15.* & locis ibi citatis.

11

Respon-
sio
contrario-
rum quo-
rundam.
Impugna-
tur resp.

Dices: rem cognosci ab æterno à Deo, ut phisicè præsentem, non ab æterno, sed pro tempore, quo est phisicè præsens in se, & in propria mensura. Sed contra est: quia dum res est iam phisicè præsens, & tempus, in quo res existit, est etiam phisicè præsens, & Deo non futurum, Deus cognoscit hoc tempus, & rem in illo existentem, ut sibi præsentia, & coexistentia: ergo vel hoc cognovit ab æterno, vel non? Si primum; habetur intentum, scilicet, quod qualibet duratio temporis, & res in illo existens coexistit Deo in æternitate ab æterno. Si secundum; reddit argumentum factum: nam tunc verum esset, quod Deus in tempore inciperet cognoscere rem esse sibi coexistentem, quod tamen non cognoscebat, neque affirmare poterat ab æterno, sed solum esse sibi futuram. Confirmatur hoc: nam si revera respectu Dei ego modo sum phisicè præsens, & Petrus phisicè futurus, Deus modo me cognosceret, ut sibi phisicè præsentem, & Petrum, ut sibi phisicè futurum: postea autem, si ego sum respectu Dei phisicè præteritus, & Petrus phisicè præsens, Deus tunc me cognosceret, ut sibi phisicè præteritum, ita ut non possit affirmare me esse illi præsentem, nec Petrum iam esse futurum: scientia ergo Dei, & illius enuntiationes secundum variationem obiectorum variarentur, vel si non, transirent de veris in falsas.

12

Aliorum
ad rat.
Respon-
sio.

Qua propter alij dicunt non esse inconveniens scientiam Dei sic variari: quia variatio ista est illi omnino extrinseca, desumpta adæquatè ex variatione obiecti, vel alicuius respectus rationis: sicut non est inconveniens Deum variari de creatore in non creatorem, quia hæc etiam variatio est illi om-

nino extrinseca: Sed contra, imprimis urget autoritas D. Aug. qui *loco citat.* falsissimum, & absurdissimum reputat quod Deus bis res creatas intelligat, uno modo secundum futurorum præscientiam, & alio modo secundum præsentium scientiam: cui etiam conveniunt Boeth. D. Gregor. & D. Thomas *loc. supra citat.* Secundò quia eadem ratione posset, immò deberet dici, quod voluntas Dei posset variari, ita ut incipiat modo velle, quod antea volebat, seu novo modo velle quod antea alio modo volebat; nam quantum ad constitui per denominationem extrinsecam, aut per respectum rationis ad obiectum variabile, eadem est ratio de voluntate, ac de scientia; consequens reputatur absurdum à D. Thoma *infra quest. 19. art. 7.* quem communiter sequuntur Theologi: ergo. Quibus adde, S. D. ibi probare invariabilitatem voluntatis per invariabilitatem scientiæ. Tertio. Quia hanc variationem debere etiam esse intrinsecam, iam ostensum est: nam si subiectivè, & intrinsecè eadem affirmatio coexistentiæ permaneret, re non coexistente; affirmatio illa transiret de vera in falsam; quod respectu Dei absurdum est.

Nec exemplum de denominatione creatoris aliquid convincit, nam ad illud responderet D. Thomas hic *artic. 15.* reddens manifestam disparitatem per hæc verba: *Dicendum quod Dominus & Creator, & huiusmodi important relationes ad creaturas secundum quod in se ipsis sunt; sed scientia Dei importat relationem ad creaturas, secundum quod sunt in Deo: res autem create sunt in Deo invariabiliter; in se ipsis autem variabiliter. Vel aliter (ut comprehendat voluntatem) responderet ibi Ang. D. dicendum, quod Dominus, & Creator important relatione, quæ fundantur super actiones, quæ terminantur ad res secundum quod sunt in se, velle autem, & intelligere important actiones, quæ permanent in Deo; unde infert posse variari denominationem Domini, & Creatoris per variationem rerum secundum quod*

Impugna-
tur 1.

Secundò.

Tertio.

Dispari-
tas ad si-
mile ex-
D.

in

in se sunt, sine ulla variatione ex parte Dei: secus autem dicendum esset si variaretur denominatio volentis, aut scientis. Eandem solutionem tradidit *quest. 20. de Veritat. artic. 13.*

13
Tertio ratio conclusionis.

Probatur tertio eadem conclusio & ratio desumitur ex 3. capite iam insinuato. Omnia, quæ in tempore absolute sunt, fuerunt, vel erunt, cognoscuntur à Deo per scientiam visionis, & intuitivam: ergo omnia illa sunt physice præsentia in mensura Divinæ cognitionis, quæ est æternitas. Antecedens præterquam quod constat ex dictis *Disput. 3. Dub. 1.* & pluries tradidit à D. Thoma, & clarissime hic *artic. 9.* constat etiam ex ratione immediate præcedenti: nam si Deus futura, quæ talia sunt respectu nostri temporis, non cognosceret intuitivè, sed solum præsentia; dum illa redderentur respectu nostri temporis præsentia, cognitio Dei respectu illorum esset intuitiva, ac proinde transiret, defuturorum præsentia in præsentium scientiam; quod tanquam absurdissimum rejicitur à D. Aug. vbi supra. Consequentia autem probatur. Nam scientia visionis terminatur ad res, ut exercite existentes, & coexistentes cognitioni: adeo, ut sic cognoscens, possit de re cognita affirmare, quod nunc existit, *ly nunc* designante propriæ cognitionis mensuram: ergo.

Suaderetur immed. antec. dens div. verisim. de.

Antecedens probatur: tum ex D. Thoma *quest. 2. de Veritat. artic. 2. ad 9.* ubi comparat scientiam visionis Dei visui corporali, qui res extra se positas intuetur; & subdit: *Unde per scientiam visionis Deus scire non dicitur nisi quæ sunt extra ipsum: videatur etiam artic. 12. sed adhuc clarius loquitur quest. 3. de Verit. artic. 3. ad 8. ibi: Dicendum: quod simplex notia, dicitur, non ad excludendum respectum scientiæ ad scitum, qui inseparabiliter omnem scientiam concomitatur, sed ad excludendam admixtionem eius, quod est extra genus notitiæ, sicut est existentia rerum, quam addit scientia visionis: tum quia hoc ip-*

sum constat definitionibus utriusque notitiæ: nam notitia intuitiva est notitia rei præsentis: & abstractiva rei absentis; sed hic præsens, & absens non sumuntur obiectivè, quia utrique notitiæ convenit obiectiva præsentia, & utrique pariter deficit obiectiva absentia: ergo sumuntur pro præsentia, & absentia physica, & exercita.

Dices: ad rationem intuitionis, & visionis sufficere, quod terminetur ad rem sub existentia, sive præsentia, sive futura, sive præterita: nam hoc modo sufficienter salvatur distinctivum eius à scientia simplicis intelligentiæ, quæ ad solas rerum quiditates, præscindendo ab existentia, terminatur.

14
Adversarius solutio ad rat.

Sed contra illam in primis obstant adductæ autoritates D. Thomæ, quæ sic nec possunt intelligi, nec explicari. Deinde obstat idem Ang. D. hic *artic. 9. in corp. ibi: Quædam enim licet non sint nunc actu, tamen, vel fuerunt, vel erunt; & omnia ista dicitur Deus scire scientia visionis: quia cum intelligere Dei, quod est suum esse, æternitate mensuretur, quæ sine successione existens totum tempus comprehendit, præsens intuitus Dei fertur in omne tempus, & in omnia, quæ sunt in quocumque tempore, sicut in subiecta sua præsentia: ergo iuxta D. Thomam ideo Deus ea, quæ fuerunt, vel erunt cognoscit scientia visionis, quia omnia illa, licet sint futura, vel præterita respectu nostri temporis, sunt tamen præsentia, & existentia respectu æternitatis, quæ est scientiæ visionis mensura. Tum quia notitia, quam modo habemus de Anti-Christo futuro, vel de Adamo præterito, non est intuitiva respectu illorum; & tamen etiam terminatur ad illos sub existentia habita, vel habenda: non ergo sufficit ad rationem intuitionis sic ad obiectum terminari, sed requiritur quod terminetur ad illud sub existentia, quæ de præsentia, & in nunc cognitionis exerceatur.*

Repellitur multipliciter.

Nec refert dicere, talem notitiam intuitivam non esse, quia est

Effugium

notitia istorum obscura, & non habitata per propriam speciem. Contra enim est: nam hæc disparitas non potest in primis de Deo verificari, qui omnia equali claritate, & per suam essentiam per modum speciei cognoscit; cum tamen aliqua abstractivè, & alia intuitivè cognoscat. Deinde: quia etiam in nobis hoc ipsum contingere potest: non enim repugnat quod aliquis per propriam speciem, & clarissimè cognoscat quidditatem, & omnia accidentia alicuius obiecti nondum existentis; & tamen illud non intuitivè, sed abstractivè cognoscat.

Confirm. Quod confirmari potest: nam sicut gaudium est de bono præsentis, ita notitia intuitiva est de obiecto præsentis: pari enim diffinitione utrunque in ordinè ad obiectum præsens diffinitur; sed non stat gaudium nisi de bono phisicè, & realiter præsentis: ergo neque notitia intuitiva nisi de obiecto phisicè, & realiter præsentis.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

15 **C**ONTRA hanc conclusionem obijciunt 1. aliquas SS. PP. auctoritates. Nam in primis D. Aug. 12. de Civit. Dei, videtur favere oppositæ sententiæ, dum ait: *Si potentiam suam fabricatoriam, ut ita dicam, rebus subtrahat, ita non erunt, sicut antequam fierent, non fuerant; sed ante dico, æternitate, non tempore.* Et Serm. 11. de verbis Apostoli sic habet: *Deus habet electos apud semetipsum, non natura sua, sed in præscientia sua,* & lib. 4. de Genesi ad litt. ibi: *Res antequam fierent erant, & non erant; erant in Dei scientia, & non erant in sua natura.* Insuper, & obijciunt D. Thomam pluriès asserentem *nihil esse æternum, nisi Deus: & quod creatura ab æterno non sunt, nisi in Deo:* quod asserit hic quest. 20. artic. 2. Et 1. 2. quest. 91. artic. 1. cum sibi obieisset quod *lex non est*

æterna, quia non est ab æterno cui lex imponatur: respondet, quod ea, quæ in se ipsis non sunt, apud Deum existunt; in quantum ab ipso sunt cognita, & præordinata: non ergo recognoscit aliquam præsentiam phisicam; alias eam ibi non taceret. Denique obijciunt plures auctoritates Sacre Scripturæ, & SS. Patrum, qui *Ex Sac. historis.* expresse asserunt, & prædicant *nihil creatum esse ab æterno, & quod in Deo absolute, & sine ulla restrictione invenitur præscientia; præscientia autem importat cognitionem futurorum, quæ talia realiter sunt respectu cognoscentis, & cognitionis eius, ut constat ex D. Thoma quest. 2. de Veritat. artic. 12. ergo.*

Sed auctoritates istæ non possunt contraponderare ad eas, quæ in favorem nostrum adduximus, in quibus non solum ex proposito sententiam nostram docent SS. Patres, sed & eius fundamenta tradunt. Unde ad primam ex D. Aug. dicatur: quod ibi tantum intendit S. D. quod antequam res fierent, ab æterno non erant in æternitate tanquam in propria mensura, & illis adæquatæ; non autem quod non erant in illa, tanquam in mensura superexcedenti, & ambienti illud tempus, in quo creatæ sunt. Vel quod non fuerunt in æternitate, secundum quod ad quodlibet tempus se extendit, sed solum ad illud, in quo res creatæ, & productæ sunt.

Ad secundam, & tertiam eiusdem S. D. dicatur: quod absolute non negat quod res ab æterno fuissent in Dei æternitate, tanquam in mensura aliena, sed solum negat, quod fuissent ab æterno secundum naturam suam; quod verum est: quia existentia in æternitate non tam est propter eorum naturam, quam propter naturam æternitatis, quæ simul existens ambit, & comprehendit omnem durationem inferiorem, & omnia quæ in eis sunt. Dum autem subdit, quod erant in præscientia Dei: præsentie nomine non proprie dicitur secundum quod est futuro-

rum scientia ; ut vidimus loc. cit. ad *Simplicianum*, sed in modo lato, secundum quod accipitur pro cognitione Dei certarum rerum, quæ apud nos futuræ sunt.

Item D. Th. 1. lo. co.

D. autem Thomas omnino impertinenter adducitur, dum ait, *nihil præter Deum esse æternum*; nam hoc absolute omnes fatentur: esse namque *æternum* absolute prolaturum significat habere æternitatem tanquam propriam durationem, & esse in illa tanquam in mensura proportionata, & adæquata: futura autem non sic sunt in æternitate, sed solum tanquam in mensura superexcedenti, & quæ in suo nunc ab æterno comprehendit, & ambit tempus, & durationem propriam, in qua existunt creaturæ; in quo sensu explicandæ, intelligendæque sunt auctoritates Sacræ Scripturæ, quæ ad id ipsum comprobandum impertinenter etiam adducuntur. Et in hoc etiam sensu loc. citat. ex 1. part. negat quod esse creaturarum sit aliquid præter Deum. In auctoritate autem adducta ex 1. 2. respondet quod conducit ad solvendum argumentum: nam ad hoc sufficit præsentia obiectiva rerum in mente Divina, ut lex, quæ est actus rationis, aliquid erga illas dirigere, & ordinare intelligatur, ad quod præsentia physica in æternitate omnino impertinens erat; & ideo de illa nullam mentionem ibi fecit.

17
Alia testim. Scriptur. & SS. exponuntur.

Alia autem auctoritates, tum Sacræ Scripturæ: tum SS. Patrum, quibus Deo attribuitur præscientia, se accomodant nostro modo concipiendi: nam cum plura, quæ Deus cognoscit, sint apud nos futura, scientiam de eo nominamus præscientiam, quæ est futurorum scientia: ipsa tamen scientia Dei re vera, cum terminetur ad res, quæ sunt præsentia in propria cognitionis mensura, non est futu-

turorum scientia, sed præsentium; quod expressis testimonijs D. August. D. Gregor. D. Thomæ, & Boethij comprobavimus: quibus adijunge D. Thomam *quest. 2. de Verit. artic. 12.* & S. Anselmum *de Casu diaboli, cap. 21.*

Arg. secundò. Præcipuum contrariæ sententiæ fundamentum à Durando propositum, & ab alijs magnificatum. Dum aliquid in se non existit, sed nihil est, non potest alteri coexistere, sed futura (& idem dic de præsentibus) modo in se non existunt, neque ab æterno in se existerunt, sed modo, & ab æterno nihil sunt: ergo nec modo, nec ab æterno possunt æternitati coexistere. Min. constat: tum quia dum aliquid futurum est, in se nihil est, quia futurum ut tale dicit carentiam existentie futuritionis tempore: tum quia ut ait D. Thomas infra *quest. 61. artic. 1.* solus Deus est ab æterno: hoc enim fides Catholica indubitanter tenet, & omne contrarium est sicut hæreticum refutandum. Mai. autem probatur: tum quia coexistere alteri dicit simultatem existentie utriusque: tum quia ideo possibilia, nec modo, nec ab æterno coexistunt Deo, quia modo, & ab æterno nihil in se sunt, & nullam important existentiam: ergo.

18
2. Obiect. ex Illust. & Sapientissimo Durando.

Ad hoc arg., quod insolubile 19 vocatur ab Adversarijs, respondetur perviam habere solutionem ex dictis. Disting. est enim mai. dum aliquid in se non existit, sed nihil est, non potest alteri coexistere, pro eo nunc, aut tempore, quo nihil est, concedo mai. pro eo nunc, & tempore, pro quo aliquid erit, aut fuit, eam subdistinguo; non potest alteri coexistere, si illud alterum sit durationis finita, in qua modo non sit præsens duratio illa, pro qua aliud aliquid est, concedo mai. si sit infinita durationis, simul, & de præsentia continens omnem aliam durationem, in qua illud aliud aliquid est, nego.

19
Solvitur 2. obiect.

Et mai.

mai. & concessa minori, vel illam distinguendo, iuxta doctrinam mai. neg. est consequentia. Natura enim aeternitatis, propter sui immutabilitatem in ratione mensuræ, & propter sui infinitatem, & indivisibilitatem in ratione durationis, ea est, quod modo, heri, & ab æterno, & in æternum continet in summa præterialitate, & ambit in summa simultate omne tempus, & omnes illius differentias, in quibus res temporales habuerunt, habent, & habituræ sunt suam existentiam. Quapropter tam hodie, quam heri, sive ab æterno, omnibus illis rebus, ut præteritens coexistit, & correspondet: & illæ è converso, ut præterentes etiam correspondent æternitati sive heri, sive hodie, sive ab æterno; non tamen pro quacumque duratione, sive hodierna, sive externa, sed pro illa tantum, pro qua habituræ sunt suum esse, quod iam modo, & ab æterno præteritens est æternitati.

r. Min.
prob. sol.
vit.

Ex quo ad probationes maioris: ad primam dicatur, quod ea ratione, qua futura modo coexistunt æternitati, modo etiam habent existentiam, sed modo non coexistunt æternitati, ut correspondet durationi, quæ modo est, sed ut correspondet durationi, in qua habituræ sunt existentiam: hæc enim duratio iam modo in æternitate continetur: unde sequitur quod modo in illa, secundum quod talem durationem importat, habeant existentiam. Ad secundam pariter dicatur, quod purè possibilis, nec modo, nec ab æterno coexistunt æternitati, quia in nulla duratione, quæ contineatur in æternitate habent, seu habebunt existentiam: cum autem coexistentia sit mutua duorum existentia; quod in nulla duratione existentiam habebit, non potest alteri coexistere, & si alterum de presenti omnem

Item 2.

durationem contineat. At licet futura, & præterita in nunc nostri temporis nullam habeant existentiam; quia tamen aut habuerunt, aut habitura sunt in aliquo nunc, quod modo, & ab æterno in nunc æternitatis est præteritens; ideo sive modo, sive ab æterno illi coexistunt.

Sed contra hanc solutionem, quæ continet SS. Patrum doctrinam, ut melius percipiatur instabis primò. Hæc propositio est vera iuxta solutionem, *futura modo in hoc nunc nostri temporis coexistunt æternitati*: ergo & hæc erit vera: *Futura modo in hoc nunc nostri temporis in se existunt*. Probatur consequentia ex dictis: eo modo, & tempore, quo aliquid alteri coexistit, in se existit: ergo si futura in hoc nunc nostri temporis coexistunt æternitati, modo in hoc nunc nostri temporis in se existunt; quod aperte est falsum. Et eadem instantia formari potest ex hac propositione: *Futura ab æterno coexistunt æternitati*, quam etiam concessimus: nam ex illa etiam sequitur quod futura ab æterno in se existant; in utraque enim arguitur à copulativa ad partem virtualiter, seu à simultate existentie utriusque pro aliqua duratione ad unius existentiam pro eadem duratione.

20

Instant. 1.
contra sol.
lut.

Secundo. Quia non possunt futura coexistere æternitati nisi ratione proprie, & intrinsicæ existentie, quæ propria duratione eorum debet mensurari: non enim æternitas potest illis communicari per modum existentie, neque in ea, quantumvis sit duratio superior, aut communis, aliquid contineri, nisi quatenus continetur in inferiori, & propria duratione: sicut nihil continetur in loco communi, quod etiam non con-

Secunda.

ti-

rineatur in proprio; sed si hoc ita est, sequitur, quod ut futura ab eterno coexistent eternitati, debent ab eterno intrinsecam habere existentiam propria duratione mensurata; quod videtur absurdum: ergo.

Confirm.

Confirmatur. Anti-Christum habere propriam existentiam propria mensura mensurata est ali-quod realiter futurum: ergo vel hoc iam coexistit eternitati, vel non? Si secundum; habetur intentum: nam iam aliquid habetur esse futurum, quod non esset præsens respectu eternitatis, sed futurum, sicut respectu temporis: ex quo sequeretur quod idem dicendum esset de omnibus. Si primum, sequitur quod Anti-Christus iam habeat propriam existentiam propria mensura mensurata, inamo & quod ab eterno habeat; quod videtur absurdum in fide.

21
Diluitur
1. instan-
tia.

Ad primam dist. est consequens: ergo futura modo in nunc nostri temporis coexistunt eternitati, prout eternitas correspondet huic modo, & nunc nostri temporis, nego consequentiam: prout modo, & in hoc nunc nostri temporis correspondet propria durationi, in qua futura existunt, concedo consequentiam, & nego alteram, quæ subinfer-tur. Igitur modo in hoc nunc nostri temporis, & in quocumque alio, cum eternitas sit tota simul, & infinita, habet de præsenti correspondere cuicumque durationi, & rei in ea existenti: undè modo, & in hoc nunc nostri temporis, quæ-cumque res correspondet etiam præsens eternitati, non prout eternitas huic modo, & nunc nostri temporis correspondet, sed prout in hoc modo, & nunc cor-respondet iam durationi in qua futura habebunt existentiam.

Diluitur
1. modo
formata.

Eodem modo respondetur ad secundam: nam quando dicimus quod futura ab eterno coexistunt eternitati, non est quia futura habeant existentiam in aliqua durati-one non eternitati coextensam,

sed quia eternitas ab eterno ha-
bet sibi præsentem durationem
illam determinatam, in qua futura
existent. Hæc autem propositio:
Futura ab eterno existunt, facit
primum sensum, & ideo est ne-
ganda. Neque consequentiæ ille
sunt à copulativa ad partem, sed
potius à virtualiter disiunctivâ ad
unum ex illius partibus: nam ut
modo, & in quocumque alio tem-
pore coexistent futura eternitati,
sufficit quod in hac, vel altera
differentia temporis habeant exis-
tentiam: quare dum inferitur quod
illam habeant in hac differentia
temporis determinatè, arguitur à
disiunctivâ ad partem.

Et eodem defectu laborat Ad idem;
consequentia ista: *In hoc nunc
nostri temporis Anti-Christus est
præsens nunc eternitatis: ergo in
hoc nunc nostri temporis Anti-
Christus est præsens*: nam antece-
dens est verum, quia nunc eter-
nitatis, quod totum simul datur,
in hoc nunc nostri temporis cor-
respondet de præsentem durationi
illi, in qua existet Ante-Christus.
Consequens autem est falsum, quia
ut esset verum, requirebatur quod
Anti-Christus determinatè exis-
teret in hoc nunc nostri temporis:
undè & possumus alium defec-
tum etiam dialecticum designare,
scilicet, quod arguitur, *ab amplo
ad non amplum sine distributione
ampli, vel, quod est idem, à res-
tricto ad non restrictum sine dis-
tributione non restricti.* Nam in
antecedenti ly *præsens* sumitur pro
præsentia abstrahenti ab illa quæ
habetur in hac, vel illa diffe-
rentia temporis; in consequenti
autem determinatur, & restringi-
tur pro ea, quæ tempore præsentem
habetur.

Ad secundam instantiam dis- 22
ting. est antecedens: nisi ratione 2. Instan-
proprie, & intrinsecæ existentie tie dilui-
propria duratione mensurata, qua tur.
detur determinatè in hoc tempore,
neg. antecedens. *Qua detur in hoc,
vel ille tempore, concedo antece-
dens,*

dens, & neg. est consequentia: nam sicut ut nunc coexistat res aeternitati ratione propriae existentiae, quae propria eius duratione mensurari debet, non est opus quod illa propria existentia in hoc nunc nostri temporis detur; sed sufficit quod aeternitas in hoc nunc nostri temporis ambiat de presenti illud tempus, in quo res habitura est, vel habuit existentiam; ita ut etiam modo correspondeat praesens ab aeterno, non est necesse, quod ab aeterno habeat propriam existentiam propria duratione mensuratum, sed sufficit quod ab aeterno aeternitas habeat sibi praesentem durationem illam, in qua res habebit propriam existentiam, ut per durationem illam mensuratum. Igitur ut supra notavimus (& praeculis in hac quasi sempiterni haberi debet) res creata non coexistit ab aeterno aeternitati, quia habeat aliquam durationem infinitam aeternitati coextensam, qualem haberet Angelus, v. g. si fuisset ab aeterno creatus, sed illi coexistit, quia quamvis duratio illius sit temporalis incipiens, & desinens; duratio tamen aeternitatis habet ab aeterno omnes durationes temporales simul, & de presenti in se contentas, & omnia, quae in eis existant, & omni ratione qua existant.

Idem g.

Ex quo ad tertiam, quae eandem continet difficultatem, aperte concedimus quod Anti-Christus per propriam, & intrinsicam existentiam propria mensura mensuratum coexistit aeternitati, sed non prout aeternitas ad omnes durationes temporales se extendit, sed prout se extendit, praecise ad propriam Anti-Christi durationem. Ex quo tantum sequitur quod Anti-Christus in propria duratione habeat intrinsicam existentiam propria mensura mensuratum, non autem quod eam habeat in hoc nunc nostri temporis.

Arg. tertio. Si futura existent in aeternitate Dei secundum suum esse physicum, & hoc ab aeterno, cum tale esse physicum, & reale, non possit non haberi per creationem, ab aeterno essent creata; sed hoc est falsum: ergo. Mai. constare videtur; & min. probatur. Tum quia inde fieret quod rerum creatio non esset in tempore contra illud Genes. i. *in principio creavit Deus Caelum, & Terram*; quod universaliter, & Catholice intelligitur de principio temporis. Tum quia etiam sequeretur quod eadem res bis crearetur, quod est intelligibile, nisi inter unam, & aliam creationem annihilatio intercedat. Tum quia cum creari sit transitus de non esse ad esse, ut futura in aeternitate crearentur, oporteret quod in illa haberent esse post non esse: ac proinde quod posset intelligi aeternitas tota simul, respectu cuius futura non existent, sed futura essent.

Ad hoc arg., quo utitur Scotus, facile etiam responderetur ex dictis: disting. est enim mai. essent ab aeterno creata *in mensura propria*, neg. mai. *in aeternitate*, *tantumquam in mensura aliena*, & *super excellenti*, eam subdistinguo, *prout ab aeterno se extendit ad quancumque inferiorem durationem*, neg. mai. *prout se extendit determinate ad durationem illam*, in qua creantur, concedo mai. & in hoc sensu neg. est min. & consequentia. Ex quo nullum sequitur inconveniens ex adductis: non primum; nam dum dicitur quod *in principio creavit Deus*, *ly in principio*, quod pro tempore accipitur, significat propriam mensuram rerum creatarum, & creationis denominative acceptae, quae vere fuit tempus. Cum quo componitur quod eadem creatio, tam active, quam passive accepta, ut propria etiam mensura mensurata, fuerit in nunc aeternitatis ab aeterno prout illud

23
3. Obiect.

24
Dirigitur
3. Obiect.

illud nunc ab aeterno continebat durationem temporis illius mensurativam.

Ad idem tenditur.

Nec secundum: quia sicut res sunt in aeternitate secundum illud tempus determinatum, in quo habiturae sunt esse, ita producuntur in aeternitate, secundum quod se extendit ad illud tempus, in quo in suo esse producuntur. Unde sicut non est duplex esse rerum, aliud in tempore, & aliud in aeternitate, sed per illud, quo habent esse in tempore, sunt etiam in aeternitate; ita nec est duplex productio, una in tempore, & alia in aeternitate, sed una & eadem. Hoc autem inconveniens manifestè sequeretur, si prius essent in aeternitate per quandam anticipatam existentiam ad eam, quam habent in tempore, ut supra *num. 2.* iam ostendimus. Nec tertium sequitur: tum quia de ratione rei creatae non est quod habeat esse post non esse, quia si ab aeterno crearetur, quod esse possibile fert communis sententia, non haberet esse post non esse. Tum quia licet hoc de ratione rei creatae sit, non est intelligendum, quod habeat esse post non esse in aeternitate tanquam in mensura aliena, sed in tempore; vel si in aeternitate non adaequatè sumpta, sed inadaequatè, prout correspondet illis temporibus, in quibus, & habet non esse, & postea esse.

25
4. Obiect.

Arg. quartò. Sicut se habet immensitas ad loca, ita aeternitas ad tempora; sed immensitati Dei, non coexistunt loca futura, sed tantum praesentia; Deus enim ab aeterno fuit immensus, & ab aeterno non fuit in loco, ut testatur D. Thomas in *I. dist. 37. quest. I. artic. 3.* ergo nec aeternitati coexistunt tempora futura. Confirmatur. Sicut aeternitas est existere. Aeternum Dei; ita immensitas existere immensum illius; sed creatura in loco determinato existens, & si localiter penetraretur

Confirm.

cum immensitate Dei, non existit immensè: ergo creatura, quae in aliqua duratione determinata existit, & si penetraretur cum aeternitate Dei, non existit aeternè.

Responderetur, alijs solutionibus omisissis, dist. mai. sicut se habet immensitas ad loca, & species locorum; ita aeternitas ad tempora, & eius species, concedo mai. sicut se habet immensitas ad loca, & ad alia, quae non sunt species locorum, ita aeternitas ad tempora, neg. mai. & concessa min. neg. est consequentia. Immo ex argumento oppositum sequitur: nam quia immensitas infinita est in ratione replendi locum, nullus est locus, aut propria illius species, quam non repleat; ita etiam, quia aeternitas infinita est in ratione durationis nulla, debet esse duratio, aut durationis species, quam non contineat, & simul per illam duret. Species autem loci, non sunt praesens, praeteritum, & futurum, quia istae potius sunt species durationis, aut temporis, quam loci; sunt ergo species eius sursum, deorsum, dextrorsum, &c. istas autem species immensitas Dei ita replet, ut nulla extra illam sit: undè consequenter est dicendum, quod aeternitas etiam continet cuiuscumque inferioris durationis species, quae sunt praesens, praeteritum, & futurum.

26

Dissolvitur 4. obiectio.

Ad confirmat. neg. est consequentia: quia creaturas aeternè, vel ab aeterno existere in mensura aeternitatis est verum, non quia aeternitas sit propria earum duratio, aut quia habeant aliquam durationem coextensam aeternitati secundum omnem sui virtualitatem; sed quia aeternitas propter sui infinitam durationem simul ab aeterno existentem, ab aeterno ambit durationem illam, in qua res creatae producuntur, & sunt. At existere immensè solum significat; aut quod ipsa Dei immensitate

Confirmatur.

locentur, aut alia ratione ita extenta in ratione locandi, sicut est Dei immensitas; neutrum autem habet creatura, & si coniuncta sit cum Dei immensitate, aut & si cum illa sit penetrata, (ut ipsi minus rectè loquuntur.)

27
5. Object. Arg. quindò. Ideò creaturæ existerent ab æterno in Dei æternitate, quia coexistunt toti æternitati, de cuius ratione est quod tota simul existat ab æterno; sed hæc ratio nulla est: ergo. Probatur min. Quia etiã est de ratione æternitatis nulli tempori deesse, ut nos fatemur; & tamen licet creaturæ coexistant toti æternitati, non sequitur quod omnibus temporibus adsint, ut est per se evidens: ergo. Confirmatur r.

1. Si quia æternitas est indivisibilis, & simul ab æterno existens, quod semel illi coexistit, ab æterno ei coexistit, quia æternitas est indivisibilis, & simul continet omnia tempora; quod semel illi coexistit, omnibus temporibus deberet coexistere; sed hoc etiã apertè est falsum: ergo & primùm. Confirmatur secundò.

Secundò. Quæ coexistunt unitertio, debent coexistere inter se, si tertium est indivisibile; sed Adam, & Anti-Christus, non coexistunt inter se: ergo nec æternitati, quæ indivisibilis est. Confirmatur tertio. Sicut de ratione æternitatis est semper, & ab æterno existere; ita de ratione durationis temporalis est quod non semper sit, sed modo incipiat, & postea desinat: & sicut duratio hodierna temporalis coexistit æternitati; ita æternitas illi coexistit; & tamen hoc secundo non obstante, non sequitur quod æternitas ratione correspondentiæ, & coexistentiæ cum temporali duratione habeat duplicem durationem, aliam semper existendi, & aliam aliquando incipiendi: ergo pariter non sequitur quod duratio hodierna, etiã ratione coexistentiæ cum æternitate habeat duplicem rationem durandi;

Tertio. Undè etiã constat ad secundam. Disting. est enim mai. quæ coexistunt alicui tertio indivisibili,

aliam incipientem, & aliam ab æterno existentem.

Ad arg. respondetur dist. 28
mai. de cuius ratione est, quod Satis fit
argum. simul secundum omnem sui virtualitatem, etiã divisivè acceptam, concedo mai. secundum omnem sui virtualitatem solum collectivè acceptam, neg. mai. & in primo sensu neg. est min. ad cuius probationem disting. est antecedens: etiã de ratione eius, & secundum omnem illius virtualitatem collectivè sumptam, est nulli tempori deesse, concedo min. secundum omnem eius virtualitatem divisivè acceptam, neg. min. & consequentiam. Æternitas igitur secundum quamlibet virtualitatem, qua de præsentia se extendit ad quamcumquè differentiam temporis, habet ab æterno de præsentia existere. Ex quo sequitur quod quælibet res in tempore existens, ab æterno illi coexistat, non secundum quamlibet virtualitatem divisivè, sed secundum omnes collectivè, secundum quas omne tempus includit. Quare res illa temporalis, quæ illi coexistit secundum illam determinatam virtualitatem, qua ad proprium tempus, & non ad reliqua correspondet, non habet omnibus temporibus adesse, sed solum proprio, & alijs abesse.

1. Item confirm. Ex quo constat ad primam confirmationem: nam licet æternitatem indivisibilem formaliter, & subjective constituamus; asserimus tamen eam esse virtualiter divisibilem secundum quod in suo simul & hanc plurium rerum divisibilium successivas, & divisibiles durationes continet: undè res, quæ illi coexistit secundum quod hanc differentiam temporis, & non aliam continet, non est necesse, quod alijs differentijs temporis in ea contentis coexistat, & respondeat.

29
Idem 2. Undè etiã constat ad secundam. Disting. est enim mai. quæ coexistunt alicui tertio indivisibili,

tam

tam formaliter, quam virtualiter, & est eorum propria mensura, & duratio concedo mai. si illud tertium, quamvis formaliter indivisibile, sit tamen divisibile virtualiter, & eorum mensura superexcedens neg. mai. & concessa min. neg. est consequentia. Aeternitas autem licet sit in se, & subiectivè formaliter indivisibilis; est tamen virtualiter divisibilis, quatenus simul coextenditur ad omnes partes temporis, & eas tanquam mensura super excedens in se concludit: qua propter non oportet, quod ea, quæ illi coexistunt ratione extensionis illius ad tempus futurum, qualiter coexistit Anti-Christus, coexistent eis, qui aeternitati coexistunt ratione extensionis eius ad tempus præteritum; qualiter Adam coexistunt; omnia tamen debent Deo coexistere; quia aeternitas est duratio Dei secundum quod ad omnes differas temporis simul coextenditur. Et instantia est: tum in anima rationali, quæ tota coexistit, & est in pede, & tota in capite; cum tamen caput, & pes non sint simul. Et in immensitate Dei, quæ tota coextenditur loco existenti Romæ, & loco existenti Salmanticæ, cum tamen loca ista non sint simul, sed ad invicem valde distent: quod etiam provenit propter divisibilitatem virtuales, quæ cum indivisibilitate formali animæ, & immensitatis compatitur.

3. De-
mum. Ad tertiam concessa mai. quoad primam probationem. neganda est quoad secundam, vel distinguenda: ita & eodem modo nego mai. ita cum diverso modo concedo mai. & concessa min. neg. est consequentia. Duratio enim temporalis ita coexistit aeternitati, quod ab ea ab æterno contineatur, & actualiter mensuretur: unde quod in aliqua duratione temporali aliquando existit, necesse est quod ab æterno in nunc aeternitatis coexistat. At aeternitas non coexistit durationi hodiernæ, ut ab ea contenta, aut mensurata: qua propter licet hæc duratio hodi-

die incipiat, non sequitur quod aeternitas ratione coexistentiæ cum illa etiam incipiat.

Arg. 6. ab absurdis quæ ex nostra sententia sequi videntur. Nam ex existentia physica futurorum in aeternitate sequitur I. quod respectu aeternitatis duo contradictoria verificentur; v. g. quod Petrus in ea existat, & quod non existat: nam existeret quia aeternitas de presenti amplectitur durationem illam; & tempus in quo existit: & eadem ratione, cum etiam amplectatur durationem, & tempus, in quo non existit in ea, non existeret: & universim cum iuxta nostram sententiam omnia quæ accidunt in tempore, & si successivè, coexistent tamen simul aeternitati; cum in tempore accidunt, quamvis successivè, vita, & mors, forma, & privatio, esse, & non esse; omnia ista simul coexistent physice aeternitati; quod videtur absurdum. Sequitur secundò quod Deus, adhuc de potentia absoluta, non possit creaturam aliquam annihilare; nam cum annihilatio sit totius entis desinitio, si quod semel existit in tempore, semper perseverat physice existens in aeternitate, non posset Deus totum illud esse physicum destruere: ac proinde nec annihilare.

Sequitur tertio, quod peccatum negationis Christi à D. Petro commissum adhuc perseveret physice in aeternitate: immò quod in aeternitate sit modo actualiter Christum negans; ac proinde Deus illum odio habens, quod etiam est absurdum. Quarto. Etiam sequeretur quod nulla peccata verè apud Deum deleantur, aut remittantur, sed quod semper secundum primum sui esse, quod habuerunt à principio, apud ipsum perseverent; quod est contra Tridentinum Sess. 6. de Iustificatione. Sequitur quinto, quod quælibet temporalis creatura tam antiqua sit dierum, sicut est ipse Deus Aeternus: non enim minus, quam ipse, est physice præsens, & existit.

30
6. obiectio ab absurdis ex nostra sententia, & est I.

Secundò.

Tertium absurdum.

Quarto.

Quinto.

existens ab eterno, & usque in eternum.

Postre-
mum.

Tandem sequeretur quod daretur infinitum in actu simul existens nam cum cogitationes cordium Beatorum sint infinitæ futuræ per totam eternitatem; si omnia sunt iam phisicè eternitati præsentia, daretur infinitum in actu secundum multitudinem simul in eternitate existens. Ex quibus inconvenientibus poterit quilibet facile plura alia excogitare, & obijcere.

3 I
1. exolvi-
tur, uno
notato.

Ad primum autem, quia plurius obijcitur, respondetur notando quod propositiones illæ tripliciter formari possunt: primo absolutè, dicendo, *Petrus existit, Petrus non existit*, & eas prout sic comparando ad eternitatem: qua ratione si formentur; dicimus eas esse contradictorias in ordine ad tempus, quod in earum copulis importatur, sed non in ordine ad eternitatem, quæ minimè in aliqua earum significatur. Undè in eternitate verificari possunt, secundum quod utranque differentiam temporis, in qua affirmativa, & negativa verificantur, important. Secundò possunt sic formari: *Petrus in eternitate existit, Petrus in eternitate non existit*, qua ratione etiam sunt simul veræ, sed non sunt contradictoriæ, quia manet in utraque eadem particularitas inclusa in *ly eternitate*, quæ nullibi distribuitur: undè illarum sensus est, *Petrus in aliqua differentia temporis inclusa in eternitate existit, Petrus in aliqua differentia temporis inclusa in eternitate non existit*, quæ non sunt contradictoriæ, sicut neque istæ, *in Sequana sunt pisces, in Sequana sunt non pisces*, aut istæ: *Petrus est in hac Civitate, Petrus in hac Civitate non est*. Tertio formari possunt dicendo, *Petrus existit in eternitate, Petrus non existit in eternitate*: & hac ratione sunt verè contradictoriæ, & affirmativa vera, sed negativa falsa: nam sensus illius est ratione distributionis de *ly eternitate*, quod *Petrus in nulla differentia*

temporis inclusa in eternitate existit, quod falsum est.

Ad secundum dicatur, quod sicut ut absolutè verificetur quod in tempore aliquid creatur, non est impedimentum existentia illius in eternitate, quia ibi solum existit, quatenus eternitas ab eterno de presenti correspondet durationi illi, in qua res creata est, & non anteriori durationi: ita ut verificetur de aliquo, quod annihilatur, non est impedimentum phisica permanentia eius in eternitate, quia hæc provenit ratione protensionis eiusdem eternitatis ad illud tempus, in quo aliquid erat, non autem ad aliud, in quo iam nihil est.

3 2
Siciter 2.
absurd.

Ad tertiam concedimus, quod peccatum negationis à D. Petro commissum adhuc existit in eternitate ratione etiam extensionis eternitatis ad tempus illud, in quo commisit: neque in hoc aliquid apparet inconveniens, sicut neque in eo quod respectu Dei nihil de novo accidat, aut aliquid sit, quod iam præterierit. Id autem quod pro inconvenienti adducitur, quod, scilicet, adhuc terminaret odium Dei in eternitate, prout eternitas temporis negationis coexistit, non est inconveniens, sed ab omnibus concedi debet, nisi velint quod Dei voluntas toties varietur de amore in odium, quoties subiectum in tempore amittit, & recuperat Dei gratiam; quod reputatur absurdum à Theologis cum D. Thoma infra *quæst. 19.*

3. item.

Ad quartam neg. est sequela: quia quamvis peccata omnia in eternitate permaneant, ea ratione, qua ab initio perpretata sunt, secundum quod eternitas temporis illi, in quo non dum fuerant ex piata, correspondet: at non manent in illa, secundum quod correspondet temporis ex piationis, & sequenti: quod sufficit ut verè dicantur apud Deum remissa, & non tantum tecta, ut sensit Lutherus contra quem processit Concilium Tridentinum.

3 3
Iudem 4.

Ad

5. pariter. Ad quintam neg. est etiam sequela: nam ut pluries diximus quamvis temporalis creatura ab æterno in æternitate existat; quia tamen non existit, aut quia æternitas sit propria eius duratio, aut ratione alicujus durationis toti æternitati coextensa, sed ratione prorensionis, quam æternitas dicit ab æterno ad tempus illud, in quo revera existit; ideo absolute non est dicenda tam antiqua dierum sicut, Deus æternus, sed pure temporalis.

Ultimam tandem. Ad ultimam dist. est consequens infinitum *simul existens in æternitate* concedo consequentiam, *in se, & in propria mensura* nego consequentiam. Ex i. autem nullum sequitur inconveniens: tum quia cum hæc simultas sit illis omnino extrinseca, ab eis non exacta, sed per accidens ad eorum naturam se habens, non variat illorum esse aut quidditatem, sicut nec simultas, quam habent in mente Divina. Tum quia ratio, propter quam D. Thomas *supra quest. 7. artic. 4.* negat multitudinem infinitam in actu, est, quia species multitudinis dividuntur secundum species numeri; quælibet autem species numeri debet esse multitudo numerata per unum, quæ numeratio repugnat multitudini infinitæ; hæc autem ratio non obstat simultati illius in æternitate: nam in ea non continentur, ut constituentes unam speciem numeri, sed plures, secundum quod eas constituit divisim, & successive in propria mensura: quod etiam dicitur de eorum continentia simul in Divina mente; & ideo neque istæ, neque illa repugnat.

34. Tandem obijcies. Licet Deus modo sit phisicè præsens futuris, non sequitur quod futura sint modo phisicè Deo præsentia: malè ergo unum ex altero inferimus, aut unum cum altero asserimus. Antecedens probatur. Licet Deus modo habeat formam, scilicet, æternitatem, qua reddatur præsens phisicè futuris, sicut est durans per omnes differentias temporis, in quibus

futura existunt; tamen futura modo non habent formam, qua Deo reddantur phisicè præsentia: ergo quamvis Deus sit illis phisicè præsens, illa tamen non sunt Deo phisicè præsentia. Patet consequentia: quia sicut denominatio præsentis modo in Deo respectu futurorum debet provenire a forma, quæ in Deo modo detur, ita denominatio præsentium modo in illis respectu Dei debet etiam a forma, quæ modo in eis detur, provenire. Antecedens autem quoad primam partem constat probatione subiuncta, & quoad secundam probatur. Quia cum denominatio præsentis, sive coexistentis alteri, sit denominatio intrinseca ex parte eius, qui coexistit; ut futura modo sint Deo præsentia, debent modo habere suam existentiam intrinsecam, quam modo non habent: ergo.

Confirmatur non repugnat quod Deus modo ratione æternitatis sit phisicè præsens futuris, & quod futura modo non sint Deo phisicè præsentia; sed si hoc non repugnat, hoc ita esse dicendum est, neque amplius convincunt probationes nostræ: ergo. Antecedens probatur. Non repugnat quod Deus ratione suæ immensitatis hic, sit phisicè præsens Romæ, & quod Roma non sit hic: ergo nec repugnat quod Deus ratione æternitatis sit modo phisicè præsens futuris, & quod futura non sint modo phisicè Deo præsentia. Antecedens supponunt, & consequentia probatur. Tum a paritate: quia sicut se habet æternitas ad tempora, &c. Tum, quia ideo primum est verum, quia Deus hic habet formam, qua sit præsens Romæ, & Roma hic non habet formam, qua sit Deo præsens hic; sed etiam Deus modo habet æternitatem, qua sit præsens futuris modo; futura autem modo non habent existentiam, qua modo Deo reddantur præsentia: ergo.

Propter hoc arg. P. Antonius de Quiros, & P. Tyrso in quos inclinatur Aug. de Herrera defendunt Deum ab æterno esse phisicè præ-

Confirm.

35 Sensus quorundam Recentiorum.

sentem futuris, ita ut nulla res, sit Deo ab æterno physice futura; negant tamen futura esse ab æterno Deo physice presentia. Quem modum dicendi alij eiusdem Scholæ Recentiores libenter amplectuntur, & non semel publicis disputationibus defensatum vidi: sed vel questionem reddunt denomine, & improprie loquuntur, vel sibi ipsis non constant.

Impugnatur illorum sensus.

Quod sic ostenditur. Nam quando dicunt quod Deus ab æterno est physice presens futuris, vel solum intendunt quod ab æterno habet existentiam intrinsecam, & intrinsecam durationem, per quam sine ulla variatione intrinseca redditur futuris physice presens, dum ipsa in tempore sunt presentia, vel antequam sint presentia? Si primùm nihil aliud asserunt, quam Durandus, & Scotus, & cæteri AA. Societatis, & improprie loquuntur: nam omnes isti conveniunt in eo quod existentia, & duratio Dei, ratione cuius Deus adest presens omnibus rebus, dum res illæ de presenti in sua mensura existunt, est eadem intrinsece invariata, tota mutatione ex parte rerum se tenente. Deinde improprie loquuntur asserentes ex hoc præcisè, quod Deus est ab æterno rebus futuris physice presens; sicut non nisi improprie quis diceret quod Angelus est ab æterno physice presens omnibus temporibus, & rebus in eis existentibus, quamvis existentia, & duratio Angeli, quibus rebus coexistit, dum presentes sunt, sint eadem, & sine ulla variatione intrinseca, quam antequam existerent, habuit; & non nisi improprie etiam quis diceret, quod arbor in flumine fixa omnibus eius aquis est physice presens, quamvis sine intrinseca sui variatione omnibus sit presens, dum continua successione prætereunt; dicitur etiam idem de ulna, quæ replicatis mensurationibus mensurat panum, sine ulla sui mutatione intrinseca. Et huius ratio ea est: quia denominatio presentis, & coexis-

rentis alteri est denominatio respectiva, & alterius presentiam, & existentiam essentialiter connotans; undè ego modo non sum presens Anti-Christo, licet mihi de novo nihil adveniret per eius presentiam: ergo licet Deus habeat modo suam existentiam, & durationem, qua redditur physice presens futuris, dum ipsa existunt; sitamen ipsa modo, neque in sua duratione, neque in duratione Dei sunt physice presentia, Deus non potest dici respectu illorum physice presens.

Si autem dicatur quod Deus rationi sui intrinsece existentia, & durationis est illis physice presens, antequam ipsa in nostro tempore existant: Sequitur quod saltem respectu durationis Dei, ipsa sint existentia, & presentia, quæ est nostra sententia, ex qua evidenter inferitur quod sicut Deus est illis physice presens, ita & illa sint Deo in eternitate physice presentia. Confirmatur 1. dum ponitur Deus physice presens futuris, aut ponitur solum physice presens eorum futuritioni, aut eorum existentia? Non 1. tum quia alias futura ipsa non minus essent futura respectu Dei, quam respectu nostri: quod nolunt concedere, eo quod dicunt, & bene, quod durationi Dei, quia sempiternæ, nihil potest esse futurum: tum quia hoc etiam modo ego coexistito futuritioni eorum; ac proinde ex hoc modo coexistendi nihil speciale attribuitur Deo: ergo ponitur Deus presens existentia, & entitati physice futurorum; sed hoc est intelligibile, quin existentia, & entitas physica futurorum sit Deo presens respectu Dei: ergo.

Confirmatur secundo. Anti-Christus non est respectu Dei ab æterno futurus; neque tempus, & duratio, in qua ipse durat, est Deo futura: nec pariter Adam, & illius duratio sunt Deo præterita, ut ipsi expresse concedunt; alias duratio Dei non esset sempiterna, & presens illis durationibus: ergo omnia ista sunt Deo presentia. Patet consequentia quia futuritio, & præteritio

Impugnatio continuatur, & solutioni arg. via stentur.

Confirmatur 1.

Confirmatur 2.

solum per præsentialitatem, aut per puram possibilitatem deficere possunt. Qua propter concludimus quod modus iste dicendi, aut est sibi complicatorius, aut convenit cum sententia Durandi, & Scoti, & impropriè loquitur, aut forrè in re convenit cum sententia D. Thomæ, & nominatenus ab ea vult discere.

37
Solvitur
iam ar-
gum.

Ad eorum autem fundamentum neg. est antecedens, quod implicare interminis iam ostendimus. Ad ipsius probationem distinguendum est antecedens quoad secundam partem futura non habent modo formam, qua reddantur Deo præsentialia modo designante tempus nostrum, tamquam illius formam, & mensuram, concedo antecedens: designante aternitatem, que modo in tempore nostro correspondet præsens forme illi nego antecedens, & consequentiam: quamvis enim futura in hoc nunc nostri temporis non habeant intrinsecam existentiam per hoc nunc mensuratam; tamen in hoc nunc nostri temporis habent intrinsecam existentiam in Dei aternitate, quatenus nunc se extendit ad tempus, & durationem, in qua forma illa existit; & hoc sufficit non solum ut aternitas nunc illi coexistat, sed etiam ut ipsa nunc coexistat aternitati.

Ad eius confirmatur neg. est mai., cuius repugnantiam etiam iam ostendimus. Ad illius probationem neg. est antecedens: quia quamvis Deus ipse, qui est hic in loco isto, sit ratione suæ immensitatis Romæ, repugnat tamen quod hic in loco isto sit præsens Romæ, quin vel Roma sit in loco isto, vel sit ipse locus. Neque oppositum probari potest, aut ulla ratione intelligi: si enim Deus hic in loco isto est Romæ: ergo vel locus iste est Roma, vel Roma est in loco isto. Neque indivisibilitas immensitatis ad oppositum facit: nam etiam anima rationalis indivisibiliter est in humano corpore, tota, scilicet, in toto, & tota in qualibet parte; & tamen ridiculum est dicere quod

anima rationalis hic in pede est in capite, nisi vel pes sit caput, vel caput in calcaneo.

§. Ultim.

COROLLARIA EX DICTIS.

EX dictis inferitur 1. non esse idem propositionem esse eterne veritatis, & esse veram in aternitate: primum enim significat propositionem habere veritatem ex vi essentialis connexionis prædicati ad subiectum præscindendo ab omni extremorum existentia, sive in tempore, sive in aternitate, sicut hæc propositio, *homo est animal* vera est, & si nullus existat, extitisset, aut extiturus esset; secundum autem significat propositionem aliquod prædicatum de præsentia affirmantem esse veram, si affirmet illud existere pro nunc aternitatis: sicut hæc propositio, *Anti-Christus existit in aternitate*: aut *Anti-Christus peccat in aternitate*: undè sequitur posse aliquam propositionem esse eterne veritatis, quæ tamen non sit vera ratione existentie extremorum in aternitate: sicut hæc propositio, *alter mundus est possibilis*. Et è converso potest propositio esse vera ratione existentie extremorum in aternitate; quin sit eterne veritatis, ut propositio adducta *Anti-Christus existit in aternitate*: nam cum illa existentia in aternitate, aqua propositio dicitur vera, accidentaliter conveniat Anti-Christo, non facit propositionem eterne veritatis.

Secundò inferitur qualiter scientia Dei sit proprie scientia visionis respectu futurorum, & præteritorum, & qualiter sit invariabilis, non solum entitative; sed etiam quoad denominationem visionis, & intuitionis. Et ratio primi est: quia cum scientia eo dicatur visionis, quia terminatur ad res impropria mensura cognitionis existentes, & cum propria mensura cognitionis Dei sit aternitas, in qua præterita, & futu-

38

1. Collec-
tio.

39

2. Collec-
tio.

ra existunt; scientia Dei respectu illorum verè intuitiva, & visionis est.

Illatio nis
ratio con
ducitur.

Ratio autem secundi ex hoc etiam habetur. Nam quamvis res, quas Deus cognoscit, aliæ transierint de futuris in præsentibus respectu nunc nostri temporis; tamen respectu nunc æternitatis omnes permanent præsentibus: cum ergo hoc nunc æternitatis sit Divinæ cognitionis propria mensura secundum omnem eius formalitatem; inde est quod transitus, & mutatio rerum in tempore nullam Divinæ cognitionis formalitatem immutat. Quibus adde Deum ab initio suæ æternitatis intuitivè cognoscere hanc ipsam variationem, & successionem rerum adinvicem: hac autem quam difficiliter salventur in opposita sententia, constat ex dictis.

40
3. Collec
tio.

Tertiò infertur propositiones istas à Deo absolute conceptas, & mentaliter enunciatas, *Anti-Christus nunc existit, Adam nunc est præsens*, esse absolute veras sine eo quod sit necessaria alicuius restrictionis additio, scilicet, *in æternitate*, vel alia simili; istas autem, *Anti-Christus nunc est futurus, Adam est præteritus* in eodem sensu esse absolute falsas: secus autem dicendum esset, si Deus eas nobis revelaret, aut aliquo signo sensibili proferret: nam tunc priores absolute essent falsæ, & posteriores absolute veræ. Et ratio utriusque partis ex dictis, facile deducitur: & primæ traditur à D. Thoma *quest. 2. de Veritat. artic. 12. ibi: Aliquid cognoscitur ut futurum, quando inter cognitionem cognoscentis, & rei eventum invenitur ordo præteriti ad futurum. Hic autem ordo inveniri non potest inter cognitionem Divinam, & quacumque rem contingentem, sed semper ordo Divinæ cognitionis, (quia, scilicet, mensuratur æternitate), est sicut ordo præsentis ad præsens: quæ ratio sic formari potest. Propositio mentalis enuntians aliquid futurum, præteritum, aut præsens, enuntiat illud esse tale*

respectu nunc, & præsentialitatis, per quam cognitio mensuratur; sed cognitio Dei mensuratur æternitate, respectu cuius nihil est futurum, aut præteritum, sed omne quod est, est præsens: ergo non potest absolute affirmare aliquid nunc est futurum, aut præteritum, sed nunc est præsens.

Ratio autem secundæ partis ea est: tum quia dum Deus nobis aliquid revelat, se accomodat nostro modo intelligendi, qui tempore mensuratur, & in ordine ad tempus intelligit; unde adhuc sensum intelliguntur revelationes factæ in Sac. Scriptura de futuritione, & præteritione aliquorum eventuum, & omnes sic sunt intelligendæ, nisi aliqua particula, vel materia circa quam proferuntur, cogat eas de æternitate intelligere, ut contingit in hac, *hodie genuite* dicta de Verbo Æterno, cuius generationis præsentialitas pro ipsa æternitate est accipienda. Tum quia revelatio Dei est operatio ipsius, quæ non manet in Deo, sicut intelligere, & velle, sed transit ad nos, & ad res, prout sunt extra Deum, terminatur, sicut creatio, & productio; sed ut supra vidimus ex D. Thoma, operationes huiusmodi ad differentiam aliarum dicuntur de Deo ex tempore: ergo revelationes illæ in ordine ad tempus intelligendæ sunt.

Sed inquires; quodnam sit iudicium regulativum loquutionis, qua Deus nobis revelaret *Ante-Christum esse futurum*? Nam hoc iudicium non potest esse illud, quo ipsum Anti-Christum, ut sibi præsentem intuetur: hoc enim indifferens est ad futuritionem, vel præteritionem Anti-Christi, cum eodem modo cognosceretur intuitivè, & si nobis esset præteritus, aut præsens; neque etiam potest esse iudicium de illius possibilitate propter eandem rationem: restat ergo quod sit iudicium, quo illud cognoscit ut futurum respectu suæ æternitatis, & mensuræ. Respondetur quod iudicium illius loquutionis regulativum est, quo cognoscit Anti-Christum

Ratio col
lection. ex
penditur.

41
Quædam
interroga
tio.

Respon
ditur.

tum

tum esse sibi præsentem in æternitate: nam hoc cognoscit, secundum quod sua æternitas de præfenti se extendit ad illam differentiam temporis, in qua decrevit ipsum existere, & de hac differentia temporis cognoscit habere ordinem posterioris respectivè ad hanc, in qua nos modo sumus: & ideo comparativè ad illam revelat Anti-Christum esse futurum.

42
Replica.

Sed instabis: Deus non solum revelat quod Anti-Christus, & eius duratio habet ordinem posterioris ad durationem, quæ modo est, sed etiam durationem illam esse futuram, & hanc esse præsentem; sed hoc non cognoscit, cognoscendo præcisè illam habere ordinem posterioris ad istam: nam etsi hæc esset præterita, & duratio Anti-Christi futura, adhuc salvaretur ordo posterioris ad istam; ergo.

Confirm.

Deus modo cognoscit durationem, & tempus, in quo nos sumus, esse præsentia, & durationem, & tempus, in quo existit Anti-Christus, esse futura; & postea cognoscet tempus nostrum esse præteritum, & tempus Anti-Christi præsens; sed hoc accidere non potest sine aliqua variatione saltem extrinseca respectu scientiæ Dei: ergo.

43
Satis fit
replicæ.

Ad primum respondetur, quod cum cognitio, quam de rebus Deus habet in æternitate, consequatur Divinum decretum de rerum existentia, & de ordine, quem inter se habituræ sunt; inde est quod Deus, dum nos, & Anti-Christum sibi præfentes in æternitate cognoscit, non solum cognoscit Anti-Christum dicere respectum posterioris ad nos, quasi signatè, sed etiam cognoscit exercitè, & determinatè, qualem respectum decrevit voluntas sua, quod hic, & nunc respectu nostri dicat.

Item confirm.

Per quod patet ad confirmationem: nam Deus modo, & ab æterno cognoscit, quod nunc existit duratio nostra, & postea existit duratio Anti-Christi: & similiter quod nunc existit ipsum nos-

trum nunc in se ipso, & quod postea existet nunc temporis Anti-Christi; quod, ut diximus, cognoscit ex eo quod ab æterno sic decrevit, scilicet, quod hoc nostrum nunc in se haberet esse modo, & non antea, & quod nunc Anti-Christi postea, & non antea habeat esse in se. Quod facilius percipitur, si asseratur cum pluribus quod idem tempus, quod iam præterijt, potest iterum à Deo reproduci; nam tunc ut instantia temporis, ut modo, vel postea, existant, etiam dependent à decreto Dei. Quod si oppositum asseratur; adhuc subsistit solutio, dicendo, quod sine dubio dependent à decreto Dei, quo ad eorum absolutam existentiam; quamvis ex suppositione quod sint, debeant servare talem ordinem, quem ex natura sua, & essentialiter exigunt.

Quartò inferitur propositiones istas à nobis prolatas, *nunc Anti-Christus existit, nunc Adam existit*, esse absolute falsas: nam illarum sensus est, *quod existunt in hoc nunc nostri temporis, quod est nostra cognitionis propria mensura*. Istas autem: *nunc in æternitate existit, modo in æternitate existit*, esse absolute veras, quia licet *nunc*, & *modo* accipiantur pro instanti nostri temporis, verum est dicere, *quod in hoc instanti nostri temporis Adam, & Anti-Christus existunt in æternitate*: nam æternitas in hoc instanti nostri temporis ambit durationes illas, in quibus Adam, & Anti-Christus existunt: unde *ly nunc*, aut *modo* in prædictis propositionibus non indicat mensuram existentiae extremorum, sed mensuram veritatis illarum propositionum, in quibus affirmatur existentia eorum in æternitate: Ista autem propositio, *Anti-Christus pro hoc nunc existit in æternitate*, absolute est falsa: nam sensus illius est, *quod æternitas, prout æquivallet huic nunc, præcontinet Anti-Christum*; quod est falsum.

44
4. Collec-
tio:


45
Cuid. in-
terroga-
tioni fir-
matis.


Si autem queras, an iste pro-
positiones sint absolute conceden-
da, *Anti-Christus erit præ-
sens in æternitate, Adam fuit præ-
sens in æternitate?* Respondetur,
quod si *ly fuit*, & erit appellent
supra tempus, tunc sunt veræ, &
concedendæ: habent enim tunc
suas de *in esse* veras, nam cras
erit verum dicere: *Anti-Christus
est præsens in æternitate*; & heri
fuit verum dicere: *Adam est præ-
sens in æternitate*, & aliàs erit, aut
fuit non excludunt esse; ac proin-
de non est undè non sint veræ. Si
autem appellent supra ipsam æter-
nitatem; tunc in proprio sensu iu-
dico illas falsas, sicut suas de *in
esse*: nam falsum est dicere, quod
in duratione futura æternitatis erit
verum, quod *Anti-Christus* est;
nam æternitas nullam habet dura-
tionem futuram, sicut inde *in esse*
supponitur. Diximus autem in pro-
prio sensu: quia si improprie ac-
cipiantur, possunt concedi, dicen-
do, quod *fuit*, & *erit* non impor-
tant ex parte rei significatæ, sed
solum ex modo significandi futu-
rionem, & præteritionem, sicut in
hac: *in principio erat Verbum*. Undè
ut omnis æquivocatio vitetur, quæ
maximè in hac materia vitanda
est, sub insinuatæ distinctionibus
in disputatione est proceden-
dum.

46
s. & ult.
Collectio.

Tandem sequitur quod id ip-
sum, quod de propositionibus a
nobis formatis dicimus, dicendum
etiam est, & si ab intellectu An-

geli formentur; nam licet duratio
Angeli, & mensura durationis il-
lius quo ad esse sit *Ævum*, quod est
totum simul; tamen quo ad in-
telligere (nisi propriam substan-
tiam) non est *Ævum*, sed tempus
discretum, ut latè probatur à nos-
tris Thomistis. Deinde; adhuc ad-
missio quod *Ævum* sit mensura cu-
icumque operationis Angeli; in-
ter ipsum tamen, & æternitatem
ad propositum est magna dispari-
tas: nam *Ævum* est quidem indivi-
sibile, & totum simul intrinsecè
non autem extrinsecè: in eo enim
non continentur omnes inferiores
durationses secundum proprias ea-
rum differentias, quia hoc est
proprium durationis, & mensuræ
infinite, qualis est sola æternitas:
undè æternitati, & non *Ævo*, præ-
sentia coexistunt præterita, & fu-
tura, & ut *Ævum* illa mensuret
propriam eorum spectat præsen-
tialitatem, quam non spectat æter-
nitas, sed eam prævenit, propter
sui infinitatem simpliciter, & si-
multatem, in ratione durationis;
quæ duratio solum decet Deum Be-
neditum in sæcula. Et hæc de hoc
Dubio applicanda littera M. in 1.
diss. 38. 39. & 36. & alijs in locis,
nec non toto Tract. de Scientia
Dei necessaria, in publico Gymna-
sio Salmant. Universitatis dictato
anno Domini millesimo sex-
centesimo nonagesimo
sexto; ætatis vero Au-
thoris trigesimo
quinto.





TRACTATUS DE SCIENTIA DEI

CIRCA FUTURA CONTINGENTIA.

APUD DIV. THOM. 1. PART. QUÆST. 14. ART. 13.

PROEMIUM,

ET PARTITIO OPERIS.



NISI nobis in proposito esset hanc D. Thomæ 1. part. statuto ab ipso ordine per difficiliore quæstiones percurrere: nisi id audientium vota exposulassent: nisi religiosum putarem nostrum pro Dei gratia, omnipotentia, & supremo dominio quaecumque suffragium ferre: libenter ab hoc tractatu, & ab alijs cum concernentibus abstineremus: tum quia materia adeo ferax rixarum, & contentiohum vix animo sedato, & modesto (sicut religiosos decet) peragi potest: tum, ut quia de ea, ex quo primo agitari coepit, tam doctè, tam acuratè actum est, ut nihil priores posterioribus nisi reagendum reliquerint. Hoc perspicuum erit cuilibet, si legat Venerabilem, ac Sapientissimum M. Lemos, & Illustrissimum Alvarez, qui pro Dei gratia, & ea suffulti ex nostro ordine, dum hæc causa Romæ ageretur coram SS. Clemente VIII. & Paulo V. Concertatores fuerunt. Tum quia si quid explicationis, aut terminorum expeditionis in Antiquioribus desiderari poterat, id iam à Doctissimis Recentioribus præstitum est: inter quos sine dubio ingenij facilitate, soliditate rationum, & totius materiæ comprehensione supereminet Sapientissimus P. M. Fr. Ioannes de Bolivar nostræ Religionis in hac alma Universitate clarissimum iubar. Quare nostrum tantum erit, ut ex selectioribus tantorum Virorum doctrinis tractatum istum ita disponamus, ut eorum ductu doctrinam Angelici Præcepti in puncto adeo difficili atque exagitato maiori, qua possimus claritate perviam expeditamque exhibeamus. Hoc autem triplici disputatione, cuilibet varijs dubijs adiunctis, præstabimus. Prima erit *de constitutivo futuri*, quod huius scientiæ, & materiæ obiectum est. Secunda *de ipsa Dei cognitione in ordine ad illud*, Tertia, *& præcipua de medio, & modo, quo à Deo cognoscitur*. Sic ergo.



DISPUTATIO PRIMA.

DE CONSTITUTIVO FUTURI IN ESSE TALIS.

DUBIUM PRIMUM.

AN FORMA CONSTITUTIVA FUTURI SIT ALIQUOD
de presenti existens?

S. I.

ALIQUIBUS SUPPOSITIS STATUITUR CONCLUSIO.

N. 1
Quid, &
quotu---
plex sit
futurum.

FUTURUM, à cuius exacta
notitia plurimum notitiam
dicendorum dependere om-
nes fatentur, est illud, quod
modo non est, & aliquando erit, seu
illud, de quo modo verificatur non
esse, erit autem aliquando verum,
quod est. Hoc autem primo generali
quadam divisione dividitur in fu-
turum simpliciter, & secundū quid:
primum est illud, quod est simpli-
citer, & inevitabiliter determina-
tum, ut sit in aliqua duratione se-
quenti; seu illud, de quo aliquando
infallibiliter erit verum, quod est. Se-
cundum est illud, quod est determi-
natum, sed fallibiliter, ut sequenti
duratione sit: quod proinde dici-
tur futurum secundum quid; quia
stare potest eius futuritio, sine eo
quod aliquando sit verum, quod est:
qua ratione fuit futura mors Eze-
chiæ, & subersio Ninivitarum, ab
Esaia, & Iona prævissa.

2
Alia futu-
ri divisio.

Rursum futurum dividitur in
futurum necessarium, & contingens.
Primum dicitur illud quod necessario
erit, sicut Crastinus ortus Solis. Se-
cundum autē, quod erit contingenter,
seu potens non esse, sicut actus li-
ber amoris. Tertio, dividitur in
futurum absolutum, & conditiona-
tum. Futurum absolutum est illud,
quod ad sui veritatem requirit, quod
aliquando sit absolute verum quod est.
Futurum autem conditionatum hoc
non requirit, sed sufficit, quod si
ponatur conditio, debeat esse verum
quod est. Et hoc modo fuit futura
conversio Tyrionum subconditione
miraculorum, & prædicationis
Christi, quia his visis converteren-

tur; licet de facto non fuerint con-
versi, quia de facto ea non vide-
runt. De constitutivo ergo omnium
procedit difficultas; licet claritatis
gratia solum de futuro absoluto, &
infallibili erit sermo: quia consti-
tutivo eius cognito, facile constat
quid de Reliquis sit dicendum.

Cum tamen futurum sit nomen
cōcretū, scilicet, duo dicit, & subiec-
tū, quod denominatur futurū, & for-
mam, à qua futurum denomina-
tur: ex quibus certum apud om-
nes est, quod subiectum, quod
denominatur futurum, non debet
esse præsens futuritionis tempore;
sed sufficit, si sit existens tempore
sequenti: sicut modo Anti-Christus
denominatur futurus, non tamen
modo datur Anti-Christus, sed da-
bitur. Unde difficultas stat de ipsa
forma, à qua denominatur futurum,
quæ est futuritio; an scilicet hæc
existere debeat tempore futuritionis?

3
Quædam
animad-
versio.

Circa quod prima sententiā
identificat futuritionem cum re fu-
tura; ac proinde sicut ipsa non
est de presenti existens futuritio-
nis tempore, idem affirmat de fu-
turitione. Sic magis communiter PP.
Societatis, quibus cōsentit M. Ferre,
quamvis ab eis longè differat in
hoc, quod requirit de presenti
decretum Dei præcedens per mo-
dum causæ ipsius futuritionis tam
absolute, quam conditionate; illi
autem, nullum tale admittunt
decretum essentialiter requisitum,
sive ad futuritionem absolutam,
sive ad conditionatam: quod dis-
crimen ad propositum Scientiæ
Mediæ valde notabile est. Secunda
sen-

4
Sententiæ
DD.

sententia constituit futuritionem in aliquo de presenti existenti futuritionis tempore; ac proinde à se futura distincto. Sic omnes alij Thomistæ, quos citant, & sequuntur Magister Vives, & Ill. Godoy; Quibus ex PP. Societatis adherent apud P. Herrera, Antonius Perez; Cardinalis Sfortia, Esparza, Rivadeneira, & novissimè P. Tyrso: discriminantur tamen ab eis discrimine Dub. seq. referendo. Cù his ergo sit.

5
Suadetur
1. ex An-
gelico Pre-
cepto.

5
Nostra conclusio. *Futuritio, seu forma constitutiva futuri in esse talis est aliquid positivum de presenti existens tempore futuritionis, seu eo tempore, quo nō dicitur futura.* Conclusio probatur primò ex D. Thoma infra quest. 16. artic. 7. ubi cum sibi obieisset tertium argumentum ad probandum dari veritatem aliquam creatam ab æterno: *Quia quod est verum de presenti, semper fuit verum esse futurum; sed sicut veritas propositionis de presenti est veritas creata; ita veritas propositionis de futuro: ergo aliqua veritas creata est æterna.* Respondet: *Ad tertium dicendum, quod illud, quod nunc est, ex eo futurum fuit, antequam esset, quia in causa sua erat, ut fieret; unde sublata causa non esset futurum illud fieri. Sola à causa prima est æterna: unde non sequitur, quod ea que sunt, semper fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut essent futura; quæ quidem causa solus est Deus.*

Triplex
argumē-
tatio elici-
tur ex do-
ctrina S.
D.

Ex quibus verbis evidens pro nostra conclusione fit argumentum, Primò, quia si D. Thomas non festiret futuritionem debere positivè existere futuritionis tempore, ut res ab æterno denominaretur futura, non erat necesse P. Thomam assignare aliquid de presenti ab æterno existens, quod & fecit, sed dicere quod ab æterno est futura, quia quamvis ab æterno nihil datur, dabitur tamen in tempore, quo existat; at hoc non fecit; ergo. Secundò. Quia ut salvet D. Thomas rem ab æterno esse futuram, recurrit ad determinationem

Secunda.

causæ, in qua erat, ut fieret, & asserit, quod ea sublata, non esset futurum illud fieri; ergo sentit determinationem causæ esse unicam futuritionem, à qua res ab æterno denominantur futura. Tertio, quia in prædicta solutione duo salvare intendit D. Thomas. Primò, quod rem esse futuram, sit aliquid positivum ab æterno existens; & secundum, quod hoc nō obstante nihil creatum datur ab æterno; quorum utrumque salvat dicendo: *hoc esse determinationem causa sempiterna; (quæ est Deus) ut sint: ergo sentit rerum futuritionem, seu formam à qua denominantur future, esse aliquid positivum tempore futuritionis existens.*

Tertio

Nec refert, si dicas, verba D. Thomæ intelligenda esse de futuritione radicali, aut causali, quæ consistit in decreto, non autem de formali: Nam contra primò. Nam si hoc ita esset D. Thomas non solveret argumentum. Nam cum futurum sit ab æterno futurum, non solum radicaliter, sed etiam formaliter; non solum debet dari ab æterno id, quo radicaliter constituatur futurum, sed etiam id, quo formaliter futurum constituatur: ergo vel hoc esset aliquid creatum, vel increatum? si secundum, habemus intentum; si primum: ergo iam aliquid verificativum creatum daretur ab æterno; quod vitare intendit D. Thomas. Secundo, quia hac solutione uti non possent Adversarij, si argumentum, cui respondet D. Thomas formaretur de futuris conditionatis liberis: nam ista futura apud ipsos, nec radicaliter, aut causaliter sunt talia à decreto Divino; cum omnis causa, ut talis, præcedat suum effectum: hanc autem præcedentiam negant respectu illorum, ne lædatur libertas. Tertio, quia saltem sequeretur, quod si per impossibile deficeret ab æterno decretum de productione alicuius rei, & ipsa inciperet in tempore; res illa ab æterno non esset futura: quod expressit D. Thomas illis verbis: *Unde sublata causa (determinata, scilicet,*

6
Solutio
quædam
excludit
cur 12

Secundo

Tertio

de qua supra meminerat) non esset futurum illud fieri; sed hoc est contra illos, qui præcisè ab eventû, præcisivè à quolibet alio, constituant rem futuram tota duratione præcedenti: ergo. Alias auctoritates D. Thomæ infra adducimus.

7. Ratio conclusio. Primo: implicat effectus formalis de præsentem existens, sine forma de præsentem existenti; sed *Anti-Christum esse futurum* est effectus formalis positivus de præsentem existens: ergo forma, à qua præstatur debet esse positiva de præsentem existens: ergo cum hæc sit futuritio; debet futuritio esse forma positiva, tempore futuritionis, & ante rei existentiam de præsentem existens. Discursus est legitimus, & maior evidens: nam effectus formalis est ipsa forma communicata. Minor autem probatur: & quidem, quod esse futurum sit effectus formalis, & denominatio positiva, ipsi fatentur. Et constat: tum quia esse futurum est habiturum esse existentiam. Tum quia non est pura negatio positivæ, aut pura non repugnantia, cum hoc etiam possibilibus conveniat. Quod autem hoc de præsentem dicitur, probatur. Quia hæc propositio *Anti-Christus est futurus*, modo, & in præsentem duratione prolata, est vera secundum fidem: ergo modo, & in præsentem duratione, datur id, quod per ipsam enuntiatur iuxta exigentiam copulæ; sed quod per ipsam enuntiatur iuxta exigentiam copulæ, est futuritio *Anti-Christi* de præsentem existens, vel *Anti-Christum* de præsentem esse futurum: ergo modo de præsentem datur eius futuritio, vel eum esse futurum.

8. Ratio ista efficacissima est, cui plures solutiones, potius ad eius efficaciam obscurandam, quam debilitandam, adhibere conantur. Prima iuxta mentem ferè omnium eorum assentit quod hæc propositio *Anti-Christus est futurus*, est de præsentem vera, quia *Anti-Christus* nunc de præsentem caret existentia; illam tamen habebit postea: neque enim

aliud per hanc præpositionem, enuntiatur, nisi quod cum est futurum, non sit existens; existet autem postea.

Sed contra: ergo ut hæc propositio: *Anti-Christus est futurus*, de præsentem sit vera, requiritur, quod de præsentem conveniat *Anti-Christo*, non solum carentia existentie, sed etiam quod habebit, vel habiturus est existentiam. Patet hæc consequentia. Tum quia ut aliqua propositio sit vera, requiritur, quod adequatum significatum, & constitutum prædicati conveniat subiecto; & non sufficit, quod ei aliqua illius pars conveniat: unde hæc est falsa: *Petrus est Petrus, & Paulus*. Et hæc *equus est homo*, quamvis sit animal essentialiter inclusum in homine: & hæc *Petrus est homo albus*, quamvis sit homo, si tamen non sit albus; sed iuxta sententiam contrariam, futurum constituitur non solum per carentiam existentie, sed & per existentiam habendam: ergo ut sit vera de præsentem prædicta propositio necesse est, quod *Anti-Christo* conveniat de præsentem non solum carentia existentie, sed existentia habenda. Tum quia ad illius veritatem requiritur, quod aliquid conveniat de præsentem iuxta exigentiam copulæ *Anti-Christo*, quod non convenit alteri purè possibili: ratione enim alicuius prædicati communis futuris, & non futuris, non potest de aliquo verificari futuritio; sed pura carentia existentie est prædicatum commune futuris, & possibilibus: ergo ratione illius de præsentem solum existentis, non potest verificari de præsentem, quod est futurum.

Quod si ita est, ut ex probationibus liquet, sic arg. primo. Quod *Anti-Christus* habebit, seu habiturus est existentiam, de præsentem convenit *Anti-Christo*; sed quod *Anti-Christus* habebit, seu habiturus est existentiam, quid distinctum est à carentia existentie, & ab ipsa existentia, quam habebit: ergo *Anti-Christus* constituitur futurus per aliquid distinctum à carentia existentie, & existentia quam habebit.

Patet consequentia, maior constat ex dictis, & minor probatur. Et in primis quoad I. partem est evidens: nam si quod Anti-Christus habebit, seu habiturus est existentiam non est quid distinctum à carentia existentiae; de eo, de quo verificatur, quod caret existentia, verificabitur, quod existentiam habebit; ac proinde de possibilibus, & praeteritis: quod est absurdum. Quoad secundam autem sic probatur. Quia quod Anti-Christus habebit existentiam, de praesenti existit, dum existit carentia existentiae, & esse desinit, dum incipit esse existentia, quam habebit: ergo quod habebit, seu habiturus est existentiam, quid distinctum est à carentia existentiae, & existentia quam habebit.

Refutatur
a. solutio.

Secundo. Quod Anti-Christus habebit existentiam non dicit indifferentiam ad habendam, vel non habendam existentiam, ut per se liquet: ergo dicit determinationem ad illam habendam: ergo si futuritionis tempore verificatur de praesenti, quod habebit existentiam, verificatur quod de praesenti habet determinationem, ut illam habeat.

Tertio.

Ut haec propositio *Anti-Christus habebit existentiam* sit de praesenti vera, aliquid debet convenire de praesenti Anti-Christo, quod non convenit pure possibili; sed in carentia existentiae utrumque convenit: ergo aliquid debet convenire Anti-Christo de praesenti propter carentiam existentiae, quod non potest aliud esse, nisi aliquid positivum. Minor cum consequentia constat, & maior probatur. Nam si nihil de praesenti conveniret Anti-Christo, quod non conveniret pure possibili: non esset maior ratio cur de praesenti propositio illa verificaretur de Anti-Christo, & non de pure possibili: cum tota ratio veritatis illius, non ex ipsa, quae eadem est, sed ex obiecto dependeat.

9

Evangelio
preced.
impugna-
tionum.

His dici potest, quod ut haec propositio *Anti-Christus habebit existentiam*, sit de praesenti vera, sufficit, quod obiectum eius existat, aut desit, sicut per ipsam significa-

tur, obiectum autem significatum per ipsam, ut posteriori duratione habenda: unde si ipse posteriori duratione habeat existentiam, quamvis nunc de praesenti nihil detur, propositio ista de praesenti vera est.

Sed contra primo, quia propositio ista *Anti-Christus habebit existentiam*, equivaleret huic, *Anti-Christus est habiturus existentiam*; sed in hac ex parte rei significatae importatur expresse futuritio de praesenti; ergo & in altera debet saltem implicitè importari; ac proinde ad eius veritatem requiritur quod aliquid de praesenti existens detur. Secundo, quia implicat quod haec propositio *Anti-Christus habebit existentiam*, de praesenti sit vera; quin de praesenti importet connexionem cum existentia, quam habebit: si enim veritas eius indifferens esset, ut Anti-Christus haberet, vel non haberet existentiam, non minus posset verificari praedicatum illius de Anti-Christo, quam de pure possibili; sed haec connexio de praesenti in futuris est distincta ab ipsa existentia, quam habebit; cum haec sit terminus connexionis; deinde à carentia existentiae; cum haec pure possibilibus, & cum existentia non connexis conveniat: ergo restat quod sit aliqua determinatio positiva, ut talem habeat existentiam. Quod & ulterius constat: id enim quod praecedit existentiam, & cum ea connectitur, est determinatio ad illam: non enim est res per illam determinata, cum praecedat; neque indifferens, cum connectatur: ergo si ut sit vera illa propositio ante existentiam, requiritur quod de praesenti, & ante illam, importet connexionem cum illa; ante existentiam datur de praesenti determinatio illam inferens. Qualiter autem cum hoc componatur libertas, si res futura est actus humanus; ipsi viderint.

Recludi-
tur I.

Secundo.

Robora-
tur doc-
trina.

Tertio. De illo, quod est indifferens ad habendum, vel non habendum existentiam, sub illo statu indifferentiae non potest verificari quod habebit existentiam; ergo si de

IO
3. Recludi-
tur evan-
gelio.

de Anti-Christo de presenti verificatur, quod habebit existentiam, Anti-Christus de presenti non debet esse indifferens ad habendam, vel non habendam existentiam, sed determinatus ad illam habendam: debet ergo dari de presenti determinatio, ut Anti-Christus habeat existentiam. Tunc sic; sed hæc determinatio non est carentia existentie, cum hæc sit indifferens: neque ipsa existentia; tunc quia est determinatio ad illam: tunc quia de presenti non datur existentia: ergo debet esse aliquid positivum distinctum ab utroque. Totus discursus usque ad ultimam consequentiam contat. Primum autem antecedens per se est evidens, sed nihilominus manifestatur amplius.

Antecedens 1.
suadetur
multi for-
miter.

Tunc quia ideo de rebus in signo possibilitatis non verificatur quod habebant existentiam, quia signum illud est, signum præcisionis, & indifferentie ad illam habendam, vel non habendam. Tunc quia si signum, aut status indifferentie sufficiens esset, ut aliquod ex indifferentie extremis determinate verificaretur, etiam sufficeret, ut & alterum pariter verificaretur: non enim est maior ratio unius quam alterius: ac proinde si extrema sint contradictoria simul pro illo statu de subiecto verificarentur. Tunc quia nihil magis evidens, aut peripicuum esse potest, quam quod dum de aliquo, unum indifferentie extremum exclusivum alterius, verificatur, quod illa indifferentia excluditur, & determinata, per illud, quod verificatur, redditur: ergo pro signo, vel tempore, pro quo verificatur, quod habebit existentiam, non est indifferens ad habendam, vel non habendam, sed positive ad habendam determinatum.

Tandem quia hæc propositio *Anti-Christus habebit existentiam*, non potest esse vera, nisi ex suppositione, quod illam pro aliquo tempore habeat: ergo ut de presenti sit vera, requiritur quod de presenti detur illa suppositio, scilicet, quod aliquando habeat. Patet hæc

consequentia: nam propositio, quæ non potest esse vera nisi dependenter ab aliqua suppositione; ut de facto, & de presenti sit vera, de facto & de presenti debet fieri talis suppositio. Tunc sic; sed hæc suppositio non est carentia existentie, utpotè indifferens: neque existentia, quam habebit, utpotè non præsens: ergo.

Alij respondent propositionem istam *Anti-Christus est futurus*, esse veram; quia *ly* est non accipitur in illa per *statum*, sed per *alienationem*. Quid autem sit accipi per *statum*, & per *alienationem*, explicat P. Augustinus de Herrera hic *sect. 8.* dicens: quod tunc accipitur per *statum*, quando accipitur in sua propria, & stricta significatione: hoc est, quando pro eodem accipitur, ac *existit absolute*, & de *presenti*, ut in hac propositione *Petrus est albus*. Tunc vero accipitur per *alienationem*, quando accipitur non strictè, & rigurose, sed improprie, & late ratione alicuius particule extrahentis à propria ad improprie significationem. Quod potest contingere, vel quia illa particula faciat ipsum non significare positive, sed negative, ut in hac *Petrus est mortuus*; vel quia non significet formaliter, sed illative, aut similitudinaliter, ut in his *homo pictus est homo. Existere unione est existere extrema. Vel tandem quia non significat de presenti, sed eius significatio transfertur à presenti in futuram, vel præteritam; ut in his: *homo est futurus, homo est præteritus*.*

Ex quibus facile respondet, quod ut hæc sit vera: *Anti-Christus est futurus*, non requiritur, quod detur de presenti futuritio: nam *ly* est ratione participij alienatur, ut significet esse de futuro. Cui solutioni sic, vel aliter explicate assentiunt, & in ea quiescere videntur communiter Recentiores Societatis. Et quod mirabilius est tradunt hanc solutionem, ut expressam S. Augustini ment. II *Confessionum*, cap. 20. ibi: *Non proprie dicitur tempora sunt*

IT
Alior. ex
Advers.
ad ratio.
lutio.

Explicatur
Advers.
verf. solutio.

tria, *præsens, præteritum, & futurum*. Et paucis interiectis ait: *hoc solum dici abusive*. Quibus in verbis asserunt tradi expresse eorum solutionem.

12 Sed contra hanc solutionem imprimis obstant omnia hucusque dicta contra præcedentes. Nam ex ea habetur, quod hæc propositio *Anti-Christus est futurus* debet esse de præsentis vera, secundum quod *ly est* alienatur, & facit istum sensum: *Anti-Christus erit*; sed ut ex dictis constat, & manet probatum, non potest esse de præsentis vera hæc *Anti-Christus erit*, seu *habebit existentiam*, nisi detur in Anti-Christo de præsentis aliquid ratione cuius verificatur de eo, quod erit, & quod non conveniat pure possibili: ergo.

Directus Deinde directe rejicienda est impugna- hæc doctrina. 1. ex eo quod huius solutionis Author hanc doctrinam ex regulis dialect. deduxisse gloriatur; cum tamen non solum nullam regulam dialecticam (quæ communis, & omnibus accepta esse debet) ostendat verum neque aliquem dialecticum adducat, neque adducere possit, qui asserat, quod verbum *est* propriam amittat significationem, dum participio de futuro, aut præterito adiungitur. Unde dicendum est, quod ipse solus à Theologia fastigio (ut ipse loquitur) ad imma-summularum descendit, ut novam dialecticam inducens, secundum eam novam conderet Theologiam atque disponeret. Quid enim magis novum in Theologia adduci potest, quam asserere, quod propositiones istæ: certè quidem secundum fidem *Anti-Christus est futurus, Dies Iudicij est venturus. Christus Dominus venturus est iudicare*, & infinitæ aliæ, quæ in Sacra Scriptura revelantur, quæque à fidelibus sine cunctatione, aut dubitatione creduntur, non esse veras secundum proprietatem terminorum, & prout *ly est* significat de præsentis, sed improprie tantum, & abusive, & prout à propria significatione alienatur? Et certè nihil aliud desiderare possumus, nisi quod nostra sententia

eo gradu certitudinis sit certa, quo certum est eas propositiones esse de præsentis veras, & sumpro *ly est* de præsentis in propria significatione.

Sed placet paululum hanc no- **13** vam dialecticam secundum veterem Ad idem examinare. Et quidem in hac propo- connota- sitione *Petrus est mortuus* licet *ly est* tur. improprie accipiat, secundum quod significat esse, quod dividitur in decem prædicamenta; propriissime tamen accipitur secundum quod significat veritatem propositionis, quæ in compositione consistit, & cuius nota est verbum *est*, ut ex 5. Methap. text. 14. notat D. Thomas infra *quæst. 43. art. 2. ad 2.* Unde, ut ibi infert, dicimus cæcitatem esse in oculo, & alia huiusmodi: quare ad veritatem huius propositionis, *Petrus est mortuus*, requiritur, quod verè & proprie sit de præsentis mors, seu carentia vitæ, ea proprietate, qua privationes de præsentis esse possunt. Unde potius in illa propositione alienatur *ly Petrus*, quam *ly est* enuntiavè acceptum.

Neque in his propositionibus **Expendi-** *homo pictus est homo, existere unionem* tur im- *est existere extrema, ly est* ullatenus pugnat- alienatur. Sed prima absolute est doctrina. falsa; & secunda etiam est in sententia distinguente unionem ab extremis (quam iste Author supponere videretur). Primum constat, quia hæc consequentia est mala, *est homo pictus: ergo est homo*: datur enim antecedens verum, & consequens falsum, designata imagine Cæsaris. At si hæc vera esset *homo pictus est homo*, rectè inferretur: *est homo pictus: ergo est homo*: illa ergo est falsa: non esset autem falsa, si aliqua ibi interveniret alienatio. Secundum autem est magis manifestum: nam si unio realiter distinguitur ab extremis, licet ex existentia unionis inferatur existentia extremorum, sicut ex existentia unius relativi aliud; tamen sicut falso dicitur, quod existere unum relativum, est existere aliud, falsum etiam est quod existere unionem est existere extrema.

Preocupa-
tur quæ-
dam e a
fio.

Scio π . propositionis exemplum aliter poni posse, ita, ut interveniat alienatio: ut si dicas designata imagine: *hic homo est pictus*. Et hoc fortasse voluit prædictus Author dicere, quamvis contra regulas dialecticæ, quas affectat, possuerit exemplum. Sed revera quamvis hic alienatio interveniat: non tamen intervenit ex parte copulæ, sed ex parte subiecti; scilicet, ex parte de *ly hominis*; quod præcisivè à prædicato acciperetur pro vero homine; ratione autè illius distrahitur à propria significatione, ut accipiatur pro homine picto; sed de homine picto non minus propriè affirmatur, *quod est pictus*, & sine ulla distractione verbi, quam de homine albo, *quod est albus*.

Doctrinæ
amplior
expensio.

Et idem consequenter dicendum est de hac *homo est futurus*; nam admissio quod in ea interveniat aliqua alienatio, hæc tamen non se tenet ex parte copulæ, sed ex parte subiecti, quod accipitur pro homine non existenti de presenti, sed futuro; de quo esse futurum de presenti verè prædicatur. Sed revera neque hæc alienatio ibi intervenit: tum quia quando terminus alienatur, accipitur secundum significationem aliquam impropiam, ut notat M. Soto lib. 2. *Sæmmul. cap. de appellatione in fin.* Et constat in omnibus alijs alienationibus. Homo autem in hac propositione non accipitur secundum significationem aliquam impropiam; cum non minus propriè significet hominem futurum, quam presentem, aut possibilem. Tam, & ex eius ratione colligitur: quia propositio, quæ est vera: ratione alienationis, si prædicatum eius conveniat essentialiter subiecto secundum impropiam significationem; est essentialis; at esse futurum convenit homini futuro, quem subiectum significaret solum, si interveniret alienatio, essentialiter: ergo cum hæc propositio *Anti-Christus, vel homo est futurus*, sit accidentalis, nulla in ea intervenit alienatio: ac proinde in ea *ly est* sumitur pro statu, sive de presenti.

14
Doctrina,
Adverl.
exercitur.

Sed non est prætereunda aliorum dialectica, asserentium, quod hæc propositio *Anti-Christus est futurus*, est vera, quia *ly futurus* ampliat ad illud, quod est, vel erit, quare ad illius veritatem non requiritur, quod propositio detur de presenti. Immo advertat Hurtado num. 33. quod dicere *Anti-Christus est futurus*, pro inde est ac dicere, *Anti-Christus est erit*, quam advertentiam acutam dialecticam vocat Herice num. 89.

Herice.

Sed in dialectica invenitur quod participium de futuro, sicut & verbum ampliant ante se ad illud, quod est, vel erit. Unde in dicta propositione *Anti-Christus* accipitur pro eo, quod est, vel erit, quod autem ipsum participium, aut verbum ampliantur, non invenitur. Quod & constat in alijs ampliationibus. Nam licet in his propositionibus *Anti-Christus est cognitus. Petrus generatur, Domus destruitur*. Subiecta ampliantur, prædicata tamen non ampliantur, sed accipiuntur iuxta exigentiam copulæ de presenti: ergo idem contingit in alia *Anti-Christus est futurus*. Unde hæc propositio non æquivalet huic *Anti-Christus est erit*, quæ est in congrua Grammatica, & non acuta, sed potius in intelligibilis dialectica; sed huic *Anti-Christus qui est vel erit, est futurus*. Sicut & hæc *Anti-Christus est cognitus*, in qua datur ampliatio usque ad possibilia, non æquivalet huic, *Anti-Christus est possibiliter cognitus*, sed huic *Anti-Christus, qui est vel erit, vel est possibilis est cognitus*. In qua *ly est* secundum quod enunciat cognitionem, sumitur de presenti, & secundum strictam significationem.

Tudicium
de moti-
vo solus.

Neque D. Aug. oppositum som- P. Aug. niavit. Nam solus asserit, quod Author præteritum, & futurum non sunt proprie differentie temporis, quia trarius, quæ non sunt, non sunt proprie differentie alicuius entis. Sed ex hoc non colligitur, quod ipsa futuritio, aut præteritio non fiat de presenti. Sicut si quis dicat quod *homo imaginatus non est propriè homo*. Ex quo

non

non inferitur, quod propriè non sit imaginatio, aqua de presenti reddatur imaginatus. Et hæc sufficienter de materia summularum, ad quam nos adversarij provocarunt: nam dicta apperte convincunt præcipuas eorum solutiones non ex dialectica, sed contra illam aperte procedere.

15
2. impugnatur illa solus.

Deinde contra utramque solutionem evidentur probatur hanc propositionem, *Anti-Christus est futurus* esse veram, sumpto *ly est* de presenti, & quo ad statum ut ipsi vocant. Quæ probatio sic potest proponi. Nam vel hæc propositio *Anti-Christus est futurus*, sumpto *ly est* de presenti, & quo ad statum sine ulla alienatione, aut ampliacione, vel est vera, vel est falsa? Si primum habemus intentum: si autem secundum: ergo eius contradictoria, quæ est hæc *Anti-Christus non est futurus*, sumpto *ly est* de presenti, & quo ad statum est vera: ex quo sequitur quod *Anti-Christus* nunc de presenti non sit futurus, & quod nunc de presenti non denominetur futurus, sumpto *ly est*, & *ly denominatur*, quoad statum, & prout determinatur per illas particulas *nunc, de presenti*; quod est contra fidem.

Confirmatur. Iste propositiones *Anti-Christus est futurus*, *Anti-Christus non est futurus*, & istæ *Anti-Christus denominatur futurus*, *Anti-Christus non denominatur futurus*, sumpto *ly est*, & *ly denominatur* quo ad statum; & de presenti sunt contradictoria, ut per se constat: ergo non possunt ambæ esse simul veræ, aut simul falsæ in aliquo instanti reali: ergo in hoc instanti reali, vel hæc est vera *Anti-Christus est futurus*, aut *denominatur futurus*, sumpto *ly est* quoad statum, & pariter *ly denominatur*, & tunc habemus intentum: vel est falsa; & tunc eius contradictoria debet esse vera: ac proinde verum erit, quod nunc *Anti-Christus* non est, nec denominatur futurus, sumpto *ly est*, & *ly denominatur*, de presenti, quod non audent concedere, nec

salva fide potest concedi.

Confirmatur secundò, licet possit aliqua res concipi pro aliquo signo ut præscindens ab utroque contradictorio, ut homo secundum se concipitur, ut præscindens ab albedine, & carentia albedinis; implicat tamen quod concipiatur ut realiter carens utroque contradictorio pro aliquo instanti reali, seu ut realiter utrumquè habens. Nam sicut ex secundò sequitur utriusque veritas pro eodem instanti, ita ex primò utriusque falsitas; sed istæ sunt verè contradictoria: *Anti-Christus est futurus*, *Anti-Christus non est futurus*, denominatur futurus, non denominatur futurus. Sumpto *ly est* & denominatur de presenti; & quo ad statum: ergo implicat quod in hoc instanti reali, intelligatur *Anti-Christus* utroque carens realiter, quod vel realiter est futurus, & talis denominatur in illo instanti, sumpto *ly est*, & denominatur de presenti; & secundum statum, vel realiter non est futurus in eodem instanti, nec talis realiter denominatur, eodem modo sumptis *ly est*, & *ly denominatur*. Cumque hoc secundum non possit concedi, dicendum est primum.

Undè reiecta manet solutio, 16 quam P. Herrera adhibere contendit dicens, quod de presenti, nec datur futuritio, nec non futuritio, futurum esse, vel non futurum esse: quia defectus unius contradictorij solum est existentia alterius, ea ratione, qua sibi contradicunt, non autem ea ratione, qua non contradicunt, esse autem futurum, & non esse futurum non contradicunt sibi de presenti, sed de futuro. Reiecta, inquam, manet, nam esse futurum, & non esse futurum, denominatur futurus, non denominatur futurus, sumpto *ly est*, & *ly denominatur* pro eadem differentia temporis præsentis, etiam sibi contradicunt, si sint respectu eiusdem. Tam quia unijunt terminos contradic

Confirmatur 2.

Respondeo P. Herrera.

dictorios pro eodem tempore, & respectu eiusdem. Tūm quia quod per unam affirmatur, totum per alteram negatur in ordine ad idem tempus, & respectu eiusdem subiecti: ergo defectus unius de presenti, est de presenti alterius existentia; vel saltem falsitas præsens unius arguit præsentem veritatem alterius; ac proinde nunc de presenti, vel datur esse futurum Anti-Christum, vel datur non esse futurum, denominatur, vel non denominatur.

Amplior
reieccio.

Confirm. idem assumptum: nam hoc prædicatum *futurus* potest media aliqua copula verè de Anti-Christo affirmari cum sit de fide eum esse futurum; sed non media copula de futuro, dicendo *Anti-Christus erit futurus*, ut concedunt, nec media copula de præterito, dicendo *Anti-Christus fuit futurus*, alias cum propositio de præterito debeat verificari per suam *dein esse*, saltem aliquando verum esset dicere per copulam unientem de presenti, quod est futurum: restat ergo quod hoc prædicatum verè de Anti-Christo enuntietur media copula de presenti, significante convenientiam præsentem illius ad subiectum: nunc ergo de presenti futuritio: convenit Anti-Christo,

§. II.

ALIAS RATIONIBUS IDEM
convincitur intentum.

17
2. conclusio
tionis ratio.

1. min.
prob. r.

Secundo probatur conclusio ratione, & præcedentia magis explicantur. Futuram dicit constitutive existentiam habendam; sed implicat quod intelligatur existentia habenda, sine aliquo, quod sit de presenti ad illam determinans: ergo. Consequentia est bona etiam apud Adversarios, mai. ab ipsis conceditur, & min. probatur 1. quasi si de presenti nulla datur determinatio ad existentiam habendam, omnia quæ dantur de presenti sunt indifferentia ad illam habendam, vel non habendam; sed si ita est, non est cur potius existentia sit habenda, quam

non habenda: ergo existentia determinate habenda importat de presenti determinationem ad illam.

Secundo. Nam quia in signo potest 2. prob. ead. min. sibilitatis omnia intelliguntur in differentia ad habendam, vel non habendam existentiam; de nulla re, secundam ea, quæ apparent in illo signo, potest affirmari existentia habenda, potius, quam non habenda; sed præcisivè ab aliqua determinatione de presenti existenti, omnia, quæ de presenti dantur, indifferentia sunt ad existentiam habendam, vel non habendam; indifferentia enim solum per determinationem auferri potest: ergo præcisivè ab illa non potest de presenti verificari existentia habenda potius, quam non habenda.

Tertiò: quia dum de re aliqua de presenti enunciatur existentia habenda, & negatur existentia non habenda, vel ad id adest aliquod fundamentum adest, vel non? Si secundum: ergo temere, & absque ulla ratione, unum affirmatur, & alterum negatur. Si primum: ergo non omnia, quæ de presenti dantur, sunt indifferentia ad habendam, vel non habendam existentiam; ex indifferentibus enim, ut talibus nullum accipitur fundamentum ad affirmandum unum ex indifferentibus extremis, potius quam aliud.

Dices: adest fundamentum, non phisice existens, sed obiectivè, eventus, scilicet, rei præcognitus. Sed hæc solutio petit manifestè principium: nam de hoc est difficultas, quod, nimirum, sit fundamentum, ut potius præcognoscatur eventus rei, potius, quam illius carentia, ante quam res eveniat, si rum omnia sunt indifferentia ad eventum, & illius carentiam. Explicatur hoc. Eventus rei non determinatur à cognitione iuxta eorum principia, sed potius cognitio à rei eventu: deinde eventus ex se, & ex natura sua non est determinatus, alias esset necessarium, & non contingens: ergo neque ex eventu, neque ex eius cognitione potest desumi fundamentum, ut de re contingenti affirmet.

18
Responso,
& eius in
pugnat.

Elucida-
tura doc-
trina.

me-

metur, quod eveniet, potius, quam quod non eveniet.

Confirm.
1. doctri-
na impug-
nationis.

Confirmatur primò: existentia ut habenda præcedit eventum rei, & non eventus rei existentiam, ut habendam; sicut existentia habenda præcedit existentiam habitam, & non è converso: ergo existentia habenda, potius determinat eventum rei, quam eventus rei existentiam habendam. Pater hæc consequentia: nam prius in esse talis non determinatur a posteriori, sed sicut ad illud supponitur, supponitur etiam determinatum. Secundo, Quia si ab

Secundò.

eventu rei determinatur formaliter existentia habenda, & rei futuritio, nulla erit ratio, cur de re in statu possibilitatis non verificetur existentia habenda, & rei futuritio: nam quamvis in eo signo, omnia quæ existunt sint indifferentia, tamen eventus rei, qui re vera erit, sufficiet ut pro illo signo res determinetur ad existentiam habendam, ut sit futura; at hoc est aperte falsum, neque ab ipsis admittitur: ergo. Et hæc modo sufficiant, ut huius solutionis falsitas innotescat: de ea enim non semel in posterioribus reddibit sermo.

19
3. Ratio
conclusio-
nis.

Tertiò prob. conclusio. Futuritio rerum est illis adæquatè extrinseca: ergo potest de præsentia adæquatè existere, & si res futura nullatenus existat. Quod si potest; nõ est cur sic non fiat: cum sine dubio melius salvetur eas esse futuras, anrequam sint, & eas præstare fundamentum, ut dicamus, quod postea erunt: Antecedens autem, quod negant Adversarij, probatur. Nam prædicatum illud, per cuius adventum, res nullo modo intrinsecè mutatur, est illis adæquatè extrinsecè; implicat enim prædicatum aliquod intrinsecum de novo rei advenire, quin res illa aliter intrinsecè per illud se habeat, ac antea erat, ac proinde quia intrinsecè mutetur; sed per adventum futuritionis nullo modo res mutatur intrinsecè: ergo. Probatur. min. Tum quia res, dum nondum in se sunt, non

possunt mutari intrinsecè; rem enim mutari est aliter se habere, & mutari intrinsecè, aliter intrinsecè se habere, ad quod supponitur habere esse in se intrinsecum; sed res futura, dum est futura, nullo modo esse in se, & intrinsecum habet: ergo. Tum quia implicat mutatio intrinseca alicuius rei, quæ non proveniat ab aliquo actuali influxu alicuius causæ, præcipuè si fiat secundum aliquod prædicatum intrinsecum de novo adveniens, nam istud ab aliquo debes de novo produci, aut applicari; sed quando res transit de statu possibilitatis ad statum futuritionis, nullius causæ terminat actualem influxum, cum actualis influxus causæ, vel rem producat, vel circa productam operetur: ergo.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

OBIJCIES primò, ex D. Thoma 2. 2. quæst. 161. artic. 6. ad 2. ibi: *Divina præscientia respicit futura secundum duo, scilicet, secundum quod sunt in se ipsis, in quantum, scilicet, ipsa præsentialiter intuetur, & secundum quod sunt in suis causis, in quantum, scilicet, videt ordinem causarum ad effectus.* Ex quibus verbis sic arguit Avendaño. Deus habet præscientiam respicientem futura secundum quod sunt in se ipsis, seu intuentem illa præsentialiter. Cæterum objectum istius scientiæ est futuritio, siquidem respicit objectum futurum, ut futurum; aliunde objectum illius est præsentialitas ipsa objecti, quod respicit, ut futurum; at præsentialitas idem est, ac actualis existentia, seu duratio: ergo futuritio iuxta D. Thomam est indistincta ab actuali existentia, & duratione.

20
1. Obiecta
ex Ang.
Mag.

Quod confirmatur ex eodem Confirm.
§. Doct. quæst. 12. de Veritate, ar-
Gg tit. Doct.

hic. 10. ad 2. ibi: Præscientia Dei secundum hoc proprie nomen præscientiæ habet, quod ad eventum respicit, qui futurus est; ordo enim ad eventum est in præsentem, unde de eo magis est scientia, quam præscientia. Ex quibus sic arguit: Deus circa futura verè, & proprie habet præscientiam: ut supponit Angelicus Doctor; sed si futurum confisteret in aliquo de præsentem, Deus erga illa non haberet præscientiam, sed tantum scientiam: ergo.

21
Solvitur
ex ipso S.
Doct.

Respondetur quod iuxta mentem D. Thomæ evidens est Deum dupliciter cognoscere futura, alio modo in determinatione causarum, quarum præcipua est sua voluntas, ut docet *1. contra Gent. cap. 66. & in 1. dist. 38. quæst. 1. artic. 5. & quæst. 3. de Verit. artic. 7. & hic artic. 13. & pluribus alijs in locis. Alio modo in se ipsis, prout nimirum, ea, quæ futura sunt in aliquo tempore, sunt iam physice præsentia in æternitate, quæ simul, & de præsentem ambit omne tempus; de quo secundo cognitionis modo facit mentionem locis citatis, & hic etiam artic. 13. & pluribus alijs, qui videri possunt Tract. præcedenti, Dub. ultim. S. 1. Iste autem duarum rationum cognoscendi futura non se habent dispartate, sed ordine quoddam; ita ut secunda fundetur in prima: nam efficax determinatio Divinæ voluntatis volentis, quod aliqua futura sint, sicut est prima causa, ut res habeant esse in suo tempore, ita est ratio, et sint præsentia in æternitate. Nam ut ex dictis ibidem constat, ex hoc habent esse in æternitate physice præsentia, quia aliquando in hoc tempore sunt existura. Independentem autem, seu præcisivè à Divina determinatione, nulla est ratio, cur Anti-Christus modo sit in æternitate præsentem, non autem alia creatura physice possibilis.*

Ad idem.

Ex quo sequitur quod cognitio illa, quæ terminatur ad res futuras in se ipsis, & illas præsentia-

liter intuetur, habet pro obiecto rem futuram, non Deo, cum ipsam, ut præsentem in sua æternitate intuetur; sed nobis, vel respectu nostri temporis. Et ideo præcisci à Deo dicuntur. Res autem respectu nostri temporis futura est non per se ipsam, sed per determinationem causarum, à qua habebis quod in suo tempore sit.

Ex quibus constat vera intelligentia prædictorum testimoniorum, Doct. intellectus, & quam impertinenter adducantur. Nam primum, quod habetur non & primo quæst. 161. ut ab eo citatur, sed 171. admittendum est ut iacet, quia nihil aliud in eo affirmatur, nisi quod dictum est. Sed neganda est minor discussus ab hoc Authore facti, scilicet, quod obiectum cognitionis intuentis futura in se ipsis, & æternitati præsentia, sit ipsa futurum: non enim est ipsa futurum, sed res ipsa, quæ nobis futura est, & Deo iam præsentem. Hæc autem habet nobis futuram esse, ex causarum determinatione; & ex eo, quod futura aliquando est, Deo iam in sua æternitate præsentem esse.

Secundum autem testimonium Intellectus 2. apertissime nobis favet. Nam ex eo convincitur, quod licet eventus, qui futurus est, non sit præsentem, sed futurus, & ideo de eo præscientia habeatur; ordo tamen ad eventum est de præsentem: eventus autem futurus formaliter constituitur per ordinem, quem de præsentem dicit, ut aliquando sit. Unde ad discursum ab eo factum, conc. mai. in sensu explicato, neganda est min. Quia licet res constituatur futura per ordinem quem de præsentem dicit ad existentiam: solum ex hoc inferitur, quod de futurum, quæ de præsentem existit, non detur præscientia, non autem quod non detur de re, quæ est futura: sicut licet de cognitione, à qua res denominatur cognita de præsentem, non detur præscientia; potest tamen dari de re ipsa, quæ denominatur cognita, ut de Anti-Christo cognito.

Se-

22
a. Object.

Secundò obijcies cum Riva-
deneyra, & Borrul. Eo præcisè res
est futura in instanti *A* præsentì,
quo formaliter est posterior in
existendo ad instans *A*; sed sic est
formaliter posterior in existendo
ad instans *A*, per carentiam exis-
tentia in instanti *A*, & existentiam
in instanti *B*: ergo per carentiam
existentiam in instanti *A*, & exis-
tentiam in instanti *B*, res est futu-
ra in instanti *A*, Maior ita certa
indicatur ab Adversarijs, quod ni-
si contentiosè abutendo terminis
non possit negari. Minor autem
quam etiam per se notam existi-
mant; sic probant, aut explicant.
Nam Anti-Christum esse postero-
rem respectivè ad instans *A*, nihil
aliud est formaliter, quam non
existere, dum existit instans *A*, &
existere postea. Sicut instans *B*,
esse posterius in existendo ad in-
stans *A*, nihil aliud est, quam non
existere, dum existit instans *A*, &
postea existere: ergo.

23
Confirm.

1.

Confirmatur primò. Nam Pe-
trum esse simultaneum ad hoc in-
stans, nihil aliud est formaliter,
quam existentia Petri durans in
hoc instanti: ergo & eum esse pos-
teriorem in ordine ad hoc instans
nihil aliud est, quam non esse in
hoc instanti, & esse postea. Con-
firmatur secundo ex Avendaño.

Secundò.

Per illud denominatur res futura
in hoc instanti, per quod denomi-
natur existens post hoc; sed Anti-
Christus denominatur existens v.g.
post hoc instans per ipsam actua-
lem existentiam, quam habet pro
hoc tempore: ergo. Maiorem sup-
ponit, & probat minorem; quia
per existentiam denominatur Anti-
Christus existens, dum verè exis-
tit; at post hoc instans verè exis-
tit: ergo per existentiam, quam
habet post hoc instans, denomi-
natur existens post hoc in-
stans.

Diluitur
a. Object.

Ad argumentum respondetur
dist. mai. Eo res est futura in in-
stanti *A*, quo formaliter in instan-
ti *A* est posterior in existendo ad
instans *A* per se maiorem. Quo

formaliter non in instanti *A*, sed
in sequentibus, est posterior in
existendo ad instans *A*: nego mai.
& distinguenda est min. sed per
carentiam existentia in instanti *A*,
& existentiam in instanti *B*, est
posterior in existendo ad instans
A, est inquam posterior in instan-
ti *A*, nego min. partim in instan-
ti *A*, & partim in instanti *B*, con-
cedo min. & absolute neganda est
consequentia. Explicatur solutio.
Elucidatur doctrina, nam sicut ut de
re aliqua verificetur in instanti *A*
præsentì esse futuram, necesse est,
quod in illo instanti detur adæquata
futura; ex quo supra, rectè intuli-
mus futuritionem non constitui per
carentiam existentia, & existentiam
habendam, quia existentia habenda
non potest cum carentia exis-
tentia coniungi; sed quod consti-
tuitur per aliquid de præsentì de-
terminans rem ad existentiam ha-
bendam: & ideo sensus formalis
huius propositionis Anti-Christus
in instanti *A* est futurus, est iste,
Anti-Christus in instanti *A*, non
existit, & est determinatus, ut
existat; sic pariter, ut de aliqua
re verificetur, in instanti *A*, quod
est posterior in existendo ad in-
stans *A*, necesse est quod in illo
instanti detur quiddam eam for-
maliter constituit in illo instanti
posteriorem in existendo in ordi-
ne ad illud instans; alias propo-
sitiò esset falsa, neque ullum esset
veritatis illius fundamentum. Con-
stat autem quod in illo instanti
non datur existentia eius pro in-
stanti *B*; non ergo constituitur in
instanti *A* posterior in existendo
in ordine ad illud, per existen-
tiam instantis *B*, sed sicut de futu-
ritione diximus, per determinati-
onem aliquam, quæ in illo instanti
existat, connexam quidem cum eius
existentia in instanti *B*, quod est
posterius ad instans *A*. Unde sen-
sus illius præ propositionis *Anti-
Christus* in instanti *A* est poste-
rior in existendo ad instans *A*;
talis esse debet, ut verificetur in
instanti *A* *Anti-Christus* non est in

A, & est determinatam in *A*, ut sit in *B*.

1. Item confirm.

Ad primam confirmationem neganda est consequentia: Nam data existentia Petri in hoc instanti, datur in illo adequatum verificativum simultatis illius ad hoc instans. Nam per simultatem nihil aliud verificatur, nisi utriusque existentia. At in instanti *A* non datur adequatum verificativum, vel constitutum posterioritatis existendi in ordine ad illud instans, si hoc ingreditur existentia postea habenda: neque adequatum fundamentum, cur in illo instanti, sit verum rem esse posteriorem ad illud, ut ipse Riyadeneyra fateatur. Quapropter necessario dicendum est, aut illam propositionem in illo instanti esse falsam, aut quod verificativum eius, & fundamentum veritatis non est existentia habenda, sed determinatio præsens in illo instanti, ut post illud habeat existentiam.

Pariter 2. confirm.

Ad secundam neganda est mai. vel claritatis gratia distinguenda, a quo formaliter denominatur existens post hoc instans, nego mai. causaliter, aut determinative, conc. mai. & sub eadem distinctione min. neganda est consequentia. Nam cum denominatio futuri, ut arguens supponit, detur in hoc instanti, debet provenire a forma, quæ in hoc instanti detur; talis autem non est existentia, quæ postea formaliter existet; sed determinatio ad existentiam, quæ postea existat. Unde forma, per quam denominatur Anti-Christus futurus in hoc instanti, non est existentia, sed determinatio ad existentiam.

24. Quæd. obiectio solvitur.

Ex quibus facile solvitur aliud argumentum, quo idem Avendaño utitur, & vocat ad hominem, quod hoc syllogismo includitur: sicut Deus denominatur producturus, & producens, ita effectus denominatur futurus, & existens; sed iuxta Thomistas ab eadem forma denominatur Deus producturus, & producens, ab eodem, scilicet, decre-

to, aut actione immanenti: ergo ab eadem forma denominatur effectus futurus, & existens. Neganda est enim consequentia, & disparitas est manifesta: nam eadem actio Dei immanens, quæ ante productionem rei existit, propter sui a rebus independentiam, sine earum productione, & per modum determinationis ad eas producendas, potest Deum denominare producturum, & dum ipse pro suo libito res producit, producentem, quia utriusque propositionis datur de præsentis verificativum, & distinctivum, secundum id quod in obliquo connotat. At licet dum res denominatur existens, existentia, quæ de præsentis datur, possit illam formaliter constituere; dum tamen ante illam denominatur futura de præsentis, hæc denominatio non potest ab existentia, quæ de præsentis non datur, sed a determinatione ad illam, provenire.

Tertiò obijcies, ex P. Herrera, Exituram esse consensum sive absolute, sive conditionate, est futuritio consensus; sed exituram esse consensum non est aliquid de præsentis existens, sed præcisè exituram esse aliquid, ut ex terminis est notum: ergo. Quod confirmat primo. Ea ratione, & non alia, qua datur constitutum per aliquam rationem formalem, adequatè constituentem, datur ratio formalis adequatè constitutiva; sed futurum non datur de præsentis, sed dabitur: ergo futuritio, quæ est ratio formalis adequatè constitutiva futurum, in esse futuri, non datur de præsentis, sed dabitur. Secundo. Denominatio quælibet, ratione exigit formam, qua requiritur ad effectum formalem denominantis; sed effectus formalis denominationis futuri non exigit formam de præsentis, cum sit denominatio non præsentis, sed futuri: ergo.

Hoc argumentum equivocatione laborat, & ad illud responderetur conc. mai. distinguendo min. exituram esse consensum non est aliquid de præsentis existens, aliquid quod

25

7. obiect.

m. m. c. d.

Confirm.

S. b. a. r. d.

Secundo.

Disting.

3. obiect.

quod sit ipse consensus, conc. mai. aliquid, quod de presenti ipsum in esse extituri, aut futuri constituat, nego min. & consequentiam. Rem enim extituram esse, sicut, & rem esse cognitam, possibilem, mortuam, vel pictam esse, non est rem existere; est enim existere id, quo constituitur in esse extitura, sicut in esse cognita, possibilis, mortua, vel picta; quod est existere futurationem, sicut cognitionem, possibilitatem, mortem, & picturam.

1. Item confirm.

Ad primam confirmationem concessa etiam mai. distinguenda est min. futurum non datur de presenti in esse simpliciter existentis, concedo min. in esse futuri, nego min. & dist. consequens: ergo nec futurius ipsum existens simpliciter constituens, concedo consequentiam, ipsum constituens futurum de presenti, nego consequentiam. Sicut licet res cognita, imaginata, aut mortua, non derur de presenti existens; quia tamen de presenti cognoscitur, imaginatur, & mortua est; de presenti debent dari imaginatio, cognitio, & mors, non quæ constituant rem de presenti existentem, sed de presenti cognitam, imaginatam, & mortuam.

Idem 2.

Ex quo ad secundam conc. mai. neganda est min. nam denominatio futuri, licet non sit denominatio, quæ rem constuat, aut supponat existentem simpliciter, est tamen denominatio, quæ constituit rem de presenti futuram: undè de presenti debet dari. Et quidem nec denominatio cogniti, aut picti, rem constituit, aut supponit simpliciter existentem: sed quia etiam de presenti cognitam, aut pictam denominat; de presenti debent cognitio, & pictura, quæ sunt denominationis formæ, dari. Quod melius percipietur notando, quod aliud est rem denominare presentem, aliud denominare de presenti: nam primum potest formaliter prestari ab ipsa rei presentia, sive existentia; at secundum etiam præstat a pluribus alijs formis, quæ nec

Nota.

presentem constituunt, nec supponunt: sicut à possibilitate denominatur de presenti possibilis, à morte de presenti mortua, à cognitione de presenti cognita; & univèrsim ad denominationem extrinsecam ex proprio conceptu per se non requiritur presentia, quamvis semper requiratur presentia formæ, tunc de presenti denominantis cumque futurum denominetur de presenti tale, ante rei existentiam, ante illam dicit dari de presenti futurationem, à qua talis provenit denominatio.

Sed instabis ex prædicto Auth. qui affirmat, quod consensus erit, affirmat consensum esse futurum; sed qui affirmat quod consensus erit, nihil affirmat de presenti: ergo nec qui affirmat quod consensus est futurus; ac proinde futurius rei nihil dicit de presenti. Prima, & secunda consequentia legitime inferuntur. Minor constat, nam qui affirmat, quod consensus erit, non affirmat, quod aliquid est, sed quod erit: ergo. Mai. autem probatur primò ex D. Aug. lib. II. Confessionum, cap. 15. & 18. & clarissimè 20. ubi habet: quod improprie dicitur res est futura, res est præterita; addit tamen propositam locutionem admittendam esse, quia licet sit impropria, nobis tamen est familiarior, & corrigitur per propriam intelligentiam: quandoquidem futurum est, idem significat apud omnes, quod erit. Idem ergo est affirmare rem futuram esse, ac affirmare quod res erit.

26

Replica quæ.

Suadetur 1. mai.

Secundò, id ipsum probat ex ipsis Grammaticalibus regulis, ex quibus constat idem significari per futurum Indicativi, ac per futurum, seu participium de futuro; quare idem omnino est apud Grammaticos asserere, cras legam, ac cras lecturus sum. Petrus veniet cras, ac Petrus venturus est cras. Tertio: quia quando affirmo quod consensus erit, affirmo consensum nec de presenti, nec de præterito: ergo de futuro: ergo affirmo consensum futurum: idem ergo est

Suadetur 2.

Tertio

dicere quod consensus erit, ac dicere, quod consensus est futurus.

27
Doctrina
pro solu-
tione.

Hæc instantia, querit quod explicemus significationes harum propositionum: *Petrus est venturus cras*, *Petrus veniet cras*, seu ut clarius procedamus, istarum *Petrus est futurus*, *Petrus erit*, & quod adinvicem conferamus. Ad quod dicimus, quod per primam propositionem affirmatur signatè, & in recto de presenti futuro Petri; in obliquo autem, seu de connotato eius existentia de futuro. Unde sensu illius est hic: *Petrus est determinatus, ut existat, seu ad existendum*. Per secundam autem propositionem è converso accidit, quia signatè, & in recto affirmatur eventus, ut non existens, sed de futuro: in obliquo autem, & de presenti ipsa determinatio, ut existat. Unde sensus huius propositionis *Petrus erit*, est hic: *Petrus erit existens*: ubi signatè, & in recto ipsa existentia, que non dum est importatur, exercite autem, & de connotato aliquid de presenti determinans, ad existentiam pro futuro, potius, quam ad non existentiam.

Continua-
tur doctri-
na.

Et hanc esse rectam significationis earum intelligentiam constat. Quo ad primam quidem: quia sic intellecta, nulla inducitur violentia significationi terminorum, sed prout iacet recipitur, & cum proprietate: cum tamen in Adversariorum sententia non possit, nisi per alienationem, & impropriam copula significationem accipi. Quod argumentum maximum accipit robur in similibus propositionibus, que sunt de Fide, ut *Anti-Christus est futurus*, *futurus est dies iudicij*: istas enim ad improprios sensus reducere, tantum, ut particulares defendantur opiniones, non viderur factis tutum. Tum quia istam esse mentem Philosophi 2. de Generat. text. 64. cap. 11. satis exprimunt verba illius, dum ait: *de quo nunc verum est dicere, quia futurum est; hoc non fore nihil verat: futurum est enim incedere, & non incedet.* Quod ibi explicat D. Thomas di-

cens: quod hoc verum est, quia dum dicit *futurum est* significatur causa determinata, que quia potest impediri, *potest non sequi eventus*. Quam doctrinam sequutus est etiam postea *quest. 10. de Verit. artic. 10. in Corp. Q. ad 7. & 2. 2. quest. 71. artic. 6. ad 2. & secundum eam explicat Prophetiam comminationis. Nec refert, dicere loqui de futuris non infallibilibus; quia quo ad formalem significationem propositionum, & terminorum idem est iudicium.*

Idem pro-
tenditur.

Quo ad secundam, etiam probatur eam esse illius significationem. Et quidem quod per illam signatè, & ex per se affirmetur eventus de futuro omnes fatentur. Quod autem etiam de connotato affirmetur determinatio presentis, ut talis eventus potius sit, quam non sit, probatur ex superius dictis. Nam non potest nunc de presenti verum esse, quod Petrus erit, potius quam non erit, quin sit de presenti aliquid determinans quod erit potius, quam quod non erit. Tum quia illud *erit*, ut determinatum, & exclusivum non *erit* nunc de presenti enuntiat. Tum quia si nunc de presenti nihil datur non indifferens, tam ad *erit*, quam ad *non erit*, non est cur potius sit verum de presenti, quod *erit*, quam quod *non erit*: *erit* ergo, quod nunc de presenti, pre *non erit* de Petro enuntiat, enuntiat determinatum, & ut sui contradictorii exclusivum: ac proinde in obliquo, & de connotato importat, & enuntiat determinationem de presenti, quamvis signatè, & in recto dicat eventum de futuro. Cum quo tamen stat quod prima propositio sit absolute de presenti, & non de futuro; & secunda è converso absolute est de futuro, & non de presenti: quia denominationes istas accipiunt propositiones, secundum quod, id, quod principaliter, & signatè enuntiant, de presenti, aut de futuro enuntiant. Cum ergo prima in recto significet de presenti, & secunda de futuro; sic tales propositiones iudicanda.

Un-

28
1. ex doc
trina data
collectio.

Unde deduces 1. prædictas propositiones in futuris infalibilibus, æquivalere sibi in consequendo, sed distingui in significando, penes rectum, & obliquum; sicut iste, *Petrus est amicus Paulo, Paulus est amicus Petro. Materia est unita forme, forma est unita materiae, & omnes aliæ, in quibus reciprocatio importatur; nam in omnibus illis est mutua consequentia, & quod per unam enunciatur in recto, per aliam enunciatur in obliquo. Secundò, quod ut prima propositio, in qua futuritio enunciat, de præsentis sit vera; non est necesse, quod ad secundam reducatur, neque pariter secunda ad primam, sed quod unaquæque earum in sensu formali, quem indicat, vera est, alterius veritatem implicite, & exercite connotando.*

3. collectio.

Tertio deduces quod si per possibile, vel impossibile res haberet esse in tempore, quin ab æterno esset aliqua determinatio de eius existentia; ab æterno neque esset verum, quod res est futura, neque quod erit. Quod corollarium expressit in primis D. Thomas loc. sup. citato ex 1. part. quest. 16. art. 7. ad 2. ibi: *Unde sublata causa non esset futurum illud fieri.* Et constat ex dictis: nam per utramque propositionem enunciatur sive in recto, sive in obliquo determinatio præsens, ut res sit: præcisive enim ab ista non est unde potius sit, quam non sit: ergo hac determinatione deficiente propositiones illæ essent falsæ. Unde ruit aliud argumentum, quod de veritate saltim secundæ propositionis in casu posito solent RR. formare.

Instantia.

Nec refert, si contra hoc obijcias, quod iuxta regulam dialecticorum cum M. Soto propositiones de extrinseco tempore regulantur quoad veritatem per suam *deinseffe*: ita ut illa existimetur vera, vel falsa, cuius *deinseffe*, pro tempore in propositione de extrinseco tempore enunciato vera sit, aut falsa: ergo cum in casu posito hæc propositio *Petrus est*, quæ est *deinseffe*

huius, *Petrus erit*, sit aliquando vera, hæc propositio *Petrus erit*, debet etiam esse vera.

Non inquam refert: nam regula illa dialecticorum intelligenda est rebus, ut nunc, stantibus, secundum quas impossibile simpliciter est hanc *Petrus est*, esse aliquando veram, quin pro tempore præcedenti præcesserit etiam determinatio, ut sit. Quod si talem determinationem non præcesserit, seu non præcedere supponatur, falsa erit: Neque hoc negatur à Dialecticis.

Si autem quæras, an facta contraria suppositione, scilicet, quod adhuc supposita determinatione absoluta Dei de futuritione eventus non sequatur, propositiones illæ sint veræ? Respondetur ex Sap. P. M. Bolivar in præsentis, quamvis ad aliud intentum, cum distinctione esse loquendum. Nam vel suppositio sit de eo, quod eventus ut implurimum non sequatur, adhuc supposita determinatione, sed raro; vel è contra, quod, nimirum, ut in plurimum sequatur; licet raro non accidat; vel quod quantum est ex determinationis suppositæ natura, ita certo sequatur, quod absque miraculo eventus non possit fraudari? Si primum; eventus non diceretur futurus, neque quod erit. Si secundum; diceretur talis moraliter, & secundum quid. Si tertium; diceretur simpliciter talis, quamvis non infalibliter.

Quæ omnia simul probantur: nam eventus non dicitur futurus à pura determinatione, sed ab illa prout ipsum infert iuxta qualitatem: ergo illationis dicitur ex vi illius futurus. Si ergo ut in plurimum non infert, ex vi illius non erit futurus. Si autem ut in plurimum infert, quamvis raro non inferat, habet cum illo connexionem moralem: ac proinde est moraliter, & secundum quid futurus, ut hæc, *omnis mater diligit filium suum.* Si autem ita infert, ut solum per miraculum impediri possit; habet connexionem physicam, quæ simpliciter est talis, & quæ apta est ad fundan-

Solutio
iustæ.

29
Respondetur
cui
dâ
quæst.

Respond
tionis ræ
ti o.

dandam scientiam humanam; ac proinde dicitur simpliciter futurus: non autem omnino infallibiliter, quia deficere posse supponitur. Unde neque à Deo subiectivè ut futurus posset affirmari, sed tantum obiectivè, quod & in profetia comminationis contingit: de quo videatur D. Thomas loco citat. *ex quest. 10. de Veritate.*

Alteri
questioni
si iatis.

Ex quo etiam constat, quid dicendum sit de futuro penes ordinem ad causas naturales: de eo enim secundum distinctionem datam loquendum est. Neque huius oppositum colligitur ex D. Aug. contra Faustum, & ex Anselmo, & Fulgentio asserentibus *impossibile omnino esse futurum non fieri*; nam loquuntur de futuro infallibiliter tali & penes ordinem ad decretum Divinum, quod infallibile infrustrabileque supponunt.

30
Iam dilui
tur instan
tia.

Ex quibus tandem constat solutio ad instantiam *num. 26.* propositam, cuius occasione omnia ista dicta sunt: distinguenda est enim mai. qui affirmat, quod consensus erit, affirmat, quod consensus est futurus *in recto* neg. mai. *in obliquo*, conc. mai. & dist. min. qui affirmat quod consensus erit, nihil affirmat de præsentia *in recto* conc. min. *in obliquo* neg. min. & neg. consequentiam, quod iam constat. Sed non est dissimulanda 1. probatio maioris, quamvis ea admisa, iuxta explicationem datam, non probetur intentum. Ea enim, tamquam ex D. Aug. refert, quod ista propositio *res est futura*, admittenda est, quia quamvis impropria feratur; *corrigitur* tamen per propriam intelligentiam, in quantum idem significat erit, ac futurum est. Quibus ex August. probare intendit prædictus Author quod 1. propositio solum est vera per reductionem ad 2.

Sed in hoc corrigendus est iste Author, quia talia verba non inveniuntur apud S. Parentem, sed solum postquam dixit, *quod futura*, & *præterita non sunt*, & quod proprie non sunt differentie temporis; quod iam supra explicatum est *num. 14.*

post hæc, inquam, & paucis interceptis, solum addit. *Quod dicatur tempora esse tria; dum tamen intelligatur, quod dicitur*, scilicet, quod non intelligatur id, quod futurum aut præteritum est, esse iam. Quod verissimum est apud omnes; sed ex hoc nihil, quod prædictus Author præterit, inferitur.

Quarto obieciens. Si futucitio esset aliquid de præsentia, esset aliquod prædicatum Divinum: cum enim sit etiam ab æterno, & nihil creatum ab æterno detur; debet esse aliquid Divinum; sed futucitio non est aliquod prædicatum Divinum: ergo. Probatur *min. 1.* nam exinde sequeretur quod, cum Deus vult, seu intelligit aliquid ut futurum, nihil aliud intelligeret, aut veller, nisi suum prædicatum Divinum; futurum enim in esse talis per futucitionem constituitur, & per eam ab omni re non futura distinguitur. Immo cum prædicatum istud sit, ut postea dicemus, Divinæ voluntatis decretum; dum Deus veller aliquid futurum, ut tale, nihil aliud veller, quam suam volitionem: ac proinde volitio futuri esset volitio reflexa. Et idem argumentum fieri potest de scientia Dei prædicta, & quæ à Thomistis ponitur causa rerum; nam hæc etiam ingreditur futucitionem: unde dum Deus futurum ut tale cognosceret, cognosceret solum suam scientiam, & decretum, per quæ futurum constituitur.

Secundo, quia cum rem esse futuram sit effectus causæ formalis, & contingens, debet etiam provenire ab aliqua efficienti; sed si futucitio est aliquid Divinum non potest provenire ab aliqua causa efficienti: ergo probat. *min.* quia non potest provenire pro formali, ut constat. Neque pro materiali: quia pro materiali dicit rem, quæ nullo modo est; quod autem nullo modo est, non potest terminare influxum causæ efficientis. Nec tandem pro unione, quam ex forma, & subiecto dicit: nam hæc secundum id, quod dicit de esse, est adæquatè quid Divinum: ergo. Tertio. Illud prædicatum

31
4. Obieci
tio, & 1.
min. sua
detur. 1.

Suadetur

2.

Tertio
rum

rum Divinum presens in qua ponimus futuritionem; debet terminari ad naturam, quæ denominatur futura; non sub statu possibilitatis, nec præteritionis; nec existentie, quia prout sic non est apta, ut denominetur futura; ergo sub statu futuritionis: ergo natura ut illud prædicatum terminans est futura; sed non terminat illud prædicatum, per illud, sed per aliquid ab eo distinctum: ergo per aliquid ab eo distinctum constituitur futura.

Diluitur obiectio cum 1. min. prob.

Ad argumentum respondetur conc. mai. negand. min. ad eius probationem negandum est antecedens. Nam in hoc concreto futuris, & est futuritio per modum formæ, & natura, quæ denominatur futura per modum subiecti. Dum ergo Deus cognoscit, aut vult rem, ut futuram; non solum cognoscit, aut vult suum decretum, aut scientiam, aqua futura denominatur, sed rem ipsam, quæ talis denominatur. Quod ut amplius, intelligatur advertendum est, quod Deus cognitione, aut volitione, nostro modo concipiendi, directe non vult, aut intelligit rem ut futuram; sed vult, aut intelligit rem non esse modo, & esse postea; ex quâ volitione, & scientia, determinatur res, ut modo non sit, sit autem postea. Unde obiectum directe atatum per hanc cognitionem, aut volitionem, per quam res constituitur futura, non est volitio, aut scientia, sed res ipsa. Quia tamen cognitio Divina infinita est; & uno actu attingit, quod nos pluribus; per eandem cognitionem, & volitionem, qua attingit, & determinat quod res modo non sit, sed sit postea, attingit etiam exercite actus ipsos, quibus id determinat; & hoc est rem, ut futuram attingere. Unde constat expedita solutio huius probationis.

2. min. probatio diluitur.

Ad secundam dicatur, quod rem esse futuram, denominatione desumpta ex causis secundis est effectus formalis phisicæ, & simpliciter talis. Unde huius, ipsum De-

vinum Decretum est causa. At rem esse futuram denominatione à decreto desumpta, non est effectus simpliciter, & phisicæ talis, sed tantum Grammaticaliter; ea ratione, qua dicitur effectus formalis, rem esse cognitam, volitam, aut determinatam à Deo: cuius nulla datur causa efficiens.

Ad tertiam dist. mai. debet terminari ad naturam, quæ denominatur futura, extrinsecè concedo mai. intrinsecè nego mai. & concessa min. & 1. & 2. consequentia neganda est min. sub sumpta. Nam in denominationibus extrinsecis, ut esse visum, esse cognitum, & esse decretatum, ipsa formæ denominantes sunt id, quo subiecta denominata terminant in actu 2. unde idem est formaliter cognitionem terminari, & cognitum reddi. Verum autem est, quod id, ratione cuius in actu 1. possunt terminare formaliter illas, ab eis debet distinguui. Et sic etiam contingit in re, quæ terminat futuritionem; nam in actu 1. redditur apta terminare per sua prædicata essentialia, quibus futuritio non repugnat. Et argumentum solvendum est ab omnibus, si formetur in qualibet alia denominatione extrinsecâ.

Item 31

Tandem obijcies. Præteritio non consistit in aliquo de præsentia adequate præteritionis tempore, sed consistit in carentia existentie modo, & existentia habita: ergo nec futuritio consistit in aliquo de præsentia futuritionis tempore, sed in carentia existentie modo, & existentia postea habenda. Antecedens supponunt, ut commune Thomistarum, & consequentia probatur. Quia omnes nostræ rationes, quibus probavimus futuritionem esse adequate de præsentia, in præteritione instantur: nam sicut per verbum de præsentia affirmamus verè de Anti-Christo, quod est futurus, ita per verbum de præsentia affirmamus verè de Adamo, quod est præteritus: & cum utraque propositio sit de fide, in proprio, & riguroso sensu utraque, vel nulla est accipienda:

32 Ultima obiectio

ergo sicut de re preterita verè de presenti affirmatur *esse preteritam*, quin de presenti detur preteritio adequatè accepta; pariter de re futura. Et pariter hac forma omnes aliæ rationes, & confirmationes instari possunt. Quod confirmari potest, nam res in esse existentis non constituitur formaliter per causam actualiter producentem, licet illam connotet, sed per propriam existentiam actualiter: neque in esse possibilis, per causam potentem producere, sed per eius non repugnantiam: neque in esse preteritæ, ut vidimus, per causam, ut iam produxit, sed per eius existentiam, secundum quod tempore illo fuit, & modo non est: ergo neque in esse futuræ, debet constitui, per causam, ut ad producendum determinatam, sed per existentiam, quæ erit; causa tamen, & eius determinatione connotatis.

Confirm.
Solvitur
 1. Torquæ do in Advers.
 Hoc argumentum existimatur ab Adversariis durissimus offensionis lapis. In quem omnes nostræ conclusionis instantiæ impingunt, & infringuntur. Sed lapis iste in ipsos vibrari debet: nam cum eius formalis vis in consequentia à preteritione ad futuritionem, quam infallibilem existimant, consistat; cum nos etiam preteritionem adequatè de presenti preteritionis tempore constituamus; sequitur quod etiam sic dari debeat futuritio. Igitur Thomiste non asserunt, quod preteritio consistit in carentia existentie, & existentia ipsa habita, utroque ingrediente in recto, ut falso supponunt Adversarij, sed asserunt eam consistere, in aliquo de presenti preteritionis tempore existenti; quod tamen determinet, aut connectatur cum existentia habita, quam preteritum pro subtracto essentialiter dicit. Et in hoc equivocantur Adversarij, dum existimant, quod id, quod preteritum pro subtracto essentialiter dicit, dicit etiam preteritio: quod apud nos falsissimum reputatur. Et idem iudicamus de futura.

Directa
 33
 1. Si autem quæras, quæ sit hæc forma de presenti preteritionis tempore.

potè, à qua res denominatur preterita? Respondetur dupliciter hoc ab eis assignari: alij namque cum M. Bolivar existimant hanc esse decretum Divinum, quo Deus vult Adamum; v.g. existere pro illa differentia temporis, pro qua existit, & modo non existere. Notat tamen hoc discrimen inter preteritum, & futurum: quod cum preteritio sit accidens supponens existentiam rei preteritæ pro tempore antecedenti; non solum respicit tamquam subiectum denominationis, ipsa prædicata quidditativa, aut possibilis rei, sed existentiam exercitam tempore antecedenti. Futuritio autem cum solum supponat possibilitatem rei, & sit via ad existendum; respicit ut subiectum denominabile prædicata possibilis; existentiam autem exercitam pro tempore sequenti importat in obliquo, & de connotato. Quæ solutio clara, & expedita est, & valde consequens ad dicta, & per eam cessant omnino contentiose replicæ ex paritate supposita.

Neque contra illam aliquid momenti obijci potest: nam illud, quod obijcitur, quod si preteritio consisteret in decreto Divino, cum hoc sit æternum, & semper existens, sequeretur, quod res ab eterno, & semper denominaretur preterita, sicut hac ratione denominatur futura; hoc, inquam, facilem habet solutionem, dicendo, quod Divinum decretum, secundum quod connotat, & ex se infert diversa tempora, in quibus res est, vel non est; diversas etiam tribuit rei denominationes; nam secundum quod connotat tempus, in quo res non dum existit, sed antevertit eius existentiam, subinduit denominationem futuritionis: & secundum quod connotat tempus existentie rei, hanc denominationem amittit, & subinduit denominationem actualiter producentis. Et tandem, secundum quod connotat tempus posterius ad existentiam rei, subinduit denominationem preteritionis, & rem preteritam formaliter constituit. Unde solum est ab eterno, quoad entitatem

Nota.

Replia
 contra
 immedia
 re dicta.

Solvitur.

præteritionis, sicut, & quoad entitatem producentis; non autem quoad denominationem ex defectu connotari: sicut neque etiam erit in æternum, quoad denominationem futuritionis, licet sit quoad entitatem. Unde solutio subsistit, & ea magis communiter & primo loco in disputationibus cum Adversarijs utendum existimo, propter dicta, & ut hinc magis cognoscant quam irritus sit eorum connotatus exparitate præteritionis ad futuritionem desumpta.

34
Alia via
traditur
solus. o.

Secundo alij existimant præteritionem consistere in carentia rei præteritæ adiuncta impossibilitate, de eo quod non fuerit. Quod complexum etiam datur, adæquate de præsentis. Nam quoad carentiam est per se evidens. Quoad impossibilitatem autem probatur sic: nam hoc ipso quod aliqua res in aliquo instanti est, fundat ab illo instanti usque in æternum impossibilitatem, ne fuerit: ergo etiam dum res deficit, & illius datur carentia, datur etiam hæc eadem impossibilitas ne fuerit: datur ergo de præsentis complexum illud præteritionis tempore. Cumque alias sit determinatio de eo, quod res fuit; sufficienter fundat veritatem propositionis, in qua de præsentis affirmatur de re esse præteritam. Unde præteritio est adæquate distincta à re præterita, & effectus ab illa cautatus, non formaliter, sed effectivè, non phisicè, sed logice.

Plenior
argum. so-
lucio.

Et hinc oritur differentia inter præteritum, & futurum: nam cum præteritum aliquando extiterit, ab eius existentia potest aliqua determinatio oriri de eo quod extitit; & de facto impossibilitas ne fuerit oritur. At cum futurum nondum sit,


ab eius existentia nulla determinatio tempore futuritionis oriri potest, qua verificetur esse futurum. Unde determinatio, & suppositio de eo, quod erit, ab alio præcedenti eius existentiam provenire debet. Et hinc etiam intelligitur, quare cum vera sit hæc causalis: *ideo res erit, quia futura est*: hæc est falsa; *ideo fuit, quia est præterita*, sed potius dicendum est e converso: *ideo est præterita, quia fuit*. Et disparitas delimitur ex dictis: nam in hac propositione, *res erit*, ut ex superius dictis patet, signatè, & in recto prædicatur existentia, sicut & in hac, *res fuit*. Existentia autem rei futuræ cum subsequatur eius futuritionem, non potest eam à priori inferre; potest tamen existentia rei præteritæ inferre à priori præteritionem, quia eam essentialiter præcedit. Unde ab eius existentia præteritio potest causari: secus tamen futuritio ab existentia rei futuræ.

Est tamen notandum etiam hoc discrimen, inter primam, & secundam solutionem: quod in prima præteritio est adæquate aliquid positivum, sicut & futuritio: At in hac secunda est adæquate negativum. Unde iuxta illam dum dicitur *Adam est præteritus*, *ly est* quamvis propriè uniat pro tempore præsentis, non accipitur tamen pro aliquo esse reali esse, sed pro esse negationis existentis Adami, & defectus possibilitatis ne extiterit: sicut dum dicitur, *homo est cæcus*. Et hoc etiam titulo primam solutionem secundæ præferendam existimo. Et hæc de hoc Dub. applicanda

Adverte
discrimen

litt. M. in 1. dist. 38.

§. Neque etiam refer-
vanda.



DUBIUM SECUNDUM.

QUÆNAM SIT FORMA ISTA DE PRÆSENTI, PER QUAM
res denominantur, & constituuntur futura.

§. I.

REFERUNTUR SENTENTIÆ, ET STATUITUR
prima conclusio.

N. 1.
Sententia
P. Suarez
in hoc
puncto.

EX dictis Dub. *precedenti* manifestè constat futuritionem rei esse aliquid de præsentis rei futuræ extrinsecum, & ab ea realiter distinctum: restat autem in præsentis determinemus quid sit hoc? Circa quod omissa in primis aliquorum sententia, quæ non immerito attribuitur Patri Suarez, & Alarcon, asserente quod, futurum consistit in quadam habitudine, quam res ipsa, quæ futura est, dicit in suis causis, ad se ipsam, ut existentem à parte rei: quæ habitudo respectu nostri est aliquid rationis; respectu Dei est obiectiva præsentia, quam esse rei futuræ habet in æternitate.

Reijcitur
illa senten-
tia.

Quæ sententia omittenda est: tum quia ab omnibus etiam domesticis reijcitur, & ab ea, quamvis egre P. Suarez servari prætentitur. Tum quia diversam futuritionem rei constituit, prout à nobis, & prout à Deo concipitur: cum tamen essentia, & constitutum rei semper sit idem, sive ab homine, sive ab Angelo, sive à Deo concipiatur, sicut patet in alijs essentijs. Et quod magis est, prout ab homine concipitur, constituitur aliquid rationis: ac proinde dum homo de Anti-Christo esse futurum prædicat, nihil reale, sed fictitium prædicat, quod falsissimum est.

2.
alia se-
tentia, &
cius D D.

Omnia, inquam, hæc sententias duplex alia circa præsentem difficultatem magis solet controversari. Aliquorum ex Professoribus scientiæ mediæ est, qui constituunt futurum in ipsa scientia Dei, qua ipsum cognoscit: & hoc quidem iuxta futurum, & scientiæ qualitatem: nam futurum absolutum constituunt in scientia visionis, & absoluta; futu-

ram autem conditionatum, in scientia media. In qua sententia conveniunt Esforcia, Annatus, Esparza, Rivadeneyra, & P. Tyrso. Quam sententiam ex eorum mente explicat Rivadeneyra, triplicem distinguendo futuritionem: aliam *entitativam*, quam cum re ipsa futura identificat, ac proinde cum reliquis alijs Authoribus Societatis constituit per carentiam existentiam modo, & existentiam habendam. Aliam, quam vocat *formalem in esse veri*: & hanc identificat cum scientia. Aliam tandem, quam vocat *fundamentalem*, & constituit in quocumque prædicato, quod tempore futuritionis detur, connexum tamen cum existentia postea habenda, sive hoc sit decretum, sive scientia, sive quodcumque aliud. Contra quam sententiam sequens statuitur conclusio.

Prædicta sententia nec sibi, nec 3 scientiæ mediæ principijs coheret. In qua conclusione ferè omnes alij Societatis Authores conveniunt. Prima pars probatur 1. quia implicat, 1. quod detur de præsentis futuritione formalis, Anti-Christi *in esse veri*, quin detur de præsentis futuritione illius *entitativa*: ergo hæc sententia, dum primum affirmat, & negat secundum, non sibi coheret. Antecedens probatur. Nam futuritione formalis *in esse veri* consistit in iudicio verè, & de præsentis enuntianti futuritionem Anti-Christi: V. g. in hoc iudicio *Anti-Christus est futurus*: sed implicat iudicium istud esse verum de præsentis, quin de præsentis detur veritas illius obiectiva: ergo. mai. est doctrina Adversariorum; minor autem probatur. 2. minor ad hominem contra ipsum, *disp. 12* suadetur cap. 1.

cap. 20. num. 9. defendentem, & bene, quod eo ipso, quod propositio nunc sit vera, nunc debet dari veritas illius, quod evidens est, sic & quod non potest dari effectus formalis sine forma; sed iuxta ipsius etiam sententiam, & apud Jesuitas familiarem, veritas formalis propositionis constituitur ex ipsa propositione, & obiecto verificativo illius: ergo implicat quod detur veritas formalis huius propositionis, in qua consistit, futuritio Anti-Christi in esse veri, quin detur futuritio illius obiectiva.

Suadetur
2.

Secundo. Quia per hanc propositionem *Anti-Christus est futurus*, in qua futuritionem formalem Anti-Christi *in esse veri* constituit; non enuntiat de Anti-Christo eum esse cognitum, aut futurum, seu eum ut futurum cognosci; sed eum esse phisicè, & realiter, & obiectivè futurum: ergo ut ipsa sit vera, debet futuritio Anti-Christi phisica, & obiectiva, dari iuxta exigentiam copulae, seu verbi, quod est de presenti: ergo implicat futuritionem formalem Anti-Christi *in esse veri* de presenti dari, quin etiam detur futuritio eius obiectiva. Mai. in qua sola potest esse huius discursus difficultas, constat. Tum quia hæc propositio *Anti-Christus est futurus*, non est reflexiva, sed directa, & sic ab omnibus concipitur: esset autem reflexiva, si non enuntiaret obiectivam, & phisicam Anti-Christi futuritionem; sed solum cognitionem eius in esse futuri. Tum quia si solum enuntiaret eum, ut futurum cognosci, posset esse vera, & si nunquam futurus esset obiectivè; dummodo, ut talis apprehenderetur; quod nullus audebit dicere.

Suadetur
3.

Tertio. Quia quamvis per hanc propositionem directè, & immediatè enuntietur futuritio formalis de Anti-Christo in esse verè, seu quod apud ipsos idem est, cognitio, qua Anti-Christus in esse futuri cognoscitur; non tamen enuntiatur cognitio ista, ut a ve-

ritate, & falsitate præscindens, sed ut determinatè vera. Tum quia cognitio sic enuntiata, est cognitio Dei ab æterno existens. Tum quia, ut diximus, aliter posset esse vera hæc propositio, & si Anti-Christus nunquam existeret. Tum quia etsi cognitio sit formalis futuritio, cognitio verà erit formalis futuritio vera, & falsa, falsa; & præscindens, præscindens: hic autem formalis futuritio verà enuntiat, ergo enuntiat etiam, saltem mediatè verificativum illius, iuxta exigentiam copulae. Sed hoc est futuritio obiectiva præsens; cum copula de præsentis significet; ergo.

Confirmatur urgendo contra ipsum idem argumentum, quod ipse contra reliquos Authores Societatis urget ad probandum futuritionem, tam formalem, quam fundamentalem *in esse veri* de presenti dari. Nam vel datur de presenti extitutum esse Anti-Christum obiectivè, vel non datur de presenti? Si primum; ergo non solum futuritio formalis, & fundamentalis *in esse veri* datur de presenti, sed etiam obiectiva. Si secundum; sequitur in primis, propositionem formalem enuntiantem, extitutum esse Anti-Christum, de presenti esse falsam: non enim existit obiectum, sicut per illam enuntiat, Deinde sequitur quod de presenti detur, *non extitutum esse Anti-Christum obiectivè*: Nam ea ratione, qua unum contradictorium deficit, alterum dari est necesse: cumque *non extitutum esse obiectivè Anti-Christum*, equivaleat huic: *Anti-Christus obiectivè non existet*; sequitur, quod de presenti detur, *quod non existet*; ac proinde quod nunquam habebit existentiam; quod est contra fidem.

Id autem quod in prædicta solutione additur de futuritione fundamentali, etiam *in esse veri*, in nullo alio consistere potest, nisi in Divino decreto, quod etiam in consequenter negant; quod sic

4
Confirmatur

5
Alio ex cap. sententia illa impugnat.

probatür. Nam hæc futuritio fundamentalis debet in primis dari tempore futuritionis, & ab æterno: ex quo sequitur non posse esse aliquod creatum, sed increatum, & Divinum: sed ex prædicatis Divinis nullum aliud assignari potest, nisi decretum: ergo. Probatür min. Nam cum hoc debeat esse cum existentia rei conexum, non potest esse, neque Divina essentia, aut potentia, aut quodlibet aliud, prout in actu primo à nobis concipi potest: ut sic enim indifferentia sunt, & non connexa cum esse rei. Restat ergo quod sit, aut Divina scientia, aut decretum; sed non scientia: ergo. Probatür min. hæc. Quia alias scientia cognoscitiva futuri, se ipsam pro fundamento haberet, ut futuram cognosceret, quod est falsum, & negatorium; præcipue si ea non practica, sed speculativa constituitur: restat ergo quod hæc fundamentalis futuritio sit Divinum decretum, quod inconsequenter ab eis negatur.

6 Secunda autem pars, nimirum, quod hæc sententia non sit etiam coherens Scientiæ mediæ principijs, sic probatur. Nam ex illa sequitur primo, quod Deus non ideo cognoscit futura, sive absoluta, sive conditionata; quia futura, sive absolute, sive conditionate sunt; sed potius, quod ideo res sunt futurae, sive absolute, sive conditionate, quia prout sic cognoscantur à Deo. Ex quo secundo sequitur, quod scientia Dei, tam absoluta, quam conditionata, non ideo suum obiectum cognoscat, quia ipsum ita erit, aut quia suum contradictorium non erit; sed potius quod ideo illud erit, & suum contradictorium non erit, quia prout sic, sive absolute, sive conditionate à Deo cognoscantur. Et tertio, quod hæc ipsa Dei scientia, sive conditionata, sive absoluta, non sit pure sui obiecti contemplativa, & speculativa, sed etiam practica, & factiva: Nam cum obiectum eius sit futurum in esse

rals, absolutum, quidem, respectu scientiæ absolutæ, & conditionatum respectu scientiæ conditionatæ: si hoc per ipsam scientiam formaliter in esse talis constituitur, scientia respectu eius non erit pure speculativa, sed practica. Et hinc etiam quarto, quod quamvis scientia Dei præcedat futuritionem liberam rerum, eamque infallibiliter inferat, & constituat; sitque proinde à nobis inimpedibilis; non ideo ab eis auferat libertatem, sed potius causet, & conserve. Quæ omnia, quamvis verissima sint; sunt tamen contra principia scientiæ mediæ: ex eorum tamen sententia manifestè deducuntur.

7 Dicere autem, quod obiectum huius scientiæ, tam absolutæ, quam conditionatæ non est rem futuram esse, sed absolutæ, quod erit; conditionatæ autem, quod esset, si poneretur conditio; non evacuat difficultatem, sed potius auget. Primo. Quia ut supra diximus, prius est rem futuram esse, quam quod erit; cum hæc causalis sit vera: *Ideo res erit, quia futura est.* Et idem proportionaliter dicimus, si adinvicem comparantur in futuro conditionato, quod esset, & quod conditionate futurum est. Ex quo omnes præcedentes illationes iterum reviviscant. Secundo. Ut Deus per scientiam absolutam indicet de presenti, quod consensus erit, potius quam non erit; & per conditionatam, quod esset, potius, quam quod non esset, requiritur aliquid de presenti conexum cum eo, quod res erit, potius, quam cum eo, quod non erit; cum eo quod esset potius, quam cum eo, quod non esset; quod principium ipsi admittere tenentur; tum quia alias non esset necessaria futuritio fundamentalis in esse veri de presenti existens: tum quia alias non esset necesse ad veritatem illius iudicij, plusquam ad eius falsitatem. Tum quia si nihil de presenti sic conexum datur, omnia sunt æquæ ad utrumque indifferentia;

Quartum

7 Evasio quæd. concluditur.

Primo.

Secundò.

Tertium.

ac proinde non est unde potius indicetur, quod erit, & quod esset, quam quod nec esset, neque erit; hoc ergo sic de presenti conexum, vel est decretum, vel scientia? Si decretum; habemus principale intentum. Si scientia; intentum, quod modo pretendimus: nam ex hoc sequitur, quod Deus non ideo cognoscit, quod res erit, quia erit, aut quod esset sub tali conditione, quia esset; sed potius ideo res erit, & esset, quia a Deo sic cognoscitur: ex quo, & omnia alia, quae ibi ulterius deduximus, & tanquam ex fonte, ex hoc dimanant, deducuntur. In quo nobis tantum iste modus dicendi placet, & ad veritatem accedere videtur, quantum suis displicet, & Scientiam mediam labefactare cognoscunt.

8
 Argumen-
 tum pro
 hac sen-
 tentia.

In favorem autem huius sententiae obijcies ex P. Tyrso rationem, quam ipse vocat a priori. Quia, ut inquit S. Thomas *quest. 1. de Veritat. artic. 5. ad 6.* (& non *artic. 1.* ut ipse citat) cum praeteritum, & futurum in quantum huiusmodi non sint; eadem est ratio de veritate praeteriti, & futuri, ac de veritate non entis; sed non ens, ut inquit ipse *1. part. quest. 16. artic. 7.* non habet ex se ut sit verum, sed solum ex intellectu apprehendente: ergo futurum non habet ab aeterno esse verum, nisi ex intellectu Divino apprehendente ipsum. Haberet autem, si priori ad cognitionem Divinam, haberet aliquam futuritionem, vi cuius foret verum ipsum extitutum in tempore; ergo.

Confirm.
 1.

Quod confirmat primo ex S. Parente Aug. 11. *Confessionum, capit. 20.* verbis cit. *Dub. precedenti,* afferente, *quod haec tria praeteritum, scilicet, praesens, & futurum, in anima, & alibi ea non video: praesens de praeteritis memoria, praesens de presentibus contuitus, praesens de futuris expectatio.* Cui consonat D. Isidorus *lib. 1. de Summo bono,* dicens: *Tria ista, praeterita, praesens*

tia, & futura, in anima induentium inveniri constat. Ex quibus verbis deduci videtur nihil de praesenti dari, de futuris, aut praeteritis, in quo eorum futuritio; aut praeterito consistat, nisi eorum cognitio.

Secundo. Quia licet scientia Dei **Confirm.** sit speculativa, solum sequitur, quod 2. scientia, qua cognoscit rem esse futuram, non faciat illam futuram, sed eam futuram supponat; scientia autem, qua cognoscit Anti-Christum v.g. existere in sui differentia temporis, cum non ad futuritionem terminetur, sed ad existentiam, poterit Anti-Christum futurum constituere. Tertio. Quia rem esse futuram entitativè, est dari entitativè futuritionem rei: ergo esse verificativè futuram, est in esse veritatis dari eius futuritionem; sed dari futuritionem **Tertio.** in esse veritatis, est dari cognitionem veram de eius existentia postea: ergo per hanc constituitur formaliter de praesenti futura.

Ad argumentum responderetur, quod illud argumentum sextum est idem, & ad idem assumptum; ac quod D. Thomas proposuit, loco pluries citat, *ex 1. part. quest. 16. artic. 7.* cui, ut vidimus responder: *Quod illud, quod nunc est, ex eo futurum fuit, antequam esset, quia in causa sua erat, ut fieret: unde sublata causa non erat futurum illud fieri, sola causa prima est aeterna, &c.* Unde dum *loc. citat.* asserit, quod praeteritum, & futurum, in quantum huiusmodi, non sunt; loquitur de re, quae est praeterita, & futura, non autem de eius futuritione: quod & Author iste concedere debet. Et in hoc comparat praeterita, aut futura ad non entia. Differunt tamen ab illis, quod non entia non habent aliquod esse eis extrinsecum, nisi cognitionem, seu esse cogniti; at futurum, & praeteritum, habent aliud esse de praesenti distinctum ab esse cogniti, non intrinsecum, sed extrinsecum, quod est esse determinatum, ut potius sit habiturum esse, quam non esse.

hoc enim, ut vidimus, debet præcedere cognitionem, ut determinativum illius, præcipuè in eorum principijs.

SS. Aug. & Ildo- est S. Parens Aug. & S. Ildor. dum rus expo- dicunt *ea solam esse in anima, aut nuntur. mente*: loquuntur enim de futuris ipsis in se, aut de rebus futuris, quæ, dum futuræ sunt, tantum habent esse in mente: sed quia ut sint in mente ut futura, & non, ut purè possibilis, necesse est præcedere ea esse determinata, ut sint, & non indifferentia, ut sint, & non sint; ideo illorum esse in anima, quod est extrinsecum, debet etiam supponere aliud esse extrinsecum determinationis eorum, quod est determinatio causa, in qua non tam propriè esse dicuntur, cum sit voluntatis actus, quam in mente.

2. Con-
firm. sic
latis.

Ad secundam negandum est antecedens. Nam existentia Anti-Christi in propria duratione, illius futuritionem supponit; ideo enim Anti-Christus in propria duratione existit, quia ante existentiam futurum erat, ut existeret: seu quod idem est, ideo existit, quia prius determinatum erat, ut existeret: quare scientia Dei purè speculativa, quæ ad existentiam Anti-Christi in propria duratione terminatur, non potest illum futurum constituere, sed debet eius futuritionem supponere.

3. Item.

Ad tertiam dicatur difficultatem istam specialiter de futuritione entitativa versari. Deinde dicatur, quod cum iuxta ipsos veritas actus resultat ex ipso, & obiecto, & iuxta omnes ex conformitate cum obiecto, ita ut obiectum debeat esse, iuxta differentiam temporis impartitam per copulam, & ea ratione, qua affirmatur, & negatur, implicat dari cognitionem veram de futuritione præsentis Anti-Christi quin detur obiectivè de præsentis ipsa eius futuritio: quavis formalis veritas eius non cum obiecto, sed cum actu connotato obiecto identificetur. At hæc veritas non est absolute formalis futuritio, nisi tantum valde

impropriè. Sicut neque actus verè affirmans albedinem, est formalis albedo, licet sit formalis veritas existentia albedinis.

S. II.

VERA SENTENTIA PRO
conclusionem eligitur, &
probatur.

ULTIMA sententia asserit fu-
turitionem, seu formam cons-
titutivam futuri, esse præ-
parationem causarum, seu earum de-
terminationem, ad dandam rei futuræ
existentiam. In qua omnes alij Tho-
mistæ conveniunt. Eamque deducit
Gaietanus *Jentacul. II. quest. 3. ex*
verbis illis Apocalypsi, *Omnia per*
tuam voluntatem erant, & creata
sunt. Superque verba sic ait: *Cre-*
tura, quæ sunt, fuerunt, & erunt
in hoc mundo, per voluntatem Dei
habent hunc essendi modum; quoniam
ex libera Dei voluntate, quasi trans-
late sunt, de ordine possibilium ab-
soluta, ad ordinem producendorum,
quandocumque.

Quæ conclusio non leviter Ex SS. ié
colligitur ex S. Aug. lib. 6. de Genes. DD. Aug.
ad lit. cap. 17. dicente: *Deum futu-*
ra facere nihil aliud est, quam ea-
rum causas preparare. Ex Tract. 68.
in Ioann. *Deus facit futura, ea præ-*
destinando. Sed expressius habetur
apud D. Thomam *quest. 2. de Ver-*
itate, artic. 12. ferè per totum, &
præsertim ad 7. ubi asserit, quod
cum dicitur, aliquid futurum est,
vel fuit futurum, designatur ordo,
qui est in causis illius ad rei produc-
tionem. Et 2. 2. *quest. 171. artic. 6.*
& quest. 22. de Verit. artic. 10. & II.
& loco pluries citato ex I. part.
quest. 16. artic. 7. ad 3.

Nec refert solutio, quam ad Avendañ
hibet Avendaño, dicens, quod solutio.
quoties D. Thomas asserit, aut in-
sinuat futuritionem consistere in
ordine causarum; loquitur de or-
dine causarum secundarum, & qui
nullum decretum Dei efficax in-
voluit. Non, inquam, refert; nam Infringi
hoc esse aperte falsum constat.

Tum

Nostra
sententia
ex Sacris
Lit. col-
lecta.

Emin. Ca-
jcan.

Ex SS. ié
DD. Aug.
& Thom.

in d. 10

Tum ex loco citato. ex 1. part. in quo expressè loquitur de ordine causæ primæ, ex quo ab æterno rem esse futuram verificat. Tum ex 1. dist. 38. artic. 5. ubi dicit: *Quod Deus ab æterno non solum videt ordinem sui ad res, ex cuius potestate erant res futurae, sed ipsum esse rerum intuetur. Ex quest. 12. de Veritat. artic. 10. in Corp.* loquens de ordine causarum, secundum quem, res dicuntur futurae: sic habet: *Implicatio vero ordinis causarum fit dupliciter: quandoque quidem ex sola operatione virtutis Divinae, ut suscitatio Lazari, & Conceptio Christi, & huiusmodi. Ex quibus constat, quod horum futuritio, ex præparatione causæ æternæ & non alterius inferioris desumitur.*

Deinde probatur eadem conclusio rationibus: primò. Illa est forma constitutiva futuri in esse talis, quæ formaliter determinat rem, ex se indifferentem, ut postea sit, vel non sit, ut determinatè postea sit; sed hæc est determinatio causæ: ergo, Mai. est evidens: quia determinare formaliter rem aliquam ab aliquam speciem, est formaliter illam in tali specie constituere: sicut id, quod formaliter determinat corpus, ut sit album, potius quam non album, est albedo, à qua formaliter album constituitur: ergo cum rem esse futuram sic etiam apud ipsos, quod postea sit, potius, quam non sit; id, quod formaliter sic determinat, est futuritio, & à qua formaliter constituitur res futura.

Minor autem probatur primo ex dictis: quia cum hoc determinativum formale debeat ab æterno existere; siquidem ab æterno est verum, quod Anti-Christus est determinatus, ut postea sit, vel in tempore: sicut ab æterno est verum, quod non est indifferens, ut postea sit, vel non sit; debet ab æterno dari aliquod prædicatum, quod tale sit; sed hoc in primis non potest esse aliquid creatum, cum nihil creatum ab æterno existat; neque aliquid prædicatum ex necessarijs Dei: tum quia alias futuritio non contingenter, sed necessario eveniret: tum quia

omnia illa sunt indifferentia; ut sit, vel non sit. Deinde non potest esse scientia Divina libera, qua id Deus purè speculativè, aut, quid aliud cognoscat, cum vel supponat, vel saltemalem non faciat determinationem: restat ergo quod hoc sit Divinum decretum, quo Deus tanquam suprema causa determinat, ut res potius sit, quam non sit.

Secundo probatur eadem min. **Suadetur.** Quia hanc determinationem non potest res à se ipsa habere. Tum quia existit determinatio, cum non existit res. Tum quia ex se ipsa res indifferens est, ut postea sit, vel non sit; ergo eam debet habere à sua causa; sed non ab illa prout in actu primo; quia etiam prout sic indifferens est, ut det ei determinatè, quod sit, aut determinatè quod non sit: neque etiam ab ea in actu secundo, ut exercitè illi communicando existentiam; quia prout sic constituit existentem, & non futuram: restat ergo quod hanc determinationem habeat à sua causa determinata, ut postea efficiat; quæ determinatio est Divinum decretum.

Tertiò. Quia pro signo priori **Suadetur** ad decretum intelligitur res omnino indifferens, ut sit, vel non sit postea, & tantum purè possibilis; sed intellecto Divino decreto, præcisivè à quocumque alio, iam res non est purè possibilis, nec præterita, aut existens, sed determinata, ut sit, ita, ut de illa verificari possit esse futuram: ergo determinatio ista provenit à decreto eam extrinsecè determinante, & futuram denominante. **Quartò. Ultimo;** Quia cætera alia prædicata, quæ tempore futuritionis existunt, vel nullam habent connexionem, cum eo, quod res sit postea; vel si aliquam habent, ut scientia libera, habent ratione Divini decreti; decretum autem se ipso cum existentia postea connectitur: & se ipso non esse postea excludit; sed illud est determinativum per se, ut res sit postea, quod per se connectitur, & tanquam quid prius, cum eo quod res sit postea, & per se

10
I. Ratio conclusio nis.

I. Minor suadetur.

sed etiam excludit rem postea non esse: ergo.

I I Dices: his omnibus probari
Respon- quod decretum Divinum radicaliter, seu causaliter determinat rem, ut postea existat, non autem formaliter: futuritio autem consistit in formali; non autem in radicali, seu causali determinatione. Sed solutionem istam postea libenter admittremus. Et quidem si etiam pro futuritione conditionata necessarium sit decretum, ut determinativum saltem causale, & radicale illius, ut eodem argumento his futuris applicato convinci videretur, aperte inutilis est Scientia media.

Impugna- Sed modo aliter eadem solutio
bitur post impugnatur, directe probando
solutio. quod decretum sit formale determinativum, & non tantum radicale, aut causale, ut res postea existat. Nam ab aeterno res futura existit formaliter determinata, ut postea sit: ergo ab aeterno datur formalis determinatio, & non tantum causalis, aut radicalis, ut sit. Probatur consequentia. Quia: effectus formalis nequit formam precedere. Antecedens autem probatur. Quia ab aeterno deficit formaliter indifferentia, ut res potius sit, vel non sit; & multo magis etiam deficit formalis determinatio, ut non sit; sed formalis indifferentia ad duo extrema, & formalis determinatio, ut non sit, solum per formalem determinationem, ut sit, formaliter aufertur: ergo. Tum sic; sed ab aeterno, ut iam probavimus, nihil distinctum a decreto datur, a quo hæc formalis determinatio detur: ergo.

Confirm. Confirmatur hoc idem. Quod tantum causaliter, seu radicaliter determinat, seu radicaliter aliquid, quod sit formalis determinatio; pro tempore, quo res est formaliter determinata: sicut id, quod tantum causaliter dealbat, causat albedinem, quæ formaliter dealbat, pro tempore, quo res est formaliter alba; sed res futura est ab aeterno formaliter determinata, ut postea sit, sicut iam probatum est: ergo si decretum Divinum solum causaliter, aut radicali-

ter eam determinat; ab aeterno causaret, seu radicaret id, ratione cuius formaliter determinaretur, seu formalem eius determinationem: assignanda ergo est ab aeterno formalis determinatio, quæ sit à Dei decreto distincta; quod nunquã præstabit.

Dicere autem, sicut communiter dicunt, hoc esse existentiam habendam obiectivè acceptam iam supra reiectum est: quia existentia ut habenda, aut aliquid addit supra existentiam, aut nihil; si secundum eam existentia ab aeterno non detur, neque existentia, ut habenda; ac proinde non poterit ab aeterno formale determinationem præstare. Si autem aliquid addit, hoc erit determinativum formale ab aeterno: & de hoc rursus inquirimus, quid sit? si est à decreto distinctum. Deinde quia existentia habenda obiectivè accepta, est existentia obiecta non ut indifferentis ad essendum, vel nõ essendum, neque ut determinata ad non essendum, sed ut determinata ad essendum: unde ergo existentia illa habet, quod ab aeterno, sit determinata, potius quam indifferentis, aut ut ad oppositum determinata obijciatur? Non ex se; tñ quia ex se est indifferentis: tum quia ex se, non potest id habere, nisi in se detur: ergo à causa. Non in actu primo, neque ut determinata iam in actu secundo causans: ergo ut determinata ad causandum.

Secundo probatur eadem conclusio, & dicta per rationem à priori amplius confirmantur, & explicantur. Quia creaturas esse futuras, sive conditionate, sive absolute est prædicatum contingens, verè tamen, & realiter ipsis conveniens; sed hoc ipso implicat quod intelligatur sine decreto Dei id discernentis: ergo. Probatur minime. Quia Deus per voluntatem liberam causat quicquid contingenter rebus creatis convenit, ut constat ex illo *Sapientie* 11. *Quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu voluisses*: & expressè tenet D. Thomas *infra* *quæst.* 99. *artic.* 4. & cum eo sentit omnes Theologi: sed voluntas Dei

I 2
Præoccupatur quæd. solutio 1.

Secunda

2. Conclusio rationis.

1. Minime prob.

libera est Divinum decretum: ergo.

Probatur
2.

Secundo. Quia implicat quod aliquid contingenter conveniat creaturis, nisi Deo providente, & disponente: alias eius providentia summa, & infinita non esset: sicut neque eius potentia, si aliquid esset possibile, quod ipse non posset: sed providentia, & dispositio Dei, cum sit actus Divini intellectus practici, importat essentialiter, aut supponit actum liberum Divinæ voluntatis, ut expressè tradit D. Thom. infra *quest.* 22. & alibi sæpè: ergo.

Item 3.

Tertio. Quia implicat intelligi rem possibilem, nisi à Divina omnipotentia; & existentem, nisi à Divina causalitate, actu ipsam producente: ergo neque futuram nisi à Divina omnipotentia, ut determinata ad producendum rem. Antecedens supponitur, & consequentia probatur. Tum quia cum possibilitas sit indifferens ad futuritionem, & non futurationem, sicut ad existentiam, & non existentiam, id, quod formaliter determinat possibilitatem, aut principium possibilitatis, determinat etiam futuritionem, sicut & existentiam: sicut quia animal est insufficiente ad esse hominem, vel non esse hominem, id quod determinat animal, determinat esse, vel non esse hominem; sed omnipotentia, quæ est principium possibilitatis, solum potest determinari, vel per actualem productionem, & sic constituit existens, vel per decretum: ergo sic constituit futurum.

14
Confirm.
1.

Quod confirmatur primo. Implicat denominatio aliqua, creaturæ, ut tali conveniens, quæ à priori ex omnipotentia non inferatur: si enim illam denominationem haberet, & non ex Dei omnipotentia, à se haberet; ac proinde creata non esset; sed denominatio futuri, sive absoluti, sive conditionati, est denominatio, creaturæ, ut tali conveniens: ergo ex Deo omnipotentia à priori debet provenire. Tunc sic primo; sed non ex Dei omnipotentia, ut præveniat omnem Divinam

libertatem; alias non contingentes eis conveniret: ergo. Tum, quia prout sic est indifferens ad denominandum futurum, vel non futurum. Neque ut determinata per actualem productionem, quia sic denominat existentem; ergo ut determinata per Decretum, quod decernat dare illi existentiam. Tum ultra; sed hæc determinatio non infert à priori in genere causæ purè efficientis istam denominationem: cum nihil causet, à quo formaliter præstetur tempore, quo est: ergo in genere causæ formalis extrinsece denominantis.

Confirmatur secundo. Nam ut ait Phil. 5. Methap. *text.* 20. & cum eo D. Thomas ibi *sect.* 17. & per se est notum, causa activa, & passiva sibi invicem correspondent secundum diversa tempora, & diversos utriusque status; unde *calefactivo*, quod nominat virtutem in actu 1, correspondet *calefactibile*, & *calefacturo*, quod eandem determinatam ad producendum nominat, correspondet *calefactendum*; & tandem *calefactenti*, quod eam in actu 2, producentem nominat, correspondet *calefactum*: ergo virtuti Dei in actu 1, *productiva* correspondet *producibile*; & eidem determinatæ ad producendum, *producturum*; & tandem, ut iam *producenti*, *productum*. Sed virtus Dei determinatur per decretum ad producendum: ergo producturum, sive futurum, ut tale, oritur ex decreto.

15
Confirm.

Ex quo rursus inferitur, quod Quoddam sicut potentia prius intelligitur corollarium potens producere, quam determinatum, ita ad producendum, & prius determinata ad producendum, quam producentem: sic pariter ex parte passiva prius debet intelligi, ut producibile, quam, ut producendum, & prius ut producendum, quam ut productum. Quod ex dictis evidenter inferitur, & per se notum videtur. Est tamen contra Adversarios, qui rerum futuritionem ab eventu rei, & non aliter à priori evenire contendunt.

Rationes istæ efficacissimæ animad-
mibi sunt, inferius autem am-
verlio cir-
plus ea doctri-
nam.

plius expendenda. Nunc autem circa eas notare sufficiat, quod iuxta Adversariorum sententiam res transfertur de statu possibilitatis ad statum futuritionis, Deo nec transiunt illius disponente, providente, volente, aut causante. Quod ingens inconueniens de futuritione conditionata omnes degluriunt, & maior eorum pars in futuris absolutis. Ex quorum sententia ulterius inferitur, quod cum futuritio rerum ab earum existentia desumatur; immo cum illa identificentur: si res habent suam futuritionem, Domino nec causante, volente, aut providente; etiam habebunt existentiam.

17 Super est tamen antequam ad-
 Expeditior obiectio. teriora progrediamur, unum argumentum, quod ex dictis consurgit, solvere. Et tale est: quod licet effectus possibilitas non possit subsistere sine causa potente producere, neque existentia sine causa producente; tamen neque in esse possibilis, neque in esse existentis, per sui causam formaliter constituitur: ergo pariter quamvis in esse futuri non possit intelligi sine decreto; tamen in esse talis non constituitur formaliter per illud, sed tantum casualiter, aut radicaliter.

Obiectio Advers. non favet.

Solutio nihilominus.

Hoc argumento uti in primis non possunt Societatis DD. quia, ut infra insinuabimus, ut fundamenta scientie media destruantur sufficit, quod futuritio rerum, precipue conditionata, supponat essentialiter Divinum decretum, quamvis non tanquam formam, ut causam tamen efficientem, aut ut radicale principium, ex quo rerum futuritio a priori inferatur. Sed propter M. Ferte, qui eo nititur, respondetur negando consequentiam. Et disparitas, quoad existentiam, & futuritionem est manifesta, tum ex parte rei, quae denominatur existens, tum ex parte causalitatis. Ex parte quidem rei, quia cum iam sit intrinsece in se, dum existens denominatur; denominatio existentis potest esse illi intrinseca. Ex parte causalitatis: quia cum hec aliquid casualiter producat; ab eo producto

illa denominatio formaliter praestatur, & a productione tantum casualiter. At denominatio futuri, cum conveniat rei, in se non dum existentis non potest esse illi intrinseca, sed extrinseca: & cum decretum, a quo provenit, non efficiat aliquid, per quod formaliter praestetur; ipsum decretum debet eam formaliter praestare.

Inter futuritionem autem, & Discreme
 possibilitatem, & est, quoad pra-
 quoad. al
 signatur.
 fens non modica convenientia, & non modica disparitas. Nam duplex est rei possibilitas, alia illi omnino extrinseca, & alia intrinseca: extrinseca adaequate cum omnipotentia identificatur, & ab illa res positive, extrinsece tamen denominatur possibilis: neque enim antequam res sit aliquid est praedicatum, a quo sic denominari possit positive, nisi omnipotentia. Et in hoc convenit cum denominatione futuri, quae etiam cum positiva sit, & antequam res existat, deure solum potest a decreto praestari. Ultra istam autem possibilitatem, est etiam alia intrinseca, quae quamvis a priori ex Dei omnipotentia inferatur, ut tract. praeced. disp. 2. dub. 2. §. 4. conclusionem 2. explicavimus; formaliter tamen ab ea non praestatur, sed ab ipsis praedicatis rerum: potest tamen ab eis praestari, & si non existant; tum quia est denominatio pure negativa, & solum affirmativa nominetenus: consistit enim in non repugnantia ex habitudine terminorum, ut res sit quae non repugnantia, pure quid negativum est, dum res non existunt. Tum quia ex eo quod res hanc non repugnantiam habeant, cum hac sit praedicatum necessarium, nullum sequitur inconueniens. Denominatio autem futuri non est denominatio negativa, sed positiva: non enim est denominatio non existentis, aut non repugnantis existere, sed determinati ad existendum. Unde denominatio ista provenire formaliter debet a praedicato positivo tempore futuritionis existentis. Deinde haec denomi-

natio cum sit contingens, non potest ex ipsis rei prædicatis, antequam sint, oriri. Et cum dum ipsa existunt, denominatio solvatur; sequitur quod adæquatè ab aliquo extrinseco, tamquam à forma proveniat.

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

18 **A**rguitur 1. ex P. Suarez *loc. 1. arg. ex P. Suarez.* *supr. citat. num. 4.* denominatio formalis futuri non potest desumi; ab eo, quod res habeat esse determinatum in sua causa; ergo. Antecedens probatur multipliciter. Primo; quia hoc esse determinatum in causa est præsens, esse à futuri non est præsens, sed futurum; ergo. Secundo, quia inde sequeretur, quod cognoscere aliquid ut futurum, esset cognoscere aliquid ut præsens; siquidem esset illud cognoscere, secundum esse, quod habet in causa determinatum, quod est præsens. Tertio. Quia determinatio causæ neque in actu 1; neque in actu 2. constituit effectum formaliter futurum; non in actu 2.; quia determinatio eius prout sic est illius causatio, à qua effectus redditur de præsentis causatus, & non futurus. Neque etiam in actu 1.; Tum quia quid formaliter distinctum est causam esse in actu 1. determinatam ad producendum effectum, & illum futurum esse; neque enim propositiones istæ sunt synonymæ, ut ex earum significatione constat; tum quia prius natura est causam esse in actu 1. determinatam, quam quod effectus sit futurus. Tum quia contingere potest causam creatam determinatam sic esse, & effectum non esse futurum, & è converso; ergo.

19 **C**onfirmatur ex eodem. Quia determinatio causæ, in qua nos constituimus futurationem, est voluntas, seu decretum Divinum; hoc autem non posse esse probatur. Tum quia est sententia probabilis, quod omnipotentia Dei adæquatè

distinguitur ab intellectu, & voluntate; sed decretum est determinatio voluntatis: ergo. Tum quia, quid formaliter distinctum, est rem esse volitam, ac esse futuram, & primum sine secundo esse potest, ut patet in præsentibus. Tum quia hæc volitio constituens non potest esse aut voluntas intentiva, aut executiva; non intentiva; quia ex vi illius ad summum res constituitur radicaliter, aut remote futura. Non executiva, quia etiam post illam sequitur executio. Tandem quia cum plures effectus dicant essentialem dependentiam à causis secundis, ita ut à Deo se solo produci non possint, ut constat in actibus vitalibus; saltem horum futuritio non desumitur adæquatè à decreto, sed etiam à causis secundis: ex quo sequeretur eos non esse ab æterno futuros adæquatè, & simpliciter.

Sed ad hoc facile ex dictis respondetur neg. antecedens. Ad primam eius probat. conc. mai. diff. min. esse futuri *pro materiali* non est præsens. Conc. min. *pro formali* neg. min. & consequentiam. Pro materiali enim est res, quæ denominatur futura, quæ non præsens, sed futura est; at pro formali est ipsa futuritio, à qua de præsentis futura denominatur; ac proinde illius esse præsens esse debet. Et instatur in sententia arguentis, in qua futuritio constituitur in habitudine de præsentis existenti; quam res à statu possibilitatis ad se ipsam existentem dicit.

Ex quo patet ad secundam. Nam cognoscere aliquid ut futurum, præscindere non potest à cognitione, tum futuritionis, tum rei, quæ futura est; ac proinde non potest præscindere à cognitione alicuius de præsentis existentis, & alterius de futuro. Quod expresse habetur à D. Thom. pluribus in locis; videatur, *quest. 16. de Mal. artic. 7. & in 1. ad Annbald. dist. 38. quest. 2. artic. 1.*

Ad 3. dicatur, quod determinatio causæ constituens futurum,

Argum. & anteced. prob. solvitur.

Item 2. anteced. probatio.

Idem 3.

in causis naturalibus, est tantum determinatio in actu 1. quia est earum virtus, per sui naturam ad hoc determinata: in futuris autem liberis, aut contingentibus, ista determinatio est determinatio in actu 2. se habens in ordine ad voluntatem; & in actu 1. in ordine ad productionem effectus. Sicut voluntas, qua modo volumus cras disputare, est determinatio in actu 2. respectu voluntatis, & in actu 1. respectu disputationis. In quo sensu neganda est mai. quo ad primam partem. Ad eius primam probationem dicatur, quod rem esse determinatam ad existendum, quod est rem esse futuram, & esse determinationem rei, ut existat, solum distinguuntur panes rectum, & obliqua: sicut rem dicere habitudinem ad existendum, & existere habitudinem rei, ut existat; & rem esse futuram, & futuritatem rei esse: qua propter bene potest res constitui formaliter futura per illam determinationem: neque oportet propositiones illas Synonymas esse, ut in alijs constat.

1. mai. prob. solvitur.

2. pariter.

Ad secundam distinguendum est antecedens, *prioritate cause formalis* concedo antecedens *cause efficientis* neg. antecedens, & consequentiam: Sicut prius est prioritate cause formalis visum videre parietem, quam parietem esse visum; ex quo non sequitur quod paries non constituatur formaliter visum per visionem. Ad tertiam negand. est antecedens. Nam hac ratione pronuntiata fuit mors Ezechiae, quae non evenit: & eadem ratione potest pronuntiari aliquid, ut non futurum, quamvis postea eveniat. Et secundum hoc attenditur veritas prophetiae comminationis, ut iam pluries diximus. Videantur tamen circa hoc superius dicta dub. praecedenti a n. 18. usque ad 20.

3. similiter.

Confirm. cum 1. min. prob solvitur.

Ad confirmationem neganda est min. Ad eius primam probationem, admissio quod potentia executiva adequatè distinguatur ab intellectu, & voluntate; dicatur, quod adhuc decretum, & volitio Divina potest

esse determinatio in actu 1. potentiae executive, licet non in actu 2. quia haec esse debet illius operatio; sicut in nobis, licet potentia loco motiva à potentia volitiva distinguatur; *volitio* tamen, qua ambulare volumus, est determinatio in actu 1. illius potentiae. Ad secundam dicatur, quod rem esse volitam, & esse futuram se habent tamquam superius, & inferius. Nam esse volitam, seu velle illam, potest multipliciter accidere: vel quia velit illam modo existere, vel quia velit modo iam non existere, vel quia velit quod res modo non existens, postea existat. Et primo modo constituit praesens, non formaliter, sed effectivè; secundo modo praeteritum, sive formaliter, sive effectivè iuxta dicta dub. praecedenti ad ultimum. Tertio autem modo tantum constituit futurum.

Idem 2.

Ad tertiam dicatur, quod sicut in ea asseritur, voluntas intentiva constituit rem radicaliter futuram: voluntas autem executiva, formaliter, & adequatè, prout includit etiam actum scientiae visionis; quia voluntas prout sic est determinatio omnium causarum.

Solv. 3. prob. eius dem min.

Nec refert, quod potentia executiva, ab ea virtualiter distincta adstruatur; quia ut iam diximus, hoc non obstante etiam est illius determinatio, saltem in actu 1. Neque etiam negari potest quod voluntas Dei eius potentiam executivam determinet, cum causet, quia vult, & non ex necessitate. Ad 4. dicatur, quod quamvis plures effectus essentialiter à causis secundis dependant s. quia tamen omnes causae secundae essentialiter Divinae sunt subordinatae, ut ex eis, quod voluerit faciat; ideo ex vi decreti illius determinatae sunt extrinsece, ut pro tempore, quo decernit, suos effectus producant: ac proinde ipsum decretum, ut sic eminenter eas praeter continens, sufficit ut ab aeterno earum effectus formaliter, & adequatè futuros constituat.

Præceditur quædam replicata.

4. deinde quæ.

Secundo obijcies. Malitia peccati nunc existentis, est ab aeterno

20. scilicet que impletur argum.

futura; sed non ratione Divini decreti: ergo vel ratione existentiae, quam nunc habet, & eius carentiae antea; vel si per aliquid de praesenti existens tempore futuritionis, ratione Divinae scientiae, Consequentia est bona, & maior constat. Quia non minus fuit ab aeterno verum, & ut tale a Deo cognitum, quod peccatum nunc existens esset extitutum, quam quod homo illud eliciens, esset etiam extitutum; & eadem fide, qua nunc credimus Anti-Christum esse futurum, credimus etiam esse futurum peccatum illius. Minus autem probatur. Tum quia, ut supra nos arguebamus, ab eodem principio, a quo ut determinato in actu 2. habet res esse, & a quo ratione suae virtutis, ut omnem determinationem preveniens, habet possibilitatem; habet etiam futuritionem, ut in actu 1. determinato. Sed malitia peccati non habet esse a Divina omnipotentia actu causante, neque possibilitatem ab ea ut potente causare: ergo nec futuritionem ab ea, ut per decretum determinata in actu 1. ad causandum. Tum quia quamvis a Thomistis concedatur decretum ab aeterno existens, quo Deus determinet entitatem peccati, non tamen conceditur aliquod decretum, quod determinet formalem malitiam: quia cum eam determinare, sit se determinare ad dandum illi esse; hoc cum summa eius sanctitate, non valet componi: ergo.

Suad. 1. min. principalis.

Secundò.

2 I 2. argum. dirigitur.

Ad hoc argumentum, quod valde magnificant Adversarij, respondetur dist. mai. Malitia peccati est ab aeterno futura, futuritione physica nego mai. futuritione logica conced. mai. & neganda est min. de hac futuritione. Explicatur solutio. Futuritio iuxta nostra principia, & iuxta stabilitam veritatem consistit in determinatione, qua res antequam existat, determinata est ad existendum, & non indifferens ut existat, & non existat. Hac autem determinatio duplex est; alia physica, alia logica: physica est illa, quae per modum causae, quae pro suo tem-

pore dabit existentiam, determinat rem, ut existat; sive ut proprius loquamur, se ipsam determinat, ad dandam existentiam rei postea. Logica autem dicitur, quae non per modum causae, se determinat; sed per modum cuiusdam positionis, ex qua per bonam consequentiam infertur rei existentia, sed non est necesse, quod ab ea inferatur, ut ab ea causanda, sed sive ab ea, sive ab alio principio.

Primo modo sunt omnes creature ab aeterno future ratione Divini decreti: quia Divinum decretum est ipsa Divinae omnipotentiae determinatio, ut rebus creatis postea communicet existentiam. Ex quo unice ipse denominantur extrinsece determinate ad existendum, hoc exigentibus, ut iam probatum est, tum ipsarum rerum indifferentia ad futuritionem, & non futuritionem, tum summa Dei perfectione in causando, dominando, & providendo. Secundo autem modo malitia peccati, quae utpote mala, & non creatura Dei, constituitur futura per decretum, non quo Deus determinet illam postea producere, sed quo determinet producere entitatem peccati, aut denegare gratiam: nam ex his decretis per legitimam consequentiam infertur, quod postea exister malitia, non ut ponenda a Deo, sed a creatura: unde tantum est futuritio illius logica.

Ex quoad minoris probationem respondetur. Ad primam dist. mai. ab eodem principio, a quo habet possibilitatem, & existentiam habet futuritionem physica conced. mai. logicam precise nego mai. & nego consequentiam. Ad secundam pariter dicatur quod Thomista circa entitatem peccati, concedunt in Deo decretum physice determinans, aut quo se determinet, ut det illi in tempore physica existentiam: quia hac entitas bona est, & creatura Dei; at circa malitiam, quamvis hoc decretum, & determinatio nem physica non admittant; concedunt tamen determinationem lo-

Continua tur doctrina elucidans dirutionem

Dirigitur 1. min. probat.

2. Item

logicam; quia malitia non inferitur infallibiliter ex decreto concurrenti ad entitatem, & subtrahendi auxilium requisitum, ad evitandum peccatum. Et in his eius futuritionem logicam ponunt.

22 **Quid circa hoc Advers.** Neque determinatio ista ab Adversarijs negari potest: tum quia frequenter admittunt decretum intentivum penitentis, ante absolutam previsionem culpæ; quod, utpotè connexum cum illa, eam logicè determinat, & infallibiliter infert. Tum quia complexum *ex scientia media peccati, sub aliqua conditione, & ex decreto purificandi conditionem*, etiam præcedit absolutam futuritionem culpæ, & eam infallibiliter infert: ac proinde logicè etiam ad eam determinat. Et quidem peccatum supponere essentialiter decretum permissivum Dei, nobis certissimum videtur: tum quia alias præter eius providentiam, etiam permissivam accideret. Tum quia alias eius permissio prærequireret scientiam mediam de illius existentia conditionata, vel per ipsum peccatum constitueretur. Ex quo sequeretur Deum non esse liberum in permitendo peccatum: non enim haberet in sua potestate omnia ad id requisita; quod à nobis magnum absurdum reputatur. Quod ut evitetur, dicendum est Dei permissivum peccatum ipsum præcedere, neque per illud, utpotè sanctissima constitui, ex illaque, ut infallibiliter, à creatura sibi relicta ponendum, consequi sequela tantum logica.

23 **Instantiæ occurrentes aliè differuntur.** Contra quam solutionem posunt in primis opponi ea, quæ obijciunt Adversarij ad probandum, quod si Deus determinat phisicè, & per modum causæ entitatem peccati, debet etiam eodem modo determinare eius malitiam cum ea connexam, aut identificatam. Sed de hoc *Tract. de Prov. Dispu. 3. Dub. 1.* Deo dante ex professo est agendum: ibique ostendemus, quantumvis, qui de hoc argumento gloriantur, circa materiam, quam tangit,

à veritate distent. Quare modo supponenda sunt nostra principia, (quamvis alibi disputanda) de eo quod Deus solum phisicè, & per modum causæ entitatem peccati determinat; malitiam tantum logicè.

24 **Supponens instantia adducitur.** Quapropter impugnatione ex hac parte ommissa, ex alia contra datam solutionem replicatur. Malitia peccati non solum est ab æterno logicè futura, sed etiam phisicè, ergo vel debet dari ab æterno aliquid prædicatum, quod non sit decretum, per quod constituatur sic futura, vel ad id sufficit existentia habenda. Paret consequentia, & antecedens probatur. Tum quia ab æterno est verum, quod malitia peccati phisicè erit; neque hoc negari potest; sed iuxta dicta idem est, quod aliquid erit, & quod futurum sit: ergo. Tum quia de eo, de quo aliquid quando est verum, quod phisicè est, ante illud tempus est verum, quod phisicè est futurum; sed de malitia peccati aliquando est verum, quod phisicè est, dum, scilicet, existit, per entitatis phisicam existentiam: ergo. Tum quia implicat entitatem peccati esse ab æterno phisicè futuram, quin etiam sit phisicè futura malitia, quæ per eandem existentiam existit: sicut implicat, quod aliquando sit verum, quod phisicè existit entitas peccati quin sit verum, quod phisicè existat malitia; & quod sit præterita entitas phisicè, quin phisicè sit præterita malitia: & tandem quod sit entitas possibilis, quin etiam possibilis sit malitia; sed hoc non alia ratione, nisi quia entitas, & malitia per eandem existentiam existunt: ergo.

Confirmatur. Quia si peccatum pro formali nullam aliam haberet futuritionem, nisi logicam, & à decreto Dei provenientem; absolute esset verum dicere quod Deus ab æterno vult positivè peccatum esse futurum: nam velle peccatum esse futurum est velle eius futuritionem; sed si hæc est Divinum decretum, sive permissivum ad entitatem, sive permissivum ad malitiam, non potest

est negari, quod Deus eius velit futuritionem positivè: ergo cum propositio illa non possit admitti; dicendum est, vel decretum non esse malitiæ futuritionem, vel esse aliam formam distinctam à decreto, quam Deus non solum non velit, sed & odio habeat positivè.

Hæc sunt difficiliora, quæ contra solutionem datam possunt obijci; sed eam non labefactant: neg enim est antecedens. Ad primam eius probationem dist. mai. ly *phiscè* appellante supra *rectum* de ly *erit*, concedo mai. supra *obliquum*, nego mai. & concessa, sive permissa minori in sensu statim explicando, neganda est consequentia; quia, ut notavimus *Dubio precedenti*, à num. 27. hoc interst. discrimen, inter verbum *erit*, & participium *est futurus*: quod per verbū *erit* in recto importatur existentia, & in obliquo determinatio ad illam. Per participium autem è converso: in recto importatur determinatio, & in obliquo existentia. Igitur cum existentia, quam peccatum habebit in tempore, sit phisica; determinatio autem, quæ ab æterno datur, non sit phisica illius determinatio; sed solum logica per decretum permissivum, quod infallibiliter infallibilitate tantum logica eius existentiam infert: inde est, quod est verum quod phisicè erit, ly *phiscè* appellante supra existentiam quam habebit, & quam in recto importat; falsum tamen, si appeller, supra determinationem, quæ ibi in obliquo importatur; & absolute falsum quod est permissivè futurum, quia in hac locutione phisica determinatio in recto importatur. Igitur sensus huius propositionis *malitia peccati phisicè erit*, ly *phiscè* appellante supra totum significatum de ly *erit*, est hic: *Malitia peccati est phisicè determinata, ut phisicè sit*; quod est falsum. Si autem ly *phiscè* appeller solum supra significatum, in recto de ly *erit*, sensus eius est, *malitia peccati est determinata, sive logicè, sive phisicè, ut phisicè sit*, in quo sensu est vera.

Diluitur instantia cum r. anteced. probat.

2. Anteced. prob. diluitur.

Per quod constat ad secundam probationem: negandum est enim

antecedens. Potest enim phisicam alicuius existentiam determinatio tantum logica præcedere; connexa tamen cum phisica causalitate eius pro tempore, quo existit. Et tale est Divinum decretum permissivum malitiæ: nam connectitur logicè cum defectu creaturæ in suo tempore, per quam ponitur in esse peccatum? Creatura enim sibi relicta, & gratia Dei sibi indebita destituta, infallibiliter ponet peccatum. Neque tale est peccatum, quod aliam determinationem ante sui esse exigat.

Ad tertiam, quæ triplici innititur paritati, responderetur quod quo ad existere, & esse futurum est manifesta disparitas: nam cum existentia sit forma, à qua aliquid denominatur existens, implicat quod existentia sit eadem, & quod ea, quæ inter se, vel sunt identificata, vel connexa, non simul existant. At forma denominans formaliter futurum, est determinatio, ut res existat: cum autem sit diversa determinatio, ut existat entitas, & ut existat malitia; nam entitas, utpotè creatura, terminat determinationem phisicam: malitia autem, cum non sit creatura, solum potest terminare logicam; inde est, quod utriusque est diversa futuritio. Et disparitas ab omnibus trahi debet: nam ex vi decreti intentivi poenitentia, ante absolutam prævisionem culpæ, & ex vi decreti purificandi conditionem, sub qua prævisa est creatura peccatura, determinatur logicè malitia, & non phisicè; & impossibile est entitatem phisicè existere, quin etiam phisicè existat malitia. Notanter diximus, *si existentia est eadem, & extrema sunt inter se connexa, aut identificata*, qualiter ponuntur, entitas, & malitia in peccato: nam si sic connexa non essent, quamvis existentia esset eadem, ex unius existentia non inferretur alterius: ut patet in humanitate Christi, quæ non existit ab ea duratione, qua existit Verbum.

De præteritione autem, si ponitur in carentia existentia, eodem modo loquendum est, ac de existentia; nam eadem est connexio

25
Pariter 3a
disparitas
rem reddendo ad
1. simile

Notat

Continua
tur doctri
na alijs dif
paritatem
trahendo

li in-

inter entitatem, & malitiam, quo ad existere, ac quo ad non existere: unde & eadem disparitas reddenda est inter præteritionem, & futuritionem, ac inter futuritionem, & existentiam. Si autem præteritio per decretum constituitur, etiam reddenda est disparitas: nam cum decretum constitutivum præteritionis terminetur ad non esse rei: & non esse malitiæ non sit malum, sed potius bonum, potest Deus non solum logicè, sed etiam physicè non esse illius determinare, sicut & non esse entitatis in ordine ad aliquem finem. Quapropter potest utriusque præteritio esse physica; imo eadem. Quod secus accidit in futuritione; quia determinatio, in qua consistit, terminatur ad esse: esse autem malitiæ (si sic loqui licet) non est bonum, sed malum; è converso autem esse entitatis: quapropter esse entitatis physicè determinatur; esse autem malitiæ solum logicè, & permissivè.

Alteri pariter.

De possibilitate autem malitiæ, dupliciter potest fieri paritas ad eius futuritionem: vel de possibilitate extrinseca, vel de intrinseca. Si de prima est sermo, tener omnino paritas: nam sicut peccatum nullam habet ab æterno futuritionem physicam; ita nec possibilitatem extrinsecam physicam. Si autem fiat de secunda sermo; habet & disparitatem, & similitudinem. Habet disparitatem: quia possibilitas intrinseca, ut potè negativa, cum ipsa re identificatur, & consistit in non repugnantia, ut res existat. Hanc autem non repugnantiam habet, ut existat, physicè per se ipsam ab æterno: nullum tamen potest talem habere futuritionem, cum omnis futuritio sit extrinseca. Est tamen etiam quantum ad hoc non modica aliqua convenientia, quæ nostrum intentum confirmat: nam cum hæc etiam non repugnantia debeat ex aliquo extrinseco a priori deduci; si attendamus ad omnipotentiam, ex ea tantum logicè deducitur, quatenus est potens producere creaturam, quapropter sui defectibilitatem peccare potest. Ex

ipsa autem creaturæ defectibilitate non solum logicè, sed etiam physicè inferatur.

Ad confirmationem dist. mai. Confirm. vellet positivè peccatum esse futurum, *futuritione physica*: nego mai. logica, subdist. *secundum id, quod esse futurum dicit in recto*, concedo mai. *secundum id, quod dicit in obliquo de existentia eius*, nego mai. & sub eadem distinctione min. neg. consequentiam. Nam hoc Deum positivè velle, nihil aliud esse, quàm velle positivè suam per omissionem, aut suū concursum ad entitatem peccati, ex quibus infallibiliter malitiæ existentia inferatur. Permissio autem Dei, etiam adæquatè sumpta, & eius ad entitatem peccati concursus sanctissimus est. Est tamen semper in hac materia cautè, & cum distinctionibus adductis, aut similibus loquendum: ne detur, aut scandali, aut erroris occasio.

Sed pro huius complemento 26
quæres, per quod decretum malitia peccati constituatur logicè futura? Nam duplex decretum indicavimus, ex quibus inferri etiam diximus, scilicet, decretum concurrenti ad entitatem peccati, & permissivum, seu gratiæ requisitæ ad vitandum peccatum subtractivum. Quodnam igitur ex his est futuritio logica; an utriusque divisivè, seu coniunctim? Ad quod, quidam Recentior Complutensis, & de doctrina D. Thomæ egregie benemeritus, hæret in concedendo quod decretum de producenda entitate peccati sit determinatio logica malitiæ. Tum quia quamvis determinet entitatem cum malitia connexam, non tamen eam, ut connexam determinat: tum quia cum entitas sit physicè connexa cum malitia, si determinando entitatem, aliquantulum determinaret malitiam; non solum logicè, sed etiam physicè determinaret. Tum quia alias sequeretur peccatum habere duplicem futuritionem logicam. Undè resolvit, omnem determinationem logicam, & futuritionem malitiæ peccati esse tantum decretum permissivum. Sed

Quæstio-
cula.

27
 Resp. Au-
 thet quæ
 vincula.

Suadet 1.
 p. sui dic-
 ti.

Præcupa-
 tur qua-
 dam solu-
 tio.

2. P. sui
 dicti sua-
 detur.

Sed bona eius venia existimo quod non solum decretum permisivum, sed etiam positivum concurrendi ad entitatem peccati est determinatio logica malitiæ, & quod ex utroque adæquata determinatio, & futuritio illius constituitur. Prima pars probatur. Quia nomine determinationis logicæ nihil aliud significare volumus, nisi id, quo posito, per bonam consequentiam, infertur malitiæ positio; sed hæc est bona consequentia. *Deus decernit producere entitatem peccati: ergo ponetur malitia; ergo.* Nec valet dicere, quod infertur non ex illo decreto immediate, sed ex decreto permissivo. Tum quia licet decretum permissivum mediet, hoc solum faceret, quod aliud decretum, non esset determinatio, & futuritio eius proxima, non autem auferret, quod esset determinatio remota. Sicut licet inter decretum intentivum actus boni, & ipsum actum, mediet decretum executivum; hoc non impedit, quod decretum intentivum sit etiam determinatio physica, quamvis radicalis, & remota actus. Tum quia actus malus positivè, magis proximè infertur ex decreto positivo concurrendi ad entitatem, quam ex decreto permissivo: nam prius intelligitur Deum subtrahere gratiam requisitam ad adimplendum præceptum, quæ subtractio est terminus decreti permissivi, quam concurrere ad entitatem peccati: ergo. Et tandem, quia decretum concurrendi ad entitatem peccati, est medium sufficiens, ad cognitionem malitiæ: est enim cum ea connexum, & nos, eo cognito, non possumus non cognoscere malitiam: ergo est determinatio logica illius.

Secunda autem pars breviter probatur simul, & explicatur; nam sicut actus bonus, nequit existere, nisi præcedat in Deo decretum intentivum, & executivum illius, ita malitia peccati existere non potest, quin in Deo præcedat decretum, non solum permissivum,

sed etiam positivum concurrendi ad entitatem: (loquimur enim de peccato commissionis) ergo sicut adæquata determinatio, & futuritio physica actus boni ex utroque decreto desumitur; ita adæquata determinatio, & futuritio logica malitiæ debet desumi ab utroque.

Neque motiva adducta in oppositum aliquod convincunt. Ad primum enim responderetur, quod sicut decretum positivum entitatis non determinat entitatem, ut connexam eum malitiæ; ita nec decretum subtractivum gratiæ, quod est permissivum, determinat subtractionem, ut cum malitiæ connexam: & nihilominus, quia eam absolute determinando, ex hoc infallibiliter logicè sequitur malitiæ; dicitur determinatio logica illius; ita pariter decretum positivum producendi entitatem. Per quod ad secundam dicatur, quod si determinaret entitatem, ut connexam cum malitiæ; cum entitas significè cum ea connexa, etiam physice determinaret malitiam. Secus autem si solum determinet entitatem, ex quo sequitur malitiæ. Qui modus determinandi sufficit ut dicatur logica malitiæ determinatio. Ad tertiam etiam constat nos non constituere duplicem futuritionem, aut determinationem adæquatam, sed unicam ex duplici illo decreto constitutam. Sicut & ex decreto intentivo, & executivo.

Tandem contra eandem conclusionis objici potest. Qui potest facere, quod non existat actus liber, potest facere, quod non fuerit futurus; sed voluntas nostra potest facere quod non existat actus liber; alias non libere, sed necessario illum faceret: ergo potest facere, quod non fuerit futurus. Tum sic; sed si futuritio consisteret in decreto, non posset voluntas nostra facere, quod eius actus non fuisset futurus. Tum quia decretum fuit ab æterno, & non voluntas. Tum quia sicut actus liber est effectus decreti, illud essentialiter supponens, ita & omisio actus liberi est effectus omis-

1. Recend-
 toris mo-
 tivum de-
 pellitur.

Secundū

Tertium

28
 Postremū
 argum. im-
 portunū,
 & imple-
 xum.

fionis decreti de actus liberi existentia, & illam supponens; sed effectus nequit facere, quod eius causa, existat, vel non existat: ergo. Mai. probatur. Quia si actus non existeret, non fuisset infallibiliter futurus: futuritio enim infallibilis infallibiliter infert actus existentiam: ergo qui potest facere, quod actus non existat: potest facere, quod non sit infallibiliter futurus.

Torque-
tur in Ad-
vers. argu-
ment.

Hoc argumentum tangit difficultatem de concordia nostræ libertatis, sive cum Divinis prædeterminationibus, sive cum Divinis auxilijs, ab intrinseco efficacibus. De qua materia à nobis ex proposito, Deo dante, agendum est *Tract. de Voluntate*, & inferius aliquid attingemus. Modo autem in primis retorquendum est argumentum contra Adversarios. Nam status futuritionis, sive denominatio futuri, præcedit essentialiter existentiam actus liberi: imò & ipsius voluntatis, cum detur ab æterno, & actus liberi existentiam infallibiliter infert; neque per ipsum acquiri potest, nec per eius omissionem destrui: nam quod essentialiter præsupponitur ad actum, nec per actum acquiri potest, nec per eius omissionem destrui; & tamè his non obstantibus contendunt actum fieri à nobis libere: ergo pariter. Et certè difficilior est, quod futuritio non consistens in Divina causalitate, quæ à priori infert non solum existentiam actus, sed etiam eius libertatem, componatur cum eius libertate, quamvis ad ipsam supponatur, ut fateri tenentur; quam quod futuritio, quæ in tali Dei causalitate, seu determinatione ad causandum consistit, qualiter à nobis ponitur, componatur.

Directa
argum. fo-
lucio.

Unde ad argumentum neganda est mai. quam ut vidimus ipsi negare tenentur. Ad eius probationem concessio antecedenti: neg. est consequentia, vel dist. consequens. Qui potest facere quod non existat actus *potentia prima, & à nullo dependenti*, potest facere, quod non existat futuritio, concedo consequentiam. Si

possit solum *potentia secunda, & dependenti in non ponendo actum à Deo, non ponente futuritionem eius*, nego consequentiam. Nam quamvis verum sit quod ommissio actus non possit poni, nisi eius auferatur futuritio, sicut nec potest poni actus, nisi eius ponatur futuritio, aut Dei ad ipsum prædeterminatio: at non oportet quod creatura, quæ est potens ad unum, sit etiam ad aliud potens; quia eius potentia est limitata, & secunda, dependensque à prima, tam in positione actus, quam in non positione: id autem quo à prima dependet, sub eius nequit esse potestate; alias non dependeret. Dependet ergo in positione actus, ultra facultatem ad illam efficiendum: tum à decreto Dei de eius positione, per quod constituitur futurum: tum ab eius determinatione; & pariter in omissione actus, dependet etiam à carentia decreti de positione actus, & à carentia determinationis eiusdem: quare ut sit absolute potens, vel ad hanc positionem, vel ad eius carentiam, non requiritur quod sit potens, vel ad existentiam, vel ad carentiam decreti; sed ad ipsam entitatem actus, vel ad eius omissionem, dependentem etiam à Deo, ponente, vel auferente decretum, sive prædeterminationem. Et hoc modo sufficiat; quia plura ibi dicemus.

Ex dictis inferitur primò. Diffinitionem futuri rectè à Thomistis communiter tradidi dicendo, quod *fatuum est illud, quod modo nõ est; est tamen determinatum in causis, ut possit fieri*. Quod quidem iuxta diversitatem determinationis causarum, diversum est, & diversam sortitur diffinitionem: ut infallibile, quod est *infallibiliter determinatum ut sit*. Moraliter, quod moraliter est determinatum. Liberum, quod est determinatum, ut libere sit. Necessarium, quod est determinatum ut sit necessario. Neque enim futuritionis tempore aliquid aliud à causa determinatione assignari potest, quod vel non sit indifferens ad fore, vel non fore, vel iam ad aliquid determinatum consequutur: solum ergo per determinationem, & existentem constitui, diffinitioneque debet.

2. Consec-
tarium.

Se-


2. Consec-
rarium.

Secundo inferatur, quod quamvis hucusque dicta, ut in plurimum futuris absolutis applicata fuerint; tamen eodem modo dicuntur de futuris conditionatis contingentibus: *Ut si Petrus vocetur Auxilio A indifferenti, convertetur.* Cum enim hæc propositio futuritionis tempore, sit contingenter veras; eodem etiam tempore debet dari eius verificativum, & determinationem, ut potius sit vera, quam falsa. Omnia autem tunc existentia, præter decretum, vel indifferentia sunt ad veritatem, & falsitatem, ut sunt omnipotentia Di-

vina, intellectus, & etiam voluntas creata, quamvis existat: vel si non sunt indifferentia, sed determinata, qualis est Divina scientia, iuxta illos, consequitur veritatem etiam determinatam in esse obiectivo: ergo solum per decretum debet constitui. Tum quia cum in illa propositione enuntietur status quidam accidentalis, phisicus rei, non potest ei independentem à Dei providentiâ convenire. Sed de his in plurima in sequentibus, & hæc de hoc Dub. app. lit.

M. ubi & præce-

dens.



DISPUTATIO SECUNDA.

DE COGNITIONE FUTURORUM CONTINGENTIUM conditionatorum, quo ad an est.

DUBIUM PRIMUM.

AN FUTURA CONTINGENTIA CONDITIONATA, certa, & evidenter cognoscantur à Deo?

§. I.

ALIQUA SUPPONUNTUR AD INTELLIGENTIAM questionis.

N. 1.
Futuri
acceptio-
nes.

CUM futurum conditionatum sit, cuius futuritio dependenter ab aliqua conditione enuntiatum; iuxta diversitatem conditionis diversum futurum conditionatum designari potest. Quoad præsens tamen, tres tantum illius species communiter distinguunt Theologi: Prima, cuius conditio illud infallibiliter infert, sive infallibilitate consequentis, ut si dicas: *Si est homo, est animal rationale*, sive infallibilitate consequentis, ut si dicas: *Si Petrus prædeterminatur ad amorem, amabit.* Secunda, cuius conditio, ex se quidem conducit ad positionem

futura, seu eventus; illud tamen infallibiliter non infert: ut si dicas: *Si Petrus audiret concionem, convertetur*, aut illud Sacræ Scripturæ: *Si Tyri, & Sydonij vidissent miracula Christi, pœnitentiam egissent.* Tertia, & ultima, cuius conditio nullam ex se conducentiam habet ad positionem eventus; sed disparatè ad illum comparatur, ut si dicas: *Si Papa orat, Tyrca saltat*, quod proinde dicitur futurum conditionatum disparatum. Aliud ab alijs designari solet de conditione impossibili; de quo etiam pro complemento doctrinæ aliquid inferius attingemus.

2. Circa quam divisionem primo supponendum est, quod futura prioris generis cognoscuntur à Deo infallibiliter per scientiam omnino necessariam; anteverte-tem omne decretum: suppositio est communis, & constat evidenti ratione. Nam veritas illorum conditionatorum omnino necessaria est, & infallibilis; fundatur enim supra bonitatem consequentia; consequentia autem quæ semel est bona, semper, & necessario est bona; sed veritates necessariae cognoscuntur à Deo per scientiam necessariam anteverteentem omne decretum: ergo.

Obiectio. Nec refert, si dicas, quod si hæc veritas: *Si dedero Petro auxilium efficax, convertetur*, est necessaria: ergo Deus illam cognoscens, nihil, nisi necessarium cognoscit; ac proinde non cognoscit conversionem liberam ex suppositione auxilij efficaci. Nam facile responderetur, quod illius propositionis veritas, aut necessitas non consistit in necessitate antecedentis, aut consequentis, sed in necessaria habitudine antecedentis liberi, ad consequens liberum: unde Deus veritatem illam necessario cognoscens, & necessario cognoscit antecedens esse liberum, & consequens liberum, & quod inter antecedens, & consequens est necessaria connexio. Ut si quis cognoscat veritatem huius: *Si Petrus libere disputat, libere loquitur*, & cognoscit libertatem antecedentis, & consequentis, & necessariam consequentis ad antecedens illationem.

3. Secundo supponendum est, quod secundi generis conditionata, in quibus quantumvis conditio sit condu- cens ad positionem eventus, cum tamen infallibiliter id non inferit; si in vi consequentia, & illationis accipiuntur, necessario sunt falsa, & prout sic cognoscuntur à Deo certo, & infallibiliter per scientiam necessariam, & idem à fortiori est dicendum de conditionatis de conditione disparata. Et ratio habetur ex oppo-

to ad præcedentem: nam sicut consequentia, quæ semel est bona, semper, & necessario est bona; ita quæ semel est mala, semper, & necessario est mala, cum ergo conditiones illorum conditionatorum pluries eventum non inferant, consequentia à conditione ad eventum, necessario erit mala; ac proinde, ut mala necessario à Deo cognoscetur.

4. Tertiò est supponendum, quod cum conditio infallibiliter metaphisice non inferens conditionatum, possit ex natura sua illud phisice, aut moraliter inferre; hoc ipsum ex parte obiecti, infallibiliter, & per scientiam necessariam cognoscitur à Deo. Unde cognoscit, quod si ignis applicetur pallo disposito infallibiliter, infallibilitate phisica illud comburet: Et quod si Mater videret Filium fame pereuntem, & posset subvenire, certo moraliter ei subveniret. Et ratio est. Quia Deus per scientiam necessariam comprehensivam cognoscens omnes causas, & omnes illarum cum effectibus connexiones, per eandem scientiam cognoscit omnes earum effectus, prout cum eis connectuntur: ergo cognoscit, qui effectus sint phisice connexi, & qui tantum moraliter, & hoc evidenter subjective.

Neque inde aliqua imperfectio ex parte Divinae cognitionis inferitur. Nam quamvis huiusmodi cognitiones non sint obiective metaphisice infallibiles, hoc est de obiecto metaphisice infallibili; bene tamen subjective: nam per cognitionem subjective metaphisice infallibilem potest affirmari, quod ignis applicatus phisice connectitur cum combustionem, & quod Mater diligens Filium, certo moraliter, illi periclitanti subveniet. Et quidem de ipsa, sive phisica, sive morali connexione, potest haberi scientia, definitio, & demonstratio, sicut de syllogismo thopico, imò de erroneo prædicta ergo cognitio non repugnat Deo, sed necessario est illi concedenda: neque aliam præter istam conjecturalem cognitionem ad-

Tradditur ratio.

Horum ratio.

Præoccupatur obiectio.

admittunt Thomistæ in Deo, ut falso illis imponunt Recentiores.

5. Punctus
difficultatis, & 1.
sententia.

Quibus suppositis difficultas est, an Deus certo; & infallibiliter cognoscat huiusmodi futura, non solum certitudine, & infallibilitate subiectivæ, sed & obiectivæ. Circa quod 1. sententia absolute affirmat Deum certo, & infallibiliter futura ista conditionata cognoscere, sive de conditione conducenti, sive de disparata: sic aliqui Recentiores Societatis. Secunda hoc concedit de omnibus conditionatis, de conditione conducenti, negat tamen de disparatis: sic magis communiter Thomistæ, quam Jesuitæ. Tertia negans etiam cognitionem conditionatorum de conditione disparata, distinguit inter conditionata de conditione conducenti: nam aliqua sunt, quæ revelantur in Sacris litteris, ut veræ; & respectu istorum concedit in Deo certam, & infallibilem cognitionem; negat tamen de reliquis. Sic M. à S. Thoma in præsentia.

Secunda.

2.
Tertia.

4. sententia.

Quarta sententia his omnibus opposita, negat Deo cognitionem certam certitudine obiectivæ horum conditionatorum etiam de conditione conducenti; solumque concedit cognitionem obiectivè coniecturalem, quamvis subiectivè certam, respectu illorum. Quam sententiam tenuisse communiter Thomistas in principio exortæ huius controversiæ, asserunt Molina, Azeclæ, & valde gloriantur, quod Thomistæ Recentiores suorum Authorum argumentis oppressi ab ea recesserunt. Pro qua singulariter referunt M. Zumel, Cabreram, Navarrete, Nuño, Lunam, & Ledesma. Sed omnes isti, ultimo excepto, solum docuerunt non dari in Deo scientiam istam, vel antecederet ad decretum, vel etiam post ipsum circa omnes combinationes possibiles, quia decreta circa omnes illas non concedebant. Quare solum restat M. Ledesma, qui quamvis aliquantulum explicari possit, sine dubio in eam inclinat sententiam: quam etiam defendit Curiel,

& ut probabiliorem Cornejo, cuius etiam sententiæ probabilitatem gravissimè, & profundissimè fundat etiam SS. P. M. Fr. Franciscus de la Serna, Regens olim Gregorianus in *manuscriptis ad istum articulum*, ubi, & irridet notas, & censuras, quibus illam afficere solent Adversarij.

Sed cum ita nobis molesti sint in hac parte in citandis Thomistis pro hac sententia ex uno, aut altero illorum verbo ad hoc ansam accipientes, substineant, & nos aliquos eorum pro eadem referre sententia. Et in primis eam docet, & ex propositio propugnat Claudius Tiphanius, inter novissimos Societatis Scriptores. Deinde eandem esse mentem P. Vazquez appertissimè convincitur, ex his, quæ docet hic *disp. 67. ubi cap. 3. num. 17.* Non cognoscit aliam horum conditionatorum veritatem, nisi fundatam supra bonitatem consequentiæ; sed hæc veritas, aut falsitas per scientiam necessariam à Deo cognoscitur: ergo. Deinde *cap. 4. num. 22.* adhuc expressius id affirmat, dum dicit: quod Deus certo cognoscit futura sub conditione, si sub conditione intelligatur Dei decretum de concurrente cum arbitrio: hoc modo: *Si Petro in hac occasione, vel illa darem hanc, vel illam vocationem, & ego cum illo cooperarer, fieret tale opus; sed hæc conditionalis infallibilis est, & necessariæ veritatis: præcipuè in sententia P. Vazquez, in qua decretum illud concomitans efficax est ab intrinseco: ergo in illius sententia solum cognoscit Deus certo, & infallibiliter futura conditionata necessaria; reliqua autem, vel non cognoscit, vel solum coniecturaliter cognoscit.*

Deinde pro eadem sententia merito referri possunt Franciscus Alphonso, & Borrul, qui teste P. Avendaño, inde probant in Deo futurorum conditionatorum cognitionem, quia Deus cognoscit hanc veritatem: *Si decrevero efficaciter actum liberum creature, existet talis actus*

6
Quid Societ. DD. in hac parte.

Continuat
ur al-
sumptum

actus, quæ veritas etiam est necessaria, & fundata in bonitate consequentiæ; unde convincuntur sentire Deum solum cognoscere conditionata necessaria. Deinde etiam debet referri Dux eorum P. Molina: iste enim, ut ipsi etiam fatentur, negavit Deum cognoscere sua decreta, ut conditionatè futura: ex quo primo inferitur, quod iuxta illius sententiam non cognoscit futura conditionata, in quibus eventus conditionatus est aliquod decretum Dei saltem conditionarum. Secundo quod neque etiam cognoscit alia conditionata: nam in omnibus ultra positionem conditionis requiritur decretum Dei saltem conditionatum, ut ipsi communiter fatentur ad positionem eventus, qualia sunt omnia de conditione indifferenti.

Substineant insuper, & Venerabilem M. Lemos *tom. 1. tract. 5. cap. 15.* referre pro eadem sententia P. Laynez in manuscriptis: insuper, & ut ibidem asserit, P. Henriquez eiusdem Societatis accerrimus scientiæ mediæ impugnator, refert in quoddam Memoriali Clementi VIII. oblato P. Suarez *tom. 1. in 3. part. quest. 19. in editione Complutenfi.* Et tandem: quia toties inculcant nostros Authores suorum rationibus convictos; & sequentem substineant conclusionem.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO
statuitur.

7 *EX* principiis scientiæ mediæ sequitur Deum non cognoscere *Prob. 1. futura contingentia conditionata, & conclusio eis stando oppositum probari nequit.* Conclusio ex inferius dicendis magis appere constabit. Modo autem breviter est probanda attingendo aliqua capita, ut vel sic aliquorum gloriatio in hac parte compescatur. Primo ergo probatur ex dictis: implicat quod Deus cognoscat, ut conditionatè futurum, quod revera conditionatè futurum non est; sed ex principiis scientiæ mediæ sequitur, quod nulla res, cuius futuritio

enuntiatur sub aliqua conditione indifferenti, sit conditionatè futura: ergo. Maior constat, alias scientia Dei falsa esse posset. Minor autem *1. min. probatur.* Tum quia rem esse conditionatè futuram, vel absolutè, non est eam esse indifferentem, ut sit, vel non sit, sed esse determinatam futurationis tempore, ut potius sit, quam non sit: sed iuxta principia scientiæ mediæ, tempore futurationis conditionatæ, nihil est non indifferens, ut res sit, vel non sit: ergo. Minor cum consequentia constat, & maior ibidem abundè probata est. Tum quia implicat intelligere rem aliquam creaturam subire aliquam denominationem contingentem, qualis est denominatio *contingentem*, qualis est denominatio *contingentem*, sub conditione indifferenti, quam non habeat ex dispositione, & providentia Dei; alias casualiter subiret, & providentia Dei infinita non esset; sed ante statum illud conditionatum non ponitur in principiis scientiæ mediæ, aliqua dispositio, aut exercitium providentiæ Dei, disponens erga illud, quod sit, vel non sit: ergo.

Secundò id ipsum probatur. Nam cum intellectus Divinus, sit ex se indifferens, ut cognoscat conversionem futuram Petri, sub conditione auxilii indifferentis, vel futurationis carentiam; ut unum potius, quam aliud cognoscat, ab aliquo debet determinari: non ex se, cum sit potentia necessaria; neque à Divina voluntate, ut fatentur, neque etiam à voluntate Petri, ut stat sub illa conditione: tum quia illa etiam sub conditione, omnino indifferens est, ut convertatur, vel non convertatur, neque indifferentia ista ab ea auferri potest, Domino id non disponente: cum quia creaturam determinare Divinum intellectum, Deo id determinate non volente, est determinationem Divini intellectus, contingentem quidem subtrahere à providentia Dei, & privativè subijcere creature, quod est absurditate plenum.

Tum quia, quamvis hoc concederetur creature existenti, vel tur-
Conclusio
ali-
sumptum

Ad idem
intencum

Secundò.

2. probi
conclusio

aliquando absolute extitura, propter presentiam in aeternitate; id tamen concedere creaturam numquam extitura, est in primis dispositionem Divinae scientiae, quae Deo ab eis denegatur, subijcere dispositioni creaturae, neque existentis, neque aliquando extiturae. Deinde est contra manifestam rationem: nam cum intellectus Divinus, debeat ab aeterno determinatus esse, debet etiam ab aeterno dari eius determinativum: ergo hoc non potest esse creatura, quae neque est, neque absolute erit. Tandem id ipsum convincitur, ex frequentiori eorum sententia constituyente scientiam contingentem, sicut & actum liberum per complexum ex aliquo creato, & increato; nam deficiente aliqua parte complexi, necesse est quod deficiat complexum; sed ab aeterno deficit creatura, quae est una pars complexi constitutivae scientiam contingentem: ergo ab aeterno deficit scientia contingens. Nec valet ipsis recursus ab

Præoccuratur efflu-
giū quod-
dam.

9 Quod suadet primo ex eorum Authoribus. Nam in primis P. Herice hic tract. 1. disput. 6. cap. 1. num. 3. Afferit non posse ratione naturali convinci Deum adhuc futura absoluta evidenter cognoscere, sicut neque ipsa futuritionis tempore habere determinatam veritatem: multo ergo magis id ipsum sentire debet de futuris conditionatis. Deinde P. Arriaga disp. 21. sect. 7. horum argumentorum inefficaciam cognoscit, & id ingenue fateretur dicens, quod siquid eorum argumenta probant, probant etiam Deum cognoscere conditionata, de conditione impossibili, & disparata;

1. Advers.
fundamē-
tum inefficax.

ta; quod ab ipsis frequenter negatur, & Author iste acriter negat: non ergo tam efficacia visa sunt eorum argumenta etiam suis Socijs, qui sine dubio pie illa considerarunt.

Secundo in communi id ipsum convincitur. Quia omnia eorum fundamenta ex perfectione Divini intellectus desumuntur, utpotè cui omnis veri cognitio est attribuenda, & ex necessitate orta ex vi contradictionis, ut unum predicatum debeat verificari; sed hoc in eorum principijs nihil convincit: ergo. Probatur min. quia ab eis non reputatur inconveniens rem subire denominationem contingentem conditionatæ futuræ, Domino hoc non providente, disponente, & determinante: ergo nec debet reputari inconveniens hoc accidere eo non cognoscente. Tenet consequentia, quia non magis pertinet ad Divinum intellectum cognitio rei, quam ad Divinam providentiam omnium rerum contingentium dispositio: ergo.

10

2. itema

Tertio hoc ostenditur eorum rationes breviter proponendo, & ex eorum principijs solvendo. Et omiſſa in primis ratione aliquorum, quæ supra meminimus, quæ ideo probat Deum cognoscere futura conditionata, quia cognoscit veritatem istam: *Si decrevero efficaciter consensum Petri, erit talis consensus*; quia ex hoc, ut vidimus tantum inferitur Deum cognoscere futura conditionata, quæ infallibiliter ex conditione inferuntur, quod nullus dubitat, sicut, & quod cognoscuntur per scientiam necessariam; hac inquam, omiſſa, sic primo probant hanc conclusionem. Deus independenter à decreto creandi Angelum, cognoscit, an si creetur, peccaturus sit, nec ne: ergo cognoscit futura contingentia conditionata. Antecedens, in quo est difficultas, probant primo: quia ad perfectam providentiam Dei spectat cognoscere independenter à decreto ipsius illa, quæ post sunt cum allicere, aut retrahere ad

11

3. patet
intentum
Advers.
rationes
ponendos
solvendo

1. eorum
ratio.

1. antea
dens pro-
bant 1.

ad

ad Angelum creandum ; sed eum peccaturum , si creatur , potest eum retrahere , & non peccaturum allicere , ad creationem : ergo. Secundò. Quia indignum est, Deum non cognoscere ad quantum beneficium conferendum se determinat , si decernit creare Angelum, nisi beneficio iam facto : ergo independenter à decreto creandi Angelum , cognoscit bene , aut male operaturum : nam ex hoc beneficium creationis magnum , sine dubio suscipit incrementum , aut decrementum.

Sed ad hoc facile responderetur negando antecedens. Ad primam eius prob. neg. mai. cuius falsitas pluribus constat: primo infrequentiori eorum sententia, in qua, licet possit Deus, ante absolutam determinationem dandi gloriam providere merita in statu absoluto, & apertè, ut eum ad eam decernendam moveant; defacto sic non prævídít. Secundò. Quia si non est contra providentiam Dei, quod eo non disponente, aut permitte, Angelus ex hypotesi creationis determinatè peccet, vel non peccet, neque etiam erit contra eam, quod non prævídéatur determinate peccans, vel non peccans: non enim minus ad eius providentiam pertinet rerum omnium contingentium dispositio, quam prævísio. Tertio. Quia cum independenter ab eius providentiá, vel permitte peccatum, vel eius vitiationem determinante, omnia, quæ considerantur in Angelo, sint indifferentia, ut peccet, vel non peccet; non est undè potius sit verum, unum, quam alterum: ergo neque undè à Deo cognoscatur.

Quartò. Quia potius est contra Divinæ providentiæ perfectionem, quod ante eius dispositionem, sit iam determinate futurum, quod Angelus peccaret, vel quod non peccaret: nam si hoc verum esset, omnia alia essent conditionate futura, sub quacumque combinatione conditionis contingentis, independenter à providentiá Dei: undè se-

queretur, quod Deus sua providentiá non disponeret de rebus, sed solum exequeretur id, quod iam immobiliter dispositum, & determinatum supponit; quod absurdissimum est. Quare dicendum est, quod ad providentiam Dei, solum requiritur; quod Deus prænoscatur ea, quæ necessario convenirent rebus, ex suppositione creationis, quod cognoscit per scientiam necessariam. De predicatis autem contingentibus, sufficit, quod cognoscatur ipsum habere potestatem, & absolutum dominium, ut faciat quidquid de illis voluerit, quod etiam per scientiam necessariam cognoscit.

Secunda etiam probatio eo etiam tendit, ut persuadeat Deum, ex vi creationis Angeli, manere immobiliter determinatum, ut exequatur omnia, quæ Angelus exequuturus esset ex hypotesi creationis, quamvis sint creationi contingentiá; & hoc independenter etiam à dispositione Dei: cumque inter ea computentur, ipsum vel peccare, vel perseverare in gratia sequitur quod Deus independenter ab alia sui providentiá, quam creandi Angelum, sit immobiliter determinatus, vel ad hoc quod peccet Angelus, vel ut eum conferret in gratia; quod sapit manifestum Pelagianismum. Undè ad illam dicatur, quod cum Deus ex vi creationis non teneatur conferre nisi dona naturalia, & necessaria; sufficit si ante decretum creationis cognoscatur quantum bonum sit ista conferri; non est autem necesse quod præcognoscatur quantum ex alijs contingentibus accidentibus, sine sui dispositione ista crescerent; sed sufficit si cognoscatur quantum potest ipse facere, quod ex his contingentibus à se præparatis, ista crescant.

Secundo sic alij arguunt. Contra Divinæ Maiestatis perfectionem Alia Ad est quod nesciat solationem cuius-
verf. ra-
cumque dubij à nobis propositis: no-
sed si Deus non cognosceret omnia
futura conditionata, hoc eveniret,
ut

12
i. Ratio
cum I.
anteced.
prob. sol-
vitur.

Continua
tur sola-
tio.

Confirm. ut constat: ergo. **Confirmatur.** Nihil est magis nobis ingenitum, & religiosum, quam firmiter credere cognosci à Deo quidquid uniusquisque nostrum faceret in quocumque eventu: hoc enim, vel ipsis Rusticis notum est: rogati enim quid ipsi agerent, si in tali loco, vel occasione constituerentur? Respondere solent, *solus Deus scit*: ergo.

Dilutio rationis Advers. Sed neque hoc argumentum, suppositis eorum principijs convincit: nam in primis, si dubium à nobis proponatur de suis decretis conditionatis, Deus eius solutionem nesciret in sententia Patris Molinae, & si proponatur de disparatis, ante sui dispositionem erga illa; etiam nesciret solutionem, in frequentiori eorum sententia. Deinde dici potest esse inconveniens Deum nescire, quidquid contingenter conditionate eveniret, si inconveniens est, ipsum id, quod eveniret, non disponere; si autem hoc secundum non est inconveniens, qualiter in eorum sententia non est, nec primum debet reputari inconveniens.

Ocurrunt confirm. Et hinc ad confirmationem dicatur, quod ideo illud ita est nobis ingenitum, & religiosum, quia ingenitum religiosamque est, quod omnia eveniunt, Deo disponente, aut permitente; quod neque ipsi Rustici, aut vetulae dubitant, dum dicunt Hispanice: *No se mueve la hoja en el Arbol sin la voluntad de Dios*. Et quidem nemo dubitat à Deo petere, quod in omni via rerum, vel negotiorum combinatione, bene illis prosperetur à Domino: quod si ab hac eius dispositione, & providentia praescindatur, sicut ipsi praescindunt, non esset inconveniens Deum id ipsum nescire.

14 Postrema Advers. ratio. Tandem arguunt, à priori, ut dicunt: Hæc propositio *si Petrus in hoc instanti vocetur vocatione A, convertetur* est determinate vera, vel determinate falsa: ergo cum Deus sit infinite efficacie in cognoscendo, cognoscit de illa esse deter-

minate veram, vel determinate falsam. Antecedens probant. Nam vel est aliquid in rebus impediens eius veritatem, vel non? Si nihil propositio est vera: si aliquid impedit, illud *esset*, quod sub illa conditione non converteretur; ac proinde esset falsa. Aliter hoc ipsum ab alijs proponitur: inter fore, & non fore sub conditione non datur medium, utpotè contradictorie opposita: ergo necesse est, quod unum sit verum, & alterum falsum: ac proinde quod à Deo, ut talia cognoscantur.

Quod iterum ab eis confirmatur supponendo quod Petro constet, se esse bene animatum erga Deum, fidemque Catholicam, & hoc fundamento nixus, non solum haberet hoc iudicium sibi evidens: *probabile est quod non negarem fidem, si mors tyranni immineret*, sed etiam habeat hoc iudicium formidolosum, & inevidens, *non negarem fidem, si mors tyrannice immineret*: nam hoc iudicium, vel est verum, vel falsum? Nam vel est in rebus aliquid impediens statum illum conditionatum, vel non? Si primum: iudicium esset falsum. Si secundum: esset verum: ergo cognoscit Deus an vere Petrus sentiat, an fallatur: neque enim ullus adeo dissipet, ut Deo ignorantiam affingat rectitudinis, vel erroris nostri iudicij.

Hoc argumentum, quod demonstrativum ab eis existimatur, non minus inefficax est in eorum principijs ad intentum suadendum, quam præcedentia. Et in primis instatur assumendo eandem propositionem pro signo possibilitatis, & probando eodem argumento eam pro illo signo esse determinate veram, vel falsam: nam vel est aliquid eius veritatem impediens, vel nihil? Si nihil: est determinate vera: si aliquid: determinate falsa: ergo pro signo possibilitatis, dum sola necessaria intelliguntur, propositio illa contingens est determinate vera, vel falsa: quod ipsi non concedunt.

Confirm.

15 Instatur in primis forma arguendi.

Et

Et eodem modo formæ confirmationis instantur.

Ad idem;
& fortius.

Immo eodem argumento probari potest utrumque contradictoriam esse simul veram, stando in eorum principijs: nam iuxta ea, omnia quæ tempore futuritionis dantur sunt indifferentia, & æque componibilia cum conversione Petri, sub auxilio *A*, & cum eius non conversione: neque enim aliquid admittunt, tempore futuritionis existens, magis cum conversione, quam cum eius carentia obiectivè conexum: si ergo nihil est impediens veritatem affirmativæ, aut negativæ dicendum est eas esse formaliter veras; cum illud, quod indifferenter ad utrasque veritatem se habet, & cum utraque est componibile, ne utrius veritatem impediatur: unde sequitur quod utraque sit simul vera.

Solvitur
directè
argum.

Undè ad formam argumenti responderetur. Quod si nihil de præsentis supponitur potius determinans conversionem Petri sub auxilio *A*, quam eius non conversionem, aut è converso; propositio illa non est determinate vera, vel falsa, sed ab utroque præscindit: sicut & hac ratione præscindit pro signo possibilitatis. Ad probationem autem antecedentis dicatur, quod ut sit determinate vera, non sufficit non esse aliquid impediens eius veritatem, sed ulterius requiritur aliquid esse eius veritatem positivè causans, quia veritatis prædicatum est quid positivum, & contingens illi: ac proinde ab influxu positivo dependens. Vel dicatur quod licet nihil sit positivè impediens; est tamen aliquid impediens negativè, defectus, scilicet, determinationis tunc existentis cum eius veritate, potius quam cum falsitate connexæ: sicut, & accidit in signo possibilitatis, quia omnia sunt indifferentia.

Satis fit
confirm.

Et hinc ad primam confirmationem dicatur, quod cum fore, & non fore in eorum principijs nihil ponat de præsentis, quod sit determinatio potius ad fore, & esse, quam ad non fore, vel non

esse, sed omnia sint indifferentia; consequenter dicendum est, quod inter illa datur de præsentis medium, scilicet utriusque possibilitas. Ex quo sequitur, quod de præsentis non sint iuxta ipsos contradictoria fore, & non fore, sed tantum forent: nam eatenus pro aliquo tempore unum est alterius contradictorium, quatenus pro illo unum ponit aliquid, quod sit exclusivum alterius; at hoc non accidit inter fore, & non fore conditionatum, si in ordine ad tempus præsens sumantur, quia de præsentis iuxta ipsos nihil enuntiant, & ut fore de præsentis sit veram sufficit de præsentis illius possibilitas, neque ulteriorem ex parte obiecti requirunt determinationem: ergo cum hæc eadem possibilitas equaliter de præsentis salvetur respectu non fore; non est cur de præsentis, unum potius, quam aliud, sit verum, aut cur de præsentis sint contradictoria, sed tantum sequitur quod forent; ac proinde non est, cur à Deo unum, vel alterum de præsentis cognoscatur, sed solum quod forent conditionatè cognoscenda.

Ad secundam confirmationem, *Idem. 2.* quatenus innititur probationi illi, *vel est aliquid impediens eius veritatem; vel nihil? iam constat ex dictis.* Sed non est prætermittenda secunda eius probatio, quæ huic admirationi innititur, scilicet, *quod nullus ita desipiet, ut Deo ignorantiam rectitudinis, aut erroris illius iudicij affingat.* Dicatur enim, quod sicut ipse Petrus, quantumvis bene animatum erga Deum, fidemque ipsius se sentiat; non potest tamen huic fundamento innixus absoluta certitudine affirmare, se perseveraturum in confessione fidei, & si mors tyranica immineret; alias de dono perseverantiæ aliquid sibi, absoluta certitudine polliceretur, quod est contra *Concil. Trident.* sed tantum posset hoc affirmari innixus misericordiam Dei, eatenus auxilio perseverantiæ, & fortitudinem ad sustinendam mortem

tem speraret; ita Deus illius iudicij rectitudinem, & errorem certo posset cognoscere: errorem quidem, si primo modo absolutè procederet: rectitudinem autem, si procedendo secundo modo Deus haberet determinationem donandi illi fortitudinem, & perseverantiam in fide: secus autem si hanc determinationem non haberet. Cumque in eorum sententia pro signo conditionerum ab hac Dei determinatione, & ab eius carètia præscindatur, non haberet Deus pro signo illo: undè veritatem, aut falsitatem illius iudicij cognosceret.

Quare alia argumenta omittantur?

Alia minutiora argumenta, quæ ab eis congeruntur, libenter omittemus. Tū quia in eis nō valde fidunt; tū quia facilem solutionē, habent ex dictis: ista autē eo solvimus, ut consideret prudens lector, quibus armis ita confisos, & convictos Thomistas nostros evasisse gloriantur: nec per hoc intendimus omnia ista argumenta inefficacia esse, sed quod ab ipsis, iuxta eorum principia, inefficacia debent reputari.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO
responsiva questionī statuitur,
& probatur.

DEUS certo certitudine metaphisica, non solum subiectiva, sed & obiectiva cognoscit futura contingentia conditionata de conditione conducenti ad positionem eventus, ut determinatè verè, vel ut determinatè falsa. Hæc conclusio non solū est cōmunis inter Thomistas, sed & semper fuit, ab ipso exortæ controversiæ initio: constat hoc in M. Bañez, Lemos, Alvarez, Gōcalez, & alijs, qui in initio, vel circa initium scripserunt. Nec de illa fuit inter nostros, & PP. Societatis aliqua controversia, dum de hac materia convenerunt disputare Romæ: quod mihi evidentè constat ex dialibus actis, quas duplicatas vidi: quod & iam fatentur aliqui ex Recentioribus, ut videre est apud Parrem Henaos: quod dixerim non quia magnum, aut aliquod absurdum putem oppositam sententiam defendere,

16 Solemnis fuit semper Thomistis conclusio.

quin immò eā probabilem iudico in sensu tradidit à M. Ledesma, & valde confirmato, & explicato à Mag. Serna, sed ut ex veritate ipsa comperta laureola hæc, quam Adversarij apud imperitos tam vehementer ambiunt, evanescat.

Nostra ergo conclusio primo probari solet varijs Sacræ Scripturæ testimonijs, in quibus eventus conditionatè futurus certo enuntiatur sub aliqua conditione indifferenti: ut est illud Sapientiæ 4, *raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius.* Et illud 1. Reg. 23. ubi David consulenti Dominum, an Saul descenderet in Ceilam; & an si descenderet traderent eum viri Ceilitæ? Respondit Dominus: *Descendet, & tradent.* Et illud 3. Reg. 11. *Non ingrediemini ad eas, (Judei, scilicet, ad filias gentium) aut de illis ingredientur ad vestras, certissimè enim, avertent corda vestra, ut sequamini Deos alienos.* Et illud magis celebre in hac materia, quod habetur *Luca 13. & Matth. 11. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quæ in te factæ sunt, olim in cilicio, & cinere poenitentiam egissent.* Similesque conditionales habentur 2. Paralip. cap. 33. & 1. Reg. cap. 13. & Hieremia cap. 38. & Ezechielis 3. & Psalm. 89. & alibi sæpè. Quod argumentum, quamvis non ita evidentè cōcludat, sicut existimant Adversarij, ut videre est apud M. Curiel, qui omnes istas authoritates variâ Sanctorum Patrum eruditione explicat de cognitione Dei subiectivè infallibili, & obiectivè tantum moraliter certa; nihilominus satis efficaciter convincit intentum: tum quia earum plures de cognitione obiectiva certa, immò certissima explicantur à Sapētis Patribus, Et sic intelligit primam S. Patens Aug. *lib. de Correct. & gratia, cap. 8.* quamvis *lib. de Prædest. Sanct. cap. 14.* aliter eam explicaverit. Et de certissima etiam cognitione intelligit verba adducta *Matthæi lib. de Dono persever. cap. 9.* cuius verba refert, & approbat D. Thomas 3. part. quest. 1. artic. 5.

17
Suadetur conclusio ex Sacris Literis.

Intelligentia PP. circa præfata testimonia.

Ratio ex
Sac. Lit.
iuxta in-
telligenti-
textui cō-
sonam.

Tum quia revera hæc intelli-
gentia magis consona videtur litteræ
textus, præcipue dum apponitur par-
ticula illa *certissime*, neque ex eius
rigorosa intelligentia aliquid sequi-
tur inconveniens. Tum quia quam-
vis per prophetiam comminationis
Deus plura revelet iuxta dispositio-
nem causarum secundarum, ut do-
cer D. Thomas 2. 2. *quæst.* 171. *art.* 6.
& *quæst.* 12. *de Verit.* *artic.* 10. plura
tamen testimonia ex citatis, nullam
continent comminationem, ac proin-
de ut infallibiliter futura subcondi-
tione sunt accipienda. Tum quia
plura alia revelat Deus sub aliqua
conditione, quæ solus ipse adimple-
ret conditione posita: ut est illud
Matth. 26. *An putas quia non possum
rogare Patrem, & exhibebit mibi, plus-
quam duodecim legiones Angelorum?*
Sentiendum ergo est quod in pluri-
bus locis Sacre Scripturæ revelantur
futura conditionata, non solum, ut
certo moraliter futura, & per ordi-
nem ad causas secundas, sed ut futu-
ra infallibiliter, & per ordinem ad
causam primam.

18

Ratio cō-
clusionis.

Ratione autem probatur con-
clusio. Deus infallibiliter tam subiec-
tive, quam objective cognoscit,
quod ipso volente, & disponente
donare conversionem Tyrijs sub-
conditione prædicationis Christi, ta-
lis conversio infallibiliter sequeretur,
& quod infallibiliter non sequeretur,
adhuc subconditione prædica-
tionis Christi, si Deus non dispone-
ret eam donare; sed etiam infallibi-
liter cognoscit, an disposuerit, vel
non disposuerit donare Tyrijs con-
versionem, subconditione prædica-
tionis Christi: ergo infallibiliter
cognoscit, quod si Christus prædi-
casset Tyrijs, Tyrij converterentur,
vel non converterentur. Minor est
evidens: evidens namque est, quod
dispositio, & voluntas Divina de-
facto existens, nequit esse ignota
Deo. Mai. autem quæ ad 1. part.
probatur: quia Deus infallibiliter
cognoscit, tum dominum suum,
quo magis habet in potestate sua vo-
luntates hominum, quam ipsi suas.
Tum suæ voluntatis efficaciam, cui

volenti salvum facere nullum ho-
minis resistit arbitrium; imò nec re-
sistere potest: nam sic velle, &
nolle, in volentis, aut nolentis est
potestate, quod Divinam volunta-
tem non impediatur, aut superet po-
testatem. Quo ad 2. autem partem
probatur. Quia Deus etiam infalli-
biliter cognoscit, quod conversio Ty-
riorum subconditione prædica-
tionis Christi, esset opus supernaturale
ab eo donandum; ad cuius proinde
futuritionem, & existentiam, non
sufficit externa doctrina, & propo-
sitis Legis. Tum quia etiam cog-
noscit futuritionem, vel non futu-
ritionem conversionis sub prædicta
conditione, esse contingentem; ac
proinde quod debet dependere à
suæ voluntatis dispositione: ergo
cognoscit infallibiliter quod erit
sub illa conditione futura ipso dis-
ponente id, & quod non erit futura,
si ipse hoc non disponat.

Confirmatur hoc primo, quamvis
actus attritionis supernatura-
lis, v. g. non sit ex natura sua cum
gratia, & amicitia Dei connexus, li-
cet ad id conducat; quia esse po-
test ex liberali, & misericordi dis-
positione Dei, & quia hæc datur in-
tra Sacramentum, & non aliter;
Deus per scientiam liberam, & in-
fallibilem cognoscit quod si Petrus
accedat ad Sacramentum Poeniten-
tiæ cum supernaturali attritione,
iustificabitur, & quod si supernatu-
ralem attritionem extra Sacramen-
tum habuerit, non iustificabitur: er-
go pariter quamvis prædicatio ex-
terna Christi, aut quodlibet aliud
auxilium indifferens, non sit ex natu-
ra sua intrinseca connexa cum con-
versione libera; quia tamen talem
contexionem extrinsece habere po-
test, Deo id disponente, & non
aliter; si talis dispositio datur in Deo,
erit infallibiliter verum, quod sub-
conditione prædicationis, daretur
conversio, & si non datur, id ipsum
erit falsum: ergo cum Deum sua dis-
positio latere non possit, neque
etiam poterit latere veritas, aut fal-
sitas determinata istarum propo-
sitionum.

Con-

Confirm.
2.

Confirmatur secundo. Sicut Deus vidit quod conditio prædicationis Christi erat ex se indifferens ad conversionem, vel non conversionem Tyrriorum; ita etiam vidit quod hæc indifferentia auferri potest, & non aliter, ipse donante pœnitentiam sub illa conditione: vel ergo habuit decretum donandi pœnitentiam sub illa conditione, vel tale decretum non habuit? si primum; propositio illa conditionalis est vera: si secundum; est falsa: ergo à Deo cognoscitur, ut vera, vel falsa: cumque veritas hæc, aut falsitas non in naturis rerum fundetur, sed in Dei voluntate, erit contingens; ac proinde per scientiam contingentem, & Deo liberam cognoscetur.

19
Quid convincat ratio 1.

Hæc ratio convincit primo, quod Deus non solum cognoscit futura conditionata, quæ revelantur in Sacra Scriptura, sed omnia alia, quæ in infinitum combinari possunt, quod etiam verum est, & si admittatur, quod Deus non habeat decreta, circa omnes illorum combinationes. Et ratio est: nam si Deus talia non habeat decreta, propositio enuntians futuritionem sub tali conditione, determinatè erit falsa: nam cum conditio sit insufficientis, & inconnexa cum eventu, deficiente decreto Dei, à quo unice connexionem habere potest, propositio erit falsa.

Quid 2. & quo modo.

Secundo etiam convincit, quamvis admittatur, quod Deus potest suam libertatem exercere per puram omissionem. Et ratio est: quia etiam in hac sententia necessarium est, quod Deus habeat decretum deponendo eventum sub illa conditione, vel quod libere omittat tale decretum. Et si primum; propositio enuntians eventum sub ea conditione futurum, erit vera: si secundum; erit falsa, cum ad eius veritatem deficiat determinativum illius conditionis ad eventum potius, quam ad eius carentiam, quod solum potest esse decretum.

20
Quid ultimo.

Tandem hæc ratio convincit, quod in sententia Scientiæ mediæ, quæ negat eiusmodi decreta Dei existentia, ut determinantia positionem eventus dependentem à condi-

tionem indifferenti, omnia futura conditionata, in quibus enuntiatur eventus sub conditione indifferenti, vel sunt falsa, vel saltem non sunt vera: nã exclusa tali determinatione, omnia, quæ remanent, sunt ex se indifferentia ad positionem eventus, & ad illius carentiã: ergo ut ex eis potius eventus, quã carentiã illius sequatur, necesse est quod ab alio determinentur: si ergo hæc determinatio excluditur, propositio enuntians determinatè eventum, erit falsa. Undè hæc conditionalis necessario erit falsa, & per scientiam necessariam falsitas illius à Deo cognoscetur: *Si Tyri, & Sydonij vidissent miracula Christi, quamvis Deus non decerneret eis donare pœnitentiam, ipsi pœnitentiã egissent.* Quod si eiusmodi decretum positivè nõ excludatur, sed ab eo, & eius carentia præscindatur, hæc propositio: *Si Tyri vidissent miracula Christi, pœnitentiã egissent,* neque est determinatè vera, nec determinatè falsa, sed indifferens ad veritatè, & falsitatem, non minus, quã hæc propositio: *Petrus est albus,* si præscindatur ab albedine, & à carentia albedinis. Et ratio est, quia omnia, quæ intelliguntur, indifferentia sunt ad veritatè, & falsitatem, & æquè cū utroq̃ coniungibilia, sicut, & cum decreto de pœnitentia ponendâ, vel cū carentia illius: ergo in illa præcisione, neque intelligitur determinatè vera, nec determinatè falsa, sed omnino indifferens. Quæ in præsentia annotasse sufficiat, ut vel hinc amplius constet, qualiter sententia, de qua ita gloriatur, cum suis principijs consistat.

§. IV.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

Contra hanc conclusionem restant 21
difficilia argumenta solvenda. 1. Obiectum

Primū eò tendit, ut destruat nostrum principale fundamentum ex Sacra Scriptura desumptum, quod sic proponitur à supra laudato Thomista: quod Deus certo, & infallibiliter ex parte obiecti cognoscat hæc futura, nõ potest nobis constare, nisi per revelationem Sacre Scripturæ; sed ex Sacra Scriptura hoc non constat: ergo. Mai. probatur. Quia cum hæc futura contingentia sint etiam posita con-

ditione, & indifferentia, ut sint, vel nō sint; quod potius sint, quam quod non sint solum per revelationem

1. Min. suadetur.

scire possumus. Min. autem probatur. Quia omnia futura conditionata, quæ ex Sacra Scriptura adducuntur, exponi possunt de futuritione per ordinem ad causas secundas, & de cognitione eorum, secundum hanc determinationem: ergo. Antecedens probatur Quia aliqua sine dubio sic accipienda esse; constat primo ex illo *Exodi 4.* ubi Deus dans Moyse signa, & signorum virtutem, quibus movere posset Ægyptios, sic ait: *Si non crediderint tibi, nec audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis;* constat autem Ægyptios, nec primo, nec secundo, imō nec tercio signo credidisse: restat ergo quod Deus fidem, & illorum obedientiam solum cognovit, & revelavit iuxta ordinem, & sufficientiam signorum, quæ apta erant, ut illis vis

Secundo.

his crederent, & obedirent. Secundo constat. Quia in aliquibus conditionalibus ponitur particula illa *forſan*, aut *forſitan*, quæ incertitudinem ex parte obiecti significant, ut pater ex illo *Matth. 11.* *Si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quæ in te factæ sunt fortè mansissent usq̄ in hanc diem.* Et *Ioann. 5.* *Si crederetis Moyse, crederetis forſitan, & mihi.* Et *Pſalm. 80.* *Si Populus meus audisset me, Israel si in vijs meis ambulasset: pro nibilo forſitan inimicos eorum humiliasset, & alia id genus plura.*

Suadetur

3.

Deinde hoc ipsum constat tercio. Quia præcipua loca Scripturæ, quibus nos conclusionem probavimus, hanc admittunt expositionem: nam illud *Sapientie 4.* *Raptus est ne malitia maret intellectum eius.* Sic posse exponi constat ex *S. Parente Aug. cap. 14. de Prædest. Sanct.* ubi ait: *Quod hoc dictum est secundum pericula huius vite, non secundum præscientiam Dei, quæ hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat.* Et illud magis celebre *Matth. 11.* *Si in Tyro, & Sidone, &c.* Sic etiam posse exponi, constat: tum quia ab alio Evangelista additur illa particula *forſitan*, ut iam vidimus. Tum ex eodem *P. Aug. de Domino perseverantia*

pit. 14. ex his verbis sic inferente: *Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Divinum naturaliter munus intelligendi, quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa concipiant.* Et paulò infra: *Non ergo erant sic excecatis oculi, nec sic induratum cor Tyriorum, & Sidoniorum, quoniam credissent, si qualia viderunt isti signa, vidissent; sed consequentiæ istæ factæ à S. P. nullæ essent, si Deus vidisset Tyriorum poenitentiam infallibiliter futuram, aut in decreto conditionato, aut in veritate illius obiectiva: ergo solum recognoscit S. Parens in prædictis verbis cognitionem coniecturalem poenitentiae Tyriorum, & iuxta dispositionem causarū secundarum.*

Assumptum probandū.

Minor hæc, in qua est difficultas, quo ad 1. part. sic probatur: quia cum Deus sit omnino liber, & potens donare poenitentiam, & fidem, sivè habentibus docilitatē ingenij, sivè non habentibus, excecatis, & non excecatis; neque in donatione attendat ad naturalem dispositionē subiecti, vel ab illius peccatis retrahatur, ut idem *D. Aug. fatetur lib. ad Simplic. quæst. 2.* male ex eo quod decrevisset dare Tyrijs poenitentiam, & non Bethsaiditis, inferret priores magis dociles, & minus excecatos esse, quam posteriores. Quo ad secundam autem partem etiam probatur eadē min. Nani in his etiam principijs accidere potest, quod magis docilis, minusque excecatus pro sua innata libertate resistat eiisdē, vel equalibus auxilijs, quibus minus docilis, & magis excecatus pro sua etiam libertate obediat, & consentiat: ergo ex eventu obedientiæ Tyriorum, & non aliorum, male inferret Tyrios minus excecatos, & magis dociles fuisse, quam Bethsaiditæ: restat ergo quod *S. Aug.* eam intulerit consequentiam, quia existimavit conversionem Tyriorum non fuisse absolute prænuntiatam, sed iuxta dispositionem eorum, & idem intellexisse de non poenitentia Bethsaiditarum.

Ad hoc argumentum respondetur notando prius ex *D. Thoma 2. 2. quæst. 171. & 172.* & clarius *quæst. 12. de Veritat. artic. 10. in Corp.*

22

Doctrina
D. Thomæ
solutioni
præmissa.

☉ ad 2. quod quamvis Deus de futuris non solum cognoscat ordinem, quem dicunt causæ ad eorum productionem, sed etiam eventum, aut exitum ordinis, quod desumitur tanquam à radice à voluntate Dei, id determinantis; aliquando tamen Deus solum revelat ordinem ad causas secundas, & non eventum ordinis; cum tamen ordini soleat esse contrarius: hoc constat, tum ex illo Jonæ 3. *adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.* Tum ex illo Isaiæ 34. ad Ezequiam: *Mortuus es, & non vives:* in quibus Prophetijs ordo tantum fuit revelatus, & non eventus, qui contrarius erat ordini, quia nec Ninive fuit sversa, nec Ezequias tunc mortuus, quæ prophetiæ dicuntur *comminationis*. Aliquando autem non solum revelat ordinem, sed potius eventum; & tunc accipienda est prophetia secundum veritatem rei, qua eventum significat, & non solum ordinem ad eventum.

Solvitur
obiect. 1.
via.

Ex quo ad argumentum concessa maiori, neganda est minor. Ad primam eius probationem dicatur, quod revelatio illa facta Moyse intelligenda est secundum prophetiam comminationis, eis enim signis comminabatur Deus Aegyptijs, ut illorum terrore inducerentur ad dimitendum Populum suum. Sed ex hoc non colligitur Deum certo non prænovisse eventum futuram fuisse contrarium, quamvis hoc illis verbis non revelaverit. Et eodem modo potest responderi ad testimonia in secunda probatione adducta, scilicet, quod quamvis solum Deus revelet eventum rei per ordinem ad causas secundas, quod indicare videtur incertitudo, quæ importatur per illam particulam *forsitan*; Deus tamen non solum hoc cognoscebat, sed & certissimus erat de rerum eventu, quamvis illum non revelaret.

2. Via, &
meliori.

Melius autem responderi potest, quod particulæ illæ *forsan*, aut *forsitan*, dum cadunt supra Divinam cognitionem, non significant incertitudinem, aut dubitationem, ut constat ex illo Ioann. *Si me sciretis.*

forsitan, & Patrem meum sciretis, ubi *ly forsitan* pro eodem accipitur, ac *utique*, quod ibi advertit D. Aug. addens, quod aliquando etiam increpationem significat; imò S. Hieronymus *supra caput 26. Hieremia*: sicut, quod particulæ illæ aliquando significant contingentiam, quæ in rebus, quas Deus prædicit, invenitur, & quod per illam locutionem *Deus nostro loquitur affectu*, vel sic loquendo *nostro accommodatur usui*.

Ad primam autem authoritatem, quæ in tertia probatione adducitur, respondetur, quod ut supra notavimus, eam exponit D. Aug. *cap. 8. de Correct. & gratia*, de certa præscientia, quam affirmat non posse Deo negari, nisi perversissimè, & insanissimè; undè dum *lib. de Prædestin. SS.* dicit: *Verba illa intelligenda esse dicta, secundum pericula huius vitæ, & non secundum præscientiam Dei*, intelligendus, explicandusque est, ex occasione, & intento, in quo ea verba protulit. Intentum autem erat se opponere Masilliensibus, qui asserabant mala opera conditionata esse absolute peccata, pro quibus Deus homines absolute puniret; quibus se opponens S. Parens, post varias rationes, & authoritates, quibus suum convincit errorem, adducit illa verba *sapientia*, quibus hæretici abutebantur, ad suum confirmandum errorem, & illius colligit explanationem dicens: *Hoc dictum esse, non secundum præscientiam, qua Deus præsciret opera illa conditionata esse absolute peccatum, pro quo puniri debent; nam Deus solum præscijt futurum (intellige absolute, quia sic ad meritum conducebat) quod futurum erat, non quod futurum non erat:* undè verba illa dicta sunt, secundum præscientiam tantam conditionatam, quæ fuit terminata ad malitiam eius, non absolute, ut conducit ad demeritum, sed subconditione, quod maneret in hac vita, in qua defacto non mansit.

Ad explanationem autem secundæ authoritatis adductam etiam ex S. Aug. dicatur, quod etiam claram ipsius mentem pro certa cognitione poenitentia Tysiorum, & Sydonio-

Exponitur
M. P.
Aug.

Idem intentum con-
tinuatur.

rum subconditione prædicationis Christi, citavimus supra num. 17. & illius verba hæc sunt: *Num quid possumus dicere Tyrios, & Sydonios, talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si ferent, cum Deus attestetur, quod acturi essent magna humilitatis poenitentiam?* Nec huic explicationi se opponit, quod ex his verbis insulerit S. Parens: *Tyrios, & Sydonios magis dociles, & minus excecatos fuisse, quam Bethsaidite:* hoc enim prudentissime intulit: quamvis enim Deus eorum poenitentiam in suo decreto præviderit, & omnino liber sit ad eam donandam, neque ad id attendere debeat ad maiorem, vel minorem docilitatem illius, cui confert; tamen regulariter iuxta præsentem providentiam, Deus decernit de rebus iuxta dispositionem causarum secundarum, quamvis aliter possit facere, & non semel fecerit: unde prudenti illatione intulit D. Aug. quod Tyrii, circa quos tale decretum, de donanda poenitentia cognovit, minus excecati erant, quam Bethsaidite. Sicut si quis, ex mala, & fragitiosa alicuius vita malam inferat mortem, prudenter infert; quamvis donum perseverantiæ liberaliter à Deo dispenseretur, & aliquando eam contulerit ei, qui malam gessit vitam, & negaverit ei, qui ut in plurimum bonam gesserat.

23

2. Obiect.

Secundò obijcies. Nequit Deus cognoscere, ut infallibiliter verum, quod in se verum infallibiliter non est; alias cognitio Dei posset esse falsa; sed futura conditionata, quorum eventus non infertur per bonam consequentiam ex conditione, non habent infallibilem veritatem: ergo. Probatur min. primò, ex D. Thoma *quest. 24. de Veritat. artic. 1. ad 13. & 1. contra Gent. cap. 67. & 6. Metaph. lect. 3. & opus. 48. cap. ultim. afficente, quod veritas conditionalis in illatione consistit; sed illatio dicit bonitatem consequentia, quæ in his conditionalibus non inveni-*

1. Min. prob. 1.

tur: ergo. Secundò probatur min. Secundò. Nullam futuram conditionatam infallibiliter erit, nisi ex parte conditionis ponantur omnia necessario requisita, ut sit; si enim aliquid deficit, iam non erit; sed si ex parte conditionis ponantur omnia necessario requisita, ut sit illorum futuritio, inferretur per infallibilem consequentiam, ac proinde non erunt contingentia conditionata: ergo. Probatur min. Quia una ex conditionibus necessarijs ad illorum existentiam est quod Deus efficaciter id velit: Tum quia res conditionatè futura pluries est donum Dei. Tum quia id ex Sacra Scriptura constare videtur, ut ex illo *Iacobi 4. repræhendentis eos, qui absolute aliquid se facturos, & non supposita voluntate Dei pollicentur: contra quos sic dicit: Ecce nunc qui dicitis hodie, aut Crastino ibimus in illam Civitatem, & faciemus quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, &c. pro eo, ut dicatis si Dominus voluerit. Et ex illo Apost. 1. ad Corinth. 4. Veniam ad vos cito, si Dominus voluerit. Et 1. Petri 3. Melius est enim benefacientes, si voluntas Dei velit pati, quam male facientes: nunc sic; sed si voluntas Dei ex parte conditionis ponitur, iam propositio conditionalis non erit contingens, sed necessaria, ut hæc est necessaria: *Si in Tyro, & Sydone facta fuissent virtutes, quæ facta sunt Bethsaida, & Dominus vellet Tyrijs dare poenitentiam Tyri poeniterent: ergo.**

Nec fit satis argumento facto dicendo ex communioribus principijs Scientiæ mediæ, quod voluntas Dei, quæ ex parte conditionis requiritur, quæ est voluntas præparativa omnipotentia, non est efficax, & determinata, sed indifferens, & quod de hac fit sermo in Sacra Scriptura. Sed hoc revera magis est irridere Sacram Scripturam, quam exponere. Nam qui dicit, *faciam hoc si Dominus voluerit, non intendit dicere, faciam hoc si Dominus hoc, vel oppositum voluerit; sed si determinate, & sine indifferetia*

24
Quædam solutio.

hoc,

hoc, quod ego volo facere, ipse, quod faciam, voluerit: hoc enim dicit, ut exponit S. Hieronymus *Epist. ad Ctheſoph.*, ut cautius loquatur. Et revera hoc indicat Grammaticalis Sacræ Scripturæ constructio; nam verbum *voluerit*, determinate regit, & cadit, supra hoc *quod se facturum proponit*; sed de hoc alibi.

Confirm.
1. Nunc confirmatur primo præcedens argumentum. Nam hæc propositio: *Si Tyrus & Sydonij vidissent opera Christi pœnitentiam agerent, vel facit sensum, quod agerent pœnitentiam, & si Dominus non voluerit illam donare, vel præcisivè à voluntate Domini, vel Domino donare volente? Si primum, & secundum, propositio est falsa, & impossibilis*; nam cum pœnitentia sit donum Dei, inconnexum cum externa prædicatione, implicat quod ponatur infallibiliter, vel exclusa voluntate donantis, vel præcisivè ab illa? Si primum propositio est necessaria, ut ex iam dictis constat: nulla ergo datur ex his conditionalibus contingenter vera.

Confirm.
2. Confirmatur secundo. Hæc propositio: *si Petrus vocaretur auxilio A indifferenti converteretur*: facit hunc sensum, *casu quo Petrus vocetur auxilio A indifferenti converteretur*; vel ergo facit sensum universalem, scilicet, quod omnis casus vocationis per illud auxilium sit conversionis casus; vel particularem, scilicet, quod aliquis casus sit casus conversionis? Si primum est falsa, & impossibilis: nam aliquis casus huius vocationis, potest esse casus, in quo Deus deneget conversionem; si secundum est necessaria: nam necesse est quod aliquis casus prædictæ vocationis sit casus, in quo Deus donet conversionem: illa ergo propositio, vel est necessaria, vel impossibilis.

Confirm.
3. Confirmatur tertio. Vocatio A indifferentis, essentialiter connectitur cum eo quod datur à Deo, vel efficaciter volente conversionem, vel eam efficaciter nolente; si primo modo datur, facit hunc sensum:

si Petrus vocetur vocatione A, Deo efficaciter volente conversionem, converteretur, in quo sensu est necessaria; si secundum facit hunc: *si vocatur vocatione A, Deo efficaciter non volente conversionem, converteretur*, in quo est impossibilis: non ergo potest facere aliquem sensum contingentem.

Hoc argumentum petit quod 25
explicemus quid, & qualiter debeat ex parte conditionis poni, ut propositio conditionalis sit vera, & quem sensum illius veritas faciat. Pro quo sequentes statuuntur regulae I. *quod in omni propositione, in qua eventus aliquis sub aliqua conditione enuntiatur, debent ex parte conditionis signate intelligi, sive implicite, sive explicitè, sive in recto, sive in obliquo omnia illa, à quibus conditio in sui esse essentialiter dependet.* Undè in hac propositione: *si Petrus est homo, est risibilis*, quia conditio, quæ est homo, est essentialiter animal rationale, substantia, ens, creatura Dei, &c. ex parte illius id omne intelligi debet positum: adeo, ut æquivalet huic, *si Petrus est animal rationale, est risibile, si est homo à Deo creatus, est risibilis, &c.* Undè quia hæc vocatio indifferens dependet essentialiter à Deo, idem est dicere: *Si Petrus vocetur vocatione hac indifferenti converteretur*, ac dicere: *Si vocetur vocatione hac indifferenti à Deo efficaciter collata, converteretur*; neque in his propositionibus potest esse una vera, & altera falsa.

Et ratio huius regulæ facilis Ratio 1:
est: nam cum conditionatum enuntietur de subiecto, ut stat sub conditione, & conditio essentialiter importet omnia ea, à quibus essentialiter dependet; implicat quod conditionatum non enunciatur, sive in recto, sive in obliquo de omnibus illis. Excipiendæ tamen ab hac regula sunt conditiones com-
plicatoris, in quibus sive formaliter, sive illative utrumque contradictorium ponitur: ut si dicas, *si Petrus esset homo, & non esset animal ratio-*
na-

Reglæ
pro condi-
tionali-
bus.

Prima.

Ratio 1:
regulæ.

Exceptio
reglæ.

nale, aut si effet homo, & non creatura, & alię similes. In his enim, quamvis ex vi positionis unius ponendum etiam esset quiddam de eius est essentia; ex vi tamen remotionis eiusdem, quę etiam signatę ponitur, idem removendum esset. Unde predictę suppositionis inutiles sunt ad aliquid inferendum primo intentionaliter.

26
2. regula. *Secunda regula fit: Dum conditionatam affirmatur de aliquo subiecto sub aliqua conditione, non est necesse, quod ex parte conditionis intelligantur, sive implicitę, sive explicitę ea principia, à quibus conditio essentialiter non dependet.* v. g. quia homo indifferenter potest existere, sive per solam creationem, sive per naturalem generationem, sive albus, sive niger, dum dicitur: *Si animal est homo, est bipes*, non est necesse quod ex parte hominis intelligatur determinate quod sit creatus, aut determinate quod sit genitus, albus determinate, aut determinate niger: sed intelligendus est homo secundum sua tantum prædicata essentialia ab omnibus accidentibus præcissa.

Ratio 2.
regulę. Ratio huius regulę ex eius explicatione, & exemplis satis habetur: ex ea tamen inferitur ad propositum, quod in hac conditionali, *si Petrus vocatur vocatione A indifferenti, convertetur*, quatenus est ex vi conditionis, non est necesse, quod ex parte eius signatę ponatur, aut signatę possum intelligatur decretum de conversione sub illo auxilio, aut decretum de eius carentia, scientiam, quā Deus conversionem secururam cognoscat, aut qua cognoscat oppositum. Et ratio est: quia vocatio illa ex se determinate non connectitur, neque cum decreto, & scientia de conversione sub illa, neque determinate cum eius opposito: sed sicut indifferens est ex se ad conversionem, & eius carentiam, & solum connectitur, cum aliquo eorum vage, conjunctio autem cum aliquo determinate est illi accidentalis, ita etiam accidentaliter coniungitur

cum decreto de conversione determinate, cum scientia determinate eiusdem, vel cum utriusque carentia: undę ex vi conditionis non est necesse, quod signatę ex parte illius ponatur, aut possum sub intelligatur decretum, aut illius carentia.

Restat ergo ut videamus an **27**
propter naturam conditionati conversionis, scilicet, quę sub conditione enuntiat, & quę essentialiter dependet à decreto Dei donandi illam necesse sit, quod ex parte conditionis, decretum illud donandi, signatę possum intelligatur. Ad quod etiam negativę respondeatur. E probatur. Tum quia ut propositio aliqua sit vera non est necesse, quod id, ratione cuius prædicatum convenit subiecto, signatę importetur ex parte subiecti, sed sufficit si ibi exerceatur: undę hæc propositio est vera, *Petrus est albus*, quamvis id, ratione cuius albedo convenit Petro, non importetur, aut significetur signatę ex parte subiecti: ergo ut de Petro sub conditione auxilij indifferentis enuntietur conversio, non est necesse quod ex parte subiecti, aut conditionis signatę importetur decretum Dei de conversione sub illo auxilio donanda; quamvis hæc sine illo non possit existere: sed sufficit, quod tale decretum accidentaliter ibi exerceatur.

Undę ista propositio absolute ab omnibus conceditur, nec tute negari potest: *Si Petrus accedat ad Sacramentum Pœnitentię supernaturaliter abritus iustificabitur*. Neque ut illam concedant, ex parte conditionis dispositionem Dei signatę ponunt, sed ea exercitę supposita, id absolute affirmant: & ideo propositio illa non est necessaria, sed contingens. Tum quia à propositione absoluta ad conditionalem, ex eiusdem terminis non in sensu illativo est bona consequentia: sed casu, quo Deus decerneret conversionem Petri cum auxilio A indifferenti, hæc absoluta esse vera: *Petrus convertitur cum*

Questi-
cula quæ-
dam.

Resolu-
tio.

Continuus
tur reso-
lutio.

auxilio A: ergo, & hæc conditionalis: *si Petrus haberet auxilium A converteretur*. Tandem quia si verum est, quod Deus habenti auxilium *A* donaret consensum; verum est, quod si haberet auxilium *A* consentiret: verum ergo est, quod neque ex parte conditionis, neque ex parte conditionati necesse est ut propositio sit vera, quod ex parte conditionis signatè ponatur id omne, à quo conditionatum essentialiter dependet.

Doctrinae
tempera-
mentum,

Quia tamen, ut superius diximus, ex parte conditionis possunt poni omnia ea, à quibus conditio essentialiter dependet, quin per hoc sensus propositionis varietur: imò & quod necessario debent sub intelligi posita; ita pariter dicimus de conditionato, nimirum, quod ex parte eius, debent etiam omnia, à quibus essentialiter dependet, signatè posita subintelligi: nec per hoc propositio variatur de contingenti in necessariam. Undè quia conditionatum huius: *Si Petrus vocetur vocations A, consentiet*, dependet essentialiter à Deo consensum donante, ex parte eius, potest Dei donatio signatè poni, sine ulla propositionis variatione, ut idem sit ac dicere: *Si Petrus vocaretur vocations A, consentiret, consensu à Deo donando*: quæ propositio non minus est contingens, quam præcedens.

28
Solvitur
iam obiectio
cum
I. min.
prob.

Ex his ergo iam facilis est solutio argumenti: respondetur enim concessa mai. negando min. ad primam eius probationem explicandus est D. Thomas; veritas conditionalis, in qua *ly. si* significat illationem, conc. mai. in qua significat concomitantiam eventus cum conditione, & existentiam dependentem ab illa neg. mai. & sub eadem distinctione min. neganda est consequentia. *Ly. si* sumitur illative, quando significat, quod ad positionem unius sequitur per bonam consequentiam, quæ habitudini terminorum inniti debet, positio alterius: ut in his, *si homo volat, habet alas: si dispnat, loquitur*. Sumitur autem concomitantem, quando de-

notat, quod uno posito, ponendum sit etiam aliud, non ex habitudine terminorum unius ad aliud, sed omnibus concurrentibus inspectis: ut si dicas; *si oraveris Regem, invenies apud eum gratiam*. Et in alia non semel adaucta: *si accesseris ad Sacramentum Pœnitentia super naturaliter atritus, iustificaberis*: in his enim, & similibus veritas non fundatur in bonitate consequentiæ, quæ tenet ex habitudine antecedentis ad consequens, sed in aliqua circumstantia accidentali significationi signatè terminorum, quæ potest adesse, & abesse: & ideo fundat veritatem contingentem.

Ad secundam dist. mai. requiritur quod ex parte conditionis ponantur, aut intelligantur posita omnia requisita ad positionem eventus signatè, & significativè nego mai. exercitè, & tantum concomitantem conc. mai. & sub eadem distinctione min. neganda est consequentia. Fatemur voluntatem Dei efficacem ita esse requisitam ad eventum rei ex conditione contingenti, quod sine illa non sequeretur; quod, & optimè convincitur inductis autoritatibus. At dicimus, quod ut propositio sit vera, in qua talis eventus dependenter à conditione indifferenti significatur, non est necesse, quod significetur, etiam signatè, talis Dei voluntas ex parte conditionis, sed sufficit, quod in Deo de facto detur, & exerceatur voluntas de positione eventus sub conditione: sicut quamvis necesse sit Petrum esse album, ut de eo albedo verè enuntietur, non est tamen necesse, quod ex parte subiecti signatè significetur, sed sufficit, si ibi exerceatur.

Solvitur
2. min.
probatio.

À prima confirmatione non satis se expediunt aliqui, magis obscurando, quam sensum illius propositionis, & similibus explicando. Nos ergo ex dictis dicimus, quod sensus huius propositionis: *Si Tyri vidissent opera Christi, pœnitentiam agerent*, est iste, si Tyri vidissent opera Christi, pœnitentiam agerent, à Deo donatam, vel Deo eam ipsi-

Solvitur
I. confirmatio.

donante, vel efficaciter donare volente: ubi donatio, & voluntas donandi, non se tenent signatè ex parte conditionis, sed ex parte conditionati. Et ideo propositio est contingens, & non necessaria; contingens enim est, quod illis videntibus opera Christi, Deus velit donare poenitentiam, cum posset nolle illam donare, sicut noluit donare Be-rlmaldinis.

2. pariter. Ad secundam dicatur quod hæc propositio *si Petrus habuerit auxilium A converteretur*, & potest facere sensum universalem, scilicet, quod *omnis casus intrinsecus habendi auxilium A sit casus conversionis*, & in hoc sensu etiam potest esse vera, si Deus habeat decretum donandi conversionem Petro, semper quod habeat auxilium A. Etiam potest esse vera in sensu particulari, si Deus decernere potest quod in aliquo casu particulari (non determinando singularitatem eius) auxilij A donaret Petro conversionem. Et tandem potest facere sensum singularem Deo decernente, quod in hoc singulari casu huius singularis auxilij donaret Petro conversionem.

Instantia quædam. Nec valet argumentum quod omnis casus, in quo est vera, est casus existentie voluntatis efficacie de conjunctione auxilij cum conversione; sed casus existentie huius voluntatis non contingenter, sed necessario connectitur cum conversione:

Diruitur. ergo. Non, inquam, valet, nam distinguenda est mai. est casus existentie voluntatis efficacie, *signatè significata ex parte conditionis* nego mai. quæ tantum exercetur *concomitantè*, & *signatè non significatur* conced. mai. & distinguendo eodem modo min. neganda est consequentia. Et instatur in hac *Petrus est albus*, quæ solum potest esse vera casu, quod sit albus; & tamen quia casus iste signatè non importatur ex parte subiecti, propositio non est necessaria; sed evadit contingens.

Idem 3. Ad tertiam dicatur quod etiam instatur in hac forma, & in eadem materia: nam hæc propositio *Petrus*

est albus connectitur cum eo, quod *Petrus habeat albedinem, vel non habeat albedinem*: si ergo habet; faciet hunc sensum: *Petrus habens albedinem est albus*, quæ est necessaria: & si non habet, faciet istum, *Petrus non habens albedinem est albus*, quæ est impossibilis: forma ergo illa ab omnibus est solvenda. A nobis autem facile solvitur dicendo, quod sicut quamvis subiectum huius connectatur cum eo, quod Petrus habeat, vel non habeat albedinem; neutrum tamen, sive quod habeat, sive quod non habeat per illud significatur, sed ex parte illius accidentaliter exercetur; & ideo est contingens: ita pariter vocatio illa, quæ per modum conditionis ponitur, connectitur quidem cum decreto de conversione, vel cum eius carentia; sed neutrum eorum significatur per illam, sed quodlibet, accidentaliter tantum exercetur. Unde si daretur decretum de conversione: esset contingenter vera; & si non daretur; contingenter falsa.

Tertio obijcies. Hæc scientia conditionata plures importat imperfectiones: ergo non est in Deo ponenda. Antecedens probatur. Nam importat primo compositionem: componit enim conditionatum cum conditione. Secundo importat discursum; nam idem valet dicere: *Si Sol lucet, dies est*, ac dicere, *Sol lucet: ergo dies est*, ubi ly ergo importat discursum. Tertio importat suspensionem quandam, & præcisionem: nam qui dicit: *Si Petrus haberet hoc auxilium, converteretur*, suspensus manet, an de facto habebit, vel non auxilium, & conversionem: ac proinde ab hoc præscindit. Quarto. Quia cum Deus in quolibet instanti habeat scientiam absolutam de existentia, vel non existentia conditionis, & conditionati, non nisi ineptissime, posset habere scientiam conditionatam, de illorum existentia: sicut si quis videret solem lucentem, non nisi ineptissime diceret, *si Sol lucet, dies est*: hæc ergo scientia importat etiam

29

3. Obiectio 1. antecedens prob. 1.

Secundo!

Tertio.

Quarto.

etiam ineptitudinis imperfectio-
nem.

Diruitur
3. obiec-
tio cum 1.
& 2. ante-
ced. prob.

Hoc argumentum, cui inaititur
Claudius Tiphanius, ab omnibus
Catholicis est solvendum, nam pro-
cedit illud etiam contra scientiam de
conditionatis necessarijs, quæ Ca-
tholice negari non potest. Unde ad
illud respondetur, prenotando ex
D. Thoma hic *art. 14. & infra: quest.*
58. art. 4. Quod quamvis Divinus
intellectus ex parte obiecti cognos-
cat enuntiationem, discursum, &
compositionem, sicut & coniecturas
nostras; non tamen cognoscit enun-
tiando, componendo, discurrendo,
aut coniecturaliter attingendo; sed
simplicissimo quodam intuitu, mul-
tupliciter istam ex parte obiecti
cognoscit. Unde quamvis in hac
propositione, *si Sol lucet, dies est,*
importetur ex parte obiecti compo-
sitionis conditionis cum conditionato,
& virtualis discursus; id tamen ip-
sum à Divino intellectu sine ulla
subiectiva compositione, aut ac-
tuum successione perfectissime
cognoscitur; per quod constat ad
primam, & secundam probationem
antecedentis.

Diruitur
3. anteced.
prob.

Ad tertiam dicatur quod licet
obiectum pro signo ante purifica-
tionem conditionis maneat suspen-
sum, circa absolutam convenien-
tiam conditionis, & conditionati;
nullam tamen ponit in Divino in-
tellectu suspensionem: nam abso-
lutè, & sine suspensione aliqua
cognoscit pro illo signo quidquid
cognoscibile circa illud est. Ex
quo sequitur nullam etiam in eo
ponere præcisionem: nam hæc ter-
minatur ad unam formalitatem ob-
iecti, altera non cognita, dum
tunc cognoscibilis est. Sicut quam-
vis Divinus intellectus pro signo
possibilitatis rerum non cognoscat
prædicata accidentalialia, quæ rebus
convenire possunt; non ideo pro
illo signo, aut manet suspensus,
aut elicit cognitionem præcisivam,
quia cognoscit quidquid in illo sig-
no cognoscibile est; & alia non cog-
noscere non ex insufficientia cog-
nitionis provenit, sed ex defectu
obiecti.

Ad quartam dicatur primo, Item 4.
quod qui videret solem lucentem
inepte diceret per modum optantis
si Sol lucet, dies est: apte tamen
posset dicere, *si Sol lucet, dies est*
per modum experimentis connexio-
nem inter lucem Solis, & diem.
Vel secundo dicatur, quod si Deus
prætermisso decreto conditionato
de conversione Petri sub conditio-
ne indifferenti id ipsum decreto ab-
soluto decerneret; tunc non cog-
nosceret hanc propositionem:
*Si Petrus haberet hanc con-
ditionem converteretur*, per scientiam
formaliter conditionatam, sed
formaliter absolutam, & equivalen-
ter conditionatam, quatenus ab illa
ad conditionatam esset apud nos bo-
na consequentia. Si autem, quam-
vis in eodem instanti, pro aliquo
tamen priori id decernit decreto
conditionato, nullum est inconve-
niens quod id cognoscat per scientiam
formaliter conditionatam, quæ
datur pro priori ad absolutam.

Tandem contra hanc conclu- 30
sionem potest formari ultimum argu-
mentum, colligendo aliqua sophis-
mata, quæ contra illa obijci solent.
Sit ergo primum: si hæc propositio
esset vera, *si existeret auxilium A*
indifferens, existeret consensus, hæc
etiam esset vera, *si existeret dissen-
sus, existeret consensus*; sed hæc est
falsa, & impossibilis: ergo. Proba-
tur mai, nam bene valet: *Si existe-
ret auxilium A, existeret consensus*
*sed si existeret dissensus, existeret au-
xilium A: ergo si existeret dissensus,*
existeret consensus. Sed maior, & mi-
nor sunt veræ: maior quidem, quia
nos supponimus, minor autem quia
est necessaria, nam cum dissentire
faciat, sensum compositum, impli-
cat quod existat dissensus auxilio A,
quin existat auxilium A. Discursus
autem videtur legitimus, & sine
ullo defectu: ergo.

Secundum proponitur sup-
ponendo Petrum de facto converti cum
auxilio A, & quod si haberet auxi-
lium B, quod non habet, etiam con-
verteretur: istæ enim duæ propo-
sitionis possent esse simul veræ, si
1e3

Secunda.

Ultima ob-
iectio ex
quibus-
dem for-
mulis ar-
guendi
est que. 1.

Secunda.

semel sunt possibles veritates conditionatè contingentes; ac non possunt simul esse veræ: ergo. Probatur min. quia à veritate absolute ad veritatem conditionalis ex eisdem terminis valet consequentia; sed in prædicto casu hæc absoluta esset vera: *Petrus convertitur, & non habet auxilium B.* ergo, & hæc conditionalis: *Si Petrus convertitur, non habet auxilium B.* Sed veritas huius non potest stare, cum veritate alterius, scilicet, *si haberet auxilium B, converteretur;* alias si converteretur, haberet, & non haberet auxilium B. ergo.

Tertia. Tertio. Quia si tales propositiones possent esse veræ, sequeretur, & hæc esse veram: *si Petrus non convertitur in hoc instanti, Deus videt Petrum converti in hoc instanti;* sed hæc est falsa, & impossibilis: ergo. Sequela probatur. Bene valet: *vel Petrus convertitur in hoc instanti; vel Deus videt Petrum converti in hoc instanti: sed Petrus non convertitur in hoc instanti: ergo Deus videt illum converti in hoc instanti:* arguitur enim à disiunctiva, cum negatione unius partis ad positionem alterius: ergo si Petrus non convertitur in hoc instanti, Deus videt converti in hoc instanti. Ex qua arguendi forma infinita deduci possunt sophismata.

Ad primam, omiſſa aliquorum solutione dicentium, quod ex puris conditionalibus nihil potest rectè concludi, quia hoc evidenter esse falsum convincitur hoc discursu: *Si Petrus esset homo, esset animal, sed si esset animal, esset substantia: ergo si esset homo esse substantia.* Qui discursus, quamvis ex puris conditionalibus, evidenter convincit conditionatam consequens. Undè dicatur discursum illum esse defectuosum, quia medium nullibi distribuitur: non in maiori; alias esset falsa: faceres enim istam sensum omnis casus existentia auxiliij A, est casus consensus; immo in hoc sensu est impossibilis, si ab illo subiecto distributo comprehendatur casus accidentalis existen-

di auxiliij A, quia iste casus esse potest existendi sine decreto consensus, cum opposito decreto dissensus, & cum ipso dissensu. Neque etiam in minori: nam quamvis sit verum, quod omnis casus existentia dissensus, sit casus existentia auxiliij A, quia facit sensum compositum; falsum tamen est, quod omnis casus existentia auxiliij A sit casus existentia dissensus. Et hoc secundum erat necesse, ut medium in ea distribueretur. Quamvis instantibus, quas quilibet, & facile inveniet.

Ad secundam admitendo casum, concedendæ etiam sunt, istæ propositiones simul veræ: *Petrus convertitur cum auxilio A, si haberet auxilium B, converteretur.* Ad huius autem impugnationem distinguendæ est mai. à veritate conditionalis, ad veritatem absolute ex eisdem terminis, & in eodem casu veritatis conditionatæ est bona consequentia, conc. mai. in diverso casu nego mai. & disting. est min. hæc absoluta esset vera: *Petrus convertitur, & non habet auxilium B, in casu, quo non habeat tale auxilium, & convertatur cum auxilio A.* Conc. min. casu quo illud habeat neg. min. Et distinguatur eodem modo consequens. Explicatur solutio. Ab absoluta ad conditionatam in eodem casu, & circumstantijs est bona consequentia: casus autem veritatis huius absolute: *Petrus convertitur, & non habet auxilium B,* est casus, in quo non habens auxilio A, convertatur. Undè ex ea tantum inferri potest hæc conditionalis: *Si Petrus converteretur habens solum auxilium A, non haberet auxilium B.* At ex hac non inferitur quod si converteretur, & non cum solo auxilio A, sed præcisivè ab hoc, vel ab alio auxilio, non haberet auxilium B.

Ad tertium expeditior est solutio. Neganda est enim sequela. Ad eius probationem dicatur quod à disiunctiva cum negatione unius partis ad positionem alterius est bona consequentia, quando negatio illius partis non inferitur neces-

Diluitur
1. formu-
la arguē-
di.

Diluitur

2.

Item 3.

fario alterius etiam negationem, secus autem quando infert: nam tunc argumentum est à negatione utriusque ad alicuius positionem. Sicut hac ratione non valet: *Vel universum existit, vel Deus existit; sed Deus non existit; ergo universum existit.* Vel *Petrus est homo, vel est rationalis; sed non est rationalis; ergo est homo.* Quia nimirum negatio Dei est virtualis, & illativa negatio existentiae universi, & negatio rationalitatis negatio hominis. Idem autem accidit in illo discursu. Nam negatio conversionis Petri in aliquo instanti, infert etiam necessario negationem Divinae cognitionis, qua illum in eo instanti videat converti: aliàs cognitio esset falsa.

§. V.

RESOLVITUR QUID DICENDUM
fit de conditionatis disparatis,
& de conditione impossibili.

31
 Notabile
 quoddam.

Conditionata disparata, ut iam diximus, illa sunt, in quibus eventus enuntiatur sub aliqua conditione, quæ impertinenter se habet ad illius positionem: *Ut si Papa dormit, Turca saltat.* Circa quæ advertendum est, quod propositiones huiusmodi possunt accipi, aut in sensu purè copulativo, & temporali; aut in sensu conditionali: in sensu copulativo dicta propositio facit hunc sensum: *Papa dormit, & Turca saltat.* In sensu temporali hunc, *dum, aut quando Papa dormit, Turca saltat.* In sensu à conditionali duplicem sensum potest facere, aut illativum, quo denotatur esse bonam consequentiam à conditione ad conditionatum: aut conducentem, quo denotetur poni conditionatum dependentèr à conditione, & ex aliqua conducentia conditionis ad positionem conditionati.

1. Dicitur

Quo supposito, dicendum est primò. Quod si huiusmodi propositiones accipiantur in primo, &

secundo sensu aliquando sunt veræ, & aliquando falsæ. Erunt autem veræ; si contingat, quod simul in eodem tempore coniungatur id, quod significat conditio, cum significato conditionati: ut si contingat quod eodem tempore, quo Papa dormit, Turca saltet: quia tamen id contingere non potest absque dispositione Dei, ideo dum sunt veræ, per scientiam liberam cognoscuntur à Deo ut veræ; & pariter dum sunt falsæ, cognoscuntur etiam per scientiam liberam innixam decreto de non concurrentia conditionis cum conditionato.

Secundo dicendum est, quod ³² si prædictæ propositiones in sensu ^{2. Dicitur} illativo accipiantur, necessario sunt ^{& eius ratio.} falsæ, & quod ut tales per scientiam necessariam à Deo cognoscuntur. Et ratio est, quia ut necessario sint falsæ, sufficit quod non sit bona consequentia: veritas enim illarum supra bonitatem illationis fundatur; & consequentia quæ semel non est bona, necessario est mala: cum autem in prædictis propositionibus stare possit antecedens verum, & consequentia illa mala est: ergo ut sic à Deo per scientiam necessariam cognoscuntur.

Si autem *ly si* non denotet illationem, sed futurationem eventus dependenter à conditione; adhuc cum distinctione est loquendum: nam vel denotat futurationem eventus dependenter à conditione secundum intrinsecam conditionis, vel absolutè; hoc est, secundum intrinsecam, vel extrinsecam. Si primo modo accipiatur; omnes propositiones affirmativæ sunt falsæ, & impossibiles; & negativæ veræ, & necessariæ. Et ratio est: nam ad veritatem affirmativæ necesse est, quod conditio ex se, & ex natura sua conducat ad eventus positionem; hoc enim denotatur, dum dicitur, *quod eventus pendens est dependenter à conditione secundum sibi intrinsecam; sed*

33
 Continuat
 tur ratio
 dicti.

est contra naturam, & essentialiam disparatæ conditionis, quod ex natura sua conducat; eo enim disparata est, & dicitur, quia ex se nullam conducentiam affert, sed impertinenter se habet: ergo.

1. Collec-
tio. Ex quo sequitur quod negativæ sint necessariæ: quidquid enim sufficit, & requiritur ad falsitatem, & impossibilitatem affirmativæ, sufficit, & requiritur ad veritatem, & necessitatem negativæ eius contradictoriæ, alias possent esse simul veræ, aut simul falsæ: ergo. Unde

Secunda. etiam sequitur quod affirmativæ cognoscuntur à Deo per scientiam necessariam ut falsæ, ut hæc, *si Papa dormit, Turca saltat*; facit enim hunc sensum: *somnus Papæ ex se conducit ad saltationem Turcæ*: negativæ autem cognoscuntur per scientiam necessariam ut veræ, ut hæc *non si Papa dormit, Turca saltat*, quia ad eius veritatem sufficit quod somnus Papæ nullam ex se conducentiam habeat cum saltatione Turcæ; quod necessarium est.

34

Ad idem modo explicato prædictæ propositiones accipiuntur, ex se sunt indifferentes ad veritatem, & falsitatem: eruntque determinatæ, & infallibiliter veræ, si adsit ordo, & infallibilis dispositio de positione eventus ad positionem illius conditionis; & falsæ, si talis ordo, & dispositio deficiat; & ratio est: quia cum Deus sit omnino liber in discernendo cuiuscumque creaturæ existentiam, potest eam, vel absolute, & nulla ipsius ab alio dependentia attenda discernere, vel alligando eius existentiam existentiam alterius, à qua, vel aliquo modo dependet, vel nullatenus, quo ad intrinseca dependet, sed impertinenter se habet. Sicut defacto alligavit remissionem originalis peccati aquæ naturali, à qua, ex natura rei, nullam dicit dependentiam: vel ergo Deus futuritionem horum conditionatorum prædictæ conditioni alligavit, vel non? Si primum; propositio-

nes eorum futuritionem dependenter à tali conditione affirmantes erunt veræ: si secundum; erunt falsæ. Et in hoc sensu vera est propositio illa, quæ habetur 4. Reg. 13. *Si percussisses quinquies, aut sexies terram, percussisses Syriam, usque ad consumationem*; hoc enim verum erat, quia Dominus alligaverat Syriæ devastationem percussioni terræ, tanquam signo à Joas Rege Israel faciendo.

Est tamen hic advertendum, quod quamvis propositiones istæ formarentur ex conditionibus ex se disparatis ad positionem eventus; accedente tamen dispositione Dei conditiones istæ redduntur non disparatæ, sed conducentes; conducent enim est ad alicuius existentiam id, sine quo eius existentia non ponetur: sicut de facto valde conducentis est aqua ad remissionem peccati originalis, quamvis ex natura sua disparatè ad illam se habeat. Et valde etiam conducebat sexta terræ percussio ad totalem consumationem Syriæ, quia quamvis ex se impertinenter ad id se haberet; sic tamen à Deo erat dispositum, ut acciperetur, tanquam signum consumationis, sicut ablutio aquæ, tanquam signum remissionis.

Circa conditionata autem de conditione impossibili breviter etiam dicendum, quod de eis cum distinctione est etiam loquendum: nam vel conditionatum, quod enuntiatur, habet necessariam connectionem cum conditione, aut subiecto: ut in hac, *si lapis esset homo, esset vivens*, vel in hac; *si lapis esset homo; esset insensibilis*: vel solum contingenter ad utrum; liber divisivè se habet? Si primum; dicendum est, eas propositiones in vi illationis necessario esse veras, & ut tales per scientiam necessariam cognosci à Deo: sensus enim earum est, quod benè sequitur, & est bona consequentia: *Est homo: ergo & vivens. Est lapis: ergo insensibilis*; sed re vera consequentiæ istæ bonæ sunt,

Quædam animad-
versio.

35
3. Dicitur
exponitur, &
prob.

sunt, quamvis antecedens, & consequens, sint impossibilia: ergo. Nec refert, quod si sequitur quod sit insensibilis, sequetur, quod non sit vivens; ac proinde non sequitur quod sit vivens: ex hypothesi enim impossibili utrumque contradictorium sequi potest, & sic accidit in prædictis consequentijs, & ideo illarum hypothesi impossibilis est.

Ad idem tenditur.

Quod si huiusmodi conditionales secundi sint generis, ut ista: *Si chimera esset homo, eligeret statum Religionis*; dicendum est omnes illas, sive illative, sive concomitanter accipientes falsas, & impossibiles esse. Et quidem quod illative acceptæ impossibiles sint, patet ex pluries dictis; quia non est bona consequentia: *Est homo: ergo eligit statum Religionis*. Quo ad secundam autem partem probatur etiam ex principijs iam sta-


bilis. Nam non potest esse verum, quod si chimera esset homo, eligeret statum Religionis, nisi id decernat, aut conditionate decrevisset; cum enim status iste nullam habeat connexionem, vel cum chimera, vel cum homine, ab aliquo deberet determinari; sed Deus id non potest determinare: tum quia tale decretum ridiculum, & absurdum videretur. Tum quia non potest Deus conditionate decernere id, quod non potest decernere absolute: neque absolute aliquid dependens ab aliqua conditione, si conditionem non potest purificare, ut contingit in præsentibus; quia conditio impossibilis est: ergo. Et de his sufficiat ut ad utiliora gradum

faciamus. Et hæc de hoc.

Dubio applicanda

litter. M. ubi

supra.



DUBIUM SECUNDUM

UTRUM DENTUR IN DEO DECRETA ALIQUA

subiective absoluta, & obiective conditionata?

§. I.

RELATIS SENTENTIJS PRIMA CONCLUSIO

statuitur.

N. I
Intantum
& a. ino-
tabile.

QUIA pluries in hac materia de his Divinis decretis fit mentio; ut dicta magis percipiantur, & dicenda melius fundentur, antequam ad ulteriora progrediamur, difficultatem istam discutiendam, & resolvendam putavimus. Pro qua primo advertendum est, quod

Dei decreta secundum triplicem possunt considerari differentiam: vel ut omnino *absoluta*, tam ex parte subiecti, quam ex parte obiecti, vel ut omnino *conditionata*, ex parte scilicet obiecti, & subiecti, vel tandem, ut *absoluta* ex parte subiecti; *conditionata* vero ex parte obiecti.

Quot, &
quod. Dei
decreta.

Prioris generis sunt ea, quibus Deus actu aliquo in eo formaliter existenti absolute decernit aliquid, ita ut eius executio non maneat suspensa ab aliqua conditione: sicut decrevit creationem mundi, incarnationem Verbi, & prædestinationem D. Petri. Quamvis autem aliqua horum decretorum obiecta determinata sint, ut mandanda executioni dependenter ab aliquibus conditionibus, ut incarnatio Verbi in sententia D. Thoma dependenter à peccato originali, & prædestinatio D. Petri dependenter à finali perseverantia; quia tamen purificatio harum conditionum, aut fuit prior ad illa decreta prævisa, aut ex vi eorum determinata, sive formaliter, sive illative; ideo eorum executio non mansit à purificatione conditionis suspensa, sed omnino determinata: & ideo talia decreta tam subiectivè, quam obiectivè sunt absoluta.

Idem declaratur
amplius.

Secundi generis sunt illa decreta, quæ defacto in Deo non sunt, necque eis aliquid formaliter vult, aut decernit; vellet tamen, & decerneret, si aliqua apponeretur conditio, ut si dicas: *Si Deus crearet alium mundum, illum gubernaret, & alium solem produceret.* In quibus propositionibus non significatur aliqua voluntas formaliter in Deo existens, quæ defacto velit alium gubernare mundum, aut alium creare solem, etiam subconditione, quod alium mundum produceret; sed tantum significatur connexio, quæ reperitur inter decretum creationis alterius mundi cum decreto gubernationis illius, & productionis alterius solis. Quare decreta ista non tam sunt, quam essent in Deo, & illatio, & connexio inter illa per scientiam necessariam à Deo cognoscitur. An autem Deus non solum cognoscat propositiones illas, in quibus enuntiatur conditionate unum decretum ex suppositione alterius, cum quo habet intrinsecam connexionem, verum etiam

illas, in quibus enuntiatur unum ex suppositione alterius, cum quo non habet intrinsecam connexionem, ut si dicas: *Si decrevero quod Petrus audiat sacrum, decernam quod convertatur, vel si decrevero conversionem Ioannis, decernam conversionem Petri;* infra constabit.

Tertij generis decretum est aliquis actus defacto subiectivè, & formaliter in Divina voluntate existens, quo Deus non vult obiectum absolute existere, sed sub aliqua conditione, quam ex vi illius non intelligitur velle purificare. Qui actus passim in nobis inveniuntur, & pertinent regulariter ad cautelam, & prudentiam in contractibus, & promissionibus: ut si dicas: *Volo emere equum, si talis, & talis conditionis est: aut volo tibi dare librum, si tale tibi beneficium præstiteris;* & similia. Et de his quidem controversatur præsens difficultas, an scilicet, talia decreta possint in Deo reperiri, & defacto aliqua reperiantur?

Circa quod prima sententia omnia ista decreta vana, & otiosa reputat, aliisque imperfectionibus admixta; & ideo Deo neganda: ita Pater Vazquez, & Alarcon, & aliqui ex Thomistis, qui Deo negant certam cognitionem futurorum contingentium conditionatorum, ut Mag. Ledesma. Secunda, quam tenet P. Suarez, & cum eo plures Recentiores Societatis, admittit decreta ista subconditione libere ponenda à voluntate creatæ; negat tamen ea subconditione à solo Deo ponenda: undè admittit decretum circa hæc veritatem: *Si Populus meus audisset me, pro nihilo inimicos eorum humiliassem.* Negat tamen circa istam, *si Tyrus, & Sidonij vidissent opera Christi, converterentur.* Tertia, tandem sententia, quæ communis est inter Thomistas absque distinctione facta decreta ista possibile, & prudentissima existimat, & ideo censet in Deo ponenda. Cum his ergo sit.

Id ipsum
adhuc.

2
Prima sen-
tentia.

Secunda.

Tertia.

Con-

3 **Conclusio :** *Concedi debent in Deo plura decreta subiectivè absoluta, & obiectivè conditionata.* Probat^{1o}ur primò conclusio ex dictis: nam aliqua futura revelantur in Sacra Scriptura, ut infallibiliter talia sub conditione indifferenti, & prout sic certo à Deo cognoscuntur, ut constat *soto Dub. precedentis*; sed ista infallibilitatem, aliunde habere non possunt, quam à Divino decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato: ergo. Probat^{2o}ur min. Tum quia futura absoluta tempore futuritionis non habent aliunde infallibilitatem, quam à decreto absoluto, ut Adversarij magis communiter fatentur: ergo nec pariter, &c. Tum quia cum infallibilitas illa sit infallibilis determinatio, ut res futuræ sub illa conditione, sint, ab aliquo tempore futuritionis existenti, ut determinatè sint, debet provenire; sed nihil aliud potest esse tempore futuritionis existens, quod sic determinet, nisi huiusmodi decretum: ergo. Probat^{3o}ur hæc min. quia hoc non potest esse nec conditio, nec carentia existentia, neque aliquod prædicarum Divinum necessarium: omnia enim ista indifferentia sunt ad futuritionem, & eius carentiam, Deinde non potest esse scientia Dei contingens: hæc enim iuxta Thomistas innititur decreto, & iuxta Adversarios, cum sit purè speculativa, futuritionem supponit: nec tandem potest esse, vel existentia, quæ esset, vel determinatio ab aliqua causa creata proveniens: nihil enim horum ab æterno tempore futuritionis datur; & determinatio, quæ provenire potest à causa secunda, & creata, impediibilis est à prima: ac proinde insufficientis ad constituendam infallibilitatem metaphisicam rei existentia: restat ergo determinationem istam, unice præstari à Divino decreto subiectivè absoluto, & obiectivè conditionato.

4 **Secundo** probatur aliquibus Sacra Scriptura testimonijs, quæ trahitur.

bus exprimuntur aliquæ promissiones Divinæ, etiam iuramento firmatæ, per quas Deus promittit aliquod bonum sub conditione indifferenti, & nunquam adimplenda: ut est illa Genesis 18. *Si invenero Sodomis quinquaginta iustos in medio Civitatis, dimittam omni loco propter eos.* Et Deuteronom. 7. *Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea, & feceris; custodiet, & Dominus tuus pactum tibi, & misericordiam, quam iuravit Patribus tuis.* Et Psalm. 131. *Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, si custodierint filij tui testamentum meum, &c.*

Ex quibus locis hæc format⁵ur ratio. Ad fidelitatem, & veritatem promissionis, & iuramenti promissorij, dum sit, necessaria est voluntas, & animus adimplendi promissum ea ratione, qua promittitur: est enim communis sententia Theologorum cum D. Thom. 2. 2. *quest. 89. artic. 7.* ergo Deus sub illis conditionibus res illas promittens, & se daturum iurans, habuit de facto animum, & voluntatem adimplendi promissum, si conditiones illæ purificarentur: cum ergo non fuerint purificatæ; voluntas illa fuit subiectivè absoluta, & formaliter in Deo existens, & obiectivè conditionata: dantur ergo defacto in Deo talia decreta, & tales actus voluntatis.

Dices: quod ad valorem promissionis, & iuramenti promissorij sufficit animus se obligandi; & ut licitè hæc fiat, sufficit, si cum illo animo, non ad sit voluntas non adimplendi, quod promittitur: nam tunc animus se obligandi est virtualis voluntas implendi promissum, saltem in voluntate impeccabili, & essentialiter honesta, qualis est Divina. Solutio ista vera est Iudicium de solut.

Reijcitur
cōtra Ad-
vers.

valide enim quis promitteret, si haberet animum se obligandi; & si non haberet animum adimplendi promissum, sed potius non adimplendi: & ideo iniustus in illa promissione esset. Sed ex hoc etiam in favorem nostram potest formari argumentum: nam ad effectum, & valorem promissionis requiritur, quod adsit animus se obligandi iuxta naturam, & modum promissionis: ergo qui conditionatè promittit, habet animum, & voluntatem conditionatè se obligandi; hæc enim est natura illius promissionis: iam ergo voluntas illa, quamvis subiectivè, & formaliter existens terminatur ad obligationem, non subiectivè existentem, sed tantum conditionatam. Et quidem qui castitatem promittit sub conditione quod moriatur uxor, non manet subiectivè, & formaliter obligatus ad servandam castitatem ex tunc promissionis, sed ex tunc mortis uxoris: obligatio ergo illa non est absoluta, sed conditionata.

6 Impugn. solutio
quo ad 2.
part.

Contra secundam autem solutionis partem obstat primo. Nam si ad honestatem promissionis sufficeret virtualis voluntas adimplendi promissum, etiam ad illius valorem sufficeret virtualis voluntas se obligandi: ideoque dum quis habens actum charitatis, etsi nullam formalem intentionem se obligandi habeat, promitteret aliquid facere propter Deum, vel proximum, vere promittens, & vere obligatus ex iustitia ad adimplendum promissum esset; quod est falsum. Secundo, & a priori. Quia cum promissio sit formaliter actus practicus intellectus habens pro obiecto bonum promissum, necessario debet importare actum voluntatis, qui erga bonum illud afficiatur: si ergo bonum promissum est tantum conditionatè futurum, necessario debet importare actum voluntatis terminatum ad bonum, ut conditionatè futurum.

Nec refert aliquorum solutio Aliorum dicentium obiectum promissionis esse obligationem adimplendi promissum, quæ adhuc in promissione conditionata, non est conditionata obligatio, sed absoluta. Contra enim est primo. Quia obligationem istam in promissione conditionata esse tantum conditionatam, modò probavimus. Secundo. Quia falsum est; quod obiectum promissionis sit obligatio: Tum quia eius obiectum est quod directè promittitur; sed non promittitur directè obligatio unius ad alterum, sed bonum illi utile: ergo hoc, & non obligatio est obiectum promissionis. Tum quia obligatio est effectus ex promissione consequutus, qui proinde totam promissionem secundum suam essentiam, & prout ad proprium obiectum terminatam supponit; sicut obligatio est effectus legis, & non proprium illius obiectum: prius enim intelligitur lex, & præceptum ad proprium obiectum terminari, quam subditos obligare.

Explicatur hoc: promissio est quædam lex, quam quisque sibi statuit ad aliquid faciendum, sicut præceptum est lex a superiori subdito statuta; sed obiectum præcepti statuti à superiori non est subiectio, & obligatio subditi, sed res præcepta, sicut obiectum præcepti audiendi Sacrum est ipsa actio audiendi Sacrum, ad quam ex præcepto subditus obligatur: ergo pariter obiectum directum promissionis non est ipsa promittentis obligatio, sed res promissa, ex qua quis obligatus manet. Et hoc quidem manifeste constabit perpendenti distinctionem harum propositionum: *Promitto tibi librum, promitto tibi obligationem meam dandi librum. Præcipio tibi quod audias sacrum, præcipio tibi obligationem audiendi Sacrum.* Esse namque distinctas propositiones; & distinctos animos, voluntates, & obiecta exprimere, nemo dubitavit sed

conf.

constat quod secunda, & quarta habent pro obiecto directo obligationem, & *signatè* exprimunt animum obligandi: ergo alia id non habent, neque exprimunt, sed rem directè promissam.

Revincitur 3.

Obstat tertio. Quia dato quod ad honestatem promissionis non requiratur formalis voluntas adimplendi quod promittitur; negari tamen non potest perfectiori modo fieri promissionem, dum adest talis animus, & formalis voluntas, quam dum non adest, ut constat in humanis promissionibus; sed Deo concedendè sunt promissiones perfectissimo modo facta: ergo. Quarto. Quia saltem iuxta solutionem requiritur intentio virtualis; sed si hæc intentio virtualis circa obiectum conditionatum nullam dicit imperfectionem, nec intentio formalis: ergo. Denique: quia quidquid Deus virtualiter vult, potest formaliter velle, & quod formaliter velle non potest, non potest velle virtualiter: ergo.

Quarto.

Ultimo.

7
3. conclusio
nis pro
batio ex
Evang.
Matth.

Tertio probatur conclusio ex illis verbis Christi dicentis apud Math. 26. *An putas quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* Ex quibus verbis sic formatur argumentum. Certissimum erat, quod si Christus rogaret Patrem exhiberet illi plusquam duodecim legiones Angelorum; sed hoc non erat certum ratione connexionis orationis Christi cum re postulata, aut ratione Iustitiæ, vel Sanctitatis Dei, quia, nimirum, Deus Iustus, aut Sanctus non esset, si Christo postulanti eas non donaret: ergo hoc tantum erat certum, quia Deus habebat decretum, & voluntatem, qua statuerat, quod si Filius eas legiones postularet, illi daret: fuit ergo hoc decretum subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum, cum numquam fuerit sortitum effectum: quia nec Filius legiones illas postulavit, nec Pater eas concessit.

Responsio
ad ratio-
nem.

Dices: propositionem illam veram, & certissimam fuisse, non ra-

tione decreti subiectivè absoluti, sed subiectivè etiam conditionati, quod virtualiter inclusum erat in decreto efficaci, & absoluto exaudiendi orationes Christi: ex hoc enim decreto inferabatur, quod si Christus legiones illas postulaturus esset à Patre, Pater habuisset decretum exaudiendi hanc etiam Christi orationem. Et ratione huius decreti, quod habuisset, verum erat quod si postulasset, accepisset.

Hæc solutio inferius ex proposito est impugnanda, ubi ostendendum est, quod decretum, quod fuisse, insufficientis est ad veritatem harum propositionum, quæ de præsentia datur: eo autem pro nunc prætermisso, aliter impugnanda est hæc solutio. Nam illud decretum, quod apud Patrem supponitur exaudiendi orationes Christi, vel est ita universale, quod comprehendat non solum orationes, quas Christus de facto fudit, sed etiam quascumque alias; vel est limitatum ad orationes illas, quas de facto fudit? Si primum, habemus intentum: nam illud decretum erat subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum in ordine ad omnes illas Orationes, quas de facto non fudit. Si secundum; sequitur, quod propositio dicta, & à Christo Domino asserta, non esset certa certitudine metaphisica, nec digna assensus fidei supernaturalis: quod sic ostenditur. Nam ut propositio illa sic infallibiliter vera esset, necessum erat, quod ex vi decreti absoluti exaudiendi orationes Christi, quas de facto oravit, inferretur illatione metaphisica aliud subiectivè conditionatum exaudiendi etiam illam orationem, qua postularer à Patre legiones illas Angelorum, si de facto postulaturus esset; sed hoc decretum ex primo non infertur certo, certitudine metaphisica: ergo. Probatur hæc min. Nam cum Deus sit summè liber in decernendo, potuit sine suæ Iustitiæ, aut Sanctitatis dispendio decernere exaudire hanc orationem Christi,

Impugna-
tur respè-
sio.

& non aliam, prout sibi placuerit ergo ex primo decreto non inferitur secundum.

Ex alio
testimo-
nio script.
3. ratio
instaura-
tur.

Et idem argumentum formari potest ex illa conditionali, cuius supra meminimus *Genes. 18.* & clarius ex alia *4. Reg. 14. Si percussisses quinquies, aut sexies terram, percussisses Syriam usque ad consummationem.* Constat namque propositiones istas prolatas fuisse, ut infallibiliter veras, & quibus prestare debemus assensum fidei supernaturalis: ergo conditiones illę appositę fuerunt, ut infallibiliter connexę cum eventu; sed non infallibilitate intrinseca, quod clarissimę constat in hac secunda, quę quoad sui intrinseca omnino disparate se habet ad eventum: ergo infallibilitate extrinseca, quę unicę provenire potest à decreto subiectivę absoluto, & obiectivę conditionato. Neque pro his propositionibus assignari potest aliquod decretum omnino absolutum virtualiter includens, & ex se infallibiliter inferens aliud subiectivę conditionatum, quod esset in casu purificationis conditionis, & à quo propositiones istę verę formaliter reddantur.

8
4. conclusio-
nis pro-
batio.

Quarto probari potest conclusio. Quia Deus amore amicitię diligit reprobos existentes in gratia: ergo vult illis Beatitudinem. Antecedens supponitur, & consequentia probatur. Nam amor amicitię Dei ad homines in ordine supernaturali fundatur in communicatione Beatitudinis, ut assentit D. Thomas *2. 2. quest. 23. art. 1.* & ibi pluries. Tunc sic; sed voluntas ista est de obiecto conditionato; sic enim debet explicari: *Volō reprobis Beatitudinem, si ipsi permanserint in gratia:* ergo.

Confirm.
1.

Confirmatur primo. Reprobis existens in gratia, & meritis supernaturalibus peditus habet strictum ius ad primum: immo iuxta aliquos contra Deum: ergo debet dari in Deo voluntas illud conferendi: non absoluta, ut constat: ergo conditionata. Prima consequentia probatur. Tum quia ius

illud neque contra Deum, neque ad primum fundari potest, sine pacto, & voluntate Dei, qua se obligat ad illud conferendum: tum quia si Deo deficeret talis voluntas conferendi primum debitum infidelis, aut iniustus esset: talis enim est, non solum qui habet voluntatem non solvendi debitum, sed etiam qui caret voluntate illud solvendi; ergo.

Confirmatur secundo, ex D. Thoma in *1. dist. 46. quest. 1. artic. 1. ad 2. Ubi asserit, quod voluntas antecedens potest dici conditionata; nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis Divinę, sed ex parte voliti, quod non accipitur cum omnibus circumstantiis; sed voluntas antecedens est voluntas beneplaciti, quę in Deo formaliter invenitur, ut constat ex eodem S. D. quest. 23. de Veritat. artic. 3. in corp. ubi asserit, quod voluntas, quę de Deo proprie dicitur, quę est voluntas beneplaciti, per antecedentem, & consequentem dividitur: ergo.*

Nec refert aliquorum solutio, quod voluntas antecedens salvandi homines, de qua ibi loquitur D. Thomas, solum terminatur formaliter ad danda media sufficientia ad consequendam salutem; ad ipsam autem salutem non formaliter, sed tantum virtualiter terminatur, quatenus ex illa inferitur alia voluntas etiam subiectivę conditionata, per quam Deus vellet omnium salutem, si sic expediret; & quod de hac voluntate loquitur D. Thomas. Contra enim est primo. Nam D. Thomas, & docet voluntatem illam esse antecedentem, & esse formaliter in Deo: ergo loquitur de voluntate, quę non terminatur solum ad media, & quę non est solum conditionata ex parte actus. Patet consequentia: nam voluntas terminata ad media, cum sit efficax, est consequens, & non antecedens, & voluntas conditionata ex parte actus, non reperitur formaliter in Deo, sed reperiretur: ergo.

Secundo. Quia idem S. D. voluntatem istam, quę Deus vult

omnes homines salvos fieri, comparat, & explicat per voluntatem boni Iudicis, qua vult reum morti obnoxium, qua hominem vivere, de qua, & supponit formaliter reperiri in Iudice, & esse solum quandam velleitatem; sed si voluntas illa Dei solum terminaretur ad media, & solum esset conditionata ex parte subiecti, non esset velleitas, sed voluntas verè efficax, cum de facto produceret media, & efficaciter vellet omnes salvari, si sic expediret, sicut Iudex vellet hominem efficaciter vivere, si communi bono Reipublicæ expediret: ergo. Sed quia voluntas ista à pluribus Thomistis, ut formaliter absoluta, quamvis inefficax, & solum, ut virtualiter conditionata acceptari solet, de quo tract. de *Volunt.* ideo hac ratione in sua tantum probabilitate relicta, aliter.

veniret, eo non causante; neque eius scientia, si conveniret eo nesciente; ergo. Tertio. Quia talis status aliqua causa assignari debet; non ipsum conditionatum ex se, quia ex se solum est possibile: non conditio, quia ex se est indifferens, neque aliquid aliud creatum, cum ab æterno status iste detur, dum nihil creatum datur: ergo debet esse aliquod Divinum. Non necessarium; cum status iste sit contingens: ergo solum suæ voluntatis decretum, ex quo ortum habent omnia contingentia in Deo. Quæ ratio confirmari potest omnibus quæ adduximus *Disput. præced. Dub. 2. §. 2. à num. 13.*

Tertio:

Communis solutio, quam Adversarij adhibent huic argumento, sic vel aliter obscurata asserit, quod cum futurum conditionatum non tam sit futurum, quam esset si apponeretur conditio ad illius existentiam; ut status iste alicui rei creatæ conveniat, non est necessarium decretum aliquod subiectivè in Deo existens, & obiectivè conditionatum, sed sufficit decretum subiectivè, & obiectivè conditionatum, quod, scilicet, esset, si purificanda esset conditio.

Responso Advers.

Sed hæc solutio multipliciter rejicitur. Et in primis falsum est, quod conditionata ista non sint futura, sed solum essent, si poneretur conditio. Assumptum probatur primo. Nam in Sacra Scriptura pluries de illis affirmatur non solum quod essent, sed etiam quod erunt si ponatur conditio: constat hoc ex illo 1. Reg. 23. ubi David consulenti Dominum: *Si tradiderint me viri Gessite, & si descendet Sauls responderint, aut descenderet, sed tradiderint, & descendet.* Et ex illo de fide: *qui perseveraverit usque in finem, salvus erit, & pluribus alijs. Secundo. Quia plura ex his conditionatis talia sunt, quod si purificaretur conditio, in eodem purificationis instanti essent præsentia: ut constat in hoc: *Si Petrus vocaretur vocatione A, in eodem instanti consentiret**

II Rejicitur 1. responso suo.

Secundus

10. Ultimo probatur nostra conclusio argumento, quod à priori, & efficacissimè horum decretorum existentiam convincit. Implicat quod aliquid transeat de statu purè possibilitatis ad statum futurationis, etiam conditionatæ, quin Deus determinate velit, & efficaciter disponat transitum istum; sed non per decretum omnino absolutum: ergo per decretum subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum. Consequentia videtur bona. Et mai. probatur. Tum quia status futurationis conditionatæ, v.g. quod *Tyrii converterentur, si viderent miracula Christi*, est status rei accidentalis, ei conveniens antecedenter ad omnem fictionem intellectus: ergo debet illi convenire ex voluntate, & dispositione Dei, qui omnia in numero, pondere, & mensura disposuit, qui etiam omnia secundum consilium voluntatis suæ fecit, & sine quo factum est nihil.

11. Tum quia si aliquid accidentale, & contingens rei creatæ conveniret, Deo id non providente, & disponente, eius providentia non esset infinita: sicut non esset infinita eius potentia, si aliquid ei con-

5. conclusio probatio.

1. mai. prob. 1.

2. prob. mai.

Vinet : ergo per purificationem conditionis non redduntur futura, sed sunt talia ante eius purificationem.

Reijcitur
3.

Tertio. Quia si dum conditio non est purificanda, non sunt futura, sed solum essent, sequeretur esse tantum possibile; at hoc esse falsum: ergo. Sequela probatur. Quia tunc non essent nec presentia, nec praterita. Minor autem probatur. Tum quia si essent tantum possibile, non plus haberet conditionatum, quam conditio; ac proinde sicut de conditione non verificatur esse aliquammodo determinatam, adhuc sub eventu conditionati, nec de conditionato verificaretur esse determinatum, ut sit, etiam sub eventu conditionis; quod est appertissime falsum. Tum quia inde etiam sequeretur, quod non plus diceretur consensus conditionate futurus, sub quacumque hypothese indifferenti, quam dissensus: nam si esse conditionate futurum nihil est aliud, quam esse possibile; cum uterque sub illa conditione indifferenti sit eque possibilis, uterque, vel neuter esset conditionate futurus.

Reijcitur
4.

Quarto. Quia consensum esse futurum sub conditione auxiliij A est aliquod predicatum illi accidentale, & potens ei non convenire; consensum autem esse possibilem sub eadem conditione est predicatum illi essenziale, & quo non potest carere: ergo consensum esse conditionate futurum, non est eum esse formaliter possibilem sub illa conditione. Ex quo ulterius: ergo quamvis ut sit, & denominetur possibilis, non requiratur aliud, quam potentia sua causa in actu i. tamen ut denominetur conditionate futurus, requirit ulterius eiusdem causae determinationem, quae formaliter est Divinum decretum.

Reijcitur
5.

Quinto. Quia implicat intelligere rem esse conditionate futuram, quin intelligatur esse determinatam, ut sit sub conditione: si enim esset omnino indifferentis, ut

sub illa conditione esset, vel non esset, non esset determinate futura adhuc conditionate: ergo implicat rem illam esse conditionate futuram, quin per Divinum decretum habeat determinationem, ut sit potius, quam non sit sub illa conditione. Patet haec consequentia. Quia cum hac determinatio sit contingens, & potens rei non convenire; non potest provenire ab eius praedicatis essentialibus, neque ab aliquo alio necessario, sed provenire debet a causa prima libere operante, & inquam omnis rerum contingentia redduci debet.

Tandem impugnanda est solutio ex his quae concedit; requiri, scilicet, ut conditionate futurum tale sit dependenter a Deo, decretum aliquod, non quod sit, sed quod esset pro casu purificationis conditionis. Ex quo sic impugnatur. Non potest intelligi, quod decretum Divinum requisitum ad futuritionem conditionatam certo esset pro casu purificationis conditionis, nisi in Deo detur aliud decretum formaliter, & subiective existens, quo quasi reflexe decernat se habiturum esse, aut fuisse decretum concurrendi ad consensum Retri. V. g., casu, quo vocaretur hac determinata vocatione; sed hoc decretum esset subiective absolutum, & obiective conditionatum: ergo per illud habemus intentum. Minor est evidens.

Et maior probatur. Tum quia certitudo illius decreti non potest haberi ex certitudine purificandae conditionis, cum haec indifferentis sit ad decretum concurrendi, vel non concurrendi ad consensum. Tum quia cum multoties conditio purificanda dependeat a voluntate creata, sequeretur inde quod voluntas creata esset a priori certitudo infallibiliter inferens decretum Divinum; ac proinde quod auferret a Deo libertatem in decernendo. Tum ex hoc ipso: nam cum decretum illud, quod esset, sit Divinae libertatis exercitium, non potest esse certum, aut certo futurum anteceden-

21
Ultimo
reijcitur.

Prob. mai.
1.

Secundo.

Tertio.

denter ad eiusdem libertatis determinationem formaliter in Deo existentem, quod ipsi à fortiori debent concedere, qui id ipsum de libertate secunda, & creata tam acriter defendunt, nobis autem id de Divina libertate verissimum est: implicat ergo quod decretum illud certo foret pro casu purificationis conditionis, quin in Deo supponatur aliud decretum, quasi reflexum, & intentivum, quo alterius fore conditionatum determinet. Ex quo plures aliæ impugnationes formari possunt, sed de hoc alibi. Ultima huius conclusionis probatio eaque præcipua ex eo desumitur quia decreta ista nullam in Deo ponunt imperfectionem: si namque ita est, cum alias conducant ad perfectionem Divinæ providentiæ, & eis in Deo possitis Sacræ Scripturæ testimonia magis sincere intelligantur, omnes in eo, quod in Deo debeat poni, convenient. Quod autem nullam importent imperfectionem aperte constabit solvendo argumenta.

§. II.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

13
r. argum.
ex Vaz-
quez.

CONtra hanc conclusionem obijcies primo motivum, quo P. Vazquez talia decreta impossibilia existimavit. Nam omnis actus liber Dsi necessario debet connotare, aut inferre aliquam mutationem in creatura; sed huiusmodi decreta non sic se habent: ergo min. constat: nam dantur circa res, quæ numquam erunt. Mai. autem probatur. Tum quia cum actus liber constituatur per respectum rationis, & iste de novo non possit existere sine aliqua mutatione, alias de novo non resultaret; debet necessario eam connotare, aut inferre; non in Deo, cum immutabilis sit: ergo in creatura. Tum quia omnibus invariatis tam ex parte Dei, quam ex parte creaturæ, non esset maior ratio cur Deus dicatur volens,

quam nolens, aut utrumque omnimittens: ergo,

Huius argumenti inefficaciam ferè omnes alij Theologi, etiam eiusdem familiæ, recognoscunt cum P. Suarez lib. 2. de Scientia conditionata, cap. 7. & lib. de Essentia prædestinationis, cap. 15, ubi pluribus ostendit actus Dei liberos posse existere sine aliqua ex parte creaturarum mutatione. Et id constat primo in promissione Divina, quam admittit ipse Vazquez circa conditionalem illam: *Si percussisses quinque, aut sexies, percussisses Syriam usque ad consumationem*; hæc enim promissio sine dubio fuit Deo libera, & potuit ei deficere; & tamen de facto nullam intulit mutationem ex parte obiecti: ergo. Secundo id constat: quia Deus eandem omnino rem intrinsecè invariantem potuit diversis decretis decernere: v. gr. eandem Christi Domini Incarnationem, quam voluit propter redemptionem Generis humani, potuit etiam velle propter manifestationem suæ bonitatis, & si nullum stetisset peccatum, & eandem numero gloriam, quam decernit dandam propter merita, potuit decernere gratis dandam. Tertio. Quia potest Deus pœnam debitam pro peccato iam remisso per puram extrinsecam condonationem remittere, in quo etiam casu nullam immutationem intrinsecam ex parte obiecti secum adduceret. Quarto id constat in decreto absoluto, quod ab æterno datur: cum tamen ab æterno nullam inducat mutationem in creatura. Et tandem alijs omisissis id ipsum in scientia conditionata constat: hæc enim quamvis potuerit non esse in Deo, in eo tamen sine aliqua mutatione, sive ex parte eius, sive ex parte creaturæ datur.

Inefficax
argum.
ex senten-
tia Suarij
1.

2. ex eod-
dem Suar.

Tertio.

Quarto,
& ultim.

Undè dicendum est, quod decretum solum iuxta sui naturam ponit, aut non ponit mutationem ex parte obiecti; ita, ut si sit de re absolute immutanda, eam absolute immutet iuxta tempus; & occasionem per decretum taxatam; si

Argum-
diluitur.

autem est solum de re tantum conditionate immutanda; solum infert mutationem eius conditionatam, & non absolutam. Et tandem si sit de re, ut non immutanda; ut decretum de re non producenda, nullam inducit mutationem. Nec probationes adductæ aliquid convincunt. Ad primam enim dicatur falsum omnino esse quod decretum constituitur adhuc in adæquatè per aliquid rationis; nam quamvis nos illud sine respectu rationis non possimus cognoscere; talem tamen respectum, nec constitutivè, nec necessario consecutivè importat, cum sine illo ab æterno à Deo cognoscatur, ut adæquatè per actum necessarium constitutum. Ad secundam pariter dicatur, quod quamvis nulla mutatio de novo incipiat, aut ex parte Dei, aut ex parte creature, intelligitur Deum potius velle, quam nolle, aut è converso: quatenus est quidem ex parte sui, per eandem actualitatem, & entitatem actus necessarii; ex parte autem creature, per esse sive absolutum, sive conditionatum, ratione cuius terminat velle, & per non esse, ratione cuius terminat nolle: sed de hoc plura infra *quæst.* 19. *dub.* 3.

14
2. argum.
ex Alarcon.

Secundo obijcies fundamentum P. Alarcon, qui sui Vazquez fundamento despecto, sic persuadere conatur horum decretorum impossibilitatem. Voluntas nequit ferri nisi in bonum, quod ex proprium illius obiectum; sed futura conditionata non sunt actu bona, sed tantum essent: ergo nequeunt actu terminare affectum voluntatis Divinæ, sed terminarent. Maior est evidens, & minor probatur. Futura conditionata actu non existunt, sed existerent: ergo actu non sunt bona, sed essent. Pater consequentia: nam bonum, utpotè perfectum, supra existentiam fundatur. Nec refert dicere, quod ut actu terminent affectum Divinæ voluntatis, sufficit quod essent bona, si purificaretur conditio. Contra enim est:

Evasio.

Ocludi-

tur.

nam quod non sufficit, ut actu sit voluntatis obiectum, non sufficit, ut actu terminet illius affectum; sed quod actu non est bonum, sed esset, non est actu obiectum voluntatis; hoc enim est idem quod bonum: ergo.

Confirmatur primo. Sicut obiectum visus est coloratum, ita obiectum voluntatis est bonum; sed quod actu non est coloratum, sed esset non est sufficiens, ut actu terminet visionem: ergo. Confirmatur secundo. Obiectum impossibile sub conditione, quod esset possibile, nequit terminare actu Divinam complacentiam: neque enim Deus actu sibi complacet in chimera, sub conditione quod esset homo iustus; sed hoc non alia ratione, nisi quia quamvis sub illa conditione esset bonum, actu tamen bonum non est: ergo. Tertio. Quod placet sub aliqua conditione, non placet, neque apparet bonum, nisi ut coniunctum cum illa conditione: ergo qui evidenter scit, neque esse coniunctum, nec coniungendum cum illa conditione, evidenter scit non esse bonum. Cum ergo Deus evidenter sciat, quod pure conditionatam non est coniungendam cum conditione, evidenter scit non esse bonum; ac proinde in illud voluntas eius ferri non potest. Quarto. Quia iuxta communem sententiam Thomistarum, Deus non amat creaturas posibles, quia licet possint esse bonæ; nullam tamen de facto habent bonitatem, sicut neque existentiam, supra quam bonitas fundatur: ergo idem, & propter eandem rationem dicendum est, de futuris pure conditionatis. Tandem quia hoc esse videtur contra Divini amoris perfectionem, qui iuxta D. Thomam *infra quæst.* 20. non est pure affectivus, sed effectivus: ac proinde ubi nihil effectivè communicat, sicut non communicat pure conditionatis, non videtur exerceri.

Hoc argumentum, cui non pauca addidimus ne difficultatem instatur I dissimulare videamus, patitur etiam argum.

evi-

evidentes instantias. Prima in futuro absoluto, quod actu non est bonum, sicut actu non est ens; & tamen actu terminat Divinæ voluntatis decretum. Secunda in Divina promissione, quæ prout à comminatione distinguitur, non minus terminatur ad bonum, quam amor, prout distinguitur ab odio; & tamen actu promittitur, quod actu non est bonum, sed tamen conditionatè esset, ut constat in salute promissa reprobis sub conditione finalis perseverantiæ. Tertia in ipsa scientia conditionata, de cuius ratione est, quod terminetur ad verum contingens, sicut est de ratione volitionis, quod terminetur ad bonum; & tamen in re, quæ tantum conditionatè erit, invenit sufficientem veritatem: ergo & volitio sufficientem bonitatem.

Secundò.

Tertiò.

16 Undè ad argumentum respondetur distinguendo mai. voluntas nequit ferri nisi in bonum, quod presupponatur tale ad Divinam voluntatem, nego mai. quod ex vi illius sit tale, eam subdistinguo in bonum determinatè existens, nego maiore, existens, vel futurum, absolutè, aut conditionatè, conc. mai. & sub eadem distinctione min. neganda est consequentia de bonitate conditionatè futura. Ut enim ait D. Thomas *infra quest. 20. artic. 2.* cum amare aliquem sit velle illi bonum, notanda est differentia inter voluntatem Divinam, & creatam: nam cum voluntas creata non sit causa bonitatis rerum; ut aliquid amet, debet in eo bonitatem supponere, & ab ea supposita ad amorem allici, & provocari. At cum voluntas Divina causet in rebus bonitatem, ut supponit probatum ex *quest. 19. artic. 4.* ut aliquid amet, non debet in eo bonitatem supponere, sed sufficit si supponat illud capax bonitatis, ut per sui amorem bonitatem communicet, aut ad bonitatem ordinet. Hoc autem omnino libere determinat: undè alijs rebus absolutè communicat bonitatem, alijs autem conditionatè, alijs nunc, alijs postea, & prout sibi placet. Undè ut actu sint obiectum Divinæ voluntatis, non est necesse, quod actu sint bonæ, aut actu existentes, sed sufficit si supponantur

ad amorem bonitatis, & existentia capaces, & per illum ad illam ordinentur, sive absolutè, sive conditionatè.

Ad confirmationem dicatur, quod in sufficientia probationis, & paritatis, constat instantijs adductis. Et disparitas redditur ex natura ipsarum potentiarum: nam potentia visiva propter sui materialitatè est alligata, ut solum ad obiectum sensibile sub statu apto, ut possit movere sensum, qui est status præsentialitatis, terminetur. Voluntas autem, sicut & intellectus, propter sui immaterialitatem non est alligata ad præsentia, sed etiam ad futura, prout dicunt ordinem ad existentiam, sive absolutam, sive conditionatam potest terminari: quod præcipuè verum est de voluntate Divina propter dicta.

Ad secundam conc. mai. neganda est min. nam ratio est, quia obiectum impossibile, qua tale, non supponitur aptum, sed est incapax, ut Deus velit illi communicare aliquam bonitatem, sive absolutè, sive conditionatè: non absolutè, ut patet ex quo sequitur, quod nec conditionatè, nam quod Deus velle absolutè non potest, non potest etiam velle conditionatè. At obiectum conditionatè futurum non solum dicit aptitudinem, ut Deus illi possit velle communicare bonitatem, sed etiam dicit ipsam voluntatem bonitatis communicativam, licet non absolutè; dependenter tamen ab aliqua conditione.

Ad tertiam dicatur, quod ut vidimus ex D. Thoma, voluntas Divina, ut aliquid velit, non supponit bonitatem in eo, quod vult, à qua ad volendum alliciat: nam si supponere deberet, & alias videret quod obiectum illud non esset coniungendum cum illa conditione, sub qua solum esset bonum, illud non diligeret: solum ergo debet supponere capacitatem ex parte obiecti, ut illi iuxta suæ libertatis placitum, velit communicare bonitatem, & existentiam, sive absolutè, & independenter ab aliqua conditione, sive conditionatè, & dependenter ab illa, & huius purificationem iuxta suum etiam pla-

Occurritur i. conc. firm.

Item 2. confirm.

Item 3.

citum decernat purificare, vel non purificare.

4. Pariter. Ex quo ad quartum dicitur: quod ut ex dicendis ad difficultatem, quæ ibi tangitur, constabit, & modo ex dictis à D. Thoma constat, non negatur amor Dei erga creaturas possibles, quia pro priori ad illum, in eis aliqua bonitas requisita, & ad Divinum amorem præsupposita non reperiatur; sed quia si amor Dei ad eas terminaretur, iam non manerent purè possibles, sed per illum à pura possibilitate extraherentur: cum enim Deum eas amare, sit eis velle bonum, & existentiam, sive absolute, sive conditionate, & illius amor effectivus sit; eas diligendo, aut redderet existentes, aut constitueret futuras, vel absolute, vel conditionate: undè repugnat Deum purè possible diligere, quia ex hoc ipso quod diligeret, purè possible non remaneret. Sed de hoc ibi.

Postremè
confirm.
occurritur.

Ad ultimum etiam constat ex dictis: nam sicut quamvis amor Dei, sit effectivus, non est necesse, quod omnis Divini amoris actus de præfenti existens, de præfenti etiam efficiat, alias ab æterno efficeret, cum ab æterno sit; quia non est effectivus necessario, aut per modum naturæ, sed omnino libere, de cuius ratione est, quod efficiat quando, aut quo modo ei placuerit; ita non est necesse, quod absolute efficiat, si ipse absolute sit, sed sufficit, ut absolute sit, quod sive absolute, sive conditionate iuxta suæ libertatis, placitum efficiat.

17
3. Argum

Tertiò obijcies ad idem intentum, ad probandum, scilicet, impossibilitatē horum decretorum. Decretum conditionatum impossibile cum futuri conditionati existentia impossibile est; tale est decretum conditionatum Thomisticum: ergo. Mai. probatur. Tum quia decretum conditionatum est via, & dispositio, ut futurum conditionatum sit. Tum quia per illud Deus obligatur ad dandum conditionato existentiam purificata conditione; at non se sentiret obligatus, nisi dum danda est existentia, adhuc existeret decretum: ergo. Tum quia decretum

Prob. maior. i.

Secundò.

Tertiò.

conditionatum est amor efficax conditionatus producendi effectus; at omnis amor conditionatus est componibilis cum conditione; alias non amor, sed odium esset conditionis, & conditionati: ergo.

Minor autem principalis probatur. Si possibilis est decreti conditionati cum conditione existentia, necesse est, quod quoties datur decretum absolutum purificandi conditione, & ponendi conditionatum, detur etiā pro aliquo priori decretum conditionatum; at hoc est falsum: ergo. Minor constat: nam potest Deus absolute decernere conditionatam existentiam, & purificationem conditionis, quin præcedat decretum aliquod conditionatum de conditionati existentia ex suppositione conditionis: sicut defacto primo absolute decrevit huius mundi existentiam, & plura alia. Mai. autē probatur primo. Quia pro signo, pro quo potest decerni futurum conditionatum, necessario debet decerni: sicut pro signo, pro quo potest decerni futurum absolutum, necessario decernitur; sed pro priori ad decretum absolutum, de purificanda conditione, potest decerni futurum conditionatum, ut constat: ergo. Secundo. Quia quod potest Deus conditionaliter præscire, debet ita præscire; alias non haberet circa creaturas, & circa se ipsam omnem scientiam, quæ sine imperfectione potest habere; sed quoties dantur decreta absoluta conditionis, & conditionati, potuit pro priori habere scientiam conditionatam illius, quam sine decreto conditionato in Thomistarum principijs, habere non potest: ergo tale habuit decretum, & habere debuit.

Hoc argumentum molestissimè prosequitur quidem Recentior. Societ. in manuscriptis, de quo, & meminit M. Ferre in præfenti. Ex eo tamen tantum apposita deduximus, quia reliqua difficultatis habent apparentiam. Ad illud autem facile respondetur conc. mai. negando min. Ad eius probationem neganda est mai. falsitas enim eius manifestis instantijs convincitur. Primo. Quia possibile est quod decretum intentivum gloriæ, per modum coronæ præcedat electionem meritorum, & tamen non est

Prob. iam
min. prin-
cipalis.

1. Mai. sua
detur 1.

Secundò.

3. Argum
dissolvitur

ne.

necesse quod præcedat. Et è converso possibile etiam est, quod electio meritorum præcedat decretum gloriæ; & tamen defacto in communiori eorum sententiam non præcedit. Deinde in eorum principijs, præ definitio efficax consensus creati regulata per Scientiam mediam, defacto præcedit decretum collativum auxilij, & ipsum consensum; & tamen, etiam in eorum principijs, non necessario præcedit, cum consensus essentialiter ab ea non dependeat.

Dissolv. 1.
mit. probat.

Undè ad primam eius probationem neg. mai. quæ etiam falsitatis convincitur exemplis adductis. Si quidem pro signo priori ad decretum meritorum, potest gloria decerni, & defacto decernitur; & tamen non necessario decernitur, sed potuit non decerni, &c. nõ ergo est necesse quod pro illo signo, pro quo aliquid decerni potest, à Deo decernatur, sed potius ad libertatis Dei in decernendo spectat, ut decernat eo ordine, quo maluerit: & ideo potest prius decernere gloriã, & ex illius decreto moveri ad decernenda merita, vel prius decretatis meritis, moveri ad decernendã gloriã: pariter ergo quavis possit pro priori ad decretum absolutum de aliqua re eandẽ conditionatè decernere; pro sua tamen libertate, potest decreto conditionato prætermisso, transire ad decernendum illam absolutè.

Item 2.

Ad secundam neganda etiam est mai. neque ad perfectionem Divinæ scientiæ spectat, quod Deus habeat omnẽ illã scientiã contingentium, quã habere potest, sed sufficit, si habeat omnẽ illã, quã habere velit, dando pro suo libito rebus illis futuritionẽ, & veritatẽ, ut sic scientia, etiã ipsi libera, quod verum est, cognoscat. Et nescio quo modo hanc probationem obijcere nobis possunt Adversarij, cū in eorũ principijs certũ sit potuisse Deũ habere scientiã de perseverantia conditionata Judæ, si Judas ipse voluisset; quã tamen defacto non habuit, quia Judas noluit: si ergo non reputant inconveniens Deũ sine sui dispositione carere scientia, quã potuit habere, & habere eã, qua potuit carere, ex privata dispositione crea-

turæ; undè possunt iudicare inconveniens quod pro sui libito, & dispositione habeat scientiam, quam velit, & ea careat, quam habere nolit?

Quartò obijcies. Quia saltim decreta ista inutilia otiosaque sunt: ergo non sunt in Deo statuenda. Paret cõsequẽtia, & antecedens probatur. Quia nulla apparet utilitas dispositioni, & gubernationi Divinæ decernere aliquid de rebus sub cõditione, quæ nunquã implenda est. Tum quia cū Deus efficaciter, absolutèq̃ decreverit an sit, vel nõ ponenda cõditio, non nisi pure otiosè, & commentitie post quã nõ esse ponendam decrevit, decerneret aliquid sub conditione, quod apponeretur. Sicut nõ nisi cõmentitiè, & otiosè, postquam aliquis apud se statuit nõ ire ad Ecclesiã, decerneret, *quod si iret, audiret Sacrum*. Tū quia imprudens, & stultus reputaretur, qui aliquid decerneret sub conditione, quã iã videt purificandã, vel non purificandã: quapropter hoc esset imprudens, & stultum decretum: *Decerno studere, si nunc existo, & similiter istud sole lucente: Decerno tibi dare librum, si nunc sol lucet*; sed Deus certissimè scit de qualibet conditione, an sit, vel non purificanda: ergo.

Hoc argumentum ab omnibus debet solvi in promissionibus conditionatis, quæ tamen salva fide negati non possunt, cū cõtra illas adhuc magis efficaciter militet. Undè negandum est antecedens. Decreta enim ista nõ otiosa, sed valde utilia sunt: tum ut nullũ sit prædicatũ reale rebus contingenter conveniens, quod ex Dei dispositione, & voluntate nõ proveniat: tũ ut res conditionatè futuræ habeant ab æterno, undè potius sint futuræ, quã non futuræ: tũ ut Deus etiã habeat undè potius eas, ut futuras, quã ut nõ futuras cognoscat. Hæc & plura alia per decreta ista conditionata Deus operatur: quare non otiosa, aut inutilia, sed valde utilia, & operativa reputanda sunt. Ex quo constat ad primam antecedentis probationẽ.

Ad secundam, & tertiam simul dicatur, quod decreta ista conditionata sunt priori ad voluntatem efficacem purificandi, vel non purificandi conditionem, & ad scientiam

18

4. Argum

4. Argum
diluatur.

2. Itẽ an-
tecedens
prob. & 3.

absolutam prædictæ voluntati innixam: in illo autem signo, & præcisione prudentissimè, seriò, & non commentitiè à Deo concipiuntur. Per quod constat disparitas ad exempla adducta: nam decreta illa supponuntur præconciipi, vel post absolutam determinationem, vel post certam cognitionem de purificatione, vel non purificatione conditionis: quod si in signo priori, & præcisivè ab hac determinatione, & certa scientia conciperentur, tunc non stulta, aut commentitia, sed prudentia, & utilia reputarentur.

19
i. Instan-
tia.

Sed contra hanc solutionem duo obstant difficilia. Primum, quia voluntas qua Deus vult omnes homines salvos fieri, & de qua superius diximus esse apud aliquos conditionatam, non intelligitur concepta à Deo, saltim prout se extendit ad prædestinatos pro priori ad absolutam, efficacemq̃ voluntatem salutis eorū, neque ad reprobos, pro priori ad absolutam eorum reprobationem: ergo esset fallax, & commentitia. Antecedens probatur. Quia est communis Thomistarum sententia voluntatem illam esse effectum prædestinationis, sicut & auxilia sufficientia, quæ ex illa derivantur: ergo iam supponit absolutam prædestinationem. Ex quo etiam sequitur, quod supponat, & reprobationem. Tum quia pro signo, pro quo aliqui prædestinantur, alij reprobantur: tum quia auxilia, quæ ex prædicta voluntate reprobis dantur, sunt etiam prædestinationis electorum effectus; sed auxilia illa dantur, & decernuntur reprobis post eorum reprobationem, ut colligi videtur ex illo Apost. *Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta ad interitum, ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ*: ergo. Secundo.

Secunda.

Quia si voluntas dandi gloriam sub conditione perseverantiæ præcederet decretum absolutum prædestinationis sequeretur, quod erga prædestinatos non daretur in Deo decretum absolutum intentivum gloriæ præcedens electionem meritorum; at hoc est falsum: ergo. Sequela probatur. Tum quia decretum conditionatum transit in absolutum purificata conditione: ergo si

Deus haberet decretum conditionatum dandi gloriam sub conditione perseverantiæ, decretum illud transiret in absolutum purificata conditione, ac proinde non esset necessarium aliud decretum absolutum erga gloriam pro priori ad electionem meritorum. Tum quia qui aliquid conditionate decernit, ut velit absolute, spectat purificationem conditionis; frustra enim conditionate decerneret, si independentem à conditione haberet voluntatem adimplendi id, quod decernit: ergo si Deus decerneret conditionate gloriam sub conditione perseverantiæ, & meritorum, spectaret purificationem conditionis ante absolutum decretum, aut inciperet eius purificationem decernere, ut sit decretum transiret in absolutum, & suum fortiretur effectum.

Ad primum responderetur. Quod in sententia eorum voluntas, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, non est formaliter conditionata, sed formaliter absoluta; inefficax tamen, & virtualiter conditionata; quatenus ex illa inferitur, quod si salus omnium Divine dispositioni, & suavitati suæ providentiæ expediret, eam efficaciter vellet: sicut voluntas illius, qui ingruente tempestate merces in mare proijcit, non est formaliter conditionata, ut eas retineat, sed absoluta, quamvis inefficax, & virtualiter conditionata: & in hoc sensu explicandus est D. Thomas. Quod si admittatur voluntatem illam esse formaliter conditionatam, non video qualiter possit esse prædestinationis effectus, neque qualiter respectu prædestinatorum, possit consequi ad voluntatem absolutam, & efficacem dandi illis gloriam.

Diximus autem erga prædestinatos: nam facilius est intelligere, quod possit esse effectus prædestinationis Sanctorum, dum ad reprobos terminatur. Signum enim prædestinationis est tantum signum negativæ reprobationis: post quod usque ad signum reprobationis positivæ potest mediare voluntas illa, tanquam effectus prædestinationis, quæ ad reprobos terminatur,

Solut. 1.
inst.

Declaratur
am-
pius.

tur, & ex qua illis conferuntur auxilia sufficientia ad salutem. Neque huius oppositum aliquantulum colligitur ex citatis Apostoli verbis: nam congrue interpretari possunt, vel de reprobatione negativa, id est de non prædestinatis, vel quamvis intelligantur de positivè reprobis, debent intelligi, non quia illi tales sint, pro signo, quo talis voluntas concipitur, & auxilia ex ea dispensantur, sed post illam voluntatem. Sed de hoc Tractat. de prædestinatione, & non pauca, de voluntate.

Solutio 2.

Ad secundam neganda est sequela, ad primam probationem dicatur, quod ea tantum convincitur, quod posito decreto conditionato, & absoluto purificandi conditionem, ex vi illorum, & non dependenter à quocumque alio, teneretur Deus conferre gloriã: ac proinde quod aliud absolutum non sit ad hoc necessarium. Sed non probatur quod posito decreto conditionato dandi gloriam sub conditione meritorum, & perseverantiæ, non possit in Deo dari aliud immediatè determinans gloriam, ex cuius determinatione, tanquam ex intentione finis, moveatur ad determinanda efficaciter media, quæ sunt conditio purificanda: immo tale decretum sic fuisse à Deo præconceptum cõmuniter admittitur à Theologis Tract. de Prædestinatione.

Ad idem intentum.

Ad secundam negandum est antecedens: nam qui decernit aliquid sub aliqua conditione dandum, quãvis obligetur purificata conditione dare, non tamen impeditur, ut det, & si conditio nõ purificetur: unde post illam voluntatem cõditionatam, potest etiam habere voluntatem absolutam dandi quod promissit, & si conditio non purificetur. Quibus addes: quod & si ex vi voluntatis conditionatæ impeditur, ne aliter daret, nisi adimpleta conditione, non tamen impeditur ne possit prius velle decreto absoluto intentivo rem dandam, & ex eius intentione moveri ad purificationem conditionis, si illius purificatio sit in potesta-

te intendenti, sicuti est in manu Dei: immo modus iste magis congruit naturis rerum, ut loco nuper citato de Prædestinatione probatur à D. Thom.

Quinto objicies. Futura pure conditionata de facto non distinguuntur à pure possibilibus, sed solum distinguerentur, si apponeretur conditio: ergo non requirunt decretum de facto, & subiectivè existens, per quod distinguantur; sed sufficit decretum subiectivè conditionatum, per quod distinguerentur, si apponeretur conditio. Probat consequentia. Nam ea ratione, qua distinguuntur, requirunt distinctivum: ergo si de facto non distinguuntur; sed distinguerentur, non requirunt distinctivum de facto existens, sed quod existeret. Antecedens autem probatur futura conditionata non sunt de facto futura, sed essent si apponeretur conditio: ergo. Antecedens probant, tum ex D. Aug. *Epist.* 105. dicente: *Futura non esse ea, quæ non erunt*: ex quo infert quod merita pure conditionata parvulorum, si viverent, non sunt futura, neque apta ad merendum, aut demerendū apud Deum. Tum quia si vocibus non abutimur illud dicitur futurum, quod aliquando erit, & illud aliquando erit de quo aliquando verū est, quod est; sed de futuris pure conditionatis, nunquam erit verum, quod sunt, quia nunquam purificabitur conditio: ergo futura non sunt, sed essent.

Ad argumentum responderetur neg. mai. cuius falsitas constat ex dictis. Nam si futurum conditionatum, consensus v. g. sub conditione auxiliij indifferentis, nihil aliud diceret de præsentem, nisi puram possibilitatē, nec aliud ad sui verificationem requireret, etiam dissensus esset conditionatè futurus, & ipsa conditio, sub qua enuntiatur; nam quantum ad possibilitatem omnino conveniunt: aliquid ergo præter possibilitatem requiritur ex parte consensus, ut ipse, & non dissensus, nec conditio, sit conditionate futurus: & quidem si nihil aliud, quam possibilitas prædicaretur de eo, dum dicitur conditionatè futurus, præ-

20

5. Argum

Occurritur 5. argum.

dicatio non esset accidentalis, sed necessaria.

Occurrit
I. mai.
prob.

Unde ad primam eius probationem distinguendum est antecedens, futura conditionata non sunt de facto futura, *absolutè, seu absoluta*, conc. antecedens, *conditionatè*, nego antecedens, & consequentiam. Neque D. Aug. aliud intendit verbis adductis, nisi quod non sint absolutè futura; ac proinde neque apta, ut Deus pro eis conferat præmium, aut penam.

2. Item.

Ad secundam probationem, concedimus quod illud dicitur futurum, quod aliquando erit, sive absolutè, sive conditionatè; de futuris autem conditionatis, licet non verificetur, quod aliquando absolutè erunt, verificatur tamen, quod erunt conditionatè, & id expressè enuntiatur in Sacra Scriptura I. Reg. 23. verbis ubi supra. Neque ut de aliquo verificetur, quod erit conditionatè, requiritur, quod aliquando sit verum, absolutè *quod est*, nam hoc tantum est proprium absolutè futuri. Videantur superius dicta præcipuè à *num. II.*

§. ULTIM.

ALIQUA EX DICTIS

resolvuntur.

21
Quæstio.
cula quædam.

PRO huius quæstionis complemento rogabis quid dicendum sit de decretis conditionatis circa omnes rerum possibilium combinationes; an scilicet sint concedenda, an neganda? Ad quod respondetur, hoc solvendum pro nunc esse iuxta veritatem sententiarum. Sunt namque Theologi, qui defendunt voluntatè Divinam non potuisse manere suspensam, sed quod necessario ab æterno exerceri debuit per actum positivum. Et sunt alij, qui oppositum tenent, ulterius afirmantes, quod non omne exercitium Divinæ voluntatis est positivum; sed quod verè eius libertas per puram omissionem exercetur.

Resolutio
iuxta y.
sententiã.

Iuxta primam sententiã necessario concedenda sunt decreta subiectivè absoluta; & obiectivè conditionata circa omnes possibilium combinationes, sive ut sint fu-

tura, sive ut talia non sint. Et ratio est: nam cum omnium eorum sive futuritio, sive non futuritio sit rebus prædicatum accidentale, & contingens, debet dari dependenter à Divinæ libertatis exercitio, quod in hac sententiã, tantum est positivum, & non negativum. Neque ideo otiosa iudicanda sunt, ista decreta. Tum quia otiosi est detineri in rebus minimis minus ad maiora attendendo: detentio autem, seu attentio Dei ad omnes res quantumvis minimas, non impedit, aut distrahit eius curam, & attentionem à maximis. Tum quia hoc pertinet ad suæ voluntatis perfectionem, & suæ providentiæ dispositionem, ut nihil rebus accidat ipso non disponente, & providente. Et sicut non imperficitur eius intellectus, quia fore, vel non fore etiam conditionatum omnium combinationum possibilium cognoscat, sed potius hoc est maxime illius perfectionis argumentum, ita neque eius voluntas imperficitur, quia actu positivo velit, & disponat fore, vel non fore omnium illarum; immo si actus voluntatis deficeret, etiam deficeret illorum cognitio.

Iuxta secundam autem sententiã dicendum est, quod non est necesse, ut Deus habeat huiusmodi decreta circa omnes possibilium combinationes. Et ratio est, quia cum non sit necesse, quod sub omnibus illis combinationibus, res sint futuræ, sed sub infinitis earum possint non esse futuræ, & quamvis, ut sint futuræ, sit necessarium in hac sententiã exercitium positivum Divinæ voluntatis, ut tamen non sint futuræ sufficit exercitiū omisivum; inde est quod in hac sententiã licet debeant concedi talia decreta circa omnes combinationes, sub quibus res sunt futuræ; non est tamen necesse illa concedere, circa omnes alias, sub quibus non sunt futuræ: neque inde infertur quod non futuritio accidat præter dispositionè Dei; nam cum in hac sententiã illa suspensio sit exercitium Divinæ voluntatis, quod dependenter ab illa accidit, dependenter ab illius dispositione dicitur accidere.

22
Resolutio
iuxta 2.
sententiã.

23

Quæd.
ad-
ratio.

Est tamen circa hoc advertendum, quod dum ad non fore conditionatum contingens prima sententia requirit decretum positivum, & secunda sufficere existimat omissionem liberam decreti eius futuritionem decernentis, intelligendum est, de non fore, non præcisivè acceptum, sed repugnantè: nam primo modo tantum dicit prædicata essentialia rei, quæ ex se non sunt determinata, sed indifferentia, ut sint, vel non sint. Undè ad hoc sufficit ipsa Dei omnipotentia pro priori ad omne suæ libertatis exercitium, sive positivum, sive negativum. Secundum autem, cum dicat prædicatum contingens, & iam determinatum, quamvis negativum: rebus enim accidit, quod non sint futura; ut sit, habet dependentiam à Divina libertate, sive per positivum exercitium, sive per puram omissionem. Quæ autem harum sententiarum probabilior sit dicemus *tract. de Volunt.* ubi pro prima suffragium feremus.

24

1. Collec-
tio.

Ex his autem deduces primo. Quod si voluntas creata supponatur ex parte conditionis, potens ad consensum, & dissensum, & ad utriusque liberam omissionem, si Deus libere ommittat omne decretum positivum; tunc iuxta secundam sententiam neque consensus, nec dissensus erit conditionate futuris; erit tamen futura ommissio libera utriusque. Et ratio habetur ex dictis: quia cum consensus, & dissensus sint aliquid positivum, eorum futuritio aliquid positivum esse debet; ac proinde vel idem cum decreto positivo Dei, vel ab eo dependens. Si ergo omne decretum deficeret, nec consensus, nec dissensus essent futuri. Esset autem futura utriusque ommissio: tum quia carentia futuritionis consensus, & dissensus est futuritio omissionis utriusque. Tum quia cum ipsa ommissio, & illius futuritio nihil sint obiective, nisi tantum dialectice, quia per terminos positivos significantur; ut de facto dentur,

non requirunt iuxta hanc sententiam exercitium positivum Divinæ libertatis, sed sufficit ommissivum. Secus autem dicendum est in prima sententia; nam iuxta illam non potest ommissio esse futura, dependenter à Divina libertate, nisi medio aliquo actu positivo, per quem unice exerceri potest.

Quod si ex parte conditionis supponatur voluntas indifferens ad consensum, & dissensum, & ad utriusque omissionem non puram, sed ab aliqua positivo actu occasionandam; tunc si Deus ommittat omne decretum, sive pure ommissivè, sive volendo ommittere, nullum libertatis exercitium erit futurum. Et ratio etiam evidens est ex dictis: nam tunc casus cum ommissio, & eius futuritio essentialiter importent aliquid positivum, saltim occasionaliter; non potest dari, nisi redducatur in aliquod exercitium positivum ex parte Dei: cum ergo hoc deficeret; talis ommissio occasionata non esset tunc futura: esset tamen futura infallibiliter pura ommissio; quam tamen in hac sententia potius pateretur, quam eliceret voluntas.

Continua-
tur ratio;

Secundo etiam inferitur, quod non est necesse, quod Deus futura contingencia conditionata per scientiam formaliter conditionatam, ante absolutam, cognoscat, aut quod per decretum formaliter conditionatum, ante absolutum decernat; sed quod potest prætermisso decreto formaliter conditionata ista absolute decernere. Ratio primæ partis ex veritate secundæ partis habetur: nam non est necesse, quod Deus per scientiam formaliter conditionatam pro priori ad absolutam aliquid cognoscat, nisi sit necesse, quod res sit conditionate futura pro priori ad futuritionem absolutam; hoc autem non est necesse, nisi necesse sit, quod Deus, per prius conditionate, quam absolute decernat: hoc autem non esse necesse sic probatur;

25
2. Collec-
tio.

Ratio 2^a
partis.

Ratio cō-
clusionis.

tur : nam cum Deus sit summè liber indecernendo , & summè potens facere , ne decretum eius frustretur , potest prætermissio decreto formaliter conditionato immediate decernere rei existentiam, sub aliqua conditione , cuius purificationem , tunc etiam decernat ; qui modus decernendi , & scientia, quæ in eo inniteretur , non esset formaliter absolutam , sed formaliter absolutam , & tantum virtualiter conditionatam , quatenus ab absoluta ad conditionatam est, quo ad nos bona consequentia.

26
Ultima
collectio.


Tandem inferitur quod sine fundamento aliqui Recentiores limitant doctrinam nostram concedentes in Deo decreta subiectivè absoluta , & obiectivè conditionata , quorum conditio dependet à libero arbitrio ; negantes vero ea, quorum conditio dependet à Divina voluntate : quia alias Deus serio non vellet rem illam esse futuram : nec enim serio aliquis vult aliquid sub aliqua conditione, dum conditionem pro sua libertate excludit. Sed hæc limitatio admitrenda non est : tum quia dari decretum conditionatum circa veritatem illam sæpius repetitam , si in Tyro , & Sidone , &c. iam satis conf-

tat , & inferius amplius constabit ; & tamen purificatio conditionis ex solo Deo dependebat : ergo. Tum quia si dum Deus pro suo nutu est potens facere , quod adimpleatur , vel non conditio , non potest conditionate decernere ; cum nulla sit creata conditio , quæ pro nutu Dei non possit adimpleri, vel non adimpleri , nihil poterit sub aliqua creata conditione decernere. Tum quia homines pluries vovent , & promittunt sub conditione , cuius adimpletio in eorum est potestate : ergo , & Deus poterit similiter facere.

Neque eorum fundamentum aliquid convincit : nam quamvis si Deus decerneret sub aliqua conditione , cuius adimpletionem , vel non adimpletionem , iam absolute decrevisset , non serio , sed fictivè decerneret ; tamen cum pro signo conditionati decreti , nondum supponatur decretata conditio , sed pro signo sequenti decernenda relinquatur , voluntas illa conditionata seria , & non irrisoria censenda est. Et hæc de hoc Dub. applicanda , lit. M. ubi supr. &

de tota hac dissertatione.

Motus
quod tam
A. l. v. r. f.
exercitur.



DISPUTATIO TERTIA.

DE MEDIO, ET MODO QUO DEUS FUTURA CONDITIONATA
cognoscat.

DUBIUM PRIMUM.

UTRUM PRO PRIORI AD DECRETUM SUBIECTIVE
in Deo existens, detur aliquod medium, in quo Deus certo metaphisicè
futura conditionata cognoscat.

§. I.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

N. 1. **H**UIUS disputationis materia est quæ inter Patres Societatis, & ferè omnes alios Theologos atrocissimum bellum induxit: hæc est, quæ totam Orbem commovit, quæ universalem Ecclesiam in eius cognitione non parum occupavit: in qua utrimque ab eius initio usque ad summum dimicatum est: cuius resolutio ferè unicum est doctrinæ characteristicum signum. Ex ea namque tam plures, tam necessariæ, tam graves, & tam contrariæ deducuntur illationes circa Divinam scientiam, providentiam, omnipotentiam, Dominiumque Dei, & eius gratiam, & circa nostram libertatem, & meritum, ut penè pro eius diversitate diversa sit Theologia. In præsentia tamen ea circa illam attingenda sunt, quæ magis directè ad Dei scientiam spectare noscuntur, alijs proprijs sibi locis omisissis.

2 **C**irca propositum autem dubium, à quo primo disputationem istam incipimus, duplex extremè opposita sententia versatur: alia negativa, quam tenent omnes Thomistæ, & Scotistæ, quos citatos invenies apud M. Vives. Quibus quoad futura conditionata disparata consentiunt Lessius, Albertinus, Passolis, Torres, Arrubal, & alij pauci eiusdem familie. Secunda est affirmativa, in qua in communi conveniunt, quoad conditionata de conditione conducenti omnes Scientiæ mediæ Professores, quoad

reliqua autem ferè omnes alij, citatis exceptis; at discordant inter se in assignando in particulari medio huius cognitionis: aliqui namque cum P. Molina huius sententiæ Coriphæo asserunt Deum futura ista cognoscere in libero arbitrio creato supercomprehensio. Alij cum Suarez in Divino decreto ut futuro: alij, & est iam ferè communis eorum sententia, in veritate obiectiva rerum. De quibus omnibus medijs sigillatim per suas conclusiones in hoc dubio agendum est.

3 **P**rima conclusio. *Deus non cognoscit futura conditionata certo, & infallibiliter, in supercomprehensione causa libera, & contingentis.* Sauditur r. conclusio. Et probatur primo. In medio indifferenti, ut tali ad fore, vel non fore actus, non potest potius fore, quam non fore cognosci; sed voluntas libera, ut talis indifferens est ad fore actus contingentis conditionati: ergo in illa non potest determinate cognosci fore illius præ non fore. Minor supponitur, & maior probatur. Unum obiectum non potest esse medium aptum, ut in illo, aut ex vi illius alterum cognoscatur, nisi quatenus cum illo connectitur; cognoscere enim unum in altero, aut ex vi alterius, est unum ex alio obiectivè, virtualiter saltim deducere; quæ deductio inconnexione unius cum altero necessario fundatur; sed medium illud, quod ex se est indifferens ad fore, vel non fore, non potius dicitur con-

connexionem cum fore, quam cum non fore, sed potius cum neutro determinate conneditur; ergo ex se non est aptum, sed prius inep- tum, ut in eo, vel ex eo fore potius, quam non fore cognoscatur.

4 Dices maiorem esse veram, si medium indifferens solum quidditative, aut comprehensive attingatur, secus autem si supercomprehendatur. Sed contra primo obiectum aliquod supercomprehendi nihil aliud esse potest nisi, quod clariori, & intensiori cognitione id ipsum, quod est, cognoscatur: ergo obiectum ex se indifferens supercomprehendi est, quod eius indifferentia, & inconnexio cum aliquo extremo determinate, clariori, & intensiore cognitione cognoscatur: ergo dum sic supercomprehenditur, multo minus potest esse medium, ut ex vi illius, ali- quod extremum determinate cog- noscatur. Quod explicatur. Ex vi tantum moraliter conexi cum aliquo extremo, et si supercompre- hendatur, non potest quis-plurquam moraliter obiective de extremo connexionis certificari: unde Deus non certificabatur plusquam mo- raliter obiective de conversione Tyrionum ex vi predicationis, & miraculorum Christi, ut ipse Moli- na, & omnes fateari tenentur; sed hoc non alia ratione, nisi quia me- dium illud supercomprehendi, ni- hil aliud est, nisi clarius, & per- fectius eius connexionem moralem cognoscere, ac proinde cognosce- re, quod non pertingit ad conne- xionem physicam, aut metaphysi- cam: ergo.

Solutio. Secundo. Id, quod supercom- prehensio alicuius obiecti adit supra comprehensionem illius, non se tenet ex parte obiecti cogniti, sed est tantum perfectio, & excel- sus ex parte cognoscentis: ergo si ex vi cognitionis comprehensiva mediij indifferens non cognosci- tur aliquod extremum determina- te, neque ex vi supercomprehen- sionis. Patet consequentia, & ante- cedens probatur. Tum quia ad com-

prehensionem alicuius obiecti attri- net, quod vi illius cognoscatur quid- quid cognoscibile est. Tum quia non minori cum perfectione ex parte obiecti Deus se ipsum cog- noscit, quamvis non sit supercomprehensio, quam quamlibet cognoscatur creaturam: ergo id quod addit supercomprehensio ad com- prehensionem tantum se tenet ex parte cognoscentis, & non ex parte obiecti cogniti.

Tertio. Quia cum Deus pro signo Impugn- possibilitatis etiam super comprehē- dat voluntatem creatam, in illa, & ex illa pro illo signo cognoscat, etiam omnes eius actus liberos conditionate futuros, quod omnes negant, alias id cognosceret per scientiam necessariam, quae sola re- peritur in illo signo: ergo. Nec

Refugium tamen cognoscit actus etiam libe- ros, conditionate futuros, quia signum illud non est signum futu- rionis, sed possibilitatis. Contra. Oculi enim est. Tum quia dicit voluntas tur. super comprehenditur in secundo signo, sub nullo alio predicato in- venit in sententia Adversarij, sub quo non repetitur in primo: er- go. Tum quia ideo primum signum est tantum possibilitatis, & non futurationis, quia in illo confideratur sub omni moda indifferentia ad fore, vel non fore actus; sed has etiam ratione conservatur in se- cundo: ergo.

Quarto. Quia quilibet Angelus Ultimaria non solum comprehendit, sed & pugnat. Angelus superior inferiorem plus enim est quilibet istorum in ratione cognoscentis, quam obiectam in ratione cognoscibilis; & tamen nec Angelus in homine, nec superior in inferiori cognoscit aliquem actum liberum conditionate futurum: ergo. Nec valer dice- re non sufficere quamlibet super- quod re- comprehensionem, sed infinitam requiri. Primo. Quia hoc gratis di- citur, & nullatenus fundari potest.

Secundo. Secundo. Quia dato quod ad cognoscendos infinitos actus conditionate futuros, & sub infinitis combinationibus, necessaria esset infinita supercomprehensio: ut autem unus, vel alter cognosceretur, non est unde tanta supercomprehensio probetur necessaria; sed Angelus supercomprehendens neque unum quidem actum conditionate futurum in obiecto supercomprehensio cognoscere potest: ergo.

Secundo probatur conclusio.

5
Suadet
2. conclu-
sio.

Deus in sua libertate cognita pro priori ad decretum subiective in eo existens, non cognoscit, quos actus liberos in hac, vel illa occasione haberet: ergo nec in arbitrio creato potest cognoscere quos actus sub infinitis combinationibus determinate haberet. Antecedens conceditur, & expresse propugnatur à P. Molina. Consequentia autem probatur primo. Quia si in arbitrio creato, & ex vi illius sunt cognoscibiles actus, quos sub quacumque combinatione haberet, etiam erunt cognoscibiles in arbitrio Divino, & ex vi illius. Immo ratio stat pro Divina libertate; perfectiori enim modo continentur in ea actus eius liberi, quam in voluntate creata, cum in prima omnino independenter à quocumque alio contineantur, in secunda autem continentur dependenter, tum à Deo, tum ab obiecto, tum ab alijs circumstantijs. Tum sic; sed si actus illi in Divino arbitrio, & ex vi illius cognoscibiles sunt, eorum cognitio non potest tute Deo denegari, alias non se cognosceret tanta perfectione, qua petit cognosci, neque omnem veritatem cognoscibilem, pro signo, in quo cognoscibilis est, cognosceret: ergo.

Intercipi-
tur recur-
sus qui-
dam.

Neque hic valet recursus, de defectu supercomprehensionis liberi arbitrij Divini. Tum quia quamvis Deus se ipsum non se supercomprehendat, tamen ex vi comprehensionis sui in se ipso, & ex se ipso cognoscit quidquid cognoscibile est: ergo si actus illos non cognoscit, cognoscibiles in se ipso

non sunt. Tum quia, ut iam diximus, supercomprehensio alicuius obiecti solum potest dicere quod sit maior in esse cognitionis, quam obiectum in esse cognoscibilis; non autem quod in illo aliquid attingat, quod in illo cognoscibile non sit, alias non esset conformis illi: ergo si Deus in se, & ex se non cognoscit actus liberos conditionate futuros, est, quia illi in eo cognoscibiles non sunt: ergo neque in arbitrio creato.

Secundo probatur consequentia. Quia implicat quod Deus cognoscit pro priori ad decretum subiective in eo existens actum liberum creatum conditionate futurum, quin etiam cognoscat suum concursum ad illum actum esse determinate futurum: actus enim ille essentialiter dependet à concursu Dei determinate in illum influente; sed implicat Deum cognoscere suum concursum determinate futurum pro priori ad suum decretum, vel existens, vel saltem futurum: ergo. probatur hæc minor: nam cum concursus Dei ad actum, potius quam ad eius carentiam sit illi essentialiter liber, non potest existere, neque intelligi exiturus independenter à decreto Dei, determinate illum volente. Quæ probatio inferius amplius explicabitur.

2. proba
illa con-
sequentia

Ex dictis autem inferes quod nullum obiectum metaphisicè indifferens ad fore, vel non fore actus liberi est medium aptum, ut in eo Deus certo metaphisicè cognoscat fore illius præ non fore. Unde hoc non cognoscit, aut in ideis Divinis pro priori ad decretum; aut in eternitate prout ambiente tempus existentie eorum, aut in decreto, vel auxilio moraliter tantum cum fore connexo: immo neque ad aliquid determinate cognoscendum apta est causa necessitate phisica cum effectu connexa, ut ignis ad cognoscendam calefactionem. Et ratio evidens habetur ex dictis: nam nullum obiectum potest, ut cognitum inducere cer-

Quodd.
corollarij

itudinem metaphisicam alterius, nisi sit cum eò metaphisicè connexum; si enim metaphisicè cum illo non connectitur, potest metaphisicè, & sine ulla implicatione sine altero dari; ac proinde eius existentia, & veritas metaphisicè non infert veritatem, & existentiam alterius: ergo si metaphisicè est indifferens, qualemcumque alteram habeat connexionem, non erit medium aptum ad cognitionem metaphisicè certam, qualis debet esse Divina.

Continua
tur corollarij
assumptum

Quod autem talia sint media modo adducta probatur. Et in primis de ideis, id expresse docet D. Thomas *quest. 3. de Veritat. artic. 6. in corp.* Et constat: nam ideæ proprii ad Divinum decretum, cum sint prædicatum necessarium Dei, & sint omnino indifferentes ad representandum fore, vel non fore rerum, esse, vel non esse earum, secundum totam hanc representationem per scientiam necessariam Dei cognoscuntur: ergo non sunt aptæ, ut in eis contingenter fore potius, quam non fore cognoscatur. Aternitas autem, quamvis ex se sit necessitata, ut omne ambiat tempus, ex suppositione quod tempus detur, & sit semper præsens rebus in qualibet differentia temporis, ex suppositione quod res in aliqua sint; si tamen, aut tempus non detur, aut quamvis detur, res determinata non sit, ut in aliqua illius differentia existat, aternitas non erit illi præsens; sed quod tempus detur, & quod res in aliqua illius differentia existat, dependet essentialiter à decreto Divinæ voluntatis; cum id sit Deo essentialiter liberum: ergo. Decretum autem, aut auxilium moraliter tantum cum fore connexum, potest phisicè cum non fore existere. Et causa necessaria, licet phisicè non possit esse, sine effectus; potest tamen de potentia absoluta, ac proinde metaphisicè esse sine illo; sicut de facto extitit ignis Babilonicus, qui res pueros illos, nec combussit, nec contristat

vit; nullum ergo ex his est medium sufficiens est, ut ex vi illius certo metaphisicè aliquid determinatè cognoscatur.

§. II.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

Objicies primo D. Thomam 1. **6**
contra Gent. cap. 67. dicente, **1. Obiectio.**
quod sicut in causa necessaria cognoscitur effectus necessarius, ita in causa contingenti non impedita cognoscitur effectus contingens; sed causa libera est causa contingens non impedita: ergo in illa cognosci potest effectus liber determinatus. Confirmatur primo. Deus supercomprehendendo aliquam causam pluram in ea cognoscit, quam qui eam tantum comprehendit: cognoscit enim in ea effectus posibles, immo, & coniecturaliter cognoscere potest futuros: sicut Angelus comprehendendo hominem, non solum cognoscit actus eius liberos posibles, sed etiam coniecturaliter cognoscit plures futuros: ergo Deus certo illos cognoscit. Secundo. Quia Pater ex indole filij sibi nota coniecturaliter cognoscit, in quam partem libere se determinabit: ergo Deus, qui cuiusvis indolem supercomprehendit certo cognoscet, in quam partem quivis se inclinabit.

Respondetur verba D. Thomæ **Exponitur S. D.**
non favere oppositæ sententiæ: nam ibi loquitur Angelicus Dōct. de causa contingenti, in qua non solum comprehensive, sed & quidditative tantum cognita cognoscitur effectus. Undè dicendum, loqui de causa necessario productiva alicuius effectus, si ab alijs causis non impediatur, quæ quia impediri potest dicitur contingens, sicut arbor ad florendum, & fructificandum: & in his causis dicit, quod si non sint impeditæ, cognoscitur effectus illarum contingens: per quod ponit differentiam inter alias causas naturales, quæ naturaliter impediri non possunt, ut ignis ne comburat, Sol
ne

ne illuminet, & similia: Nam in his cognoscitur absolute effectus necessario futurus necessitate solum physica, & non metaphisica: & ideo ut supra dicebamus, neque in illis potest effectus certo metaphisice, adhuc a Deo cognosci.

Solv. 1. **confirm.** Ad primam confirmationem neganda est mai. Nam de ratione comprehensionis alicuius obiecti est, quod in eo, aut ex eo attingat, & cognoscat omnia, quae in illo, aut ex illo cognoscibilia sunt: debet enim cognoscibilitatem adaequare. Ultra hoc autem nihil restat in illo, & ex illo cognoscibile; quare, ut supra diximus, supercomprehensio, non eo differt a comprehensione, quia in obiecto supercomprehensio, aliquid cognoscat, quod comprehensione non cognoscitur; sed quia maiori perfectione subiectiva, claritate, scilicet, aut intensione id ipsum cognoscat; vel quia non coarctatur ad illud, sed manet cum actualitate, ut ad alia simul se extendat. Et certe si supercomprehensio non aliter excedit comprehensionem, nisi quia plura ex parte obiecti attingit, Angelus inferior, qui se ipsum comprehendit, & a superiori supercomprehenditur, non potest non superior aliqua futura libera manifestare; quod est falsum.

Solvitur 2. Ad secundam neganda est consequentia: nam in indole filij non est plus, quam coniecturaliter cognoscibilis eius libera determinatio: non enim habet plusquam moralem aliquam connexionem, & in hoc genere infimam, & quam ipse filius superare potest, iuxta illud: *Vir sapiens dominabitur Astris.* Unde excessus cognitionis Dei supra cognitionem Patris de Filio, non potest Deum certo metaphisice certificare de illius determinatione libera, sed solum facit quod Deus certius, & clarius talis inclinationis momenta perpendat.

7 **Obiect.** Secundo obijcies ad probandum talia futura cognosci in idea

Divina pro priori ad decretum. (quae sententia placuit aliquibus Recentioribus Augustianae familiae Aegydius Romanum ad eam trahere conantibus) Idea Divina representat futura; non ratione decreti: ergo ratione sui pro priori, seu praecisive a decreto. **Min. probatur.** Tum quia iuxta D. Th. *loco superius cit.*, idea solum determinatur per decretum ad ea, quae sunt, fuerunt, vel erunt; sed futura conditionata nec sunt, nec fuerunt, nec erunt: ergo. Tum quia idea representat ratione continentiae illius, quod representat, sicut causa effectum; sed idea non continet futura ratione decreti; ratio enim continendi est perfectio, & decretum nullam addit perfectionem: ergo. Tum quia etiam representat per naturalem assimilationem cum re representata; sed haec ei convenit pro priori ad decretum, nec apparet intelligibile, quo modo ratione decreti conveniat, cum decretum non sit naturalis similitudo: ergo. Tandem quia idea pro priori ad decretum representat quidque est possibile; sed consensum potius, quam dissensum esse conditionate futurum sub auxilio indifferenti quid possibile est: ergo hoc representatur per ideam, pro priori ad decretum.

Respondetur concessa mai. negando min. Ad primam eius probationem, vel dicatur, quod futura conditionata, licet non erunt absolute, erunt tamen conditionate, & sic potest intelligi D. Thomas; vel dicatur ibi loqui de determinatione per decretum subiective, & obiective absolutum, & per hoc solum ad ea, quae sunt, fuerunt, vel erunt absolute determinatur. Ex hoc autem aperte etiam colligitur, quod neque etiam potest representare futura conditionata, nisi etiam determinetur per decretum: nam horum representatio, non minus, quam aliorum, contingens est idea.

Secunda autem, & tertia probatio vim prioris destruant. Unde

Na ad prob.

1. Min. prob. 1.

Secundo

Tertio

Ultimo

Diluitur 2. Obiect. 1. probatur. min.

Idem 2. & 3. min.

ad secundam dicatur, quod idea Divina ratione perfectionis, & continentię representat futura signatę, & per modum quidditatis; sub ipso autem exercitio existendi ea representat non ratione continentię, sed ratione decreti, aut actualis productionis; quod omnes tenentur fateri de existentibus. Idque facilius percipitur, advertendo quod intentio, quę ad existentiam exercitā terminatur nullam perfectionem addit supra simplicem notitiam. Ad tertiam dicatur, quod si naturalis similitudo, quam inter ideam, & ideatum requirit est quę reperitur inter causam, & effectum, nullam addit difficultatem supra præcedentem. Si autem requiratur similitudinem formalem, qualis est inter speciem impressam, & expressam cum re representata, ea concessa dicatur, quod hæc solum attenditur cum ideato, quin ad prædicata signatę cognita, & non quin ad prædicata, quę exercitę attinguntur. Unde sicut communiter asserunt Thomistę species Angelicę sine ulla sui variatione; & sine novę representationis additione representant rem existentem, aut futuram, quam antea secundum suam quidditatem solum representabant: ita pariter, & fortiori ratione, Divina idea sine novę representationis additione, supposito decreto representat rem, ut existentem, vel ut futuram, quam antea præcursive à decreto, ut purę possibilem representabat.

Ultima
pariter.

Quarta pariter manifestam instantiam patitur, nam ad omne possibile in quantum tale sufficit Divina omnipotentia pro priori ad decretum; sed rem aliquam actualiter existere est verę possibile: ergo ad hoc sufficit Divina omnipotentia pro priori ad decretum; quę consequentia non valet, neque ex illis præmissis inferitur, sed tantum hæc, quod scilicet, ad producendam rem aliquam, in quantum productio eius est possibilis, sufficiat omnipotentia pro priori ad decretum. Pariter ergo dicitur, quod ex his præmissis:

Ad representandum quodcumque possibile sufficit idea pro priori ad decretum; sed futurum esse consensum præ dissensu sub auxilio indifferenti est possibile, solum inferunt hanc conclusionem: ergo ad representandam futuritionem consensum præ dissensu, ut possibilem, sufficit idea ante decretum: quod libenter fatemur. Et huius ratio est, quia in hoc complexo futurum est consensus præ dissensu, aut consensus præ dissensu existit, etiam conservatur non repugnantia, & possibilitas illius cum actuali existentia, aut futuritione; secundum hanc autem est terminus Divinę omnipotentię; & idea in actu primo; ac proinde ad illud, vel continendum, vel representandum, secundum hanc rationem sufficit omnipotentia, & ideo ante decretum. Sed quia etiam addit supra non repugnantiam determinationem in actu secundo, ut existat, ad hoc præter omnipotentiam, & ideam, necessario requiritur decretum.

Tandem obijci potest. Gravis tentatio in absentia specialis gratiæ est solum moraliter connexa cum peccato; & tamen est medium inducens certitudinem metaphysicam de peccati existentia: est enim certum secundum fidem, ac proinde metaphysicę, quod ad victoriam gravis tentationis requiritur gratia specialis: ergo medium tantum moraliter connexum cum aliquo, potest inducere certitudinem metaphysicam de illo. De hoc argumento alibi ex proposito. Modo autem breviter dicatur primo. Quod ad vincendam gravem tentationem ex motivo inhonesto non requiritur gratia specialis. Deinde quod quamvis tentatio gravis se sola moraliter tantum connectatur cum peccato; hoc tamen complexum tentatio gravis, & carentia specialis gratiæ ad eam vincendam non solum moraliter; sed & metaphysicę cum non victoria connectitur: unde in prædicto complexo, vel in decreto illius potest Deus certo me-

8
Postrema
obiectio.

Solutio
ipius.

Secunda.

Secunda. fore. Ex quo, & secunda pars manifestatur. Nam cum hoc formale determinativum non sit ens à se, debet habere esse efficienter ab alio: ergo implicat quod Deus pro priori ad decretum cognoscat fore conditionatum potius, quam non fore, quia pro priori ad decretum cognoscat esse determinativum tam formale, quam efficiens illius. Minor autem principalis probatur. Omnia prædicata, quæ reperiuntur pro priori ad decretum, tam ex parte Dei, quam ex parte creaturæ, sunt omnino indifferentia ad fore, & ad non fore conditionatum, & cum utroque compositibilia: ergo nihil pro illo priori reperitur determinans, sive formaliter, sive efficienter fore illius præ non fore. Patet consequentia, & antecedens probatur. Nam ex parte Dei solum intelliguntur pro illo priori existentia prædicata necessaria, & eius scientia; ex parte autem creaturæ intelligitur ipsa voluntas libera, occasiones in quibus supponitur, & intrinseca prædicata consensus; sed omnia ista omnino indifferentia sunt, & æquæ compositibilia cum fore, & cum non fore conditionato consensus: ergo.

12
Solutio
rationis.

Dices: quod determinativum formale obiectivum futuritionis conditionatæ potius, quam non futuritionis consensus est ipsa existentia consensus, quæ sub illis conditionibus potius foret, quam non foret; determinativum autem effectivum est voluntas creata, quæ pro sua libertate in illa occasione consentiret potius, quam dissentiret: Deus autem quamvis debeat etiam efficienter causare formalem illam determinationem, tamen non est determinativum adhuc efficiens, quia non concurrat per decretum determinatum, sed indifferens, & à creatura liberè determinandum.

13
Impugnatur 1.

Sed contra hanc solutionem, quæ ingenuam eorum mentem continet, replicatur primo. Quia determinativum formale, & efficiens cuiusvis rei debet esse, & intelligi pro eo signo, pro quo res illa est,

& intelligitur determinata; sed pro priori ad decretum non est, nec intelligitur existentia actus, quæ foret, nec determinatio voluntatis determinans potius quod foret, quam quod non foret: ergo pro illo priori non intelligitur determinatum fore, præ non fore; vel si intelligitur determinatum, hæc determinatio non provenit, nec formaliter, nec effectivè ab illis. Mai. evidens est: nam rem esse determinatam est effectus formalis, & in genere causæ efficientis provenit ab efficiendi determinationem; sed implicat esse, & intelligere effectum alicuius causæ pro signo, pro quo non intelligitur esse, aut existisse causam; quod maximè evidens est de effectu causæ formalis, qui est ipsa forma communicata: ergo. Min. autem probatur: quia existentia actus, quæ foret, foret quidem sub illis conditionibus si poterentur: at revera non est nec pro priori, nec pro posteriori ad decretum, immo nunquam erit; & idem est de determinativo voluntatis: immo, licet aliquando utrumque esset; per esse tamen futuritio conditionatæ, & absoluta solvitur: ergo existentia, quæ foret, nequè est, nequè intelligitur pro priori ad decretum determinans fore, præ non fore.

Confirmatur. Dum dicitur quod Robora-
existentia, quæ foret, determinatur doctri
formaliter futuritionem conditiona-
tam actus, vel est sensus, quod illa
existentia determinat ut exercitè
existens, vel ut signatè tantam, &
possibiliter non primum; quia cum
existentia non sit exercitè existens
ab æterno, nec pro priori, nec pro
posteriori ad decretum; nec fore
esset ab æterno determinatum:
implicat enim esse determinatum
pro priori ad determinationem, nec
secundum: nam existentia signatè,
& possibiliter accepta omnino in-
differens est ad fore, & ad non
fore conditionatum: ergo prout
sic non potest fore præ non fore
determinare.

Nec valet dicere quod exist- 14
entia, quæ determinat fore non
est
Evaluatio

est existentia signatè, & possibiliter accepta, neque exercitè sumpta, sed conditionatè habenda, vel quæ foret, vel secundo, quod est existentia, quæ foret, ut obiectivè tamen præsens. Contra primum enim obstat quod iam supra obiecimus. Nam existentia, quæ foret, vel conditionatè habenda, aut aliquid addit supra existentiam, & possibilem, vel nihil? Si nihil; instat argumentum factum de utraque; quia possibilis omnino indifferens est, & exercita nondum est, dum iam est determinatum fore. Si primum restat ulterius inquirere, & explicare quid sit illud superadditum: & hoc assignato, & explicato, quod non facile prætabunt, restat ulterius videre, an hoc detur de præsentia, vel non, pro priori ad decretum: quod si non datur, ut est certissimum, quia hoc non est aliquid prædicatum Divinum, ut iam est probatum, neque creatum, quia nullum datur ab æterno, dicendum est, nullum dari determinativum formale fore præ non fore pro priori ad Divinum decretum.

2. Item. Secundum etiam, quod ibi insinuat de obiectiva præsentia existentie, quæ foret, qua solutione aliqui Recentiores utuntur, minus sufficiens, minusque consonum est doctrinæ eorum; quod ostenditur. Nam in eorum principijs Scientia media, qua Deus cognoscit fore conditionatum consensus, est purè speculativa, & quæ supponit suum obiectum; adeo ut verum sit, quod ideo Deus fore potius, quam non fore cognoscit, quia actus ille foret potius, quam non foret: ergo pro priori ad illam scientiam, seu præcisivè ab illa, debet intelligi actum potius conditionatè fore, quam non fore: ergo existentia actus, quæ foret, & ut obiectivè præsens, qua ratione solum reduplicat præsentiam Divinæ cognitionis, non potest determinare formaliter, ex parte obiecti fore, potius quam non fore.

15 Confirmatur. Non potest in-

tellectus Divinus cognoscere pro priori ad Divinum decretum, quod actus conditionatè foret, potius quam non foret, nisi revera actus ipse habeat pro priori ad decretum, quod foret potius, quam quod non foret; alias falsus esset. Nunc ergo fit argumentum, vel actus ille habet pro illo priori quod foret potius, quam quod non foret à Divino intellectu, vel ab alio? Si secundum; assignandum est quid illud sit, quod ut patet ex dictis, est impossibile. Si primum; rursus inquirendum est, an id habeat formaliter à Divino intellectu, an effectivè: si formaliter ergo futuritio conditionata formaliter est actus Divini intellectus Divinam voluntatem præcedens, quod iam supra *Disp. I. Dub. I.* reiectum est; & modo ex eorum principijs rejicitur: quia cum hæc futuritio non possit non præcedere actum futurum, & illum infallibiliter inferre, tolleretur eius libertatem. Quod inconveniens etiam in nostris principijs sequeretur; nam esset futuritio proveniens à scientia Dei, ut præcedente decretum, quæ ratione est necessaria. Si secundum; restat alterius inquirere quid sit illud effectivè causatum à Divino intellectu, à quo talis determinatio ab æterno præstetur; hoc enim esse non potest aliquid Divinum, utpotè causatum, neque aliquid creatum, utpotè ab æterno existens: dicendum ergo est nihil esse quod tale fore pro priori ad Divinum decretum ab æterno determinet.

Secundo probatur eadem conclusio, & præcedentia amplius confirmantur, & explicantur. Non potest actus esse, aut intelligi conditionatè futurus pro priori ad Divinum decretum, nisi esse futurum ei conveniat pro priori illo, vel ex se ipso, vel ex causalitate Dei, aut creaturæ; sed ex nullo ex his capitibus potest ei convenire esse futurum pro illo priori: ergo. Maior est evidens, vel assignent aliud, undè ei futuritio conveniat. Minor

16
Ulterior
conclusio
nis probatio.

N 3 au-

1. Min. autem probatur per partes. Et suadetur quo ad primam sic. Tum quia futurum contingens: ergo actu ex se ipso, & præcisè attenda sui natura non convenit; natura enim eius indifferens est ad futuritionem, & non futuritionem. Tum quia si ex se ipso ei id conveniret, non esset ratio, cur etiam esse conditionatè futurum non conveniret eius omissioni; ac proinde utrumque, vel neutrum esset conditionatè futurum. Tum quia per conditionatam futuritionem extrahitur à statu pure possibilitatis, & ponitur in statu sibi accidentali, sed res per se ipsam ab hoc statu extrahi non potest: ergo.

Similiter
quo ad 2.

Quo ad secundam autem partem, scilicet, quod hoc ei non conveniat ex causalitate Dei probatur: quia causalitas Dei præcedens eius decretum esset causalitas necessaria; Deus enim in esse operantis libere per sui decretum constituitur, ut per se est evidens: Si ergo ex causalitate Dei sic præcedenti esset futurus, non contingenter, sed necessario esset futurus, quod est absurdum; & magis absurdum est constituere Deum necessario operantem ad extra. Tum quia quidquid Deus creaturis communicat, per voluntatem sibi liberam communicat, ut constat tum ex illo Apost. *Omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ.* Et ex illo Sapientiae 11. *Quo modo posset aliquid permanere, nisi tu voluisset,* quam veritatem demonstrat D. Thomas *infra quæst. 19. artic. 4. & 3. contra Gent. cap. 97. & in 1. dist. 45. artic. 3.*

3. Pariter.

Tertia autem pars probatur. Tum quia remota causalitate Dei à priori removetur causalitas creaturæ. Tum quia pro illo priori nihil datur determinans creaturam ad dandam futuritionem conditionatam actu potius, quam ad dandam futuritionem; hæc enim determinatio, cum sit prior ipso actu, & eius futuritione, & determinatione ut postea sit constituens,

non posset non esse distincta ab ipsa voluntate, utpotè ab aeterno existens: ac proinde aliquid Divinum necessarium. Immo si est ipsa voluntas: ergo per suam naturam ponitur determinata, ut sub illis circumstantijs daret actu esse, potius quam non esse; quorum quodlibet eius destruit libertatem.

Communis eorum solutio, 17
quæ vix à præcedenti recedit, nisi tantum vocibus, asserit quod res non est conditionatè futura pro priori ad Divinam decretum, neque ex natura sua, neque ex determinatione primæ, aut secundæ causæ, sed ex suppositione eventus futuri: ex suppositione enim quod aliquando verum esset, quod Petrus v. g. præventus his auxilijs consentiret, verum est ab æterno, quod si poneretur sub illis consentiret: ac proinde hoc etiam verum est pro priori ad Divinum decretum. Quod si ab eis interrogas, unde verum esset quod Petrus sub illis auxilijs, ex se quidem indifferens est, sicut suum arbitrium indifferens est, consentiret? Respondent, quod hoc verum esset, quia pro sua innata libertate, per quam ad utrumque esset potens, eligeret potius consensum, quam dissensum, & ad id Dei concursum, & voluntatem determinaret.

Solutio ista iam alibi reiecta 18
est, & pluribus etiam alibi reijcenda, modo autem prout conducit ad præsens reijcitur primo: quia illa suppositio eventus, à qua fore conditionatum consensus accipit veritatem, vel intelligitur facta, & existens pro priori ad decretum, vel non? Si secundum: ergo neque intelligitur vera propositio enuntians futuritionem conditionatam consensus: præcisè enim ab eius verificativo vera esse non potest; verificativum autem est suppositio eventus sub illis conditionibus. Primum autem esse aperte falsum. Tum quia suppositio illa indistincta est ab eventu consensus sub

Respon-
sio Adver-
sar.

Resjctur
responso
1.

sub

sub illis conditionibus; eventus autem consensus non potest supponi pro priori ad decretum factus, & existens, immo nunquam existet. Tum quia cum omnia, quæ pro illo priori existunt, sint indifferentia ad eventum consensus, & ad eius carentiam, non est undè magis supponatur eventus, quam carentia illius.

Confirm.
assumptū.

Confirmatur. Nam vel illa suppositio fit cum fundamento, vel sine illo? Si secundum; omnino remere, & imprudenter fit. Si autem primum; assignandum est aliquid pro illo priori existens, a quo tale præstetur fundamentum; quod cum non possit esse aliquid indifferens, debet esse aliquid eventum illum potius, quam eius carentiam determinans. Sed nihil tale datur pro illo priori, ut iam probatum est, & ipsi fatentur: ergo. Deinde quia de hac suppositione idem formatur argumentum, ac de futuritione conditionata: nam implicat intelligere, & esse suppositionem istam accidentalem eventus, potius quam non futuritionem nisi hoc ei conveniat, vel ex natura sua, vel ex causalitate Dei, aut creaturæ; sed nihil horum posse dici constat ex probationibus factis: ergo implicat quod pro illo priori intelligatur facta, & existens prædicta suppositio.


19
Ultimo
reijcitur
solutio.

Tandem reijcitur. Quia suppositio ista non potest intelligi pro illo priori, aut libere existens, aut necessario: non necessario; quia auferret libertatem consensus: non libere; quia sic esset libera, aut Deo, aut voluntati creaturæ: non Deo, ut merito supponunt; quia præcedit omnem eius actum liberum. Ex quo sequitur, neque esse liberam creaturæ: quod enim non est Deo liberum, non potest esse liberum creaturæ: tum quia prima radix libertatis creatæ est libertas Divina, & ab ea debet intelligi participata: tum quia quod Deus non potest facere, nec creatura facere potest (si sit bonum, & ho-

nestum, qualis est suppositio illa:) si autem hæc suppositio Deo non est libera, non potest Deus facere quod existat, quod & ipsi admittunt, & admittere tenentur: ergo. Deinde non esse liberam creaturæ probatur. Nam suppositio illa, cum datur ab æterno, præcedit omnem actum liberum creaturæ, immo, & cuiusvis creaturæ existentiam: ergo à nulla potest libere fieri: restat ergo ralem suppositionem pro illo priori omnino chimericam, & fictitiam esse.

Si autem dicas, quod illa suppositio non datur existens pro illo priori, sed in futuris conditionatis daretur, & in absolutis dabitur. Contra est: ergo pro illo priori, vel datur positiva carentia prædictæ suppositionis, aut saltim præcisio ab illa; sed quocumque dato, non potest futuritio conditionata actus cognosci pro illo priori, præ non futuritione: ergo. Probatum min. Non potest cognosci futuritio conditionata præ non futuritione pro illo priori, pro quo non datur determinativum eius præ non futuritione; implicat enim cognosci effectum formalem formæ sine forma; sed suppositio eventus est determinativum formale futuritionis præ non futuritione, ut concedit hæc solutio: ergo pro eo signo, pro quo non intelligitur ralis suppositio existens, non potest intelligi determinata futuritio præ non futuritione; quod si non est determinata: ergo est indifferens, ut sit, vel non sit: ergo per cognitionem Dei summè veram non cognoscitur, ut determinata, sed ut indifferens.

20
Quædam
solutio re
vincitur.



§. IV.

*IN QUO OSTENDITUR PER
hanc sententiam destrui libertatem,
& contingentiam actuum
humanorum.*

21 **Q**uod mirabilius est in hac sententia est, quod cum hanc veritatem obiectivam futurorum conditionatorum priori ad decretum, eo excogitaverint, & excogitando invenerint, ut libertatem creatam exaltent, & defendant, hac eadem via eam destruant, & precipitat: in quo nobiscum convenit P. Molina. Quod ita esse probatur primo, & sit tertium nostrae sententiae fundamentum, in quo claritatis gratia loquamur de actu voluntatis conditionate futuro, qui pro altero posteriori sit futurus absolute per purificationem conditionis. Sic ergo formetur argumentum.

3. capitale nostrae sententiae fundamentum. Id, quod essentialiter supponitur ad existentiam actus, & eam infallibiliter infert, aufert eius libertatem; sed futuritio conditionata supponitur essentialiter ad existentiam actus voluntatis, & pro casu purificationis conditionis, quae etiam essentialiter supponitur, eam infallibiliter infert: ergo. Mai. apud ipsos etiam universaliter accepta certissima est, immo unicum fundamentale principium totius Scientiae mediae contra efficaciam Divinae gratiae: apud nos autem, quamvis sit falsa, si id quod praecedit, sit praedicatum Divinum liberum, quia ex Deo tanquam ex radice desumitur nostrorum actuum libertas; vera tamen est, si est aliquid creatum. Minor autem probatur: & in primis quod futuritio conditionata, & decretum purificandi conditionem praecedant essentialiter existentiam actus probatur. Quia ante quam actus existat in tempore, est absolute futurus, & ante quam sit absolute futurus, est futurus conditionate, & decernitur purificatio conditionis; omnia enim ista ab aeterno

dantur, cum tamen existentia actus non detur ab aeterno sed in tempore: ergo futuritio conditionata, & decretum de purificanda conditione praecedunt existentiam actus. Quod autem infallibiliter illum inferant probatur. Nam implicat quod actus praevideatur conditionate futurus, & quod decernatur purificatio conditionis, sub qua futurus praevidetur, quin sub illa infallibiliter sit; si enim ea purificata non esset, non fuisset sub illa infallibiliter futurus: ergo.

22 **Q**uod fundamentum forsitan clarius sic formari potest: id quod per actum acquiri non potest, & per eius omissionem non potest auferri, destruit libertatem actus, si cum actu sit essentialiter connexum; sed futuritio conditionata, & decretum purificandi conditionem non possunt per existentiam actus acquiri, nec per eius omissionem auferri: ergo. Mai. apud ipsos universaliter accepta vera est, apud nos autem cum limitatione facta. Minor autem probatur. Id, quod si est, necessario est pro priori ad existentiam actus, & si deficit, necessario etiam pro priori ad illius existentiam deficit, non potest aut acquiri per actum, aut per eius omissionem auferri. Quod ipsi libenter fatentur nobiscum ob hanc rationem de physica praedeterminatione necessario ad actum requisita; sed si est futuritio conditionata actus, & decretum de purificanda conditione, necessario sunt ante existentiam actus, & si deficiunt, necessario etiam deficiunt ante illius liberam omissionem, cum prout sic deficiant ab aeterno, & tam actus, quam illius omisio, si dantur, debeant dari in tempore: ergo.

23 **A**d hoc fundamentum non aliter respondere possunt, nisi negando, sicut negant statum futuritionis, sive conditionatum, sive absolutum praecedere rei existentiam, & affirmando, sicut affirmant ipsam consequi, & per eam statim inadaequate constitui, & quod

Aliter idem fundam. proponitur.

Solutio Advers.

quod inde quasi à priori res est futura, quia aliquando verum erit, quod est, aut quod esset. Hęc doctrina sic, vel aliter explicata est communis, & necessaria eorum solutio.

Impugna-
tur 1.

Sed quam contra manifestam rationem (ne dicam naturale lumen procedat) constat in primis ex superius dictis præcipuè *dub. 1.* Deinde modo id ipsum manifesta- tur communi hominum apprehen- sione, secundum quam sine dubio, status futuritionis rei consequitur quidem statum possibilitatis eius; præcedit tamen eius existentiam, tamquam quid inter utrumque me- dians, & à quolibet aliquid partici- pans: meam fallit imaginatio, ni- si omnes velint, nolint id explica- re, ita concipiunt: non ergo status futuritionis consequitur existentiam rei, sed eam omnino præcedit.

Secundò.

Secundò. Quia tunc datur status futuritionis, dum de re futura verè affirmatur, & tunc non datur, dum verè non affirmatur; at verè affir- matur de re ante quam existat, falso autem postquam extitit: ergo.

3. impug-
natur so-
lutio.

Tertio. Quia dato quod exist- entia constitueret futuritionem, non esset existentia habita, quia prout sic constituit præteritum, nec quæ habetur, quia hæc constituit præsens: ergo esset existentia ha- benda; sed existentia habenda præ- cedit existentiam habitam, & quæ habetur: ergo status futuritionis præcedit existentiam, quæ habetur, & exercetur, & eam infallibiliter infert; ac proinde eius aufert li- bertatem. Quarto. Quia nihil cer- tius videtur, quam quod modo da- tur status futuritionis Anti-Christi; iudicij venturi, finis mundi; cum tamen non derur existentia aut An- ti-Christi, aut dies iudicij, aut mun- di finis. Quod si contra tam mani- festam veritatem negant statum fu- turitionis præcedere rei existen- tiam, etiam, & nos possemus nega- re, (neque hoc ita manifeste esset falsum) prædeterminationem, & decretum Dei efficax præcedere

Quarto.

actum liberum. Undè colliges quan- ta cum maiori difficultate concor- dant Adversarij nostram liberta- tem cum futuritione, cum ad id, ad eas angustias reducantur, ut com- pellantur negare futuritionem prio- rem esse existentia, & rem futu- ram, quam præsentem, quo nihil ita manifestè falsum.

Collectio

Quinto. Impugnatur eadem solutio. Quia quamvis in futuris absolutis locum habere possit (quod patet esse falsum) in futuris tamen conditionatis, alijs titulis est magis intolerabilis. Tum quia negari non potest quod decretum purificandi conditionem præcedit rei existen- tiam, cum sit causa causæ illius, & sit ab æterno; sed hoc decretum subsequitur immediatè ad statum futuritionis conditionatæ: ergo fu- turitio conditionata, & decretum præcedunt rei existentiam: & cum alias eam infallibiliter inferant, &c. Tum quia maior pars horum fu- turorum numquam habebit existen- tiam: saltem ergo in his futuritio non consequetur existentiam, sed eam ad minus negativè præcedet; nisi velis quod futuritio ista aut nihil reale sit, aut quamvis sit de aliquid reale, præstetur formaliter ab existentia, quæ nihil formaliter est.

24
5. impug-
natio so-
lutio.

Nec valet recursus aliquorum ad existentiam, seu præsentiali- tatem conditionatam apprehensam, ut obiectivè existentem. Tum quia apprehendere, ut existens, quod revera non existit, est apprehende- re non conformiter ad obiectum; quod Divinæ cognitioni repugnat. Tum quia dato quod id non re- pugnet, sequeretur quod sicut præ- sentialitas, & existentia non est vera, sed tantum apprehensa, ita & futuritio. Tum quia dum Deus possibilia apprehendit, etiam apre- hendit eorum existentiam; & ta- men neque apprehensio, aut exist- entia apprehensa constituit ea fu- tura: ergo.

Secundò.

Tertio.

Secundo idem probatur as- sumptum, retorquendo contra ipsos hucusque impugnatum de fu- tura: ergo.

25
4. senten-
tiæ nostræ
fundamē-
tu- gum.

furitione ab existentia desumpta, quam ad hunc finem nunc amplectimur; & est quartum in ordinem nostre sententię contra suam fundamentum, quod sic formatur. Si enim quia modo de presenti verum est, quod voluntas creata sub auxilio A consentit, ab aeterno, & pro priori ad decretum est verum, quod si vocaretur auxilio A, consentiret; hoc etiam esset verum pro signo possibilium, immo prædicatorum essentialium Dei; sed si hoc ita esset destrueretur libertas, & contingentia consensus: ergo. Minor est evidens. Tum quia pro signo possibilium solum intelligi possunt veritates necessarię: tum quia ad libertatem, & contingentiam requiritur quod res sub aliquo signo intelligatur indifferentis ad essendum, & non essendum; si enim pro omni signo intelligitur determinata ad essendum, nunquam poterit non esse; ac proinde necessario erit.

Prob. mai. Maioris autem sequela probatur.

1. Tum quia nulla est ratio, quare existentia consensus sub auxilio A, possit retrogradiendo verificare propositionem conditionatam id ipsum affirmantem pro signo priori ad decretum, & non pro signo possibilium, & prædicatorum essentialium Dei; id enim quod pro secundo signo tam ex parte Dei, quam ex parte creature datur, datur etiam pro reliquis prioribus; & id ipsum, quod in tempore dandum supponitur in uno, supponitur, & in alijs: ergo. Tum, & redditur ratio: quia diversitas signorum non variat, aut formalem significationem propositionis conditionatę, quę supponitur in tempore, aut existentiam conditionati, quę supponitur in tempore; sed a significatione formali, & ab existentia, quę in tempore supponitur, redditur vera pro signo priori ad decretum: ergo, & pro alijs ipsum antecedentibus. Tum quia si ut hæc sit vera: *si voluntas vocaretur vocatione A, consentiret, non*

aliud requiritur, nisi quod vocata consentiat, sive detur, sive non pro signo; & mensura, qua profertur aliquid de presenti inferens ex parte obiecti consensum sub vocatione; ergo quamvis pro signo possibilitatis, aut prædicatorum essentialium Dei, nihil detur non indifferentis ad consensum, vel dissentium voluntatis sub illo auxilio; propositio tamen consensum sub illius auxiliij conditione affirmans, erit etiam pro illis signis vera, si semel sua *dein esse*, quę est unicum verificativum illius, aliquando vera est.

Respondent Adversarij, quod 26
Responso
Advers.
signum Divinitatis, & possibilitatis eo constituuntur talia, & pro signo futuritionis, quia in primo solum intelliguntur prædicata Dei necessaria; in secundo autem prædicata possibilium creature, quę etiam necessaria sunt; in tertio autem intelliguntur prædicata contingentia. Unde contendere, quod futuritio, quę est prædicatum contingens, etiam intelligatur pro signo aut Divinitatis, aut possibilitatis, est signa ista confundere, & implicare in terminis: quare propter horum signorum naturam habet futuritio quod solum intelligatur in signo immediate priori ad decretum, non autem in alijs remotioribus.

Solutio ista petit manifeste principium: nam presens difficultas circa id præcipue controversatur, sit ne signum prius ad decretum aptum, ut futuritio contingens sit in eo, & cognoscatur? Nos negamus; ipsi affirmant; eo præcipue fundamento ducti, quia quamvis omnia pro tunc existentia indifferentia sint ad fore, vel non fore ipsius; semel tamen quod in tempore verum sit, quod res aliquando est, etiam est verum pro illo signo quod erit, aut quod esset. Ex quo & nos sic instamus. Si hoc fundamentum subsistit, etiam signum possibilitatis, & Divinitatis aptum erit, ut res sit, & intelli-

Responso
petit prin
cipium.

Insuper
reijcitur

gatur contingenter futura: quod quamvis falsum iudicemus; ex eorum tamen fundamento efficaciter convincimus: nam si non obstat omnia, quæ pro priori ad decretum dantur, esse indifferentia ad fore, & non fore contingens, quia propositio affirmans fore, non affirmat aliquid de presenti determinatum, sed ipsum esse rei de futuro, quod supponitur in tempore; non est ratio cur quamvis omnia, quæ pro signo possibilitatis, aut Divinitatis dantur, sint etiam indifferentia; propositio tamen fore rei affirmans non sit vera: quia nihil de presenti existens affirmat cum fore connexum, sed totum eius significatum est de futuro.

Reijcitur
2.

Secundo eadem solutio impugnatur, & hoc amplius explicatur. Nam quamvis si propositio *dein esse* sit aliquando vera, & propositio de futuro hoc significet, non sufficiat ut propositio de futuro sit vera pro signo possibilitatis, quia signum illud non est signum contingentium, sed necessariorum; eadem prorsus ratione dicere, & nos possumus, & incunctanter dicimus, quod neque etiam est vera pro signo priori ad decretum; quia cum voluntas Dei libera sit radix totius contingentie, signum illam præcedens est tantum signum necessariorum, & non contingentium. Unde ergo Adversarij ostendent signum illud esse etiam contingentium; & ad illud propositionem illam pertinere? certe nihil pro illo adducere possunt, quod etiam eque non probet de signo possibilitatis: immo apud nos signum immediate præcedens decretum est signum possibilitatis: vel ergo eorum fundamentum ipsorum solutione ruit; vel si subsistit, probat futuritionem intelligi pro signo possibilitatis, & Divinitatis; ac proinde esse necessariam.

3. reijcitur.

Tertio impugnatur eadem solutio, & amplius explicanter probationes minoris facta. Quamvis eadem propositio possit transire de vera in falsam invariata eius signi-

ficatione; impossibile tamen hoc est, nisi aliqua variatio ex parte obiecti significati contingat: si enim significatio est eadem, & obiectum significatum omnino idem, cum ab illorum inter se conformitate, vel desconformitate desumatur veritas, & falsitas; prorsus impossibile est, quod propositio, quæ antea non erat vera, postea sit vera, aut e converso. Tunc sic; sed significatio huius propositionis: *Si Petrus vocaretur auxilio A, consentiret*, eadem est sive pro signo possibilitatis, sive pro signo alio, quod pro priori ad decretum contingunt: deinde ex parte obiecti, nulla est pro uno, & altero signo variatio, quia nihil est, à quo variatio prædicta causetur, ut ipsi fatentur: ergo implicat quod pro secundo signo intelligatur determinate vera, quin intelligatur, & pro primo; vel assignent quid est in secundo signo propositionem illam verificans, quod deficit in primo; quod nequaquam facere possunt, dum asserunt, quod verificativum non debet esse adhuc pro illo signo, sed quod est sua *dein esse*, quæ aliquando erit vera; quod ut vidimus æque probat eam veram esse pro quocumque alio signo priori.

Nec valet aliquorum recursus ad decreta subiectivè conditionata, quæ non intelliguntur pro signo possibilitatis; intelliguntur autem pro signo sequenti. Tum quia decreta ista non sufficere ad verificationem propositionis de futuro, iam supra ostensum est *Dub. præcedenti*, quod præcipue verum est de decreto indifferenti, quod solum magis communiter admittunt. Tum quia decretum ad summum esse potest in eorum sententia verificativum extrinsecum, & causale, non autem formale, sed hoc deberet esse existentia, quæ foret. Tum quia quamvis sufficeret decretum subiectivè conditionatum; de eo tamen idem formatur argumentum, ac de futuritione conditionata conclusus; nam

27
Recurfus
quorumdam
reijcitur.

Secundo

Tertio

nulla est ratio, cur verum sit pro signo aliquo priori ad decretum subiective in Deo existens, & cum decretis subiective conditionatis inconnexum, quod talia decreta forent, quam pro quocumque alio priori, etiam possibilitatis, aut Divinitatis. Tum quia propositio formalis eadem est pro quocumque signo, & ex parte obiecti illius, signorum variatio nullam affert variationem: neque aliquid in uno existens intelligitur, quod non sit in alio. Tum quia si unicum verificativum ex parte obiecti propositionis enuntians fore conditionatum decreti, est sua *dein esse*, & non aliquid de presenti cum fore connexum; cum hoc etiam verificativum pro quocumque signo eadem facilitate supponatur, pro quocumque vera erit: & proinde non solum erit verum pro signo possibilitatis, quod foret consensus conditionatus, sed etiam quod foret Divinum decretum requisitum ad illum.

Quarto

veritatis. Tum quia propositio formalis eadem est pro quocumque signo, & ex parte obiecti illius, signorum variatio nullam affert variationem: neque aliquid in uno existens intelligitur, quod non sit in alio.

Quinto

Tum quia si unicum verificativum ex parte obiecti propositionis enuntians fore conditionatum decreti, est sua *dein esse*, & non aliquid de presenti cum fore connexum; cum hoc etiam verificativum pro quocumque signo eadem facilitate supponatur, pro quocumque vera erit: & proinde non solum erit verum pro signo possibilitatis, quod foret consensus conditionatus, sed etiam quod foret Divinum decretum requisitum ad illum.

28

5. Intenti
fundamē-
ti, quae
dam ante,
& adver-
tentia.

Ut tertium fundamentum ad idem assumptum ostendendum, quod & sit quintum, quo sententia ista refellatur, proponam, advertendum est commune esse apud Adversarios argumentum, in quo magis conspirant, & confidunt, ad probandam veritatem propositionum de futuro contingenti conditionato pro priori ad decretum desumptum ex lege contradictoriarum, ex qua habetur alteram debere esse veram, & alteram falsam: quod argumentum ab aliquibus sic proponitur. Hec disiunctiva: *Si dedero Petrum auxilium A, vel Petrus consentiet, vel non consentiet*, est vera etiam pro priori ad decretum; sed implicat esse veram, nisi aliqua pars illius sit determinate vera: ergo pro priori ad decretum, vel est determinate verum, quod consentiet sub auxilio A, vel quod non consentiet; quorum quolibet est contra nos. Maior supponitur, & maiorem probant. Tum quia ex regulis dialecticis habetur, quod ad veritatem disiunc-

tiva requiritur saltem a quod aliqua pars sit determinate vera: disiunctiva enim, prout distinguitur a propositione de disiuncto extremo, resolvitur per propositiones, & non per terminos: ergo.

Tum quia in signo, in quo Prob. 2. illa disiunctiva est vera, verum est exiturum unum ex his extremis, consensus, scilicet, vel carentiam consensus; sed exiturum esse unum ex his duobus, non est exiturum utrumque, neque neutrum, ut per se est manifestum: ergo est exiturum esse aliquod. Tum quia si illa pro illo signo est vera, eadem ratione haec etiam erit vera: *Si dedero Petro auxilium A, Petrus determinate consentiet, vel non consentiet*; sed si haec est vera, debet esse verum determinate, quod consentiet, vel determinate, quod non consentiet; cum hoc expresse enuntiet: ergo.

Aliter, & magis communiter solet ab alijs hoc proponi. Istae sunt contradictoriae etiam pro priori ad decretum: *Si dedero Petro auxilium A, Petrus consentiet, non si dedero Petro auxilium A, consentiet*; sed lex contradictoriarum est quod non possunt esse simul vere, nec simul falsa: ergo pro illo priori, una debet esse vera, & altera falsa. Quoad ad hominem, ut aiunt, confirmant: nam nos diximus hanc propositionem, *si dedero Petro auxilium A, Petrus consentiet*, conceptam ante decretum non esse veram: ergo verum est quod non consentiet.

29
modo ergo sicut pro priori fundamento, & ex eo ad hominem nos procedamus ad nostrum intentum convincendum. Nam propositio illa disiunctiva: *Si dedero Petro auxilium A, vel consentiet, vel non consentiet*, non solum est vera, sed & necessario vera; fundatur enim immediate eius veritas in principio illo *quolibet est, vel non est*; sed si ad veritatem illius pro eo signo, pro quo est vera, requiritur quod aliqua illius pars determinate sit vera; etiam ad eius

ri. min.
probant
Adversa-
rij r.

eius

eius necessitatem requiritur, quod aliqua pars illius sit determinatè necessaria: erit ergo necessario verum, aut quod consentiet, aut quod non consentiet, ex quo habemus intentum. Cætera constant, & minor probatur. Tum quia sicut propositio disiunctiva vera resolvitur per propositiones; ac proinde, ut sit bona consequentia à resolubili ad resolventes, debet esse aliqua pars vera; ita disiunctiva necessaria resolvenda est per propositiones; & non minus esset mala consequentia si resolubilis esset necessaria, & non esset necessaria aliqua ex resolventibus.

r. Min.
suadetur
1.

Suadetur
2.

Tum quia in eo signo, in quo hæc disiunctiva est necessaria, necessario extitutum est unum ex his duobus, consensum, scilicet, vel carentiam consensus; sed extitutum esse unum ex his duobus, non est utrumque extitutum esse, aut neutrum, ut etiam per se videtur manifestum: ergo est extitutum esse necessario aliquod, & sic etiam nos habemus intentum. Tum quia si propositio adducta est necessaria, ut probavimus, hæc etiam erit necessaria: *Si dederò Petro auxilium A, Petrus determinatè consentiet, aut determinatè non consentiet*, propter eandem rationem; sed si hæc est necessaria, debet esse determinatè necessarium, quod consentiet, aut quod non consentiet: hoc enim significat: ergo altera pars erit necessaria. Iste sunt omnes illorum probationes ad probandam veritatem determinatam alicuius partis disiunctivæ ex suppositione veritatis illius, quæ sine dubio ex suppositione necessitatis, manifestè apud ipsos convincunt aliquam partem determinatam debere esse necessariam.

Tertiò.

Methodo eadem cõtra ipsos arg. 1. Præter istas autem probationes possumus, & nos alias ex eorum etiam principijs addere. Prima sit. Nam si illa disiunctiva necessario est vera, cum ab illa cum negatione unius partis ad positionem alterius sit bona consequentia; si pars, quæ relinquitur, non esset necessaria, posset in bona consequentia dari an-

tecedens verum, & consequens falsum. Secundo. Quia ut illa disiunctiva sit necessario vera, debet necessario habere quod ex igitur ad sui veritatem; sicut ut Petrus necessario sit homo, necessario esse debet animal rationale, quia hoc necessario requiritur ut sit homo; sed iuxta eorum doctrinam ad veritatem illius disiunctivæ requiritur necessario veritas alicuius partis: ergo ut disiunctiva illa sit necessario vera, debet habere aliquam partem necessario veram. Tertiò. Quia si est necessario vera, debet esse vera pro signo necessariorum: non enim est ratio, cur propositio necessario vera talis non sit pro signo, pro quo aliæ necessario veræ sunt tales; sed implicat eam esse veram pro signo necessariorum, quin id, à quo formaliter constituitur vera, verum sit pro illo signo: ergo si est formaliter vera ab aliqua ex partibus, aliqua ex illis debet pro signo necessariorum esse vera; ac proinde necessaria.

Secundò.

Tertiò.

Huic ultimæ probationi (quia reliquis forte, nihil, quod vel apparenter in suis principijs respondeant, invenient) respondere conantur apud Herrera hic *quæst. 10. sect. 10. num. 183.* quod hæc propositio: *Si dederò Petro auxilium A consentiet, vel non consentiet, immo & hæc quodlibet est, vel non est, licet necessariae sint, & æternæ veritatis; non tamen esse veras pro signo necessariorum: nam aliud est dari necessitatem, ut sint veræ, aliud valde diversum eas esse veras; necessitas enim datur pro quocumque signo, pro quo datur aliquid essentialiter oppositum cum eo, quod aliquid simul sit, & non sit. At veritas non datur usque dum intelligitur illud formaliter esse, aut non esse. Licet autem primum intelligatur pro signo necessariorum, secundum solum intelligitur pro signo contingentium.*

30
Solutio
Adversariorum.

Sed hæc solutio pluribus, & efficaciter venit reiicienda. Primo 1. secundum id, quod præterdit, illas, scilicet, propositiones non esse veras pro signo necessariorum, quamvis

Reiicitur
1.

necessariarum, & aeternarum veritatis sint; quod aperte falsitatis convincitur. Tum quia propositiones esse necessarias, & aeternarum veritatis est illas habere veritatem necessariam, & aeternam; sed eas habere veritatem necessariam, est eas pro signo necessariorum esse veras; & habere veritatem aeternam, est nullum esse signum, in quo earum non detur veritas; neque enim alia ratione hæc propositio *homo est animal rationale* dicitur necessaria, & aeternarum veritatis: ergo. Tum quia illarum propositionum veritas, aut est contingens, aut necessaria? Si primum: ergo possunt esse falsæ: falsum ergo poterit esse hoc principium *quodlibet est, vel non est*. Si autem secundum; cur illarum veritas excludenda est à signo necessariorum, à quo nihil necessarium excluditur.

Continuat
tur reiec-
tio.

Tum quia veritas huius propositionis *quodlibet est, vel non est*, aut cognoscitur à Deo per scientiam necessariam, aut per contingentem; si primum; habemus intentum: nihil enim Deus per scientiam necessariam cognoscit, nisi cuius veritas pro signo necessariorum datur. Si per contingentem; sequitur primo quod scientia, qua Deus veritatem istam cognoscit, potuit Deo deficere; non subiectivè, aut defectu Dei: ergo defectu veritatis obiectivæ proinde talis propositio falsa esse potuit. Deinde sequitur quod si propositionem illam non cognoscit Deus per scientiam necessariam; nec per eandem scientiam cognosceret aliquam istarum: *Deus est Trinus, & Unus, Deus existit, homo est animal rationale*, aut quamlibet aliam; quod absurdissimum est: Ratio autem sequela est evidens: quia veritates istæ, ut exclusivæ suarum contradictoriarum subsistere non possunt sine veritate huius: *Quodlibet est, vel non est, aut impossibile est rem simul esse, & non esse*; si enim veritates istæ non starent, Deus posset existere, & non existere, esse trinum, & non esse trinum, &c. ergo.

31 Reijcitur solutio. Nam admissio quod in signo

necessariorum non detur veritas illius disiunctivæ; datur tamen necessitas, & determinatio, ut illa pro aliquo sequenti signo sit vera, quod fatetur prædicta solutio; sed si hoc ita est, destruitur libertas, & contingencia cuiuslibet partis disiunctivæ, per quam verificatur: ergo. *Min. probatur.* Nam si pro signo necessariorum datur necessitas, & determinatio, ut illa disiunctiva pro alijs signis sit vera, pro signo necessariorum datur determinatio, & necessitas, ut aliqua pars illius determinata sit pro alijs signis veras; sed si hoc ita est, destruitur libertas & contingencia illius partis: ergo. *Mai. in eorum principijs negari non potest:* nam dari necessitatem, & determinationem, ut illa disiunctiva pro aliquo signo sit vera, est dari necessitatem, & determinationem, ut pro illo signo sit quidquid ad eius veritatem necessario requiritur: ut dari necessitatem, & determinationem quod Petrus sit homo, pro instanti A, est dari determinationem, & necessitatem, ut pro illo instanti sit animal rationale; sed iuxta illos ad veritatem illius disiunctivæ requiritur quod aliqua pars illius determinata sit vera: ergo.

Minor autem adhuc est magis manifesta. Tum quia pro signo necessariorum non potest dari determinatio, & necessitas ad aliquid contingens: omnis enim determinatio, quæ pro illo signo datur, est simpliciter, & absolute necessaria; ac proinde omnem auferens libertatem à re, quam determinat. Tum quia sicut disiunctiva illa dicitur, & est necessaria, & aeternarum veritatis; quamvis eius veritas non detur pro signo necessariorum, quia pro illo signo datur determinatio ad eius veritatem; pariter, & pars illa, per quam determinatè verificatur, erit necessaria, & aeternarum veritatis, cum pro illo etiam signo, quamvis vera non sit, detur tamen determinatio ad veritatem illius. Ex quo sequitur solutionem quo ad istam etiam partem sibi implicare, dum ex una parte concedit determinationem necessariam, & pro signo necessariorum, ad veritatem tamen con-

contingentem. Tandem ne in re ita manifesta plus inmoremur, impug-
nari potest eadem solutio ex eo quod
si eis licet dicere propositiones illas,
quantumvis necessarias, & aeternae
veritatis, non esse determinate ve-
ras pro signo necessariorum, neque
aliquam partem tunc posse intelligi
determinate veram, quia qualibet
contingens est, & quod solum in-
telliguntur determinate, ut pro alijs
signis vera fiat; cur & nobis non li-
cebit dicere illas quidem esse pro
priori ad decretum determinatas,
ut pro alio posteriori sint verae,
quia illud prius non est aptum, ut
aliqua veritas contingens intelliga-
tur, quia totius contingentiae radi-
cem, Divinam scilicet, libertatem
praecedat. Quod si ita est: neque enim
hoc ab ipsis impugari potest; ruit
praecipuum eorum fundamentum ad
suadendam veritatem istam pro prio-
ri ad decretum: quod si subsistit,
non solum veritatem, sed & neces-
sitate convincit.

32
Ex alia
Adversar
forma. ite
dem im-
pugnati-
tur.

Secundus autem modus forma-
di idem argumentum, quo intendunt
briam ex lege contradictionis proba-
re veritatem contingentem pro prio-
ri ad decretum; facilius contra ipsos
ad nostrum intentum retorquetur. Si
namque quia istae propositiones: *Si
dederit Petro auxilium A consentiet
non si dederit auxilium A con-
sentiet*, sunt contradictoriae pro prio-
ri ad decretum; & lex contradic-
toriarum petit quod una sit vera, & al-
tera falsa, inferitur unam esse pro
illo priori determinate veram, & al-
teram falsam cum etiam sint con-
tradictoriae pro signo necessariorum;
est enim illis contradictio essentia-
lis, & immediate fundata supra ea-
rum significationem; etiam pro illo
signo ex lege contradictoriarum una
erit vera, & altera falsa; sed quae
vera est pro signo necessariorum, ne-
cessario est vera, & quae est falsa, est
necessario falsa, & impossibilis: er-
go nulla earum erit contingens. Vi-
deant ergo quam suavem libertatis
concordiam per adinventum Scien-
tiae mediae invenerint. Sed de hoc
plura alia inferius.

S. V.
ALIAS RATIONIBUS
sententia ista impug-
natur.

Sexto probatur conclusio. Fu-
tura absoluta non cognoscuntur
à Deo pro priori ad Divi-
nam decretum: ergo nec conditiona-
ta. Antecedens merito conceditur,
quia si cognoscerentur pro priori ad
Divinum decretum, non cognosce-
rentur per scientiam liberam, sed per
necessariam, aut mediam, quod est
falsum. Consequentia autem proba-
tur. Quia hinc omnes eius probatio-
nes habent manifestam instantiam:
nam sicut ex duabus propositionibus
contradictorijs de futuro conditiona-
to, necessario una est vera, & altera
falsa, ita ex duobus de futuro abso-
luto. Et sicut disiunctiva constans ex
propositione de futuro conditiona-
to & eius contradictoria est neces-
saria, & aeternae veritatis, ita etiam
disiunctiva constans ex propositione
de futuro absoluto & eius contra-
dictoria. Item sicut propositio de fu-
turo conditionato regulatur per
suam *deinesse*, & eo dicitur vera,
etiam pro priori ad decretum, quia
sua *deinesse* aliquando esset vera, ita
propositio de futuro absoluto regu-
latur per suam *deinesse*, quae etiam
aliquando erit vera. Vel ergo omnes
istae probationes inefficaces sunt, vel
id ipsam probant de futuris abso-
lutis.

33
6. Ratio
conclusio-
nis.

Prob. cō-
sequentiā

Secundo id ipsum probatur
paulo amplius urgendo hanc ter-
tiam rationem. Nam, ut ipsi faten-
tur, ideo propositio conditionalis
est vera, quia sua *deinesse* est vera:
ergo haec conditionalis *si Petrus
vocetur auxilio A consentiet*, vera
est, quia haec, quae est sua *deinesse*,
Petrus vocatus auxilio A consentit,
est vera; ergo cognoscat Deus
illam conditionalem veram, quia
cognoscat illam *deinesse* veram: er-
go prius ratione est, aut saltem si-
mul, quod Deus cognoscat illam
deinesse veram, & illam conditio-
nalem: vel ergo cognitio conditio-
nalis supponit decretum Divinum,

Probat. 22

Preoccupatur quæd. solutio. vel cognitio propositionis *dein esse* illud non supponit; ac proinde nec cognitio futuri absoluti. Cui probationi solum responderi potest, quod veritas *dein esse*, & illius cognitio solum à posteriori inferunt veritatem, & cognitionem conditionalis: ac proinde eam in signo priori supponunt. Hac tamen solutione uti Adversarij non possunt: afferunt enim propositionem conditionalem formaliter constitui per veritatem *dein esse*, & hanc esse illius significationem: vel ad minus in eo conveniunt quod conditionalis veritas per veritatem *dein esse* regulatur: ergo desumitur ab ea, non à posteriori, sed à priori, vel tanquam à forma constitutiua, vel tanquam à regulatiua.

3. Prob. consequentia. Tertio probatur eadem consequentia. Ideo futura absoluta, nec sunt, talia, nec cognoscuntur pro priori ad existentiam Divini decreti, vel quia quod Petrus consentiat, cum sit aliquid creatum, & contingens, non potest intelligi, aut dari pro priori ad Divinum decretum, vel quia omnia quæ pro priori ad illud dantur, sunt indifferentia, & æque coniungibilia cum eo, quod Petrus consentiat, vel non consentiat postea; sed æque istæ rationes militant in futuris conditionatis: ergo.

34. Propter hæc, & alia similia. *Alia enim solutio rejicitur 1.* P. Suarez. *lib. 2. de Scientia futurorum conditionatorum, cap. 8.* parificat futura conditionata cum absolutis, & concedit expresse, quod etiam futura absoluta possunt cognosci pro priori ad Divinum decretum, ut existens, quamvis non pro priori ad illud præcognitum, ut futurum. Sed hæc eius opinio omnibus alijs Theologis, etiam domesticis displicet: & ex illa habetur primo inconveniens supra adductum, scilicet, quod scientia, qua Deus cognoscit futura absoluta, non sit libera, sed necessaria, aut media. Secundo habetur quod cum meritum prævisum, ut absolute futurum, sit sufficiens moti-

vum ad præmium, ut ipse Suarez fateatur, si ante existentiam decreti absolute prædestinativi merita prædestinatorum, ut absolute futura præviderentur; præviderentur, ut meritoria decreti prædestinativi quo ad existentiam, saltim in individuo, vel ad minus præviderentur in statu apto, ut eius existentiam promereri possent, quod & ipse Suarez, ut Pelagianismum alibi rejicit, sed de hac eius sententia postea.

35. Quapropter communis eorum disparitas inter futura absoluta, & conditionata est, quod cum futura absoluta aliquando existant, indigent Divino decreto ab æterno existenti: implicat enim illud incipere in tempore; at futura conditionata cum numquam sint extitura, non indigent decreto, quod existat, sed quod extirisset, si ponenda essent in re.

Sed contra illam obstat primo. Quia futura absoluta, vel ex se, & ab intrinseco exigunt existentiam decreti ab æterno, vel solum ab extrinseco, & propter naturam decreti, quod semel existens, vel extitutum, non potest non ab æterno existere? Si primum, hoc idem dici debet de futuris conditionatis: nam futura absoluta non alio titulo ex se, & ab intrinseco exigere possunt existentiam decreti ab æterno, nisi ut ab æterno determinatio futuri proveniat à decreto, vel ut ab æterno detur aliquid determinans ad fore, vel non fore rei futuri; sed hoc idem probat de futuris conditionatis: ergo.

Si autem dicatur secundum *Continua sequitur quod futura absoluta per se, & ab intrinseco solum exigunt decretum existere pro tunc existentia eorum; & quod si ab æterno existit, hoc est respectu eorum per accidens, & ratione immutabilitatis Dei, & decreti, quam tamen per se futurum absolutum non existit; sed si hoc ita est, poterit fu-*

35. *Alia item solutio.*

Impugnatur 1.

Continua pugnatio

turam absolutum cognosci præcisivè ab existentia Divini decreti: ergo. Probatur min. Quia ad cognitionem futuri absoluti, ut talis, solum requiritur cognitio decreti ea ratione, qua ipsum decretum est per se exactum ad ipsum in esse futuri absoluti: eadem enim est dispositio rerum, & connexio in cognosci, ac in esse: ergo si existentia decreti, ut ab æterno, non est per se exacta ad esse futuri absoluti, ut talis, poterit futurum absolutum ut tale cognosci præcisivè ab existentia decreti, ut ab æterno existens.

cognitio, quæ terminatur ad futurum conditionatum, quod simul est absolutum, sit etiam libera, & Divinum decretum supponens: ac proinde deficit Scientia media. Assumptum probatur. Nam cognitio Divina non potest attingere illud futurum, conditionatum, quin cognoscat Divinum decretum, à quo in esse futuri dependet; sed illud decretum est etiam ab æterno existens, quia supponimus illud futurum esse etiam absolutum: ergo ne Divina cognitio imperfecta evadat, deberet etiam terminari ad illius decreti existentiam ab æterno.

36

Respons.
Advers.

Dices: quod cum non possit Deus cognoscere futurum absolutum ab æterno, quin cognoscat decretum Divinum, à quo dependet, neque hoc decretum Divinum cognoscere, & illud ab æterno existere, quin cognoscat eius existentiam ab æterno; alias cognitio eius esset imperfecta; ideo non potest cognoscere futurum absolutum, quin cognoscat decretum Divinum, ut ab æterno existens.

Quod si dicas decretum illud esse ab æterno existens; sed non est necesse quod sit pro illo priori status conditionati, sed sufficit quod intelligatur pro alio posteriori. Bene quidem: ergo idem possumus nos dicere, vel in eorum sententia dicendum est, quod quamvis decretum semel existens debeat ab æterno existere, non debet tamen existere pro omni priori: ac proinde poterit pro aliquo intelligi futurum absolutum præcisivè à decreto, ut pro illo signo intellecto: existentia enim eius pro illo signo non est id, à quo formaliter dependet futurum absolutum, sicut dicunt de conditionato.

Solutio
quædam.

Reijcitur
i.

Sed contra est primò. Quia ex hac solutione iam habetur, quod ad cognoscenda futura absoluta, quamvis requiratur cognitio decreti, ut ab æterno existens propter cognitionis Divinæ perfectionem; non tamen requiritur propter ipsius futuri absoluti cognitionem: ergo cognito existentia Divini decreti ab æterno, omnino de materiali, & concomitanter se habet ad futuri absoluti cognitionem: quod si concedatur; sequitur quod illa cognitio, quatenus ad futurum absolutum terminatur, & secundum id quod formaliter petit, non sit Deo libera, utpote Divino decreto formaliter non innixa.

Tandem alijs pro nunc omnis, probanda est nostra conclusio fundamento satis communi apud Thomistas: nam conditionata disparata, ut hoc: *Si Papa dormit, Turca saltat*, non cognoscuntur, ut vera pro priori ad Divinum decretum actu existens: ergo nec conditionata de conditione conducenti indifferenti tamen ad positionem eventus. Antecedens communiter docetur ab Adversarijs, uno, vel altero dempto. Consequentia autem probatur primò. Quia etiam ex hinc habent manifestam instantiam omnes eius probationes, ut constat inductione facta num. 33. facile hic applicabili. Secundo probatur consequentia. Quia ideo apud ipsos conditio-

37

Ultima
conclusio
nis proba
tio.

Reijcitur
i.

Secundò. Quia si cognitionem illam terminari ad existentiam Divini decreti propter ipsius cognitionis perfectionem, quamvis id ad futurum absolutum, ut tale non sit exactum, sufficit, ut dicatur cognitionem futuri, ut talis, liberam esse, & Divinum decretum existens supponere; sequitur etiam, quod

i. Consequencia
prob. i.

Secundò

nata disparata vera non sunt pro priori ad decretum, quia ad eorum veritatem requiritur quod conditio talis sit, ut conducat ad positionem eventus: conditio autem disparata ex se, & ab intrinseco non conducit: unde requirit decretum, ut saltem ab extrinseco conducat; sed hæc ratio etiam aperte probat quod conditionata de conditione conducenti, indifferenti tamen ad eventum, non sint vera pro priori ad decretum: ergo. Probatur min. Nam non magis in conditionalibus significatur conditionem conducere, aut utilem esse ad positionem eventus, quam quod eventus infallibiliter poneretur dependenter à conditione; immo magis directe hoc secundum significatur, quam primum: ergo si quia conditio disparata non habet conducentiam ad positionem eventus requiritur decretum actu existens, ratione cuius conducat; cum etiam conditio indifferens, quamvis conducens sit, ex se tamen, & ab intrinseco non inferat infallibiliter ponendum fore eventum, requirit etiam decretum, ratione cuius id inferat.

Dices: quod in propositionibus conditionalibus conducentia conditionis ad positionem eventus significatur de presenti: & ideo quando conditio ex se non conducit, ut propositio conditionalis sit vera, requirit decretum actu existens, ratione cuius conducat. At positio eventus non significatur de presenti, sed ut conditionate futura, & ideo ad id, non requiritur decretum quod sit, sed sufficit quod esset. Sed hæc solutio est insufficientis: quia licet in conditionali non significetur quod eventus ponitur de presenti, aut quod absolute ponitur de futuro, significatur tamen, quod de presenti verum est, & infallibile, quod si conditio ponatur, ponitur eventus; sed hæc infallibilitas non convenit ab intrinseco conditioni, cum ab intrinseco sit indifferens: ergo debet convenire ab extrinseco per

decretum. Quod confirmatur. Ut sit de presenti verum, quod si ponitur conditio, ponitur eventus, debet dari de presenti connexio inter positionem conditionis, & eventus: si enim nulla datur connexio, posset poni conditio non posito eventu, ac proinde propositio esset falsa; sed hæc connexio non convenit conditioni ex se, & ab intrinseco, cum sit indifferens, & conditionalis non necessaria: ergo debet convenire ab extrinseco per decretum.

§. VI.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

Contra hanc conclusionem obijciens primò. Hoc ipso quod Petrus hodie vocatus consentiat, hæc propositio: *Si Petrus vocaretur, consentiret*, vera est, etiam pro priori ad decretum: ergo ut talis à Deo cognoscitur pro priori ad illud. Patet consequentia, & antecedens probatur. Quia hoc ipso quod Petrus hodie vocatus consentiat, heri fuit verum, quod si vocaretur, consentiret: ergo, & ab aeterno, etiam pro priori ad decretum. Antecedens supponitur, ut evidenter notum, & consequentia probatur. Tum quia non est maior ratio de duratione externa in suppositione facta, quam de quacumque altera anteriori. Tum quia ideo in hoc casu esset verum heri, quod si Petrus vocaretur, consentiret; vel quia propositio de futuro regulatur per suam *deinse*, vel quia nihil de presenti significat, sed tantum eventum futurum, quod tale supponitur in prædicto casu; sed rationes istæ æquè militent de duratione externa, & de quacumque altera anteriori etiam pro priori ad decretum: ergo.

Hoc argumentum probat primò. Quod ex suppositione veritatis *deinse*, propositio conditionalis sit vera, etiam pro signonecessariorum. Secundò probat, veram esse propositionem conditionalem disparatam, pro priori ad aliquid de presenti, ratione cuius conditio conducat ad positionem eventus: quæ instantia ex iam dictis constant, & facile presenti forma

Robora-
tur im-
pugn.39
1. Argu-
mentum.38
Respon-
sio Adver-
sar.Impugna-
tur.Inefficax
1.

Secundò

ma

Tertiò. mæ possunt applicari. Tertiò probat prædictam propositionem conditionalem in suppositione facta esse etiã ab æterno veram, pro priori ad Divinam scientiam, quod etiam plures ex Recentioribus negant.

Deinde solvitur. Ad argumentum ergo negandum est antecedens. Ad eius probationem concessio antecedenti neganda est consequentia: est enim heri verum, quod si Petrus vocaretur, consentiret ex suppositione quod hodie vocatus consentiat, quia non potest fieri suppositio vera de eo, quod hodie vocatus consentiat, quin heri, & ab æterno existat in Deo decretum de illa suppositione: cum enim suppositio ista accidentalis, & contingens sit; ex Dei providentia, & non aliter est facienda. Quod si tale existit decretum; heri, & ab æterno verum fuit, quod si vocaretur, consentiret.

Continuat
tur solutio.

Per quæ constat ad consequentiarum probationes. Ad primam enim constat, quanta maior sit ratio, ut ex suppositione quod hodie vocatus consentiat, heri verum sit, quod si vocaretur consentiret, quam pro priori ad decretum: nam heri, & in quacumque alia duratione, in qua non præscinditur à decreto, intelligitur id, quod talem verificat propositionem, secus tamen si à decreto præscindatur. Quod, & ipsi dicere tenentur de signo possibilitatis adhuc ea suppositione facta, & de omnibus conditionatis disparatis.

Ad secundam neganda est causalis, quam, & ipsi negare tenentur quo ad utramque partem: Aliter propositio illa conditionalis, etiam pro signo necessariorum, vera esset. Ratio ergo à priori cur illa ex suppositione facta sive heri, sive in quacumque alia duratione, vera est, iam est assignata, nimirum, quia talis suppositio non potest verè fieri, nisi supponatur decretum liberum Dei, à quo proveniat: quod decretum, cum sit æternum, in quacumque duratione intelligitur, ut sufficiens ut talem verificet propositionem pro qua-

cumque duratione, quamvis non pro quocumque signo. Igitur propositio conditionalis de futuro non regulatur formalitèr, & à priori per suam deïnessè, sed tantum à posteriori: à priori enim regulatur, seu est propositio de præsentem, in qua enunciatur determinatio causæ ad positionem eventus, ex qua determinatione infertur eventum illum sub illa conditione esse ponendum: positio ergo eventus à posteriori infert veritatem conditionalis, & non à priori: aliter ut supra arguebamus, prior esset scientia, & futuritio absoluta, quam conditionata, vel saltem esset simul.

Collectio:

Ex quo etiam infertur falsum etiam esse propositionem conditionalem nihil de præsentem significare, sed tantum de futuro: significat enim sive explicitè, sive implicitè determinationem præsentem, ut eventus ille potius, quam eius carentia sub illa determinatione ponatur. Immo, & si nihil de præsentem, sed tantum de futuro significaret, cum hæc suppositio fieri non possit, nisi dependenter à libera Dei determinatione, quæ consistit in eius decreto: præcissivè ab illo non potest intelligi determinatè vera.

Alia item
collectio.

Sed contra hanc solutionem replicas. Facta præcissè hac suppositione quod hodie verum sit, quod Petrus vocatus consentit, etiam præcissivè à Divino decreto ab æterno existenti, ab æterno verum est, quod si vocaretur consentiret; sed si ab æterno hoc verum est, non potest Deus, qui infinitè intellectualis est, illud non cognoscere: ergo præcissivè à Divino decreto potest Deus cognoscere, quod si Petrus vocaretur, consentiret.

40
Quæd. re
plica.

Respondetur. Quod supponere præcissivè à Divino decreto Petrum vocatum consentire, est supponere aliquid impossibile, & chimericum, quia est supponere aliquid prædicatum accidentale, & contingens dari absque dispositione, & voluntate libera Dei; quod non

Dissolutio.

non minus impossibile est, quam quod detur aliquid possibile à potentia Dei non duccens ortum. Ea tamen suppositione facta utrumque sequeretur, & quod Deus ab æterno cognosceret quod Petrus hodie vocatus consentiret, & quod si vocaretur consentiret, & quod id ab æterno non cognosceret. Cognosceret quidem propter rationem adductam, quia nimirum, cum sit summè immaterialis, & infinitus in cognoscendo, nulla veritas potest eius cognitionem latere.

1. ratio solutioni suffragas. Non cognosceret autem propter plures, efficaceque alias rationes. Prima: quia cum Divinus intellectus, sit ex se obiectivè omnino indifferens, ut id cognoscat, vel eius oppositum, ut unum potius, quam aliud ab æterno cognoscat, debet ab æterno dari aliquid illum determinans, quod præcisivè à decreto non datur. Nec hic valet recursum ad existentiam in æternitate: tum quia hæc ab eis communiter negatur. Tum quia licet hoc posset, ut sufficiens admitti, in futuris absolutis, quæ aliquando habebunt existentiam in tempore; falsum tamen est de purè conditionatis. Et tandem quia idem argumentum fit de ipsa æternitate: hæc enim ex se indifferens est, ut in ea existant, vel non existant futura: ac proinde nisi determinetur ab aliquo, ut potius existant, quam non existant, nunquam existant.

2. ratio ad idem. Secunda. Quia Deus omnia cognoscit in seipso tamquam in medio prius cognito, ut cum D. Thoma hic *artic. 5.* tenent etiam plures ex Adversarijs; in Deo autem præcisivè à Divino decreto omnia prædicata sunt indifferens ad conditionatum consentum, vel dissentium.

Tertia. Quia non magis insivita est virtus Dei dispositiva, quam cognoscitiva: si ergo suppositio illa contingens sit independenter à dispositione Dei, foret etiam independenter ab eius cognitione, vel eo non cognoscente. Unde sicut si supponeretur esse aliquid possibile, quod Deus non posset producere,

sine novo inconvenienti dici etiam posset, quod Deus illud non posset cognoscere, quia omnia possible in seipso tamquam in causa cognoscit, & quia non minus eius potentia est infinita in virtute producendi, quam eius intellectus in cognoscendo: ita pariter, & pariter ratione dicendum esset in suppositione facta.

Non est autem prætereunda maior replicæ factæ, quam certissimam supponunt, scilicet, quod si fiat suppositio præcisivè à Divino decreto, ut ab æterno existenti, quod Petrus hodie vocatus consentiret, ab æterno esset verum, quod si vocaretur, consentiret: hoc enim falsum nobis est: nam cum hæc propositio, si Petrus vocaretur consentiret, significet obiectivam determinationem ad consentum ex suppositione vocationis, non potest ab æterno id esse verum, quin ab æterno talis detur determinatio: hæc autem non daretur præcisivè à Divino decreto, cum præcisivè ab illo omnia quæ restant, indifferens sint, ut consentiret, vel non consentiret. Quod confirmari potest ex pluries dictis. Nam conditionalis illa significat consentum Petri conditionate futurum; sed consensus Petri non esset conditionate futurus, neque ante existentiam illius, quia ante illam omnia sunt indifferens ad eius futuritionem, vel non futuritionem, nec per aut post existentiam, quia per eam solvitur futuritio: ergo. Quæ omnia quamvis impossibilia sint ex suppositione tamen facta evidenter inferuntur. Unde, & suppositionis implicationem convincunt.

Secundo obijcies fundamentum, qui magis fudit hæc sententia, & quo omnes illius Authores uruntur. Itæ propositiones si Petrus vocaretur consentiret, non si vocaretur consentiret, sunt contradictoriæ etiam pro priori ad decretum, de consensu, vel de carentia consensus sub illa vocatione: ergo etiam pro priori ad illud una est determinate vera, & altera falsa. Antecedens

41
Amplior
replie. so
luta.

Confirm
assumpta.

42
2. argum.
& præci
pium Ad
verf.

conf-

constat. Quia illæ propositiones ex vi suæ significationis, opponuntur contradictorie; at earum significatio, cum sit illis essentialis, non dependet à prædicto decreto, cum eodem modo significant, si vè tale decretum detur, si vè non detur: ergo. Minor autem probatur. Tum quia lex contradictoriarum est, quod non possint esse simul veræ, nec simul falsæ: ergo quod una sit vera, & altera falsa. Tum quia hæc propositio *si Petrus vocaretur, consentiret*, vel habet quidquid requiritur ad eius veritatem pro illo priori, vel non habet? Si primum, est vera: si secundum est falsa, & sua contradictoria vera: ergo. Vel aliter: vel ita est pro illo priori, sicut per ipsam affirmatur, vel non est ita? Si primum, est vera; si secundum falsa, & eius contradictoria vera: ergo.

Confirm. Confirmatur. Hæc propositio *si Petrus vocaretur tali vocatione, consentiret, vel non consentiret* est vera, etiam pro priori ad decretum: ergo aliqua pars illius est determinatè vera. Antecedens constat. Tum quia est necessario vera: tum quia hæc copulativa eius contradictoria *si vocaretur consentiret, & non consentiret*, pro illo priori est determinatè falsa: ergo disiunctiva determinatè vera. Consequentia autem probatur. Nam propositio disiunctiva, in qua *ly vel* disiunctivè sumitur, prout distinguitur à propositione, in qua sumitur disiunctim, cum resolvatur per propositiones, & non per terminos, requirit ad sui veritatem aliquam partem esse determinatè veram: ergo ad illius veritatem, etiam pro priori ad decretum requiritur quod aliqua pars sit determinatè vera.

Solutio. Hoc argumentum etiam solvendum ab ipsis est. Primum si prædictæ propositiones transferantur ad signum necessariorum: nam cum contradictio sit illis essentialis; & immediatè supra earum significatione fundata, etiam pro illo signo intelliguntur contradictoria. Secundo. Si constituentur pro signo indif-

ferentiæ voluntatis create, quod est prius signo determinationis eiusdem; in quo signo sunt etiam contradictoria propter eandem rationem. Tertio. Si formentur de futuris absolutis, aut de conditionatis disparatis pro priori ad decretum; pro quo signo etiam sunt contradictoria; quæ tamen iuxta communioem ipsorum sententiam pro illo signo non habent determinatam veritatem. Tandem in quacumque alia propositione etiam de presenti aliquid enuntiantè: nam cuiusvis etiam est propria lex, quod sit vera, aut quod sit falsa. Et hoc est illi tam necessarium, sicut & quod non possit esse simul vera, & falsa: ergo quæcumque, & pro quocumque signo intelligitur determinatè vera, aut determinatè falsa. Quod neque ipsi concedent.

Ut autem radicitus genuinam argumenti solutionem tradamus, advertendum est primò. Quod quando dicitur, quod res est, vel non est conditionatè futura pro priori ad decretum; *ly pro priori*, non denotat prioritatem aliquam, aut durationis, aut naturæ, aut originis ad ipsum decretum. Hoc certissimum esse debet apud omnes, & probatur breviter. Quoad primam partem quidem: nam cum decretum semel existens, ab æterno existat, seu per æternitatem, tamquam per propriam suæ durationis mensuram, æternitas autem sit indivisibilis; ita, ut quidquid per illam existit, per totam illam existat; nihil potest dari prius duratione existens ipso decreto ab æterno existenti; *ly ergo pro priori ad decretum* non denotat aliquam durationem, pro qua decretum non durat, aut existit.

Quoad reliquas autem partes etiam probatur. Nam illud est prius alio prioritare naturæ, à quo aliud dependet, & prioritare originis, à quo tamquam à principio, sine ulla tamen dependentia oritur: isti enim sunt conceptus diffinitivi istarum prioritatum; sed certissimum est decretum Dei nullatenus ab aliqua

Tertiò.

Quartò.

43. Pro solutione est notab. 1.

Continua tur doctrina.

re creata dependere, neque ab ea, etiam sine dependentia tamquam à principio oriri: ergo conditionata futuritio rei creata non potest esse prior decreto prioritare naturæ, aut etiam originis. Ex quo sequitur quod cum ad præsens tantum sint quatuor prioritatis, & posterioritatis genera, *durationis*, quod idem est cum *existentia*, *naturæ*, *originis*, & *intelligentiæ*, dum *ly pro priori* ad Divinum decretum applicatur, solum potest denotare prioritatem intelligentiæ, aut præcisionis. Unde quantumvis hæc sit vera: *Pro priori ad decretum, non intelligitur decretum, seu præscinditur à decreto*, hæc tamen est falsa: *Pro priori ad decretum, non existit decretum, & hæc eius contradictoria vera: Pro priori ad decretum existit decretum.*

44

Notabile

Secundò advertendum est quod qualibet propositio, sive de futuro absoluto, sive de conditionato formata pro priori ad decretum, duplicem etiam sensum facere potest iuxta duplicem copulæ significationem, vel acceptionem: v. g. hæc propositio *consensus Petri pro priori ad decretum est conditionate futurus*. Vel ita quod *ly est* accipiatur secundum rigurosam, & propriam eius significationem, quæ esse realiter tale significet: vel secundum minus propriam, pro qua accipitur ratione illius adverbij *pro priori*, secundum quam pro eodem accipitur, ac *intelligitur*, scilicet *intellectus*. Si primo modo accipiatur, sensus prædictæ propositionis est iste: *Consensus Petri pro priori ad decretum, seu pro signo præscindenti à decreto, est realiter futurus*, quæ propositio quamvis sit minus propria, vera tamen est, si datur pro illo instanti decretum de consensu futuritione. Et ratio habetur ex dictis: nam cum decretum sit futuritio, & illud quod datur pro aliquo instanti, pro quocumque illius instantis signo necesse sit dari, quia instans est indivisibile, quamvis non sit necesse quod pro quocumque signo intelligatur; inde

est quod futuritio conditionata consensus Petri realiter detur pro illo signo, quamvis pro illo signo non intelligatur: erit ergo verum quod consensus Petri pro priori ad decretum, seu pro signo præscindenti à decreto est realiter conditionate futurus, quamvis non intelligatur futurus, quia, nimirum, signum illud non est, in quo futuritio realiter non datur, sed tamen in quo ab ea præscinditur.

Unde sequitur quod eius contradictoria sit falsa, ista, scilicet: *Consensus Petri pro priori ad decretum, seu pro signo præscindenti à decreto non est realiter futurus*; quia quamvis pro illo signo futuritio eius non intelligatur, revera tamen realiter datur. Ac proinde falsum est, quod non detur. Quod si adducta propositio in secundo sensu accipiatur, sic est accipienda, & interpretanda: *Consensus Petri pro priori ad decretum intelligitur futurus*; & iste sensus est magis proprius, magisque coaptatus illi propositioni, ratione illius particulæ *pro priori*, modificantis verbum, & facientis quod secundum eius significationem, quæ est prioritas intelligentiæ, & præcisionis accipiatur; & in isto sensu est falsa prædicta propositio, immo, & impossibilis. Nam quamvis contingere possit quod pro illo signo realiter existat futuritio, & decretum, impossibile tamen est, quod ab eis non præscindatur; nam signum illud per puram præcisionem à decreto constituitur: unde verum est dicere, quod pro priori ad decretum non intelligitur futurus, quamvis in duratione illius signi sit realiter futurus; ex quo constat contradictoriam eius esse veram.

Ex quibus facilis est solutio 45 argumento ex hoc capite desumpto sub quacumque forma proponatur: ad eam tamen sub qua est propositum respondetur concedendo prædictas propositiones contradictorias esse etiam pro priori ad decretum, si copula utrobique eodem modo accipiatur; con-

Collectio

44

Solutio

iam

gum.

45

45

45

45

45

con-

concedimus etiam earum unam pro illo priori esse determinatè veram, & alteram determinatè falsam. Si namque pro illo instanti datur decretum de consensu sub illa vocatione, erit vera affirmativa, si copula illius significet, quod realiter consentiret; & in eodem sensu negativa eius contradictoria erit falsa, quia tunc verum est, quod quamvis pro illo priori non intelligatur decretum, ratione cuius habet quod sub illa vocatione consentiret, revera tamen pro illo priori existit: ac proinde verum est, quod realiter consentiret, & falsum, quod realiter non consentiret.

Continuat
tur solutio.

Si autem copula accipiatur secundum appellationem illius particulæ *pro priori*, ita, ut sensus eius sit, quod pro illo priori intelligeretur quod consentiret, tunc affirmativa est falsa, quia cum pro illo priori præcindatur à decreto, præcinditur ab eo, à quo habet quod consentiret; negativa autem est vera, quia quamvis pro illo priori detur decretum, undè habet quod consentiret, ab eius tamen existentia præcinditur: ac proinde verum est, quod non intelligitur quod consentiret. Per quod constat ad alias antecedentis probationes, quæ nihil aliud, nisi quod modo diximus, convincunt.

Confirm.
Solutio
Advers.
etiam tangit.

Non est autem prætermittenda confirmationis responsio, quam ipsi etiam adhibere tenentur. Nam cum disiunctiva illa: *Si Petrus vocaretur auxilio A, consentiret, vel non consentiret*, sit necessaria, sicut copulativa eius contradictoria non si Petrus vocaretur consentiret, & non consentiret impossibilis; si unius veritas, & alterius falsitas à partibus desumenda est, oportebit quod unius aliqua pars sit necessaria, & alterius utraque, vel aliqua impossibilis; quod, & ipsi negare tenentur.

Confirm.
Solutio.

Undè pro omnibus dicendum est, quod copulativa illa est falsa, & impossibilis, ac proinde talis pro signo etiam necessariorum; non

autem à falsitate alicuius partis, quæ talis sit pro illo signo; sed quia ultra enuntiationem partium, enuntiat simultatem utriusque in veritate, quæ simultas impossibilis est, quamvis quælibet pars seorsim sumpta sit contingens. Et idem dicimus de necessitate disiunctivæ: est namque necessaria, non à necessitate alicuius partis, sed quia ultra partes, ratione disiunctionis enuntiat utramque non esse simul falsam, quod simpliciter necessarium est, & pro signo necessariorum verum. Semper tamen fatemur aliquam partem disiunctivæ, & copulativæ esse determinatè veram, & alteram determinatè falsam iuxta explicationem superius adductam; sed ad hoc addidimus, quia cuiuslibet eius partis veritas non sufficit ad eius necessitatem, sicut nec cuiuslibet falsitas ad copulativæ impossibilitatem: undè necessario recurrendum est pro necessitate, & impossibilitate ad solutionem modo traditam.

Sed contra principalem solutionem replicabis. Quia si hæc propositio: *Consensus est realiter conditionatè futurus* pro priori ad decretum est vera, ut fatemur: ergo pro priori ad decretum cognoscitur à Deo, ut vera: pro eo enim signo, pro quo aliqua propositio est vera, debet à Deo, summè, & infinitè intelligenti cognosci, Tunc sic; sed pro illo signo non potest cognosci, nec per scientiam necessariam, cum sit contingenter vera, nec per liberam, cum scientia libera supponat decretum, & ei innitatur: ergo per mediam. Confirmatur. Implicat quod aliquod prædicatum verè conveniat alicui subiecto pro aliquo signo, & quod Deus pro illo signo non cognoscatur illi convenire; alias scientia eius infinita non esset: ergo implicat quod esse realiter futurum conveniat consensui pro priori ad decretum, & quod pro priori ad decretum hoc ipsum à Deo non intelligatur. Tunc sic; sed iuxta nos hæc est falsa: *Pro priori ad decretum*

46
i. replica:

Confirmat

tam consensus intelligitur futurus: ergo, & hæc, pro priori ad decretum est realiter futurus: vel si hæc est vera, & altera debet esse vera. Secundò. Quia si hæc propositio pro priori ad decretum intelligitur conditionatè futurus est falsa: ergo hæc est vera: pro priori ad decretum intelligitur non futurus: nam cum esse futurum, & non esse futurum sint contradictoria, non potest aut utroque carere, aut utroque carens intelligi; sed si hæc est vera, cum sit propositio contingens, iam est possibilis propositio contingenter vera pro priori ad Divinam decretum: ergo.

Replie. 2.

Solutioni
primæ do
ctrina præ
mittenda.

Respondetur replicam istam esse tantum quoad apparitionem difficilem, sed ab omnibus solvendam. Omnes enim fateri tenentur quod illud, quod realiter existit, aut est tale pro aliquo signo alicuius instantis debet esse realiter tale pro omni illius signo: nam diversitas signorum eiusdem indivisibilis instantis, cum non afferat secum diversitatem mensuræ; prorsus insufficientis est, ut de uno, & eodem verificetur realiter existere, & realiter non existere, esse realiter tale, & non esse realiter tale; & tamen non oportet, quod omne quod existit pro aliquo instanti, cognoscatur existens pro quocumque signo eiusdem instantis: non enim sunt diversa instantia necessariorum in Deo, & contingentium; & tamen pro signo necessariorum, in quo sine dubio verum est realiter existere contingentia, non cognoscuntur, sed pro signo sequenti. Et idem est de ipsis necessarijs, si adinvicem comparentur; nam inter ea diversa signa distinguunt Theologi saltem Divinitatis, & possibilitatis verum; cum tamen nunquam distinguant diversas mensuras.

47
Quædam
animad-
versio.

Ne autem contingat Theologiæ Novitijs propter horum signorum ignorantiam per has, vel limiles replicas equivocari, advertendum breviter est, quod diversitas signorum eiusdem instantis constituitur propter diversas considera-

tiones metaphisicas, quas de eadem re, secundum id, quod in eodem instanti ei convenit, facere possumus: v. g. de Petro in instanti, quo existit, considerare possumus id, quod ei convenit essentialiter; & hoc constituit unum signum, & id, quod ei necessario solum per modum proprietatis convenit; & hoc constituit aliud signum: & tandem id, quod ei omnino accidentaliter, & separabiliter convenit, & hoc constituit tertium signum. Quæ signorum diversitas non solum tenet locum, dum per diversas cognitiones prædicata ista cognoscuntur, sed etiam dum per eandem, dum modo non cognoscantur indiscriminatim, & confusè, sed distinctè, cognoscendo, scilicet, quid rei essentialiter, quid per modum proprietatis, & quid accidentaliter conveniat.

Ex quo sequitur quod sensus figuratus huius propositionis: *Petrus pro signo necessariorum, aut essentialium est albus, vel futurus, est iste: Albedo est prædicatum essentialiale, aut necessario conveniens Petro: & ideo absolute est neganda. Sic similiter sensus huius: Consensus est conditionatè futurus pro priori ad decretum, est iste, consensui convenit futuritio independentè à decreto, & ideo absolute etiam est neganda; eam tamen admissimus sub hac forma, consensus Petri realiter est conditionatè futurus pro priori ad decretum, sumpto ly est, & uniente pro duratione illa indivisibili, in qua comprehenditur prioritas illa, vel signum: quia ut diximus, illa prioritas non importat distinctam durationem, sed distinctam eiusdem rei in eodem instanti considerationem: undè, & hanc pariter concessimus in eodem sensu: Pro priori ad decretum realiter existit decretum: quamvis, ut ibidem diximus, sensus isti minus proprii sint.*

Ex dictis
collectio.

Undè in forma ut primam replicam factam distingo antecedens. Si hæc propositio: *Consensus est realiter conditionatè futurus pro priori ad decretum est vera, pro prio-*

Solv. ista
i. replicæ.

priori ad decretum cognoscitur ut vera, si, inquam, est vera sumptoly est, & uniente pro reali futuritionis duratione, nego antecedens: si sumatur præcisive, & secundum appellationem illius particulæ pro priori, conc. antecedens. Vel aliter & fortè clarius potest distingui si est vera, veritate pertinente ad illud prius, & illud constituente, conc. antecedens, non pertinente, sed ratione indivisibilis durationis ad illud prius se etiam extendente, nego antecedens. Ad illius autem probationem distinguendum est eodemmodo antecedens, pro eo signo, pro quo aliqua propositio est vera, cognoscitur à Deo ut vera, si fit vera veritate ad illud signum formaliter pertinente, conc. antecedens, ad illud ratione indivisibilis durationis se extendente, negandum est antecedens, & quod exinde sub inferitur.

Continuat
tur solutio.

Quæ solutio iam ex dictis facile intelligitur: nam cum diversa ista signa secundum diversas considerationes metaphisicas alicuius rei constituentur, cognoscere aliquam veritatem pro aliquo signo, v.g. pro priori ad decretum, non est præcisè quod illa veritas detur, & realiter cognoscatur in mensura, & duratione illius signi; sed etiam quod pertineat formaliter, & metaphisicè ad id, quod rei convenire intelligitur præcisive, seu independentè à decreto. Illa autem veritas, quamvis detur in mensura durationis indivisibilis, quæ complectitur prioritatem illam, non tamen pertinet ad considerationem rei secundum illam prioritatem, sed potius constituit aliud signum, scilicet, dependentis, & posterioris ad decretum. Quod & patet exemplo,

& instantia superius adducta.

Et eodemmodo respondendum est ad confirmationem, distinguendo, scilicet, antecedens. Implicat. quod aliquod prædicatum conveniat alicui pro aliquo priori, & quod Deus pro illo priori non cognoscat illi convenire, si *conveniat*, ut *constituens*, aut *formaliter pertinens ad illud prius*, conc. antecedens. Si *conveniat ratione mensura*, & *indivisibilis durationis se extendentis*, ad *illud prius*, nego antecedens, & consequentiam. Quod, sicut dictum est, intelligi, & explicari debet.

Confirmati
oni occurritur,

Secunda autem replica facilius solvitur, & in primis manifestè infatur. Nam hæc est falsa: *Homo secundum se intelligitur albus*; & tamen non sequitur, quod hæc sit vera: *Homo secundum se intelligitur non albus*: & ratio utriusque est, quia quamvis utrumque contradictorium non possit simul alicui deficere, potest tamen cognitio illius ab utroque præcindere: undè quamvis homo non possit non esse albus, aut non albus, potest tamen cognosci, non cognita albedine, vel illius carentia; quod significatur, dum dicitur: quod secundum se cognoscitur, hoc est, secundum prædicata illius essentialia. Sic pariter consensus pro priori ad decretum cognitus, nec cognoscitur futurus, nec non futurus, sed solum secundum sua prædicata essentialia, quæ præcindunt à futuritione, & à carentia futuritionis, sicut & à quolibet alio prædicato accidentali, quæ solum ratione decreti possunt illi convenire. Aliæ sunt eiusdem argumenti solutiones, quæ

2. Replica
solvitur,

apud nostros Auctores videri possunt.



DUBIUM SECUNDUM.

AN POSSIT DEUS CERTO COGNOSCERE, QUOD ACTUS EIUS
contingentes forent, aut essent, pro priori ad eorum existentiam,
vel ad aliquid cum eorum existentia connexum?

§. I.

APERITUR DIFFICULTAS, ET PRIMA CONCLUSIO STATUITUR.

N. I
Intencum
Auth. &
quod: ani-
madver-
sio.

Quamvis resolutio huius diffi-
cultatis corollaria sit ad
precedentis resolutionem,
eam tamen signatè dispu-
tandam proponimus, ut sic clarius
omnem viam ad Scientiam mediam,
sivè directam, sivè reflexam à priori
ex eius obiecto omnino præcinda-
mus. Pro Dubij autem intelligentia
advertendum in primis est omnes in
eo convenire, quod Deus possit pro
priori ad existentiam alicuius decreti
cognoscere illud pro posteriori exis-
tere, dummodo pro illo priori, detur
aliud Divinum decretum connexum
cum existentia alterius pro postero-
ri. Sic pro signo decreti intentivi
cognoscit decretum electivum pro
altero posteriori existens, & pro sig-
no decreti electivi existere pro alio
posteriori decretum executivum:
nam decretum intentivum cum elec-
tivo, & electivum cum executivo
connectuntur: ac proinde priora sunt
media sufficientia, ut eis cognitio
possint, & posteriora cognosci.

2
Punct. dif-
ficulat. &
sententia.
DD. So-
ciet.

Difficultas ergo stat, an Deus
pro priori ab aliquod prædicatum
Divinum in eo existens, & cum alio
connexum, possit cognoscere, quod
aliud pro alio posteriori, aut abso-
lutè, aut conditionatè existet. Quæ
difficultas, quamvis universaliter in-
quirat de omni prædicato Divino
contingenti, specialiter magis con-
troveritur de decretis Divinæ vo-
luntatis. Circa quam communis De-
fensorum Scientiæ mediæ sententia
partem propugnat affirmativam. Vi-
dentes namque ex una parte im-
possibilem esse futuritionem, sivè ab-
solutam, sivè conditionatam alicuius
creature independentem à decreto
Divinæ voluntatis, & ex alia nolentes
admittere necessitatem decreti exis-
tentis, aut alicuius cum ea connexi,

consequenter ad id asserunt sufficere
decretum quod esset, pro casu illius
existentiæ: Deumque etiam cognos-
cere quod illud decretum foret po-
tius, quam non foret, non quia deter-
minatū sit de præsentis, sivè per illud,
sivè per aliud, ut foret; sed quia ipsum
foret ratione suæ veritatis obiectivæ,
Undè & ad Divina decreta extendunt
etiam Scientiam mediam, & asserunt
quod pro priori ad existentiam alicuius
decreti cognoscit Deus quot homines
ex Abel creasset, si nõ fuisset occisus,
quot ex eius filijs prædestinasset; an
Spiritus Sancti Incarnationem decre-
visset, si alter mundus existeret, & alia
id similia. Quam doctrinam extendit P.
Suarez ad decreta subiectivè existen-
tia, quæ à Deo, ut aliquantulum futura,
& pro priori ad eorum existentiam
asserit cognosci.

Sed oppositam sententiam tenent
omnes Thomistæ, quæ ad certam, &
infallibilem eorum cognitionem, quæ-
vis admittant cognitionem obiectivè
probabilem, ex alijs cõsimilibus pro-
videntijs desumptam. Quibus & con-
sentiant P. Molina, & Cardinalis Sfor-
tia: undè falso citantur à P. Tyrso pro
eorum sententia Mag. Bañez, & Zu-
mel, quamvis loco ab eo citato id as-
serat, potuit tamen videre, quod hanc
sententiam expressè retractavit in ul-
timo eius opere variarum disputatio-
num *Dub. 5. pag. 139. §. Respondetur.*

Sit ergo prima conclusio. *Nequit*
Deus cognoscere sua decreta absoluta,
ut futura pro priori ad eorum exis-
tentiam. In hac conclusione contra
P. Suarez *lib. 2. de Scientia conditio-*
nata, cap. 8. conveniant fere omnes
alii Theologi. Et quidem Divinis
decretis repugnare futuritionem rea-
lem res videtur certissima. Nam futu-
rum realiter in essendo est medium
inter possibile, & existens, & in du-
ran-

3
Thomista-
rum sen-
tentia.

4
Suario
omnes fe-
re Theo-
logi Ad-
versari.

rando inter præsens, & præteritum: unde, & importat carentiam existentia modo, & existentiam postea; sed hoc repugnat Divinis decretis, nam semel quod existant, ab æterno existunt, & quod ab æterno existit, nunquam caret existentia: ergo. Unde existimo non fuisse mentem huius Authoris concedere realem futuritionem Divinis decretis, sed tantum futuritionem quandam per rationem: quia sicut Deus prius intelligitur cognoscere voluntatem suam, secundum quod potest hoc, vel illud libere velle, quam ut actu volentem; ita etiam prius intelligitur cognoscere eandem voluntatem, ut volitutam, quam ut actu volentem: in quo sensu se ipsum explicat *ibi numer. 7.*

5
Impugnatur Suarez, & eius sensus 1.

Sed adhuc in hoc sensu reiicienda est eius sententia primo. Quia non salvatur ordo prioris, & posterioris, prioritatis, & posterioritatis signorum in Scientia Dei contingentis, inter contingentem cognosciturum, & actualiter cognoscentem: ergo neque inter libere volitutum, & actualiter volentem. Probo antecedens, probaturus postea consequentiam. Quia si talis ordo salvaretur, pro priori, pro quo nondum est verum, quod Deus est contingenter cognoscens, esset verum, quod esset cognosciturus; sicut quia talis ordo inter decreta salvatur pro priori, pro quo nondum est verum, quod libere vult, verum est, quod est libere voliturus; sed hoc est impossibile: ergo. Probatur min. Nam pro signo, pro quo est verum, Deum esse contingenter cognosciturum, hoc ipsum ab eo deberet cognosci; non per scientiam necessariam, cum terminetur ad obiectum contingens: ergo per contingentem: ergo pro illo signo verum esset, quod est contingenter cognoscens, & quod non est contingenter cognoscens, quod est implicatorium. Consequentia autem probatur. Tum ad hominem contra P. Suarez; quia neque ex parte obiecti est maior repugnantia in uno, quam in altero, cum utrumque predicatum sit Divinum, Deo necessarium, quo

ad entitatem, & contingens quo ad denominationem. Neque etiam ex parte mensuræ; utriusque enim mensura est ipsa Dei æternitas. Tum quia si pro priori ad existentiam volitionis libere verum esset, quod talis volitio non est, erit autem postea, & hinc pro illo priori cognoscitur à Deo, ut futura; etiam pro priori ad existentiam scientiæ, hoc de illa verum esset, ac proinde quod esset futura, & ut talis à Deo cognita.

6
Impugnatur 2.
Secundo reiicitur. Nam signum illud in quo existit scientia hæc decreti absoluti, vel est signum prius prioritate durationis, & hoc non, cum in æternitate non detur prius, & posterius duratione; vel prioritate causalitatis, & neque hoc: quia scientia illa non est causa decreti, quo ad existentiam, sed potius è converso in eorum sententia; vel tandem est prius, quia existentia scientiæ est maioris necessitatis, quam decreti, quia ratione dicuntur necessaria priora contingentibus: & hoc etiam aperte est falsum; nam quo ad entitatem, utrumque est æquè necessarium, & quo ad denominationem æquè defectibile, & contingens; daturque inter illa mutua connexio: nulla ergo potest imaginari prioritas scientiæ ad existentiam decreti.

7
Impugnatur 3.
Tertio. Quia cum iuxta principia huius Authoris veritas obiectiva futuri contingentis desumatur ab ipso eventu, & existentia rei, implicat quod decretum Divinum pro aliquo signo cognoscatur futurum, quin cognoscatur eventus, & rei existentia: sicut implicat cognoscere propositionem esse veram, non cognoscendo verificativum ipsius: & consequenter non cognosceretur decretum, ut futurum, sed ut existens, & præsens. Si dicas, pro illo priori cognoscere Deum decretum, ut existens, & præsens, sed non pro illo priori, sed pro altero posteriori. Contra est, quia ex hac solutione sequitur, quod in hac sententia, sicut mea existentia solum est præsens obiective, non autem phisicè ab æterno: saltim tamquam in propria mensura, ita etiam existentia Divini

Solutio
quæd præ
occupatur.

decreti solum erit Deo præsens obiectivè pro illo priori, non autem physicè, quod æternitati eius non congruit.

Alia re-
vincitur.

Quod si dicas decretum Divinum esse quidem existens, & præsens pro illo priori, sed Divina cognitio ab illius existentia pro illo priori præscindit. Contra est, quia implicat Divinam cognitionem terminari ad aliquod obiectum pro aliquo signo, quin cognoscat omnia, quæ illi pro illo signo conveniunt, alias comprehensiva non esset: ergo si existere convenit decreto Divino pro illo priori, implicat Divinam cognitionem, non cognoscere illud, ut existens. Confirmatur. Implicat Divinam cognitionem terminari ad Divinum decretum, quin cognoscat illud esse æternum; sed illud esse æternum est quod si pro aliquo signo existit, pro omni signo existat: ergo implicat terminari ad illud, ut existens pro aliquo posteriori, quin cognoscat illud etiam existere pro priori: ac proinde non potest illud cognoscere, ut obiectivè, aut per rationem futurum. Et hæc sufficiant pro impugnatione huius sententiæ, secundum id quod specialiter asserit; quia quo ad alia cum sententia postea impugnanda convenit.

8
Obiect. i.

In illius autem favorem sic obijcit Suárez primo. Quamvis decretum Dei sit æternum, prius tamen ratione concipimus cognoscere Deam voluntatem suam, quatenus potest hoc, vel illud libere velle, quam ut actu volentem: ergo etiam prius ratione poterit eandem voluntatem cognoscere, ut volituram, quam ut volentem. Antecedens supponitur, & consequentia patet, quia neque ex parte obiecti, neque ex parte æternitatis, neque ex parte cognoscentis est maior repugnantia in uno, quam in altero: ergo. Secundo. Quia magis distat possibile ab existenti, quam futurum; sed potest Divinum decretum cognosci ut possibile: ergo ut futurum. Tertio. Quia prorsusquam voluntas sit absolute volitura, cog-

Secunda.

Tertia.

noscit Deus, quid volitura esset, si hoc, vel illud accideret: ergo priusquam absolute velit, cognoscit quid volitura sit, ex suppositione suæ naturæ, & bonitatis. Quarto. Quia quamvis decretum sit æternum, potest tamen in Deo cognosci independentè ab actuali præsentia; sed hoc est cognosci, ut aliquo tempore futurum: ergo. Mai. probatur. Nam si per impossibile decretum illud non esset æternum, sed inciperet in tempore, nihilominus cognosceret Deus ab æterno se habiturum tale decretum: ergo pariter quamvis æternum sit, potest tamen ab illius æternitate præscindere. Alia motiva communia sunt ad sequentem conclusionem.

Quarta.

Ad hæc autem facile respondetur. Ad primum conc. antecedenti negando consequentiam. Quia posse velle, & ratione necessitatis, & ratione causalitatis constituit signum prius ad actualiter velle. Esse autem voliturum nullo ex his titulis, aut alio quolibet tale signum constituit. Ad secundum distinguenda est mai. possibile possibilitate logica, nego mai. physica, conc. mai. & distinguenda est min. ut possibile possibilitate physica, nego minorem logicam, conc. min. & neg. consequentiam. Possibilitas enim logica, quæ pure consistit in non repugnantia ad existendum, bene componitur cum decreto existenti ab æterno. Secus autem futuritio quæ dicit carentiam existentia. Et quidem argumentum illud probare intendit physicam futuritionem decreti, quæ ab ipso Suárez negatur.

Solvitur
1.

Secunda.

Ad tertiam distinguendum est antecedens. Antequam sit volitura absolute, videt quod conditionatè esset volitura, si habeat aliquod decretum reflexum de conditionata illa volitione, concedo antecedens. Si tale decretum non habeat, nego antecedens, & consequentiam. Quæ solutio constat ex dictis, & amplius explicandis constabit. Ad ultimam nego mai. & ad eius probationem negandum est antecedens. Falsitas enim eius ex dicendis aperte constabit. Fatemur tertium, & quartum motivum in

Solvitur
3.

Item ultima.

in

in principijs Scientiæ medię diffi-
 lem habere solutionem: iuxta quæ
 ad tertiam concedendum est antece-
 dens, & ad quartam concedenda mai-
 quibus concessis non facile solven-
 tur, quod & inferius etiam attinge-
 mus.

§. II.

STATUITUR SECUNDA
 conclusio,

9 **N**equit Deus cognoscere, quod actus
 eius contingentes essent, aut
 forent conditionatè, independenter
 ab eorum existentia, vel ad aliquid
 aliud conditionatè cum eis connexum.
 Huius conclusionis intelligentia ex
 dictis in principio Dubij constat. Et
 ex prædictis principijs probatur pri-
 mo. Nequit Deus cognoscere, quod
 aliquis eius actus foret potius, quam
 non foret, quin ex parte obiecti actus
 ipse sit determinatus ad fore potius,
 quam non fore, alias eius cognitio
 esset falsa, vel necessario determina-
 ret fore potius, quam non fore; sed
 pro priori ad actus existentiam, vel ad
 existentiam alterius cum eo connexi,
 non est ipse actus determinatus ad
 fore præ non fore: ergo. Probatur
 min. Quia præcisivè ab his omnia,
 quæ ex parte Dei restant, sunt ne-
 cessaria: ergo, vel indifferentia ad fo-
 re, & non fore, vel si connexa cum
 fore præ non fore, necessario conne-
 xa; ac proinde destructiva illius con-
 tingentiæ, & libertatis.

Confirm. Confirmatur. Quia cum omnia,
 quæ Deus cognoscit, debeat in se ip-
 so cognoscere, ut cum D. Thoma no-
 bilitior eorum pars fatetur, si Deus
 cognosceret determinatum fore sui
 actus, ante illius existentiam, hoc in se
 ipso cognosceret: ergo ante actus
 existentiam cognosceret esse in se ipso
 aliquod determinans fore illius: in
 medio enim indifferenti, ut tali, non
 potest unum extremum determinatè
 cognosci, ut ipsi contra Molinam fa-
 tentur; sed ante existentiam actus li-
 beri in Deo solum existunt prædicata
 necessaria Dei, quæ, ut diximus, indif-
 ferentia sunt ad fore, vel non fore, vel
 si determinant, necessario determi-
 nant: ergo. Ad quod possunt applicari
 fere omnia alia, quæ *Dubio præce-*
deni adduximus.

His autem, & alij omnibus prin-
 cipijs omïssis, aliter ex proprijs pro-
 banda est nostra conclusio, & est se-
 cunda illius ratio. Nam si opposita
 sententia vera esset, sequeretur quod
 ante providentiam, & dispositionem
 Dei, qua Deus actu, & exercitè de re-
 bus contingentibus disponeret, iam
 fixum immobileque esset, non solum
 quid creatura faceret, sive fecisset
 sub quacumque occasione, & in quo-
 cumque rerum eventu, sed etiã quid
 ipse Deus faceret, & facere decrevis-
 set; sed hoc est absurdū: ergo. Seque-
 la est opposita sententia, & minor
 præterquam quod ex ipsis terminis fa-
 tis manifestabitur, sic amplius expli-
 catur: quia si hoc ita esset, ad Dei
 providentiam, ad summum specta-
 ret, quod detur, vel non detur talis
 rerum eventus: eo autem posito,
 sine aliqua sui dispositione seque-
 retur ponenda omnia alia, sive ab
 ipso, sive à creatura; & conse-
 quenter quo ad hæc Deus se ha-
 beret, ut purè exequens, quod
 antea iam erat dispositum, non
 autem ut disponens quid ex illo
 eventu accidentaliter consequere-
 tur: sed hoc salva Dei providen-
 tia, & dominio dici non potest:
 ergo.

Confirmatur hæc ratio. Si ex
 hypothesi productionis alterius Uni-
 versi, pro priori ad omnem alium
 actum voluntatis in Deo existentem,
 verum esset, quod Deus decrevisset
 Incarnationem Spiritus Sancti, præ-
 destinationem Petri, & reprobatio-
 nem Pauli, &c. ergo productio uni-
 versi connexa determinataque esset,
 ut non existeret, nisi cum decreto
 Incarnationis Spiritus Sancti prædes-
 tinationis Petri, &c. Si enim non esset
 connexa, sed indifferentis, non esset
 verum, quod si Deus etiã decrevisset
 unū, decrevisset, & alia. Tum sic; sed
 productio universi non est ab intrin-
 seco, & necessario connexa cum de-
 creto Incarnationis Spiritus Sancti:
 constat enim posse sine illo existere:
 ergo esset tantum ab extrinseco, &
 accidentaliter cum illo connexa:
 Immo ultra, hæc connexio, utpotè
accidentalis, & contingens, non po-

IO
 Prob. 2a
 eade con-
 clusio.

II
 Confirmi
 r. ratio,

test non ex alicuius providentia, aut dispositione provenire; non Dei, ut supponit hæc sententia cum omnem Dei libertatem præcedat: multo autem minus creaturæ, quia nullam ex prædictis extremis illius subijcitur potestati: ergo esset ex dispositione alicuius à Deo, & creatura distincti: vel si non; casui, & fortunæ attribuenda foret.

Confirm.

3.

Confirmatur secundo. Adhuc posito decreto productionis universi potens est Deus non decernere Incarnationem Spiritus Sancti: ergo adhuc eo posito potens est quantum est ex se, & indifferens ad faciendum quod cum eo existat, vel non existat tale decretum: ergo usque dum intelligatur voluntatem eius determinare, quod secundum decretum cum primo existat, vel non existat, non potest intelligi, quod cum illo existat: ergo præcisivè ab hac determinatione non potest verum intelligi, quod si poneretur primum decretum, poneretur, & secundum.

Solutio
Advers.

Dices: ad id non requiri determinationem Divinæ voluntatis actu existentem, sed quæ tunc existeret in casu decreti productionis universi: nam per illud vellet Deus libere, & quod Spiritus Sanctus incarnaret, & quod hæc Incarnationis decretum simul cum alio decreto de producendo universo existeret: undè præcisivè à determinatione Divinæ voluntatis, ut existenti, licet non ut conditionatè futura, potest intelligi, quod existeret illud decretum ad alterius positionem.

Impugna
tur 1.

Sed hæc solutio petit principium, & in simili est iam *Dubio 1.* & præcedenti impugnata, & modo etiam rejicitur. Quia non potest modo esse verum, quod posito decreto, productionis universi, Deus decerneret Incarnationem Spiritus Sancti, nisi modo supponatur quod eam decerneret; sed non est undè modo supponatur, quod eam decerneret, etiam ex hypothesi primi decreti, si præscindatur ab omni voluntate libera Dei, qua Deus id, quasi reflexè determinet: ergo. Mal. est eorum solutio, & min. probatur. Tum quia præcisivè ab illa, omnia, quæ modo sunt, indifferentia sunt,

ut illam decerneret, vel non decerneret. Tum quia si præcisivè ab illa modo daretur talis suppositio, esset suppositio Deo non libera: ex quo sequeretur primo, quod aliqua suppositio accidentalis, & contingens immediate Divinos actus tangens, non esset Deo libera, neque ex eius providentia. Et secundo quod actus, qui ex illa suppositione infallibiliter sequeretur, Deo liber non esset: quid enim infallibiliter ex aliqua suppositione sequitur alicui non libera, non est illi liberum, ut ipsi universaliter docent, & nos de Deo verum existimamus; sed omnia ista sunt absurda: ergo.

2. Collec-
tiones.

Nec refert dicere, suppositionem istam esse indistinctam à determinatione libera, quæ tunc esset; ac proinde quod esset Deo libera. Contra enim est; quia si ita est: ergo modo non datur suppositio illa: ergo modo non est verum quod si produxisset mundum, decrevisset Incarnationem Spiritus Sancti. Probatur consequentia. Tum quia propositio quæ solum est vera facta aliqua suppositione, illa deficiente est falsa. Tum quia si modo talis suppositio non datur, omnia, quæ modo restant, indifferentia sunt ad eius veritatè, & falsitatem: ergo modo non est undè sit vera.

Respon-
sio que 15
occludit.

Secundo rejicitur eadem solutio. Quia si independenter ab exercitio suæ libertatis, & pro priori ad illud, haberet Deus hanc scientiam: *Si existeret alius mundus, decrevissem Incarnationem Spiritus Sancti*, non haberet Deus potestatem, ut existeret alius mundus sine decreto Incarnationis Spiritus Sancti; sed hoc est absurdum; ergo. Sequela probatur primo. Quia non posset Deus id facere, neque in sensu composito talis scientia; alias falsificaretur: neque etiam in sensu diviso; quod probatur. Non esset in potestate Dei facere talem sensum divisum; iste enim solum potest fieri faciendo quod talis scientia non existat; sed Deus non posset facere, quod non existat talis scientia; existentia enim illius præcedit omnem determinationem liberam Dei, ut ipsi supponant: ergo.

12
Solutio
principa-
lis impug-
nat. 2.

Sequela
prob. 1.

Se-

Sequela
prob. 2.

Secundò probatur sequela. quia scientia illa præcederet existentiam decreti Incarnationis Spiritus Sancti, & cum eo infallibiliter conneditur ex suppositione existentie decreti alterius mundi: ergo ex suppositione absoluta existentie huius decreti daretur aliquod infallibiliter connexum cum existentia decreti Incarnationis, & eam infallibiliter inferens: ergo vel decretum productionis mundi esset formalis determinatio libera decreti Incarnationis, & si ita est; non posset Deus libere decernere productionem mundi, quin etiam decerneret Incarnationem, quod est absurdum; vel si non; decretum Incarnationis non libere existeret; quod etiam est absurdum. Tertio. Quia illa scientia præcederet decretum creationis universi, & hoc decretum Incarnationis Spiritus Sancti eam saltem ratione, qua conditio præcedit conditionatum: ergo complexum ex illa scientia, & decreto productionis universi præcederet decretum Incarnationis Spiritus Sancti; alias complexum hoc infallibiliter aliud decretum inferret; ergo aliquod infallibiliter inferens decretum Incarnationis illud præcederet; ac proinde non esset formaliter liberum, quod ab ipsis negari non potest.

Tertio.

Quia illa scientia præcederet decretum creationis universi, & hoc decretum Incarnationis Spiritus Sancti eam saltem ratione, qua conditio præcedit conditionatum: ergo complexum ex illa scientia, & decreto productionis universi præcederet decretum Incarnationis Spiritus Sancti; alias complexum hoc infallibiliter aliud decretum inferret; ergo aliquod infallibiliter inferens decretum Incarnationis illud præcederet; ac proinde non esset formaliter liberum, quod ab ipsis negari non potest.

13
Confirm.

Confirmatur hæc ratio. Signum præcedens decretum productionis universi, cum sit signum libertatis illius, debet esse indifferens, non solum ad decernendum, vel non decernendum universum, sed etiam ad illud decernendum coniunctum cum Incarnatione Spiritu Sancti, vel separatim ab illa ex illius motivo, vel ex alio illi opposito: ergo pro illo signo nequit intelligi Scientia media de eo, quod si decerneret productionem universi, decerneret Incarnationem Spiritu Sancti. Antecedens est certum, cum Deus non solum sit liber, ut decernat, vel non decernat productionem universi, sed etiam, ut eam ex hoc, vel illo motivo coniuncta cum hoc, vel

illo decreto decernat: consequentia autem probatur. Tum quia propter primum nequit pro illo signo intelligi scientiam, vel aliquid aliud magis connexum cum decreto productionis universi, quam cum eius carentia, ut ipsi fatentur: ergo neque connexum cum motivo, vel cum coniunctione huius decreti ad aliud. Tum, & est ratio à priori: nam quod se tenet in illo signo, se tenet ex parte libertatis, seu potestatis ad decernendum; sed quod se tenet ex parte potestatis ad decernendum, & infallibiliter conneditur cum uno extremo, aufert libertatem ad alterum: ergo cum illa scientia infallibiliter connederetur cum motivo Incarnationis, ut à ponendo decreto productionis universi, ex suppositione existentie illius, auferret à Deo libertatem, & indifferentiam, ut idem universum ex alio motivo decernere posset.

Confirmatur secundò. Licet posset Deus instructus, & directus illa Scientia Media apponere, vel non apponere decretum Incarnationis, non posset tamen ex suppositione quod apponeret decretum productionis universi, non apponere simul Incarnationis decretum, alias scientiam illam falsificaret; ergo licet per illam scientiam non auferatur Divina libertas in absolute decernendo, vel non decernendo productionem universi; aufertur tamen in eam decernendo simul, vel separatim à decreto Incarnationis; quod non est minus absurdum, quam si prima auferretur.

Nec hic valet recursus dicendo, quod scientia illa est consequens decretum Incarnationis, quod libere à Deo poneretur ex suppositione decreti productionis universi. Non, inquam, valet: tum quia iam probavimus scientiam istam non consequi, sed præcedere tale decretum; & quod eius præcedat existentiam sententia ista supponere videtur. Insuper, & præcedit absolute decretum productionis

Confirm.

14
Recurfus
Advers.
reijcitur.

nis universi, cum illud dirigat, & necessaria sit, ut Deus provide, & scienter illud concipiat, ut ipsi fatentur; hoc autem decretum etiam præcedit absolute, & simpliciter aliud: ergo. Deinde, quia argumentum factum est de decreto productivo universi, ad quod scientiam illam præcedere fatentur: nam hoc decretum debet esse liberum, non solum quoad esse, vel non esse, sed etiam quoad esse ex hoc motivo, vel ex alio; sed hanc libertatem, & indifferentiam auferri per illam scientiam iam ostendimus: ergo.

15

4 conclusio
nis prob.

Quarto probatur conclusio. Pro priori ad decretum absolute existens non cognoscit Deus illud esse exiturum: ergo nec pro priori ad decretum conditionate existens, cognoscet illud esse conditionate exiturum. Antecedens constat ex conclusione precedenti, quod, & à reliquis admittitur contra Suarez. Consequentia autem probatur. Tum quia non minus indifferens est Deus adhuc ex suppositione conditionis, v. gr. creationis universi, ut haberet, vel non haberet aliud decretum, quam sit indifferens pro priori ad existentiam decreti absolute, ut illud habeat, vel non habeat. Tum quia non minus est verum, quod pro priori ad decretum absolute, non est tale decretum, esset tamen pro posteriori; quam verum sit, quid non est modo decretum subiective conditionatum, esset tamen illa conditione posita. Tum quia sicut necesse est, quod supposita conditione decretum conditionatum foret, vel non foret, ita est necesse, quod supposito esse absolute Dei, pro alio posteriori decernat, vel non decernat: ergo si nec propter ista decretum subiective absolute cognoscitur pro priori ad eius existentiam, neque etiam decretum subiective conditionatum.

Respon-
sio Con-
trar.

Dices: his probari, quod scientia decreti absolute existentis, non dependat per se ab illo, ut existen-

ti, licet dependeat ab illo cognito, ut existenti: ac proinde existit præcisive ab existentia exercita illius, non tamen pro priori ad illam: quia ut scientia illa esset in signo priori, deberet esse, aut magis necessaria, aut existentie illius regulativa, quorum utrumque est falsum. Sed contra est primo. Quia si probationes convincunt scientiam decreti existere præcisive ab exercita existentia illius, convincunt etiam existere pro signo priori ad illud: nam pro quocumque signo priori verum esset, quod non est decretum, & quod est pro posteriori, de quo videantur quæ diximus *Dub. præcedenti* præcipue à *num. 25*. Contra secundo. Nam si semel scientia decreti absolute ponitur præcisive ab illius exercita existentia, non est cur non possit regulare Deum ad illius existentiam, vel ut illud concipiat: ergo constituet signum prius. Pater consequentia, & antecedens probatur. Nam licet scientia Media acquiratur per existentiam actus in tempore existentis, & hæc necessario supponat auxilium constituens posse ad illum actum, nihilominus tamen potest regulare, & existentiam actus, & collationem auxilij, ut ipsi fatentur: multo ergo melius altera scientia.

Neque refert, si dicas, quod scientia ista ex una parte non est necessaria, ut Deus reguletur, ad decernendum, & ex alia, si per illam reguletur, destrueretur libertas decreti, cum illud præcederet aliquid se tenens ex parte actus primi, & cum eius existentia connexum. Non, inquam, refert. Nam plures ex Adversariis etiam concedant Deum non indigere Scientia Media de efficacia auxilij, ut illud decernat, cum possit illud, quantumvis inefficax, decernere: & nihilominus etiam afferant prædictam Scientiam Mediam posse regulare auxilij collationem: ergo. Quod autem si scientia visionis regularet existentiam decre-

ti, illius auferret libertatem, licet sit inconveniens, est tamen consecutum ex eorum principijs, eorum convincens falsitatem, & à nobis præintendum.

16 Quintò probatur conclusio, & præcedens ratio amplius confirmatur, Si Deus cognosceret sua decreta conditionatè futura, ante eorum existentiam cognosceret, quod si auxilium A esset in Petro efficax, illud Petro conferret, & hoc ante decretum collativum illius; sed hoc est impossibile: ergo. Mai. & min. sunt probandæ, & prius probatur min. Nam si ante decretum collativum auxilij cognosceret Deus, quod ipse conferret Petro auxilium A, si prævideret efficax, cum etiam ante idem decretum cognoscat quod auxilium foret Petro efficax, vel inefficax, sequeretur quod ante existentiam decreti collativi, & pro priori ad illud esset determinatus, ut Petro illud conferret: complexum enim ex utraque scientia efficaciz, scilicet, auxilij, & collationis supposita efficacia infallibiliter cum collatione auxilij connectitur; sed hoc est falsum: ergo. Probat. min. Tum quia inde sequeretur, quod pro priori ad decretum collativum auxilij, esset aliquod medium ducens incognitionem illius decreti posteriori existentis, quæ est sententia Patris Suarez. Tum quia etiam sequeretur absolutam collationem auxilij non esse Deo liberam, sed necessariam; existeret enim infallibiliter ex vi alicuius omnino præcedentis liberam Dei determinationem.

17 Maior autem, in qua esse potest, si quæ est difficultas, probatur. Tum quia præcisivè à decreto collativo auxilij, verum est quod si Deus prævideret auxilium efficax, illud conferret, vel non conferret; sed est falsum, & supponimus, quod non conferret: ergo est verum quod conferret. Tum quia cum pro priori ad signum collativum auxilij, detur aliud signum, in quo dantur veritates cone-

tingentes, nam in eo intelligitur Scientia media directa de efficacia auxilij, non est, cur hæc veritas: *Si prævidero auxilium efficax illud conferam*, non intelligatur etiam in eodem signo, vel in alio priori tamen ad decretum collativum auxilij. Tandem quia cum iuxta illos possit Deus conferre auxilium ex motivo efficaciz prævisse per Scientiam mediam directam, & pro signo Scientiæ mediæ verum sit, quod Deus nondum intelligitur conferens, conferet autem postea, pro illo etiam signo verum est, quod si prævideret auxilium efficax, illud conferret.

Dices: quod de cognitione huius veritatis *si prævidero auxilium efficax, illud conferam*, in duplici casu loqui possumus, vel in casu, quo Deus de facto habeat Scientiam mediam directam de illius efficacia, vel in casu, quo illam non habeat. In primò casu scientia illius veritatis est tantum quoad apparentiam conditionata, in re tamen absoluta, & subsequuta ad decretum collativum auxilij; quia non est, undè illud præcedat, vel ratione maioris necessitatis, aut quia sit regulativa illius, aut Scientiæ mediæ directæ. In secundò autem casu illa veritas est conditionata, & per scientiam formaliter conditionatam cognoscitur. Sed hinc non sequitur, aut quod cognoscatur decretum, ut absolute futurum, vel pro priori ad eius existentiam, vel quod aliquam necessitatem inferat in discernendo auxilium. Sic habetur ex Augustino de Herrera.

Sed contra est primò. Quia probationes maioris adductæ efficaciter convincunt, quod scientia illa, etiam pro casu Scientiæ mediæ directæ, debet dari pro priori ad decretum. Quod si aliæ probationes oppositum convincunt, ex eis implicatio huius sententiæ amplius convincetur. Quod confirmari potest. Ideo Adversarij apud P. Tyroso, probant quod Deus immediate post signum possibilem ante

Tercio;

17 Solutio contrar.

Impugnatio solutio

Confirmatio

liberum decretum habet Scientiam mediam directam consensus, vel dissensus Petri sub hoc auxilio. Quia cum Deus per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscat Petrum consentire posse sub illo auxilio, si detur, sique summè determinatus ad cognoscendum, quid re ipsa facturus esset, statim post signum simplicis intelligentiæ, cognoscit, quid re ipsa Petrus faceret sub illo auxilio, *consentiret ne, an dissentiret*; sed non minus Deus cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ, quod supposita prævisione efficaciam auxilij potest illud conferre, vel non conferre, nec minus est summè determinatus, ut cognoscat quid determinatè faceret; conferret ne, an non conferret: ergo etiam immediatè post signum necessariorum, ante exercitium liberum suæ voluntatis id ipsum cognoscat.

Impugn.
1. eadem
solutio.

Secundò rejicitur solutio, & dicta amplius confirmantur. Pro eodem signo, quo Deus cognoscit, quod si videret auxilium inefficax non conferret, cognoscit quod si illud videret efficax; conferret; (supponimus enim Deum sic facturum) sed adhuc pro casu Scientiæ mediæ directæ de efficacia auxilij, cognoscit Deus pro priori ad decretum collativum illius, quod si prævideret inefficax, non conferret, ut fatetur prædictus Author: ergo pro eodem signo cognoscit, quod si illud videret efficax, conferret. Minor, præterquam quod conceditur, constat. Nam scientia illa non dependet à decreto collativo auxilij efficacis, nec connectitur cum illo, cum possit Deus, supposita efficaciam conferre, & supposita inefficacia conferre. Maior autem probatur. Tum quia propositiones illæ sunt æque contingentes, & eiusdem obiecti, nec sola affirmatio, aut negatio, in qua differunt, potest penes prius, & posterius signa variare. Tum quia hæc prioritas, & posterioritas signorum, ipsi docentibus, non constituitur, nisi, vel per maiorem nec-

essitatem, vel per aliquam dependentiam unius ab altero, quorum neutrum hic habet locum: ergo.

Tandem alijs omiſſis rejicienda est hæc sententia ex eo, quod ea posita, superflua esset Scientia media directæ circa actus liberos creatos; quod licet in se sit verissimum; est tamen apud ipsos ingens inconveniens. Quod tamen sic ostenditur. Nam si Deus suos actus liberos conditionatè futuros ante eorum existentiam cognosceret: ergo ante existentiam alicuius actus liberi, cognosceret, quod si crearet Adam, & illi imponeret præceptum, daret illi auxilium inefficax, quo peccaret; & similiter cognosceret, quod si illi daret auxilium inefficax in illa occasione, in alia daret illi auxilium efficax, quo peniteret; sed si hoc Deus cognosceret ante existentiam sui actus liberi, iam superflua esset Scientia media directæ erga actus liberos creaturæ: ergo mai. Conceditur ab Adversarijs, ut videre est apud Augustinum de Herrera hic *numer. 112.* & facile probatur. Quia non potest Deus cognoscere, quod si crearet Adam, & illi imponeret præceptum peccaret, quia pro eodem signo cognoscat, illum habiturum fore auxilium inefficax, conferendum quidem à Deo, & similiter constat de alia propositione.

Minor autem, in qua est difficultas, facile probatur. Quia iam per scientiam conditionatam suorum actuum, & independenter à Scientia media immediatè terminata ad actus liberos creaturæ, sciret Deus, quod si crearet Adam, & ei imponeret præceptum, peccaret, & quod si peccaret, peniteret, & sic de reliquis alijs veritatibus: hæc enim est bona consequentia: *Si dero Adam auxilio inefficax, peccabit; & si dero efficax ad penitentiam, penitebit;* sed quod Deus daret, vel non daret talia auxilia cognoscit in veritate obiectiva suorum decretorum, ut fatetur hæc sententia: ergo.

18
Ultim. im
pugn. so-
lutio.

a. min.
ult. im-
pugn. præ
b.

19 *responsio Ad. est.* Primò dices, quod hoc ipso quod Deus cognoscat sua decreta, ut conditionatè futura, in eorum veritate obiectiva, & ante eorum existentiam, non poterit non cognoscere etiam actus liberos creatos; nam utrorumque eadem est ratio; ac proinde debet etiam dari Scientia media ad illos terminata. *Secunda.* Secundò dices, scientiam conditionatam actuum Divinorum, subsequi scientiam conditionatam actuum creaturæ: non enim potest Deus cognoscere se daturum auxilium efficax, aut inefficax, nisi eius efficaciam, aut inefficaciam præcognoscat, quod solum per Scientiam mediam directam præcognoscere valet.

Reijcit resp. Sed contra primam obstat, nam ex illa ad summum infertur, quod ad perfectionem Divinæ scientiæ spectat, quod cognoscat actus liberos creaturæ conditionatè futuros, tum in suo decreto conditionatè futuro, tum in eorum veritate obiectiva, quia utroque modo cognoscibiles sunt, non autem sequitur quod uterque cognitionis modus necessarius sit ad negotium providentiæ, & prædestinationis. Nam ut Deus non cæco modo, sed sine periculo frustrandi suum decretum, aut inferendi necessitatem procedat, sufficit, quod certò cognoscat, quod suum decretum, & illius concursus, certum, & determinatum habeat effectum: ergo si hoc præcognoscit in veritate obiectiva suorum decretorum, independentè à Scientia media ad actus liberos immediatè terminata, prima cognitio erit sufficiens, & secunda ad finem istum, ad quem præcipuè inducitur omnino superflua.

20 *Reijcitur 2.* Contra secundam etiam replicatur. Quia si inter illas scientias aliquis ordo prioritatis, & posterioritatis assignandus est, prior esse debet scientia immediatè terminata ad actus Divinos, quam ad creatos: ergo prima, & secunda constituit potentiam expeditam, ut Deus creaturis liberis provideat.

Antecedens probatur. Et quidem *Antecedens quo ad aliquam suadetur.* prioritatis durationis, aut maioris necessitatis non habent locum: utraque enim scientia eadem indivisibili aternitate mensuraretur, & eiusdem essent contingentię. Ultra istas autem restat aut prioritatis dignitatis, & in hac sine dubio scientia actuum Divinorum præcedit, cum ad longè nobilius obiectum terminetur, aut prioritatis naturæ, seu aliqualis dependentiæ, & in hac etiam præcedere probatur. Tum quia scientia Divinorum decretorum erga quascumque creatas est scientia causæ earum in esse causæ; Deus enim cum sit agens liberum creaturarum, eas per suum decretum liberum producit; sed prior prioritare naturæ intelligitur, & est, scientia causæ, ut talis, quam effectus, ut talis: ergo. Tum quia non potest intelligi creaturam libere operari, nisi intelligatur habere pro priori naturæ auxilium, quo operetur; potentia enim, ut talis ad actum præsupponitur: ergo implicat Deum prævidere creaturam, sub hoc auxilio consentire, aut dissentire, nisi præviderit ipsum pro priori daturum fore auxilium efficax, quo consentiat, aut inefficax, quo dissentiat.

Quoad alia item 1.

Secundò;

§. III.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

21 *1. obiectio.* **C**ONTRA hanc conclusionem obijcies primò. Deus est necessitatus ad cognoscendum quam gratiam conferret Angelo numquam producendo, si illum produceret; sed non est necessitatus ad id de presenti prædifferendum: ergo. Maiorem supponunt, & probant minorem: quia, vel esset necessitatus ad id prædifferendum ante decretum non producendi illum, vel post tale decretum; non primum nam ad perfectionem Dei non spectat, quod ante quam aliquid statuatur circa existentiam, vel non existentiam subiecti, iam degerat, quas formas accidentales, &

& gratuitas illi conferret, si produceret: ergo. Nec secundum: nam postquam decrevit, quod talis Angelus nunquam existat, otiosum foret præfinire, quid illi conferret, si existeret.

Confirm.

Confirmatur. Ponamus Deum decrevisse nihil unquam producere: adhuc scire deberet, an esset impositurus præceptum Adamo, si illum crearet; & tamen non deberet id præfinire: ergo. Probatum min.: Nam cuiuslibet decreti liberi finis debet esse extrinseca gloria Dei, seu offensio attributorum; sed tunc non esset, cui Deus ostenderet sua attributa, & gloriam suam manifestaret; quia non sibi, nec alijs, cum nulli tunc essent: ergo.

1. obiectio solv.

Respondetur. Quod sicut Deus non est absolute necessitatus, ut Angelo possibili conferret gratiam, & si illum produceret, neque ex suppositione, quod conferret; est necessitatus, ut talem gradum conferat, sed pro sua tantum voluntate, potest conferre, vel non conferre, & in tali, vel tali gradu conferre: ita absolute non est necessitatus, ut cognoscat, quod si illum crearet, crearet in gratia, & quod si crearet in gratia, in tali gradu crearet; sed solum est necessitatus ut cognoscat, quod si illum crearet, crearet, aut cum gratia, aut sine illa, cum hoc gradu, aut cum alio, prout sibi placeret. Ut autem determinate cognoscat, quid horum faceret, deberet præcedere sua determinatio libera, & finis iste sufficiens esset, ut illa determinatio non esset frustanea; sicut, & alij eiusdem determinationis effectus assignati *Dub. 4.*

Ocurritur confirm.

Ad confirmationem autem dicitur, quod vel ponitur Deum decrevisse per actum positivum nihil producere, & tunc fortassis verosimilius etiam deberet poni decrevisse etiam nullum præceptum alicui imponere: & utriusque decreti idem erit finis, non manifestatio suorum attributorum, sed suæ libertatis exercitium, quæ omnino suspensa manere non potuit:

& si potuit; noluit. Si autem supponitur id purè omittendo interpretativè decrevisse; idem dicendum est quoad impossitionem præcepti. Admisso tamen cognovisse, quod in illo casu imponeret præceptum; dicatur quod huius decreti finis, non esset offensio attributorum, sicut neque decreti non creandi, quod supponitur, sed vel esset impossibilitas existendi illius veritatis sine Dei providentia, vel utilitas habendi aliquod medium ubi eam cognoscat, vel impossibilitas manendi suspensam, vel alia plura, quæ facile possunt excogitari. Semper tamen est advertendum; quod positio huius decreti, sicut, & alterius, de quo in argumento, debet præconcipi à Deo præcussive à purificatione conditionis, sicut diximus loco supra citato.

Secundo obijcies. Supponamus Petrum elicere actum meritorium, cui Deus antecedenter præmium non promissit; & Deum intuitu illius concipere decretum immediate liberum dandi Petro gloriam; In hoc eventu possibili posito merito verum est affirmare Deum propter illud collaturum gloriam per decretum immediate liberum: ergo antecedenter ad positionem meriti verum esset affirmare, quod si Petrus eliceret meritum, Deus illi conferret gloriam; sed scientia sic affirmans non inniteretur decreto conditionato, cum nullum esset: ergo. Confirmatur primo. Possit Deus, posito altero mundo, ita immediate libere decernere Incarnationem Spiritus Sancti, ut illam decerneret absque alio decreto, quo per modum imperij, reflexe decerneret decretum Incarnationis, quod ex terminis videtur notum: ergo ut decernenda esset Incarnatio posito altero mundo, minime requiritur aliud decretum conditionatum tendens in decretum Incarnationis. Confirmatur secundo. Veritas conditionata non destruitur per veritatem absolutam: immo implicat quod existat aliquod extre-

2 2

2. obiectio.

Confirm.

1.

Confirm.

2.

tre.

tremū sub aliqua cōditione, quin verū sit, quod si detur illa cōditio existet illud extremū: ergo si existēte absoluto decreto de Incarnatione Spiritus Sancti, simul cū existentia alterius mundi, non datur decretū cōditionatū de Incarnatione sub alterius mundi existentia; absque tali decreto datur veritas conditionata.

Respondetur. Quod ut suppositio sit possibilis, intelligenda est, quod Deus ab æterno decreverit Petrū talem actum honestum elicere præscindendo ex vi illius decreti ab eo, quod donet illi, vel non præmiū; postea autē ex vi alterius decreti, etiā ab æterno existentis, quamvis pro alio posteriori decernat talē actū præmiare. In quo casu dicimus, verum esse posito merito, quod Deus donabit præmiū. Negamus tamen quod etiam esset verū antecedenter ad positionem meriti, & decreti præmiandi, quod si eliceret meritum, Deus donaret præmium: nam pro illo priori omnia essent indifferentia, & Deus omnino liber, ut præmiaret, vel non præmiaret illud meritum. Undē quamvis licet illa absoluta sit vera, non sequitur, quod conditionata vera sit pro signo necessariorum, quia omnia pro, tunc sunt indifferentia, ita nec pro signo priori ad determinationem præmiandi, propter eandem rationem.

Ad primam confirmationem concessio antecedenti, dist. cōsequens, nō requiritur decretū conditionatū *formaliter præcisè*, conc. consequentiā, *formaliter*, aut *virtualiter*, nego consequentiam. Dupliciter enim verum esse potest, quod si Deus decerneret alterum mundum, decerneret Incarnationem Spiritus Sancti, antequam absolute utrumque decerneret, & ab absoluta ad conditionatam est bona consequentia. Et ideo quamvis non existeret tūc decretū cōditionatū formaliter, existeret tamen virtualiter, aut quia deficiente decreto absoluto id conditionatē Deus apud se statueret. Utroque autē decreto deficiente nihil restat, ratione cuius magis verū sit, quod decerneret, quam quod non decerneret. Per quod etiā constat, ad secundam: existente enim veritate ab-

soluta existit etiā cōditionata virtualiter quidem, & ut in absoluta inclusa, saltem respectu nostri, quæ veritas conditionata existit etiam ratione decreti absoluti: nam ex vi illius, virtualiter saltem Deus vellet, quod decretum incarnationis existeret cum decreto alterius mundi.

Tandem obijcies: si voluntas creata, supposita indifferentia ad utrumq̄ nō egeret phisica prædeterminatione, ut produceret amorem præ odio, nec Deus ageret decreto prædeterminanti, ut cognosceret illā elicitorā amorē præ odio; nā quæ sufficiunt, ut obiectū sit posita cōditione, satis sunt, ut Deus cognoscat fore sub illa cōditione; atqui ut Deus posita prædicatione Christi prædeterminaret Tyrios ad pœnitentiā, nō est necesse, ut iā habeat decretū cōditionatū illos prædeterminandi sub ea conditione, sed satis est, quod prævisa existentia illius haberet decretū absolutū: ergo ut cognoscat, sed prædeterminaturū Tyrios ad conversionē posita prædicatione Christi, non est necesse, quod habeat nunc decretum conditionatum, sed satis est quod tunc haberet absolutum.

Hoc argumentū validū cōtra prædeterminatores vocatur à P. Tyrso, cū in se sit debilissimū, & pluries iā confectū. Undē ad maiore eius dicimus, quod si creatura non indigeret, nec prædeterminatione Dei, neq̄ alio Dei decreto ab æterno existēti, ut amaret, Deus nō cognosceret fore in tēpore amorē illius: tū quia nihil ab æterno esset, undē tale fore esset futurū, ut pluribus est ostēsū: tū quia adhuc admisso esse futurū, cū hoc esset indepēdēter à providentia Dei, nō esset novū incōveniēs, quod esset ipso nō cognoscēte. Et hinc negāda etiā est min. nā ut verū esset tūc, quod Deus haberet decretū prædeterminandi Tyrios, necesse est quod tūc daretur aliquid auferēs indifferentiā, ut haberet, vel nō haberet; quod nihil aliud esse potest, nisi aliud decretū quasi reflexū. Immo admisso, quod tūc esset verū indepēdēter à Decreto Dei, dici etiā poterat, sicut modo diximus, esse verū à Deo incognitū. Et hæc de hoc Dubio, applicanda litt. M. ubi præced.

23
Postrema
obiectio.

Dirivus
postrema
obiectio.

Dilectur
2. obiectio.

1. item
confirm.

Secunda.

DUBIUM TERTIUM.

UTRUM NECESSARIUM SIT DECRETUM, AB ÆTERNO
existens, ut Deus certo hæc futura conditionata cognoscat?

§. I.

STATUITUR CONCLUSIO, ET AUTHORITY

SS. Aug. & Thom. probatur.

N. 1 **H**UIUS Dubij resolutio ex præcedentibus etiam evidenter inferitur: Proponitur autem sygillatim; quia cum hucusque rationes, ut in plurimum sint à posteriori traditæ, in eo iam rationes, & fundamenta à priori, perstrictim tamen, & quasi per capita proponuntur. Circa quod supponendum in primis est quod decreta indifferentia, seu inefficacia, insufficientia sunt, ut in eis futura ista certo cognoscantur: quia ut supra contra Moliniam ostendimus, in indifferenti, ut tali, non cognoscitur extremum determinatum. Difficultas ergo est de decretis efficacibus, & determinatis. Et quidè ut futura ista cognoscantur, non esse necessaria decreta absoluta tam subiectivè, quàm obiectivè, etiam est cõperitum: nam terminus cuiuslibet decreti absoluti efficacis, infallibiliter est ponendus à parte rei; sed plura ex his futuris manent præcisè in statu conditionato, & nunquam sunt ponenda in re, ut pluribus exemplis iam supra ostendimus: ergo. Quare difficultas est de decretis subiectivè absolutis, & obiectivè conditionatis, quorum possibilitatè, immo, & alijs titulis existentiâ probatâ *Dub. 4.* modo supponimus.

2 **C**irca difficultatem, ergo istam prima sententia est negativa, quã tenent omnes Scientiæ mediæ Professores, quorũ catalogũ ad longum descriptũ passim apud quemlibet eorum invenies: illum tamè cũ moderamine, & cautela, & nõ sine discussione accipias: nam quo ad plures ab eis citatos non admittendum censeo. Secunda est affirmativa, quã defendunt fere omnes, qui Scientiæ mediæ Adversantur, quorũ etiã catalogũ, apud M. Vivès, invenies, cui plures superaddi possunt, & debent, qui scripta sua post prædictum M. in lucem ediderunt: sic ergo cum his.

3 **N**ostra conclusio. *Necessaria sunt decreta Dei efficacia, ut Deus in eis futura conditionata certo certitudine metaphisica cognoscat.* Conclusio ista lato eruditoque calamo ostenditur à nostris Thomistis. Tum ex Sacra Scriptura. Tum ex Concilijs. Tum ex SS. Patribus, inter quos absque dubio excedit, & supra omnes eminent, Sap. ac Venerabilis M. Lemos, quia omnia sua opera, tanta, & tam oportuna eruditione locupletavit, ut ipse ex proprio ferè nihil, sed omnia vel ex Sacra Scriptura, vel ex Concilijs, vel ex PP. (quorum sensum mirifice etiam exponit) locutus esse videatur. Nobis autem, qui brevitate affectare cogimur, sufficet uno, vel altero testimonio ostendere hanc fuisse Sancti Parentis, Aug. & S. Th. unam, constantemque mentem.

4 **E**t in primis quo ad S. P. Aug. id apertissimè constat: nam cum D. Prosper, in *Epist.* ad ipsum, quæ habetur *tom. 7.* ante librum de *Prædestinatione SS.* & de *Dono persev.* quos, & illius occasione, & alterius S. Hilarij *Epistola*, quæ ibi etiam habetur, S. Doct. concipit; cum, inquam, interrogasset S. Augustinum de ipsa præscientia futurorum conditionatorum, quam Semipelagiani admittebant præcedentem decretum, quæ est formaliter Scientia media, ut fatentur P. Suarez, & Granados, & alij plures, an, scilicet, talis præscientia subnixta esset proposito, & prædestinationi Dei, an ipsum præcederet, quia ipso attestante, penè omnium eorum par inveniebatur, & una sententia, qua propositum, & prædestinationem, secundum præscientiam recipiebant: ac proinde afferèbant præscientiam præcedere propositum, & prædestinationem Dei.

Huic

ponimus. Et artic. 8. Sic nos ponimus Deum esse causam singularis, & quantum ad formam, & quantum ad materiam: ponimus etiam quod per Divinam providentiam definiantur omnia singularia: & ideo oportet nos, singularium. ponere ideas. Ubi Angelicus Doctor ex eo colligit ideas futurorum singularium, & universaliter omnium rerum in particulari, ut Deo represententur; & à Deo cognoscantur, quia à Divina providentia omnia sunt definita, & à Divina voluntate omnia prædefinita.

Ad idem
cōnītur.

Quod adhuc magis expressit ibi artic. 6. *Idea potest esse eius, quod nec est, nec erit, nec fuit, non tamen eodem modo, sicut est eorum quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt producenda: quia ad ea, quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt producenda, determinatur ex proposito voluntatis Divinæ, nõ autē ad alia.* Videatur insuper i. contra Gent. cap. 67. ratione 5. 2. & 7. sed premiti non potest, quod docet cap. 68. ratione 4. loquens enim de cognitione cogitationum, & operationum humanæ voluntatis, postquam asseruit, quod Deus eas cognoscit in se ipso tamquam in artifice earum per intellectum, & voluntatem; sic concludit solvens difficultatem, quæ contra hoc esse poterat ex capite libertatis: *Dominium autem, quod habet voluntas supra suos actus, per quod in eius est potestate velle, & nolle, excludit determinationem virtutis ad unum, & violentiam exterioris agentis, non autem excludit influentiam superioris cause, à qua est ei esse, & operari: & sic remanet causalitas in causa prima, quæ Deus est, respectu motivum voluntatis, ut sic Deus seipsum cognoscendo, huiusmodi cognoscere possit.* Ex his ergo, & pluribus alijs à P. Molina prævisis, sentit, & ingenuè fassus est Angelicum Præceptorem sibi in hac parte contrariari. Videatur in Concordia, disp. 45. §. In his duobus, & §. Cayetanus id ipsum de S. Aug. expressè etiam confessus est.

Scrupulus
quidam
eximitur.

Sed dices, si res ita est, cur Sanctus Doctor, ut in plurimum recurrit ad præsentiam physicam futurorum in æternitate, ut illorum in

Deo salvet cognitionem? Responderetur id pluribus titulis fecisse. Tum ut salvet Divinam cognitionem respectu illorum esse perfectissimam, & clarissimam, quia ex præsentia in æternitate intuitiva est. Tum, ut assignet modum generalem ea cognoscendæ: nam respectu peccatorum non est decretum Divinæ voluntatis, medium cognitionis, nisi tantum permissivum. Tum ut Deo attribuat eorum cognitionem, non solum intra causam, sed etiam extra, prout sunt in se ipsis. Tum ut ex proprijs scientiæ eorum cognitionem ostendat. Et tandem, ut manifestet, quomodo ex proprijs illius non auferatur eorum contingentia, quamvis scientia sit infallibilis, quia, scilicet, terminatur ad illa, ut sunt iam præsentia.

§. II.

RATIONIBUS PROBATUR

conclusio.

ET in primis probanda est manifestandò efficaciam illius consequentiæ, quæ S. P. Aug. usus est, scilicet, *Deus dona sua previdit: ergo prædestinavit.* Quam consequentiam, ut iam notavimus, ita efficacem existimavit, quod neque à Pelagianis negaretur, sicut non negabatur, sed negabant res illas prævisas esse dona Dei. Sed quia ab Authoribus Scientiæ mediæ negatur, contra illos illius efficacia aperienda est. Sic ergo proponatur ratio. Implicat quod Deus cognoscat infallibiliter aliquod bonum opus, ut conditinate futurum, quin cognoscat, quod ad futuritionem illius concurrent omnes causæ, à quibus in suo esse essentialiter dependet: sed una, eaque præcipua causa, à qua opus bonum nostrum essentialiter dependet, est decretum Dei efficax inferens gratiam efficacem: ergo implicat quod Deus cognoscat opus bonum nostrum conditionatè futurum, nisi dependenter ab efficaci decreto ipsius. Mai. videtur evidens, & potest amplius manifestari. Tum quia ab eisdem causis, à quibus res aliqua dependet in esse, dependet etiam in cognosci: quod præcipue verum est, de cognitione Divina,

Ratio conclusio nis petitur ex S. P. Aug.

Declaratur mai.

quia cum sit comprehensiva obiecti, debet illud cognoscere secundum omnia sua predicata, & secundum omnes eius respectus ad causas illius necessarias. Tum quia si aliqua causa, a qua essentialiter dependet, deficeret, effectus infallibiliter non esset: ergo ut cognoscatur infallibiliter futurus debet cognosci per ordinem ad omnes causas, a quibus essentialiter dependet. Unde quia actus liber essentialiter dependet a determinatione nostrae voluntatis nequit cognosci infallibiliter futurus, quin praenoscatur dependenter ab illius determinatione.

Secundò.

1. Min. laud.

Minor autem, in qua esse potest difficultas, in primis ultro conceditur ab aliquibus ex Societate, quos refert, & sequitur P. Avendaño: sed quia communiter negatur, quia existimatur minus consona principiis Scientiæ mediæ, sic probatur. Omnia bona opera nostra essentialiter sunt dona Dei: hoc videtur fide certum, constat enim ex illo Jacobi 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* Et ex illo Joan. 3. *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de Cælo.* Et Actuum 7. *Cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia.* Et Isaia 26. *Omnia opera nostra operatus est in nobis Domine:* unde & declaratum est tamquam de fide in Concilio Arausiano 2. & in Tridentino Sess. 6. cap. 16. Ex quibus testimonijs ortum duxit propositio illa Aug. cap. 14. de *Dono persever.* qua dixit: *Qua utique, si presciuit, profecto beneficia sua presciuit;* sed dona, & beneficia Dei essentialiter dependent a decreto efficaci Dei, quo Deus ea liberaliter dare decernit: ergo. Cætera patent.

Immediata min. prob. 1.

Et minor probatur. Primo ex illo Apost. 1. ad Corinth. 12. ubi loquens de donis, quæ enumeraverat, & ea attribuens Spiritui Sancto, sic ait: *Hæc autem omnia operatur unus, atque idem Spiritus dividens singulis prout vult:* voluntas ergo Dei est principium in donis: & ideo Spiritui Sancto, qui amor est, specialiter attribuuntur, ut notavit D. Thomas

infra quæst. 38. artic. 2. & ad idem faciunt verba Joan. 3. Spiritus ubi vult spirat, quæ sic expenduntur à D. Ambrosio in Symbolum Apostolorum, cap. 4. ubi vult, in quos vult, & quantum vult inspirat sua propria voluntate: repletque gratia sua quos vult, & quantos vult, & quantum vult sua propria voluntate. Et in eodem sensu loquitur D. Gregorius Nazianc. *Oratione 44.* & S. Aug. cap. 12. de *Dono persever.* & alijs ommissis id ipsum expressè asseritur ab Apost. ad Rom. 9. *Cuius vult, miseretur, & quem vult indurat:* voluntas ergo Dei, & illius amor est suorum donorum essentialia principium.

Secundò probatur eadem minoratione à priori. Quia donum, aut beneficium, est propria materia virtutis liberalitatis, unde donatio, ut loco nuper cit. diffiniit D. Thom. est *datio irredibilis, seu gratuita:* ergo donum essentialiter dependet ab efficaci voluntate donantis. Probatur hæc consequentia. Tum ratione omnibus virtutibus communi: nam primarius actus, qui circa materiam alicuius virtutis versatur, est electio, seu affectus efficax, nam inefficax, licet ad eandem virtutem pertineat, non tamen tamquam actus primarius, sed tamquam imperfectus, & secundarius, & reductivè. Tum specialiter de hac virtute. Nam ratio gratuitæ dationis est amor: ideo enim gratuita datus, quia volumus, quod & ibi etiam notat D. Thom. & hac ratione in donis magis attenditur affectus dantis, quam ipsum donum secundum utilitatem, aut bonitatem intrinsecam, quæ etiam est expressa doctrina D. Thom. 2. 2. quæst. 106. artic. 5. & 6. ergo.

Tertio probatur minor. Non constituitur Deus donans velle, per hoc præcisè quod det illi virtutem volendi: hoc enim repræhenditur à D. Thoma in *origenè 3. contra Gent. cap. 89.* dicens: *Quod hoc est defendere liberum arbitrium contra expressas Sacra Scriptura auctoritates.* Et ratio id ipsum convincit: Nam alias non magis Deus donaret velle in volente, quam in non volente, dummodo utrique conferret posse: ac proinde non magis unus,

2. Prob. illa min.

3. Prob. ead. min.

Ex res-
ponf. M.
B. non-
dubio
probatio
dicitur.

Huic interrogationi fatisfacit D. Aug. prædictis libris nullam fcientiam admittens propositum, & prædeterminationem præcedentem, fed eis subnixam. Conftat hoc *lib. de Prædeftin. SS. cap. 10.* ibi: *Prædeftinatione Deus ea cognovit, quæ erant ipfe facturus, unde dictum est, fecit quæ futura funt.* Et cap. 17. *Electi funt itaque ante mundi constitutionem ea prædeftinatione, in qua Deus sua futura facta præfcivit.* Et de Dono perfeverantiæ, cap. 17. *Hæc Dei dona, si nulla est prædeftinatio, quam defendimus, non præfcivuntur à Deo. Præfcivuntur autem, hæc est ergo prædeftinatio, quam defendimus.* Et cap. 18. *Sine dubio ergo præfcivit, si prædeftinavit.* Quibus verbis, & alijs pluribus ad idem concernentibus fatisfecit S. Parens' interrogationi ei à S. Prospero factæ, conftanter negando aliquam esse præfcientiam honorum operum, non subnixam, proposito, & prædeftinationi Dei. Et in hoc sentu responfionem intellexit S. Prosper, & eam postea docuit, in responfione ad capita Gallorum, circa finem, ibi: *Quæ enim ex Dei munere habemus, & quæ præfcita dicuntur, non possunt non esse prædeftinata, & quæ prædeftinata appellantur, non possunt non esse præfcita.*

Quod evidenter confirmatur.

Elucida-
tor Aug.
sententia ex
ipfomet.

5 Nam cum Semipelagiani ad fundandam præfcientiam suam Divino decreto non innixam, sed eam præcedentem, se munirent D. Aug. auctoritate *lib. de sex. quæst. contra Paganos*, ubi de tempore Christianæ Religionis dixerat, *tunc voluisse Christum hominibus apparere, & apud eos predicare doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui in eam fuerant credituri*, quod refert S. Hylarius ibidè in Epistola ad eundem August. , S. Doct. his ipsius verbis fatisfaciens, & ea explicans, non respondet, præfcientiam illam, quantumvis prædeftinationi non innixam, non explorasse fidem eorum, per modum meriti præcedentis, quod iuxta sententiam, quam impugnamus, debuerat dicere, sed cap. 9.

ubi hoc versat, explicat se tunc illud dixisse sine præiudicio aliarum causarum, & latentis consilij Dei: per quod innuit se locutum fuisse de præfcientia illa, in ordine tantum ad causas inferiores, non autem in ordine ad divinam prædeftinationem, quia hoc sufficiens sibi videbatur ad convincendum errorem eorum, cum quibus tunc disputabat.

Quid autem omnibus attentis sentiendum sit? Explicat in fine prædicti capituli, aureis his verbis: *Quid est verius, quam præscisse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri; sed utrum prædicato sibi Christo à se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est utrum tantum modo eos præscierit, an etiam prædeftinaverit, quæerere, ac differere, tunc necessarium non putavi, proinde quod dixi, tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos predicare doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem.*

Amplius
elucidat.
se ipsum;

Quibus in verbis, ita clare se explicat, ut nulla, aut nova explicatione indigeat. Nam in primis certum est S. Doct. ibi loqui de præfcientia conditionata, tum quia de ea locutus fuerat in quæst. contra Paganos, & de ea sibi erat sermo; tum quia de ea loquebantur Semipelagiani, determinantes, ut ipsis videbatur, ex verbis Aug. qui nã essent qui in Christum fuerant credituri, in his, aut illis occasionebus; sed de hac præfcientia concludit S. Doct. Deum solùm in eis præscivisse fidem, in quibus eam prædeftinavit, seu quos ad illam elegit: ergo sensit manifestè præfcientiam non præcessisse electionem, & prædeftinationem Dei, sed è converso.

Reflexio
ad M. P.

His omnibus respondent præfcientiam, quam D. Aug. in Semipelagianos reiecit, esse præfcientiam operum fidei, quæ Deus non donaret, & præsupponebantur ad prædeftinationem, per modum meriti illius: hanc enim præfcientiam eos docuisse,

6
Responfio
contra;

Reiicitur
1. stando
lit. M.S.P.

constat ex prædictis Epistolis, & ex Libris D. August. in quibus illorum errores, pluries refert, & impugnat. Sed in primis cum S. Doct. ita expressè fuisset interrogatus à S. Profpero, an præsciëntia eilet propositum, an præcesserit, ut ex eius Epistola circa finem constat: nunquam S. Parens concessit præsciëntiam aliquam præcedentem propositum, aut prædestinationem, sed eis subnixam, ut iam illius verbis ostendimus: non ergo solum Scientiæ mediæ ab usum in Massiliensibus reiicit, sed illius substantiam, & absolutum usum etiam reiicit: hæc enim subsistere non potest, si præsciëntia bonorum operum subnixæ est decreto, seu præposito.

2. Ex eod.
motivo.

Deinde ne aliquis incurrat equivocationem, quam ipsi incurrisse videntur, dum longe se esse à Massiliensium, & Semipel. sententia existimant, quia opera per Scientiam mediæ prævisa fatentur esse dona Dei, quod prædicti hæretici negabant; advertendum est, quod apud S. August. idem omnino est opera illa esse dona Dei, & ut sic prævideri, ac esse ab illo efficaciter electa, & prædestinata; & ut sic præcisci. Hoc expressissimè constat in omnibus S. Parentis operibus, quibus rem istam contra Pelagianos tractat, & præcipuè in his Libris de *prædestinatione Sanctorum*, & de *dono perseverantiæ*, quibus Semipelagianos refutat. Videatur in 1. cap. 17. & 18. ubi id apertè convincit ex verbis Apost. ad Ephesios 1. *Elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti.*

Continua-
tur alsup-
sum.

Nam referens expositionem Pelagij, qua dicebat, quod elegit eos antequam essent, prædestinans illos, quos futuros Sanctos, immaculatosque præcivit, illam refutat ex ipsis Apostoli verbis: *Quia non dixit, quod nos elegit, quia eramus, sed ut essemus.* Et subdit: *nempè certum: nempè manifestum est, ideo quippè tales eramus futuri, quia elegit ipse prædestinans, ut tales per gratiam eius essemus.* Quod & confirmat subiunctis ab Apost. verbis: *Sed secundum placitum voluntatis sue, quæ sic explicat: In hoc mysterio voluntatis*

sua, possuit divitias gratiæ suæ, secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram, quæ bona esse non potest, nisi ipse secundum bonam voluntatem suam, ut bona fieret, subnirret. Et alijs pluribus omisissis addimus consequentiam istam: *Deus dona sua prævidit; aut se donaturum prævidit; ergo ea prædestinavit* ita infallibilem fuisse Aug. ut existinaret, quod neque ab ipsis Pelagianis posset negari. Undè de *Dono persever.* cap. 17. referens quædam bona, charitatem, scilicet, & castitatem, & alia id genus, quæ esse dona Dei, ipsi etiam Semipelagiani fatebantur, sic subdit: *An forse neque ipsa dicuntur prædestinata: ergo nec dantur à Deo, aut ea se daturum esse præcivit, quod de S. Aug. cognoscit, & fatetur Cardinal. Bellarmino lib. 2. de Gratia, cap. 11. affirmans hanc eius doctrinam esse fide certam. Huius autem consequentiæ efficaciam postea explicabimus.*

Restat modo breviter insinuare eandem fuisse Angelici Doct. mentem. Et in primis id docet 1. *dist. 39. quæst. 1. artic. 2.* ibi enim cum Mag. docet quod scire Dei respectu contingentium eius subditur libertati, idque necessarium cum Mag. putat, ut Deus posset scire aliquid, quod defacto non scit. Et ibidem *dist. 38. quæst. 1. artic. 5.* asserit, quod Deus ab æterno, non solum *videt ordinem sui ad rem, ex cuius potestate, res erat futura, sed quod etiam ipsum esse rei intuetur.* Quod est idem quod affirmat hic *artic. 13.* distinguens duplicem modum in Deo cognoscendi res futuras, primus, *secundum quod habet rationes rerum apud se presentes;* & secundus, *secundum quod eius intuitus fertur ab æterno super omnia, quæ sunt in sua presentia.*

Et *quæst. 3. de Verit. artic. 7. in Corp.* sic asserit contra Platonem: *Sed quia nos posuimus Deum immediate causam unius cuiusque rei, secundum quod in omnibus causis secundis operatur, & quod omnes effectus secundi ex eius prædestinatione proveniunt, ideo non solum primorum entium; sed etiam secundorum ideas*

7
Suadetur
2. conclusio
ex D.
Thom.

Continua-
tur idem
assumptum.

infallibiliter futura, quia non cognoscetur per ordinem ad omnes suas causas, à quibus illius futuri- tio essentialiter dependet, sed solum inadequatè, & per ordinem ad causas creatas.

3. Collec-
tio.

Tertiò sequitur, quod iam suppositio antecedens futurationem conditionatam actus liberi, & eam à priori infallibiliter inferens, non destruat eius libertatem; talis quippe est decretum illud conditionatè futurum; seu quod esset. Ex quibus tandem infertur inutilitas Scientiæ mediæ immediatè terminatæ ad actus liberos creaturæ, ut conditionatè futuros: non enim est necessaria, aut ut cognoscantur certo, & infallibiliter; siquidem ex vi cognitionis illius decreti, quod cum pro priori ad futurationem conditionatam, tamquam illius causa sit, pro priori etiam debet cognosci, sufficienter supponuntur cogniti, & infallibiliter in esse conditionatè futurorum: immo cum præcisivè ab illo solum fallibiliter cognosci possint, ad hoc munus ad summum erit necessaria Scientia mediæ. Neque etiam est necessaria ad concordandam libertatem cum decreto efficaci; nam hæc concordia in statu conditionato præintelligitur ad illam, ut quid ab illa omnino independens. Nec tandem, ut Deus sit specialis benefactor: nam etiam pro priori ad illam, supponitur quod foret in statu conditionato, & id ipsum quod sufficit, ut tale foret in illo statu, sufficit ut tale sit in statu absoluto: ergo.

12
2. ratio
conclusio
nis.

Sed quia ratio ista solum de supernaturalibus operibus probare videtur, quamvis id ad convincendum falsitatis oppositam sententiam sufficeret, & quamvis facile etiam extendi potest ad omnia bona naturalia: nam omnium etiam illorum Deus est Author, est enim omnium bonorum largitor, ut fides docet, quia tamen aliæ etiam magis generales, nec minus efficaces suppetunt rationes, probanda est ulterius conclusio una, vel altera earum proposita. Sit ergo se-

cunda ratio. Infallibilitas, & omni- moda certitudo obiectiva cuius- cumque futuri contingentis, sive absoluti, sive conditionati, etiam nobis liberi, essentialiter dependet à determinatione, & decreto Divinæ voluntatis de illius esse: adeo, ut nullus possit, illud ut certo, & infallibiliter futurum affirmare, aut sibi polliceri, nisi cum subordina- tione, & dependentia ad illam: ergo implicat quod Deus cognoscat aliquod contingens, ut certo, & infallibiliter futurum, sive absolute, sive conditionatè, nisi dependenter à decreto suæ Divinæ voluntatis. Consequentia est evi- dens.

Et antecedens probatur. Primo ex communi hominum apre- hensione. Nihil enim adeo religio- sum, & pium videtur Catholicis insitum, quam ut in omnibus suis locutionibus, propositis, & pro- missionibus, quibus aliquid de fu- turo affirmant, aut se facturos pro- ponunt, adijcere illam particulam *si Dominus voluerit*, quam non solum addunt circa res sibi non liberas, *ut cras pluet si Dominus voluerit*, sed etiam circa sibi libera- ras ordinis etiam naturalis, *ut anno sequenti ibo ad suriam, aut plan- tabo vineam, si Dominus voluerit*: existimant ergo homines hoc ipsis natura, & religione dictante, nihil de futuro esse infallibile, & certum, nisi ex subordinatione ad dispositio- nem Divinæ voluntatis, ideo enim particulam illam addunt, ut cau- tius loquantur.

1. antece-
dens pro-
b. 1.

Et ne aliquis extimet proba- tionem istam desumptam tantum esse ex vulgi levitate, aut fallibili aliqua pietate; advertat modum istum loquendi fundatum, consue- tumque esse, immo consultum, & præceptum in Sacra Scriptura, usitatum apud Sanctos PP. & etiam in Concilio Tridentino. Ex Sacra Scriptura constat *ex Epist. Jacobi cap. 4.* In quo reprehendit dicentes se aliquid absolute facturos, & ut cauti- us loquantur, vel sentiant, præcipit illis, ut dicant; *Si Domi-*

Origo
probatio-
nis est
scrips.

nas voluerit. Verba illius talia sunt post reprehensionem factam: *Pro eo, ut dicatis, si Dominus voluerit, & vixerimus, faciemus hoc, vel illud.* Et eiusdem modum loquendi observat Apolt. 1. ad Corinth. 4. *Veniam ad vos, si Dominus voluerit.* Et etiam Apolt. Petrus in sua Canonica 3. *Melius est beneficientes, si velit voluntas Dei pati, quam malefacientes.*

Ex sententia item PP.

Ex Patribus autem id constat, ex S. Hieronymo *Epist. ad Cthebiphontem.* Qui postquam relata Jacobi verba adversus Pelagianos adducit, statim contra illos subdit. *Iniuriam tibi putas, & destrui arbitrij libertatem, si ad Deum semper Authorem recurras, si ex illius pendeas voluntate.* Et ex S. Augustino pluribus in locis. Sufficiat nunc adducere, verba illius 22. de *Civitat. Dei, cap. 1.* Quæ quia præclarissima sunt ad propositum, quamvis aliquantulum longiora transcribemus. Sic ergo habet: *Secundum illam vero voluntatem suam, quæ cum eius presentia sempiterna est, profecto in Cælo, & in terra quæcumque voluit, non solum præterita, vel presentia, sed etiam futura iam fecit. Verum antequam veniat tempus, quo voluit ut fieret, quod ante tempora universa præsevit, atque disposuit, dicitur: fiet si Dominus voluerit, non quia Deus novam voluntatem, quam non habuit, tunc habebit, sed quia id, quod ex eius eternitate in eius immutabili præparatum est voluntate, tunc erit.* Quæ verba plura ad nostram conclusionem præcontinent: clarissime tamen id, quod modo prætendimus.

Ex Concilio pariter Tridentino.

In Concilio autem Tridentino id non leviter insinuat *sess. 6. cap. 13.* ubi loquens de dono perseverantiae in gratia, à qua semel habitata, nemo nisi propria voluntate cadit, sic habet: *De perseverantia munere nemo sibi certi aliquid absolute certitudine polliceatur, tamen si in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & respondere omnem debent.* Ubi excludit omnem absolutam certitudinem, & tantum admittit

certitudinem, quasi conditionatam, sub conditione, scilicet, Divini auxilij, & voluntatis Dei. In omnibus ergo nostris operibus, ut certo, infallibiliterque asserta de futuro intelligantur, semper sub intelligenda est conditio Divinæ voluntatis, si Dominus voluerit, & sine illa omnia incerta, & fallibilia reputanda sunt.

Dices: particulam illam *si Dominus voluerit*, quam fideles ex præscripto Sacræ Scripturæ, & SS. PP. adhibere solent, dum aliquid de futuro affirmant, vel promittunt, intelligendam esse de voluntate, & decreto Dei inefficaci, & indifferenti, non autem de efficaci. Sed quam falsa, immo, & ridicula sit ista ex positio constat primo. Quia cum voluntas Dei inefficax, & decretum indifferens, sit coniungibile cum eo, quod hoc faciat, vel non faciat, cum eo quod illud faciat, vel oppositum; sensus huius locutionis, *faciam hoc si Dominus voluerit*, erit iste: *faciam hoc si Dominus voluerit, quod faciam hoc, vel non faciam, quod faciam hoc, vel illius oppositum*, quod videtur blasphemum. Secundo. Quia cum iuxta plures eorum voluntas inefficax, seu decretum indifferens erga actus nostros liberos, sit conditionatum, scilicet, si voluntas nostra sic determinaverit, sensus eiusdem assertionis *faciam hoc si Dominus voluerit*, talis erit: *faciam hoc si Dominus voluerit, quod illud faciam, si ego determinavero facere; vel talis iuxta alios faciam hoc si per Dominum non desierit, quod ego faciam, si determinavero facere; quod est ridiculum.*

Tertio. Quia fideles sic loquentes adhibent illam particulam, ut cautius loquantur, & ut explicent unde eorum locutiones habeant infallibilem certitudinem, & non aliter; sed non habeant infallibilem certitudinem ex voluntate Dei inefficaci, cum hæc compositibilis sit, cum eo, quod sic vel aliter eveniat; ergo per illam particulam intelligunt voluntatem Dei

13 Advers. recursus.

Excluditur 12

Secundo.

Excluditur 3.

unus, quam alter teneretur ad referendas Deo gratias, & inter unum etiam, & alterum discretio non ex gratia Dei, sed ex voluntate proveniret, contra illud Apostoli, *quis est, qui te discernit*. Deinde non constituitur donans, quia de posse adiuncta seria intentione, & inefficaci affectu, ut sequatur velle; nam etiam hoc modo potest prestare idem, immo maius posse non volenti; restat ergo quod ut Deus intelligatur donans velle in volente, debet in eo praeceperet decretum efficax volitionis illius, neque aliter intelligi potest, quod Deus dat nobis velle, & perficere pro bona voluntate sua, & quod verè nos facit velle. His pluribusque alijs ad tractatum *de Volantate* deferendis innititur consequentia illa ab August. facta: *An fortè neque ipsa dicantur predestinata: ergo nec dantur à Deo, aut se daturum esse nescivit.*

9
Advers.
solutio.

Frequens eorum solutio affirmat, quod ut velle sit speciale donum, & beneficium Dei in volente, sufficit quod Deus donet illi auxilium in occasione efficacæ, quam per Scientiam mediam prævidit; sive motus ex efficaciam illius, ut aliqui fatentur, sive solum adiuncta seria volitionis intentione: nam per hoc illud auxilium crescit in ratione maioris beneficii moralis, pro quo tenetur, qui recipit ad speciales Deo gratias agendas. Sed hæc solutio est omnino insufficientis. Primo. Quia cum salutatis consensus sit essentialiter donum Dei, sub quocumque statu consideretur, debet ut donum Dei considerari, & secundum dependentiam ab eo, per quod Deus in esse donantis constituitur: ergo non solum dum intelligitur, ut absolute futurus, sed etiam dum intelligitur, ut futurus conditionate, debet sub hac dependentia intelligi. Quod, & expressisse viderur Augustin. verbis relatis: *qua utique si præcivit, profecto beneficia sua præcivit*. Tum sic: sed non potest intelligi, ut donum Dei sub statu

futuritionis conditionate, quia auxilium, à quo procedit, fuerit conditionate collatum ex directione Scientiæ mediæ de illius efficaciam: ergo solum quia ex decreto efficaci independenti à Scientia mediæ fuerit collatum. Minor probatur. Quia futuritio conditionata supponitur ad Scientiam mediam, tamquam obiectum ab illa pure specularandum, & non faciendum, ut ipsi supponunt: ergo.

Secundo. Ab eisdem causis, à quibus consensus dependet essentialiter in sui absoluta futuritione, dependet etiam in futuritione conditionata. Tum quia consensus sub utroque statu est essentialiter idem. Tum quia à conditionata futuritione ad absolutam purificata conditione est bona consequentia: esset autem mala si ab aliquo dependeret in sui futuritione absoluta, à quo non dependeret in conditionata; quia plus requireret consequens ad sui veritatem, quam antecedens: sed ut consensus sit absolute futurus dependet essentialiter ab efficaci decreto Dei, sive formali, ut concedit Suarez, sive virtuali, ut alij sentiunt, à quibus non videtur dissentire Vazquez: neque aliter potest salvari, quod consensus sit donum Dei ut iam fere omnes illi fatentur, & tenentur fateri, ex mandato sui Generali *Aquaviva* relato à Paulo Leonardo 2. part. num. 55. à P. Tyrso, & à P. Henao: ergo ab eodem decreto dependet, etiam in statu futuritionis conditionate. Tum sic; sed decretum illud sub illo statu non potest intelligi regulatum Scientia mediæ, cum hæc non præcedat, sed potius consequatur statum illum: ergo debet esse decretum efficax omnem Scientiam mediam præveniens: in hoc ergo Deus sua dona, & beneficia cognoscit, quod est nostrum intentum.

Tertio rejicitur solutio, quia collatio auxilij in occasione consensus prævisa, nihil amplius addit supra absolutam collationem eius iuxta aliquos eorum, quam Scientia

z. rejicitur solutio.

z. rejicitur solutio.

Media efficaciam eius; sed per Scientiam Mediam efficaciam eius non potest consensus constitui in ratione doni Dei: ergo ultra hoc requiritur decretum efficax. Minor probatur. Tum quia iuxta communio-rem eorum sententiam Scientia media non requiritur tamquam causa per se, ad existentiam consensus, sed solum per accidens; alias etiam in statu futuritionis conditionate, ad illum, ut causa præsupponeretur: unde est communis eorum sententia, quod si per impossibile Deus conferret auxilium, nesciens, quis inde effectus consequeretur, adhuc subsisteret consensus. Tum quia id, per quod constituitur consensus in esse doni Dei, & Deus in esse donantis, debet esse Deo liberum, & sub pleno dominio Dei: nam in donando maxime libertas, & dominium resplendet; sed Scientia media non est Deo libera, ut ipsi fatentur: ergo per illam non potest in esse donantis constitui; restat ergo etiam debere intercedere decretum Dei efficax, ut eorum Generalis *Aquaviva*, qui disputationibus Romæ habitis interfuit expressit, & eis mandavit.

10
Respons.
Advers.

Supposita autem necessitate huius efficacis decreti, ut Deus intelligatur consensum nostrum donans, solum potest occurri argumento facto, vel negando necessitatem istam ad consensum, ut conditionate futurum, vel dicendo quod & si sub illo statu intelligatur etiam à decreto dependens; non tamen à decreto, quod tunc sit, sed quod esset, si talis conditio esset purificanda. Sed primum reiectum, & impugnatum manet: quia ab eisdem causis, à quibus consensus essentialiter dependet, ut sit donum Dei in statu absoluto, dependet etiam in statu conditionato: cum essentialiter sit donum Dei, in quocumque statu, ut donum Dei cognoscatur, & tale essentialiter sit. Contra secundam autem obstant in primis omnia, quibus *Dub. 1. & 2.* ostendimus futu-

Impugn.
r.

Secundò.

ritionem conditionatam dari de presenti futuritionis tempore, licet non detur res futura: debet ergo per aliquid de presenti formaliter constitui; quod nihil aliud esse potest, nisi decretum. Obstant etiam ea, quibus probabimus, præcipue *Dub. 4.* quod cum rem esse futuram, sit aliquid prædicatum contingens, per quod à parte possibili distinguitur, debet à providentia, & decreto Dei, de facto id disponenti, provenire. Deinde adhuc admissio sufficere decretum, quod foret, & non requiri decretum, quod sit, obstant etiam contra illam ea, quibus *Dub. præcedenti* ostendimus Deum non posse cognoscere sua decreta contingenter conditionate futura, nisi ratione alicuius decreti, quo reflexe velet, quod sic determinaret.

Tertiò.

Quartò.

Sed his omnibus suppositis, & solum insinuat aliter, & efficaciter, ni fallor, impugnatur eadem solutio: nam si futuritio conditionata actus dependet essentialiter à decreto efficaci Dei, quod esset: ergo pro priori naturæ ad futuritionem conditionatam actus intelligitur decretum efficax, quod esset, ex quo tanquam ex ratione à priori, & causa futuritio conditionata illius infertur. Quod si ita est, ut ex dictis manet convictum, & hæc solutio fatetur; evidenter sequitur primò, quod in decreto illo pro priori ad futuritionem conditionatam actus præintellecto, intelligatur ipsa conditionata futuritio; cum enim sit efficax, infallibiliter cum ea connectitur: ac proinde est medium aptum, ut in eo cognito cognoscatur: ac præinde antequam futuritio conditionata actus immediate intelligatur in existentia actus, quæ esset, intelligatur in decreto Dei. Secundò sequitur, quod ut futuritio actus conditionata infallibiliter cognoscatur, debet cognosci dependenter à decreto, quod esset, sicut dependenter à causa necessario ad illam requisita; quodque dum præcisivè ab illo cognoscitur, non cognoscitur, ut

II
Alia impugnatio.

1. Collectio.

2. Collectio.

in-

Quartò. efficacem. Quartò. Quia cum voluntas, & decretum indifferens sententiant ex parte actus primi, & constituunt liberum arbitrium, dum dicunt *faciam hoc, si Dominus voluerit*, erit idem ac dicere, *faciam hoc, si habuero liberum arbitrium, aut si possim hoc facere*; sed hoc nullus Christianorum intelligit, dum sic loquitur; sed potius attendit mutabilitate arbitrij illam particulam addit: immo hoc exprimit sub alia conditione Apostolus ubi supra dicens: *pro eo ut dicatis, si Dominus voluerit, & vixerimus*; scilicet, ut homines capaces liberi arbitrij. Quintò. Quia particulam illam non intelligi de voluntate indifferenti, & solum constituyente posse, constat: quia iuxta S. Hieronymum intelligitur de voluntate illa, per quam Deus constituitur auctor nostrorum operum, & iuxta Augustinum de ea, qua immutabiliter ab aeterno cuncta disposuit, & qua cuncta, quæ voluit, fecit, & iuxta Tridentinum, de illa, qua nobis donat perseverantiam; sed hæc non est voluntas inefficax, cum hæc sit communis, & sine ullo effectu possit subsistere: ergo.

Quintò.

D. Hiero-
n. mus.

P. Aug.

Trident.

§. III.

ALIAE RATIONES
proponuntur.

3. ratio conclusio nis. **T**ertia ratio sic formatur, quod voluntas sub hac occasione indifferente se ad hanc partem determinet, & non in oppositam, est aliquid creatum, & reale in ipsa voluntate: ergo à Deo tamquam à primò ente participatum: ergo ab eo causatum, & productum per eius voluntatem: ergo à Divina voluntate, tamquam à causa per se habet voluntas creata quod se in hanc partem, potius, quam in alteram determinet: ergo sicut præcisivè à Divina voluntate id revera non haberet, ita præcisivè ab illa non posset id à Deo cognosci. Confirmatur primò. Non po-

Confirm.
1.

rest intelligi, quod sub hac occasione indifferenti foret consensus conditionatus voluntatis, quin intelligatur, quod foret, ut effectus Dei; non necessario agentis; alias foret necessario: ergo agentis libere: ergo foret ut effectus Dei agentis ex determinatione suæ voluntatis: ergo implicat, quod intelligatur fore conditionatum contingens, quin intelligatur voluntas Dei, ut causa illius sub illo statu. Omnes consequentiæ usque ad ultimam legitime inferuntur. Minor est de fide, & per se nota, & antecedens unde omnes dependet: Probatur ex eò, quod consensum creaturæ esse effectum Dei est prædicatum illi essenziale ipsum transcendens: ergo sub quocumque statu debet, & talis esse, & ut talis intelligi.

Confirmatur secundò. Dum intelligitur, quod consentiret; vel intelligitur Deo causante consensum eius, vel præcisivè ab eo, quod Deus illum causaret? Non secundum; alias non intelligeretur, quod consentiret consensu creato. Si primum: ergo sub illo statu conditionato intelligitur consensus posterior natura Deo, ut causante, & Deus ut causans prior natura illo; cum ergo Deus constituatur in esse causans, aut causaturi cuiusvis effectus creati per eius voluntatem, voluntas Divina intelligitur, ut prior natura consensu conditionato, & iste ut posterior natura ea. Quæ ratio ulterius confirmari potest ex dictis *Dub. 2. §. 2. a num. 13.*

Confirm.
2.

Solum autem potest his responderi, sicut supra: scilicet, quod ut determinatio voluntatis creatæ, intelligatur ut effectus Dei in statu conditionato, seu ut effectus conditionatus Dei per illius liberam voluntatem, non est necesse quod intelligatur voluntas Divina existens, sed sufficit, quod intelligatur voluntas, quæ foret, ut sic causa correspondeat exigentiæ effectus. Sed hoc etiam ex superius dictis iam manet impugnatum, & quoad præseus recolenda est impugnatio nu-

Solutio
contrar.
ex dictis
occupatus

vero 12. facta, quæ modo sufficit.

Quartò probatur conclusio. 15 Deus omnia à se distincta cognoscit in se ipso tanquam in causa, idea, & specie impressa; sed præcisiuè à decreto suæ voluntatis non intelligitur Deus, causa, idea, & species determinata futuri conditionati contingentis: ergo præcisiuè ab illo non potest hoc certo in Deo cognosci. Maior est expressa D. Thomæ hic *artic. 5. & 6.* & alibi pluries; est que communis Theologorum, quoad affirmandam cognitionem omnium creaturarum in Deo, quidquid sit, an etiam à Deo cognoscantur immediatè in se ipsis: & certè quoad secundam, & tertiam partem à nemine negari potest. Minor autem probatur. Et in primis quoad rationem ideæ expresse etiam tradidit à D. Thomæ *quest. 3. de Veritat. artic. 6.* verbis supra relatis. Quoad rationem autem causæ efficientis constat ex modo dictis. Nam Deus non est causa efficiens creaturarum, nisi secundum quod eius potentia applicatur per eius voluntatem ad operandum: cum omnia operetur secundum consilium voluntatis suæ.

1. min. prob. quo ad omnes partes.

Sed quoad omnes eius partes simul probatur. Nam omnia prædicata Divina præcisiuè à decreto suæ voluntatis sunt indifferentia, ut repræsentent futuritionem, vel non futuritionem conditionatam: neque apparet undè ad unum præ alio repræsentandam determinari possint, nisi ab illius decreto; sed in medio indifferenti ad duo extrema, ut rati, non potest aliquid eorum determinatè cognosci: ergo, Maior probatur. Et in primis quod illa ex se fiat indifferentia, constat: nam æquè benè, & ita perfectè saluatur omnipotentia, & essentia Dei repræsentando non futuritionem conditionatam, ac futuritionem conditionatam repræsentando. Quod autem aliunde determinari non possint, quam à decreto, probatur. Quia non possunt determinari à Scientia Divina: Tum quia ista ter-

minatur ad illa, ut determinata iam ad repræsentandam futuritionem, potius, quam non futuritionem. Tum quia Scientia Divina præcisiuè à decreto est prædicatum Deo necessarium; determinatio autem illa non est necessaria, sed contingens. Neque ab alio quocumque prædicato Divino: omnia enim alia sunt pariter Deo necessaria, & æquè indifferentia ad fore, vel non fore conditionatum.

Deinde hæc determinatio non potest provenire ab aliquo creato: tum quia quamvis effectus, ut talis, possit aliquam causam creatam determinare; quia causa creata impotere potest aliquam dependentiam ab effectu, secus autem causam increatam, quæ nullatenus ab eo dependet, sed potius omnis determinatio effectus ab illa, ut iam determinata à priori procedit. Tum quia cum determinatio illa debeat esse intrinseca causæ; in aliquo enim prædicato intrinseco sibi, Deus ea futura cognoscit; non potest ab aliquo creato, quod omnino extrinsecum est Deo, provenire. Quod manifestum est in specie impressa, & causa efficienti: nam repræsentatio primæ intrinseca est illi, ut patet in speciebus creatis: & pariter secundæ; cum in continentia intrinseca effectus fundetur. Et tandem: quia cum hæc determinatio detur ab æterno, & ab æterno nihil sit creatum, ab illo non potest formaliter provenire. Restat ergo, quod unicum determinativum Divinorum prædicatorum, ut in eis Deus futura conditionata cognoscat, sit Divinum decretum: hoc enim Deo est intrinsecum, prima radix totius contingentie tam in Deo, quam in creaturis, & formalis illius libertas: undè sicut cetera alia prædicata contingentia, sive absolute futura, sive existentia ex determinatione illius repræsentantur; sic pariter, & conditionata.

Si autem fiat recursus ad decretum, quod foret contra est primo. Quia cum decretum, quod foret, recluderet, tur 1.

16

Recursus Advers. recluditur 1.

ret, non sit, sed foret, neque prædicata Divina determinata essent, sed forent; quod si determinata non essent, essent indifferentia, ac proinde in illis non posset conditionata futuritio, potius, quam non futuritio cognosci: ergo.

Secundò.

Quia decretum, quod foret, secundum quod foret, deberet etiam in Deo cognosci, ut ex vi illius cogniti, futuritio conditionata cognosceretur: aliquid ergo pro priori ad eius existentiam esset in Deo determinans ad representandum, quod decretum illud foret, potius, quam quod non foret; quod aliud esse non potest, nisi aliquid decretum reflexum, ut constat ex dictis *Dubio præcedenti*.

Tertiò.

Tandem quia hoc gratis admissio, ipsum decretum, quod foret, esset formale determinativum, ut futuritio conditionata repræsentaretur in Deo per modum causæ efficientis, idealis, & per modum speciei impressæ: ac proinde Deus non posset futurum conditionatum cognoscere nisi dependenter ab illo decreto, quod foret; ex quo, ut supra arguebamus, impossibilis esset Scientia media.

17
Ultimò
conclusionis
prob.

Tandem probatur conclusio ratione communi apud nostros Auctores desumpta ex paritate futuri absoluti. Futurum absolutum nequit à Deo cognosci, nisi dependenter à decreto subiectivè in ipso existenti: ergo nec futurum conditionatum. Antecedens communiter ab ipsis admittitur, & merito: nam non potest non cognosci per scientiam Deo formaliter liberam; sed hæc innitur decreto Divino existenti: ergo. Consequentia autem probatur. Tum quia ideo primum est verum, quia esse absolute futurum est prædicatum illi contingens, per quod à purè possibili distinguitur, quod ei convenire non potest, nisi ex decreto Dei extrahente à statu puræ possibilitatis; sed hoc etiam convenit futuro conditionato: ergo. Quam probationem late proposuimus *Dub. 4.*

1. Consequentia
prob. 1.

Secundò.

à num. 10.: Undè modo aliter probatur consequentia. Nam sicut futurum conditionatum modo non est, sed esset, ita futurum absolutum modo non est, sed erit; & tamen hoc secundo non obstante petit ad sui esse, & ad sui cognosci decretum Divinum subiectivè existens: ergo idem dicendum est de futuro conditionato.

Communis eorum solutio. 18

Advers.
respons.

Asserit quod neutrum futurum per se exigit decretum subiectivè existens, neque ad sui esse, neque ad sui cognosci: sed quod sicut ad futurum conditionatum, sufficit decretum quod esset, ita ad futurum absolutum, secundum id, quod ab eo per se est exactum, sufficit decretum, quod erit. Quia tamen Divinis decretis propter Divinæ voluntatis immutabilitatem, repugnat futuritio absoluta, non autem conditionata; ideo ad futurum absolutum requiritur decretum subiectivè existens, secus autem ad conditionatum, sed sufficit decretum, quod foret.

Sed contra est primò. Nam si existentia decreti ab æterno non est per se exacta ad futurum absolutum: ergo nec scientia innitens decreto, ut ab æterno existenti, est per se exacta ad illius cognitionem: cum enim scientia libera, ut talis debeat inniti decreto, ut existenti; scientia libera ut talis, non erit per se exacta ad cognitionem futuri absoluti. Ex quo sequitur, quod scientia, qua cognoscitur futurum absolutum, non sit formaliter libera, sed solum materialiter, & identice. Et ex hoc secundo rejicitur: quia si futurum absolutum, ut tale, secundum id, quod per se exigit, potest esse, & cognosci præcissivè ab existentia decreti, ut ab æterno existentis; cum futurum absolutum, ut tale, prævideatur sub statu apto ad merendum, & propterquod Deus decernat aliquod præmium; sequitur quod intuitu illius possit Deus existentiam decreti, per modum præ-

Impugna
tur 1.

Secundò.

mij illius decernere; quod affirmare Pelagianissimum est.

Recurfus
quidam.

Nec valet dicere, scientiam illam, ut terminatam ad futurum absolutum, dicit per se praeindat ab existentia decreti; non tamen esse priorem illo, sed in signo quasi disparato. Contra enim est: nam hoc ipso quod intelligatur in signo disparato, potest assumi, ut meritum illius, & consequenter constituere signum prius, saltem accidentaliter: sicut licet signum futuritionis actus charitatis sit per se, & ex natura sua signum disparatum ad futuritionem gloriae; per accidens tamen, & ex Divina dispositione constituit signum prius per modum meriti, ut patet in predestinatis: ergo pariter, &c.

Occludi-
tur.

19
Impugna-
tur 3. res-
ponso.

Tertio impugnatur, & directe ostenditur fatarum absolutum per se exigere existentiam decreti ab aeterno, & non tantum per accidens. Tum quia futuritio absoluta creaturae per se, & essentialiter exigit determinationem primae causae, prout à secunda distinguitur; sed determinatio primae causae, prout distinguitur à secunda, per se est aeterna: ergo. Tum quia licet creatura possibilis ab aeterno sit in se nihil, per se tamen exigit causam primam ab aeterno existentem, ut probat D. Th. 1. part. quest. 2. artic. 3. quem sequuntur alij Theologi: & inde sufficienter constat, quia alias non esset, unde vel à posteriori existentia Dei ab aeterno demonstraretur: ergo licet esse futuri sit ab aeterno nihil, & solum aliquid in tempore; exigit tamen per se determinationem primae causae, ut ab aeterno existentem.

Urgetur
impugna-
tio.

Quod urgetur. Si quia futurum absolutum ab aeterno nihil est, per se non exigit decretum ab aeterno existens; quia existentia creaturae, & possibilitas eius intrinseca ab aeterno est nihil, non exigeret per se causam primam ab aeterno existentem; at hoc est absurdum, ut constat, tum ex D. Thom. loco nuper adducto, tum ex communi apud ipsos sententia, qua asseri-

tur possibilitatem creaturarum à priori desumi ex omnipotentia Dei: Tum quia si ab aeterno nihil esset, cum nihil nihil possit producere, ab aeterno nihil esset producibile; ac proinde nec possibile: ergo.

§. IV.

SOLVUNTUR ARGUMENTA.

Contra hanc conclusionem obij-
cies primo celebre illud testi-
monium Matth. II. *Vae tibi*
Corozain, & tibi Bethsaida, quia
si in Tyro, & Sydone, facta essent
virtutes, quae facta sunt in vobis,
olim in illicio, & cinere, peniten-
tiam egissent. Quae fere verba, etiam
habentur Luca 10. eis tamen Chris-
tus Dominus increpat Iudaeos com-
parative ad Tyrios, & Sydonios
Gentiles, eo quod Iudaei visis illius
operibus non egerint Poenitentiam;
quam tamen egissent Gentiles, si vi-
dissent; sed si Deus cognovit Gen-
tium poenitentiam in decreto efficax
et requisito ad illam, & hoc decre-
tum non habuit respectu Iudaeorum;
iniusta omnino esset eius compara-
tiva increpatio: ergo. Probatum min-
us. Quia increpatio comparativa, ut iusta
sit, debet supponere extrema, inter
quae sit, omnino aequalia pro priori
ad usum suae libertatis in eis, quae
conducunt ad bene operandum, sed
si decretum efficax antecedens, est
necessarium ad bene operandum,
& ut bona operatio à Deo cognos-
catur, extrema illa non essent aequa-
lia in his, quae ad operandum con-
ducunt: valde enim conducit id,
sine quo bona operatio nunquam
fiet; & alias cum sit antecedens nos-
trae libertatis exercitium, per illud
non potest adquiri, ut Thomista
fatentur: ergo.

20

1. Obiect.
ex Script.

Minor cum consequenti constat,
& mai. probatur. Tum ex sententia
Arist. lib. 3. & 6. *Ethic.* asserente,
quod argumentum à comparatio-
ne inefficax est, ubi datur dis-
paritatis ratio conducens, ut ex-
trema diversum fortiantur effec-
tum;

1. Mai.
prob. 1.

rum; sed si extrema non supponuntur æqualia in his, quæ ad actum conducunt, datur ratio disparitatis, ut unum, & non aliud eliciat actum, illud, scilicet, quod in uno, & non in altero reperitur: ergo. Tum quia iniusta est reprehensio, & increpatio comparativa, cui prudens potest adhiberi excusatio; sed si Deus haberet decretum efficax de conversione Gentilium visis miraculis Christi, & hoc non haberet, eis etiam visis, de Iudzorum conversione, & decretum istud esset absolute requisitum ad fidem, possent Iudæi suam infidelitatem comparative ad fidem Gentium excusare, dicentes, ideo eos non credidisse, Gentibus credituris; quia ipsi non habebant decretum efficax requisitum ad credendum, habebant autem Gentiles; quæ excusatio prudens videtur: ergo.

Secundò.

[Probatur
3. illa mi-
nor.

Tum quia si Iudæi non essent æquales in miraculis, & prædicatione Christi cum Gentibus, iniuste comparative ad Gentes increparentur; sed inæqualitas orta ex efficaci decreto, quod supponimus respectu gentium, & negamus respectu Iudzorum, maior est, & magis conducens ad conversionem, quam inæqualitas prædicationis, & miraculorum Christi, cum fortius moveat ad fidem decretum, quam externa prædicatione, & visio miraculorum: ergo.

Ultimo.

Tandem id probant. Quia increpationis istæ comparativæ ridiculæ, & illusoriæ sunt: *Quomodo non amas vehementissimè Regem, à quo nihil boni accepisti, cum ita illum Petrus amet: summis ab eo honoribus cumulatus? Quomodo toties Dei legem transgredieris, cum Christus nunquam fuerit transgressus? Quomodo non pervenis ad tam singularem Sanctitatis gradum, ad quem Beatissima Virgo tot gratijs cumulata pervenit? Et his similia; sed non alia ratione, nisi quia extrema, inter quæ sit, non supponuntur æqualia, sed potius inæqua-*

lia in his, quæ ad ponendum actum requiruntur: ergo.

Hoc argumentum, quod est præcipuum pro Scientia media, solvendum est ab omnibus Catholicis: nam eandem difficultatem ingerit supposita Catholica fide: de fide namque est, quod discretio consentientis à dissentiente ex donis gratiæ Dei provenit iuxta illud Apost. *quis est, qui te discernit?* & etiam est de fide, quod Deus, qui dissentienti donat tantum posse, consentienti non solum posse, sed etiam ipsum velle, & perficere pro voluntate bona sua donat: iam ergo iuxta fidem Catholicam consentiens, & dissentiens non sunt æquales in donis gratiæ Dei, quæ valde ad consentum conducunt; cum quo tamen componitur, quod increpatio comparativa dissentientis iusta sit, neque esset prudens responsio, aut iusta excusatio, dicere ipsum non consentire, altero consentienti, quia cum alteri donatum sit, non solum posse, sed etiam agere; ipsi tamen donatum est posse, & negatum agere.

21. Argumen-
tatio tan-
git omnes
Catho-
licos ad
solvendū
1.

Deinde Deum præbere auxili- 2. Id ipi
lium prævisum efficax est maior sum.
gratia in esse moralis beneficij, necessario requisita, tum ut Deus faciat discretionem inter consentientem, & dissentientem, tum ut consentienti donet consentum, quod sive consequenter, sive inconsequenter ad propria principia ipsi fatentur, ut videre est apud P. Suarez lib. 3. de Auxilijs, cap. 14. ubi addit: *Necessarium etiam esse propositum, seu decretum efficax de eo, quod tale auxilium coniungatur cum consensu;* quod & repetit capit. 20. numer. 12. & tamen ex eo quod dissentiens careat hac gratia, non solum conducenti, sed etiam necessaria ad consentiendum, non sequitur quod increpatio illius respectu consentientis, non sit iusta, sed excusabilis: ergo.

22
Recurfus
contrario
rum.

Nec valet dicere, quod consentientem habere illam gratiam efficacem, & dissentientem illa carere dependet ab eorum libertate: quia, nimirum, potuit consentiens facere, quod illud auxilium prævisum efficax, prævideretur inefficax; & dissentiens è converso facere, quod auxilium prævisum inefficax, esset prævisum efficax. Sed hæc solutio intolerabilis mihi videtur. Primò. Quia gratia illa specialis requiritur per modum causæ per se exactæ à consensu: ergo per consensum acquiri non potest, sed debet ad illam supponi. Patet consequentia: nam hac ratione iuxta illos, & iuxta nos, phisica prædeterminatio non potest acquiri per actum. Antecedens autem probatur. Quia consensus ille salutarius, cum sit essentialiter donum Dei, essentialiter petit provenire à Deo ipsum donante, & discretionem inter consentientem, & dissentientem faciente; sed Deus in esse donantis, & discretionem facientis, constituitur per gratiam illam specialem; ut ipsi fatentur: ergo.

Recludi-
tur 1.

Recludi-
tur 2.

Secundò. Quia si data solutio subsisteret, verum esset, quod Deus non tam conferret homini gratiam, ut consentiret, & à dissentiente discerneret, quam quia consentiret, & quia discretus erat, quod est contra fidem: nam dum dicitur, *quod nemo potest venire ad me, aut nemo potest accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de Cælo, & quis est qui te discernit*, donatio, & discretio significantur, ut causæ veniendi ad Deum, & faciendi aliquid, ab alio discernens, & ad Deum conducens. Sequæla autem videtur manifesta ex eorum solutione. Nam si homo consentiendo potest acquirere gratiam specialem, & facere quod Deus illum discernat: ergo gratia illa, & discretio, eo confertur, quia consentit. Et certè in eorum principijs pro priori ad consensum nihil essentialiter supponitur in consentiente

de donis gratiæ, quod non sit in dissentiente.

Tertiò. Quia negari non potest, quod ex libera Dei voluntate pendet conferri illam gratiam, qua donat consensum, & unum ab altero discernit: & hoc constat. Tum ex illo Apost. ad Rom. 9. *Cuius vult, miseretur, & quem vult indurat.* Et ex illo Exodi, *misereror cui voluerit, & clemens ero in quem mihi placuerit.* Tum quia gratia illa donum, & beneficium Dei est; de ratione autem doni, & beneficii est quod proveniat ex libera, & gratuita voluntate donantis, ut iam supra ostendimus: ergo non est liberum homini habere illam gratiam, vel absolute ea carere. Patet hæc consequentia. Tum quia in eorum principijs dominium eiusdem rei apud duos esse non potest, & si sint Deus, & creatura: tum quia si esset liberum homini, non posset Deus illam donare, nisi prævisis libera eius determinatione; sed huius prævisionis suppositio non est Deo libera, ut ipsi fatentur: ergo. Tandem quia licet consentiens posset facere, quod illud auxilium ei collatum prævideretur efficax, & dissentiens, quod prævideretur inefficax; neuter tamen posset facere, quod si prævideretur inefficax, conferretur etiam consentienti; plura enim talia prævisa sunt, quæ non fuerunt ei collata; & quod si prævideretur efficax, conferretur dissentienti propter eandem rationem: conferre ergo, vel non conferre auxilium efficax unice dependet à Deo.

3. Recludi-
ditur.

Ultimo
recludi-
tur re-
curf. con-
trar.

Sub qua
forma ob-
iectio sol-
venda sit
ab omni-
bus Ca-
tholicis.

Quapropter argumentum propositum debet ab omnibus Catholicis sub hoc forma solvi necesse. Iudæi, nec Gentiles possunt credere, nisi Deus illis donet gratiam efficacem, qua credunt, & à non credentibus discernantur. Deum autem eis conferre hanc gratiam, non subsequitur ad eorum libertatem, sed eam præcedit, & causat, ut testimonijs adductis, & rationibus factis ostensum est; sed Deus gratiam illam non donavit Iudæis, do-

donasset autem Tyrijs, & Sidonijs: ergo iniuste Iudai illi fuerunt increpati à Christo Domino comparative ad Gentiles. Quod argumentum coincidit cum altero, & magis clarè patet, si supponatur quod gratia efficax supponit etiam efficax decretum, quod fatetur Suarez, & plures alij: immo omnes teneri fateri de mandato sui Præpositi Generalis supra vidimus.

23
Solutio
obiec-
tio-

Undè argumento pro omnibus responderetur concessa maiori negando min. ad eius probationem dist. mai. ut iusta sit increpatio debet in extremis, inter quæ sit, æqualitatem supponere, *quantum ad ea, quæ conducunt ad materiam reprehensionis, ex parte actus primi.* conc. mai. *quantum ad ea, quæ conducunt ex parte actus secundi*, nego mai. & disting. min. non essent æqualia, *quantum ad ea, quæ requiruntur ex parte actus primi*, nego mai. *ex parte actus secundi*, conc. min. & neganda est consequentia. Increpatio enim fundatur supra obligationem: obligatio autem supra posse facere; qui enim potest, tenetur, & non facit, peccat, & reprehensione dignus est: undè ubi est idem posse, & eadem potest esse obligatio; & si est eadem obligatio, & unus adimplet, altero non adimplente, qui non adimplet, non solum absolute, sed etiam comparative ad adimplentem increpari, reprehendique potest. Decretum autem efficax, quod respectu Gentilium, & non Iudæorum supponimus, neque addit posse Gentilibus, neque eius defectus diminuit de posse Iudæorum: non enim se tenet ex parte actus primi, sed secundi, per modum infallibilis applicationis potentie ad actum: quapropter inæqualitas, quæ ex capite illius in eis reperiebatur, sicut non variat posse, neque obligationem, ita non facit, quod comparativa increpatio iniusta sit. Quod, & doctrinis superius adductis, partim ab eis concessis, & alijs ex Sacra Scriptura

concedendis explicari, confirmari, que potest.

Ex his facile solvuntur probationes maioris. Ad primam quæ ex *Philos.* desumitur, dicatur, quod licet detur disparitas inter illa extrema, ut Tyrij crederent, non autem Bethsaiditz, quia ad credere, vel non credere attenduntur omnia, tam ex parte actus primi, quam secundi; non tamen datur disparitas, sed omnimoda paritas in posse credere: cumque obligatio supra posse fundetur, & supra obligationem increpatio; in his quæ ad increpationem conducunt; nulla datur disparitas. Ex quo constat ad tertiam. Nam disparitas, quæ ibi assignatur, non est sufficiens, neque iusta: non enim est de pertinentibus ad posse, supra quod fundatur obligatio: sicut, ut vidimus, insufficiens esset respondere, aliquem non credidisse, altero credente, *quia cum Deus alteri donasset posse, & credere, illi tamen donavit posse, & negavit credere.* Et similiter illa responsio, quæ in eorum principijs adhiberi potest, quod, scilicet, *Deus uni dedit auxilium congruum, cum tamen plura alia præviderint incongrua; & alij auxilium incongruum, cum etiam plura præviderit congrua*, illa, inquam, etiam insufficiens est; quia non datur penes ea, quæ requiruntur ex parte actus primi, supra quæ unice fundatur obligatio.

Ad quartam dicatur, quod 4. *Idem* inæqualitas in doctrina, & experientia miraculorum Christi esset inæqualitas ex parte eorum, quæ requiruntur ex parte actus primi. quod à posteriori evidenter colligitur ex eo, quod omnia ista possunt sine actu secundo reperiri; ac proinde non se tenent ex parte illius. Undè quamvis supposita inæqualitate in his non esset iusta increpatio comparativa inter illa extrema; secus autem si solum supponatur inæqualitas in decreto: sicut si supponatur solum in dis-

Solv. r;
mai. pro-
batio. & 2

Item 3.

creatione, & donatione actus secundum.

Similia
disparia
sunt ad
præf.

Et idem dicimus ad alia exempla, & ad plura alia, quæ obijci solent: nam collatio beneficiorum ex parte actus primi se habet, obiectivè excitando dilectionem beneficiarii erga benefactorem. Carentia etiam peccati in Christo ex absoluta impotentia ad peccandum ducebat ortum. Gradus autem sanctitatis, ad quem Beatissima Virgo pervenit, non proveniebat præcisè ex decreto efficaci Dei, sed ad illud supponebantur quam plurima alia auxilia, ex parte actus primi se habentia, ne gratia efficax modo minus connaturali à Deo donaretur: non ergo potest dari inter extrema ista increpatio comparativa absoluta, sed solum proportionalis, habita, scilicet, consideratione, proportionis potentia ad proprium actum; ut si dicatur: *Cur tu non diligis Deum, ut duo, cum acceperis posse ad hoc; cum tamen Beatissima Virgo cum, ut centum dilexerit habens ab eo posse ut centum.* Contra quam solutionem replicari potest, intendendo probare, quod decretum efficax se tenet ex parte actus primi, & quod constituit posse. Sed de hoc alibi est agendum, & modo oppositum est supponendum.

Excusatur quædã obiectio.

24
Scrupulus suspensus.

Quapropter solum contra illam restat scrupulus, quod si res ita se habet, male intulit D. August. cap. 14. de Domino persever. ex reprehensione ista comparativa, quod non erant ita ex cecati oculi Tyriorum, neque ita cor eorum induratum, sicut erat Iudæorum: nam si Deus Tyriorum poenitentiam in decreto efficaci illam donandi cognovit; cum hoc decretum potuerit libere habere erga magis, vel minus excecatos, magis, vel minus dociles; male infertur ex eo, quod illud erga Tyrios, & non erga Iudæos habuisset, quod Iudæi magis excecati, magis sive indurati essent. Sed

ad hoc iam est satisfactum supra Exemptus est.
Disp. 2. Dub. 1. §. 4. num. 22. videatur ibi.

Secundo obijcies. Scientia conditionata futurorum contingentium debet precedere scientiam absolutam eorum; sed decretum conditionatum non necessario precedit absolutum: ergo scientia conditionata non necessario innititur decreto conditionato. Consequentia est evidens, & minor apud nos videtur certa: nam potest Deus prætermisso decreto conditionato decernere absolute, quod *Petrus sub auxilio A indifferenti convertatur*; non enim se exponeret, aut periculo frustrandi decretum, cum possit talem conversionem obtinere à Petro per media ex se efficacia, neque eius libertas aliquod detrimentum acciperet, ut est in nostris principijs comperitum. Insuper & hoc ad libertatem Dei spectare videtur: ergo. Undè difficultas reducitur ad probationem maioris, quam varie probare prætendunt. Primo, ex SS. Patribus, apud quos variæ reperiuntur quæstiones, in quibus supponitur scientiam conditionatam precedere absolutam, ut est illa apud Damascenum, Basilium, & Chrysostomum: *Cur Deus creavit Angelos, quos præsciebat futuros malos?* Et illa apud eundem Damascenum, & Nisenum: *Cur eos creat homines, quos sciebat peccaturos, & non acturos poenitentiam;* & similis apud D. Augustinum: *Cur homines istos, non aufert ex hac vita, antequam peccent?* Et alia plura, in quibus præcipua difficultas insita videtur, quod per illam præscientiam peccati, quam SS. Patres supponunt, potuit Deus retardari, ne creaturas illas produceret; sed si præscientia ista non præcederet scientiam absolutam peccati, non posset Deus per illam retardari, ne produceret creaturas illas, quas præ-

25
2. Obiect.

1. Maior
suad. 1. ex
SS. PP.

cie-

siebat peccaturas ; nam scientia ista iam supponeret decretum creationis ; ac proinde necessitaret Deum consequenter ad illas producendas : ergo loquuntur de præscientia conditionata præcedente absolutam. Et quidem si loquerentur de scientia absoluta peccati futuri ; facilis esset Patribus responsio dicendo unico verbo, præscientiam illam peccati futuri, non potuisse Deum movere ne crearet Angelos, quia iam supponebat illos creandos. Quam responsionem, quantumvis clarissimam, numquam traddiderunt : non ergo loquebantur de scientia visionis, & absoluta, sed de conditionata, quam scientiam absolutam præcedere supponebant.

Suadetur
2. mai. 1.

Secundò probatur eadem mai. Quia ad perfectam providentiam spectat, ante quam decernat aliquid producere, perspecta habere omnia, quæ ex illius productione sunt sequenda, sive commoda, sive incommoda. Tum ut possit allici, vel retrahi, ab operis productione: Tum ne illi aliquid præter expectationem accidat : tum nesciat ex rerum eventu, quod antea nesciebat. Et quidem videmus homines prudentes in suis negotijs, præcipuè si alicuius sunt momenti, maxima sollicitudine expendere, quid ex singulis medijs, quæ se offerunt, securum sit : nec sistere in probabilitate eventus, si illius possint habere certitudinem : cum ergo Deus ante rerum productionem certitudinem de quocumque eventu conditionatò habere possit ; dicendum est, quod numquam absolutam illius executionem decernit, ante quam scientia conditionata præcedat.

Suadetur
3. ead.
mai.

Tertio. Quia cum indubitatum sit Deum illam scientiam conditionatam ante absolutam habere posse, & quod respectu multorum eam habet, ut constat exemplo Tyrionum, & Sydoniorum, de quorum poenitentia habuit scientiam conditionatam, & numquam absolutam ; dicendum est, illam necessa-

rio respectu omnium habere : aliter Deus non cognosceret creaturas omni scientia, qua sine imperfectione cognoscere potest, quod infinitati suæ scientiæ, & perfectioni congruere non videtur. Quartò. Quia status conditionatus rerum ex natura sua est prior, & independens à statu absoluto : ergo debet prius à Deo cognosci, qui omnia obiecta cognoscit sub eo ordine, quem inter se servant. Antecedens videtur manifestum ex dictis, quia si potest ante illum cognosci, est quia prior est illo, propter rationem modo dictam ; & cum alias possit sine eo esse, ab eo est independens.

Quartò.

Ad hoc argumentum iuxta aliquorum Thomistarum sententiam, quam sequenter PP. Salmaticenses M. Vivès, & M. Ferre, & alij apud ipsos, concess. mai. neganda est min. : nam iuxta illos ad Divinæ voluntatis perfectionem spectat, quod habeat decreta, & quod libere se exercent circa omnium rerum possibilium combinationes : undè cum conversio Petri sub auxilio A, possit, & conditionatè, & absolutè decerni, prius tamen conditionatè, quam absolutè, ut *Disp. 2. Dub. 2.* notabimus, utroque modo fuit à Deo decretata, & uterque decernendi modus ad eius libertatis perfectionem spectat : ac proinde non potuit, uno prætermissio, circa alterum determinare. Quæ solutio valde probabilis est, neque aliquid alicuius momenti contra illam obijci non potest.

26

Solutio
quorundam
Thomistarum

Sed quia opposita sententia etiam est probabilis, & satis communis apud Thomistas ; iuxta illam etiam solvendum est argumentum, & neganda est maior. Ad primum eius probationem desumptam ex PP. responderetur aliquos eorum appertissime loqui de scientia absoluta peccati futuri, quæ decretum creationis, & permissionis eius supponit, quod evidenter convincit Magister Lemos ex eorum verbis in presenti ; nec prædicta

Auth. est
alijs Thomis-
tistis solutio
obijci. cum
1. mai. 2.
prob.

rum questionum difficultas in eo præcipue stabat, cur, cum per illam præscientiam posset Deus retardari ab eorum productione, non fuit de facto retardatus, sed eos produxit, ut ipsi prærendunt? Sed difficultas, quam præcipue agebant, & explicabant, ea erat, quomodo Deus per illam præscientiam homines, & Angelos ad peccatum non impellebat, & eorum non auferebat libertatem, cum scientia illa infallibilis esset? Ad hunc enim sensum excitant questiones istas S. Hieronymus, Damascenus, & Nifenus, & Tertullianus, & cum eis D. Thomas ab eis citatus.

Continua
tur ead.
solutio.

Dato tamen quod omnes loquantur de præscientia conditionata, ut videtur loqui D. Augustinus ibi, & alibi, ubi similes disputat questiones, dicatur, quod sicut scientia illa conditionata præcessit absolutam, ita etiam decretum conditionatum permissivum peccati, cui scientia illa inviteretur, præcessit etiam absolutum. Sed ex hoc non inferitur sic in omnibus alijs rebus debere accidere, aut in istis necessario accidisse: hoc enim dependet ex voluntate Divina, que pro sua libertate, sic vel aliter potuit decernere, & sic vel aliter cognoscere. Sic autem in prædictis casibus contigisse constat ex SS. Patribus Sacra Scripturae Interpretibus. Quibus addi potest, prædictas questiones exponi posse de præscientia secundum pericula huius vitæ, ut exponit D. Augustinus cap. 14. de Prædestinatione SS. illud: *raptus est ne malitia mutaret intellectum eius.*

27
Solv. 2.
mai. 1.
prob.

Ad secundam constat ex dictis *Disput. 2. Dub. 1. nam, 12.* distinguendum est enim antecedens: omnia que necessario sequenda sunt ex re illa producta conc. antecedens. *Contingenter* nego antecedens: potius enim oppositum spectat ad perfectionem Divinae providentia: quod mihi evidens est; nam cum Divina providentia, teste Boethio sit summa ratio in Supremo omnium Principe constituta, qua

cuncta disponit, nullum prædicatum contingens dari, aut intelligi potest, sine Divinae providentiæ dispositione: contra illius ergo perfectionem est, quod Deus ante suæ voluntatis dispositionem sciat, quæ contingenter eventura essent, si creasset Angelum, vel hominem: immo ut supra arguebamus, ex opposito sequeretur, quod ante Dei dispositionem iam immobiliter fixa essent in Divina mente omnia quæ eventura essent in quacumque rerum combinatione. Unde prima rerum dispositio non esset à Deo, sed vel ab ipsis rebus, vel casualiter, & fortuito eveniens.

Est ergo perfectissima Divina providentia erga creationem Angeli, vel hominis si pro priori ad illam prænoscat omnia prædicata, quæ ex vi creationis necessario consequuntur. De contingentibus autem, sufficit quod cognoscat, quod ea præcisse eveniant, quæ ipse eventura disposuerit, aut eventura permiserit. Neque est necesse, quod ab aliqua bonitate à se non disposita, & ab eo libere non determinata aliquid possit ad rei productionem, aut quod ab aliquo defectu, præter eius permissionem eventuro, possit retardari: hoc enim absurdissimum reputamus, & patet ex dictis. Neque inde etiam timendum est ne aliquid præter eius spectationem accidat. Si enim omnia ex eius determinatione eveniunt, omnia conformiter ad eius intentionem accidunt, & non præter illam: immo hoc evidenter sequitur in opposita sententia iuxta quam id determinate cognoscit, quod determinate non voluit, nec fieri disposuit. Unde etiam ex illa sequitur, quod ex rerum eventus, & non ex sui dispositione primam rerum notiam habeat.

Ad tertiam concessio quod Deus habeat respectu aliquarum rerum scientiam conditionatam pro priori ad absolutam: negandum est hoc esse necessarium: nam ut ibidem diximus, pro priori ad absolutam futuritionem gloriæ potuit habere scien-

Continua
tur solu-
tio.

Serupu-
lus qui-
dam.

Eximicus

28
3. prob.
fit satis.

scientiam absolutam meritorum, quam tamen de facto non habuit, vel si hanc apud ipsos habuit, non habuit pro priori ad absolutam futuritionem meritorum scientiam absolutam gloriæ, quam tamen habere potuit. Nec reputandum est inconveniens, quod non habeat erga veritates contingentes omnem scientiam, quam sine imperfectione habere potest: tum quia cum possint terminare scientiis oppositas, aliqua earum debet necessario carere. Tum quia cum veritates istæ eo sint, & dentur, quia Deus libere disposuit eas, & non suas contradictorias dari, non est maius inconveniens, quod non habeat erga illas omnes scientiam, quam habere potuit, quam quod non disponat de illis omne, quod potuit disponere. Et quidem ut loco citato notabimus mirabile satis nobis est eos hoc argumento uti, apud quos Deus non habuit scientiam perseverantiæ Judæ sub auxilio, quod habuit, cum tamen posset sine ulla imperfectione eam habere: & hoc non quia ipse Deus habere noluerit, aut voluerit habere oppositam, sed quia Judas ipse fecit, quod illa careret: immo impedivit, ne posset illam habere; cum tamen Judas posset facere, quod haberet illam.

Satis fit 4.

Ad quartam dist. est antecedens. Status conditionatus distinctus ab absoluto, & in eo non inclusus conc. antecedens, indistinctus, & in eo inclusus nego antecedens, & dist. conc. debet prius à Deo cognosci primus qui formaliter est talis conc. consequentiam. Secundus, qui tantum est virtualiter talis, nego consequentiam duplex ergo est status conditionatus alter formalis distinctus ab absoluto, & qui à purificatione conditionis præscindit, & alter virtualis in absoluto inclusus, quia ab illo ad conditionatum valet consequentia: ut bene valet, *Petrus sub auxilio A, consentiet: ergo si haberet auxilium A, consentiret.* Si primus status detur, debet dari

pro priori ad absolutum, & pro priori ad illum cognosci; at etiam pro illo dari debet decretum subjective absolutum, & objective conditionatum. Non est autem necesse, quod detur talis status, sicut non est necesse, quod Deus prius conditionate decernat conversionem sub auxilio A, quam absolute: neque scientia illa conditionata aliquo modo est necessaria, ut Deus ad id decernendum dirigatur: nam sine ulla fallibilitate, aut libertatis præiudicio, potest immediate decernere consensum sub quocumque auxilio indifferenti adhibendo ad illius consecutionem auxilium efficax.

Tertio obijcies. Mirabilis est modus, ac humanum caput superans, quo Deus cognoscit futura contingentia, præsertim conditionata; sed talis non foret, si ea cognosceret in decreto efficaci suæ voluntatis: quia nec mirum est, quod Deus suæ prædeterminationis sit sibi conscius, neque quod ex hac suppositione infallibiliter deprehendat extitutum esse actum prædeterminatum: ergo. Minor cum consequentia constare videtur: & maiorem probat P. Tyrso ex Cardinali Bellarmino ad id adducente illud *Psalm. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, id est, præ me, ut secundum phrasim Hebræam videtur colligi: ex quo, & infert cum prædicto Cardinali Deum huiusmodi futura non cognoscere (de quorum scientia Scriptura loquitur) neque in præsentia eorum in æternitate, neque in decreto efficaci, quia modus iste cognoscendi non est mirabilis, sed intellectu facilis, & pervius: unde, & etiam infert citatus Recensor, nos deprimere modum intelligendi Divinæ mentis, eos vero de illo digna sentire, dum asserunt talem esse eius perspicaciam, ut absque medio presenti infallibiliter cognoscat in quam partem voluntas creata, qualibet hypothese supposita, se inclinaret.*

29
3. obiectione.

Hoc argumentum fatillissimum est.

Dirigitur
3. obijctio.

est, neque tale, quod debuerit Cardinalem de Bellarmino movere ad negandam cognitionem futurorum absolutorum saltem in presentia aternitatis, cum hac sententia non solum sit expressa D. Thomae, sed & communis, & pene dogma Sanctorum PP. quod iam alibi ostendimus. Ad illud autem facili negotio responderetur concessa mai. negando min. nam mirabilis est Scientia Dei respectu futurorum contingentium, & si ea in suo decreto, & aternitate per illud determinata cognoscat, & hoc pluribus titulis. Tum quia mirabile est, quod futura absoluta intuitivè cognoscat, cum tamen illa nunc in se nihil sint, & hoc propter mirabilem aternitatis indivisibilitatem, & in ratione durationis pro-
 extensionem, qua ab aeterno ad omnia tempora se extendit. Mirabile etiam est, quod Deus in seipso, & sine alterius ope, aut determinatione omnia cognoscat, quod nulli creaturae convenit. Et iterum est mirabile, quod nullum sit futurum, sive absolutum, sive conditionatum, quod eius subterfugiat cognitionem, & quod tanta sit respectu horum, scientiae, & dispositionis Divinae coherentia, quod unum alterum non excedat. Et alijs pluribus omisiss, mirabile est quod cum scientia ista sit infallibilis, & decretum sit efficax antecedens, & infallibiliter inferens futurum, eius non auferat contingentiam, sed servet libertatem: quae omnia ita pro maiori parte admirabilia sunt Adversarijs, ut ea se non assequi fateantur.

Ad idem.

Neque hoc est aliquo modo deprimere Divinam scientiam, sed potius eam exaltare: sic enim constituitur magis independens à creaturis, & ipsae ab ea magis dependentes, & ei magis subiectae, cuius oppositum in eorum sequitur sententia Fateor tamen mirabiliorum esse modum cognoscendi ab eis assignatum, quia impossibile est non enim magis impossibile est, negato Divino acumine defendere,

quod aliquid cognoscat, quam eo concesso, & negato medio ubi cognoscat, id ipsum defendere, quod faciunt Adversarij: ex quo, & plura alia absurda, & Deo minime digna inferuntur, quae partim habentur ex dictis, & partim etiam habebuntur ex dicendis.

§. Ultim.

COROLLARIUM DE
 cognitione peccati
 futuri.

EX dictis inferitur Deum cognoscere peccata, ut futura, sive absolute, sive conditionate, in suo decreto, sive conditionato, sive absolute permissivo illorum. Corollarium istud fere omnes rationes propositae probant. Et breviter ostenditur primo. Nam non potest Deus cognoscere peccata, ut futura in se ipsis: omnia enim in seipso cognoscit; sed pro priori ad decretum omnia Dei praedicata indifferentia sunt ad futuritionem, vel non futuritionem peccati: ergo solum in seipso iam determinato per decretum potest futuritionem eius cognoscere. Secundo. Quia cum peccatum esse futurum, sit aliquid contingens, non potest id ei convenire, sine dispositione Dei saltem permissiva. Tandem. Nam decretum permissivum peccati est decretum non donandi actum adimpletivum praeccepti, aut auxilium efficax ad illius adimpletionem requisitum; sed hoc decretum sufficiens est ad cognoscendum peccatum, ut futurum: ergo. Maior supponi debet, nam hoc nomine decreti permissivi intelligimus. Minor autem probatur. Nam cum donatio actus adimpletivi praeccepti, & gratiae efficaci, necessario requiratur, ut homo de facto illud adimpleat, ut ex dictis constat, decretum non donandi actum, & gratiam ad illum requisitam, infallibiliter connectitur cum peccato connexionem logicam; ac proinde est medium sufficiens ad illud cognoscendum.

30
Unicum
corollarium.Ostenditur
1.

Secundum

Ultimum

Et

In Script.
Sac. of-
tenditur.

Et hoc est quod dicitur in illo
Psalm. 26. *Adiutor meus esto, ne de-
relinquas me, neque despicias me.* Quæ
verba sic exponuntur à D. Augus-
tino cap. 6. de *Gratia*, & *libero arbi-
trio*, dicendo: *Ne de relinquo me,*
ostendit, quod si derelictus fuerit,
nihil valet ipse: & ibidem, si te de-
reliquerit, in ipsa via deficies, cades,
aberrabis, remanebis. In quo etiam
sensu exponitur à D. Thoma. Quæ
etiam intelligentia continetur in
illo Psalm. 29. *Avertisti faciem tuam*
à me, & factus sum conturbatus.
Et Psalm. 80. *Dimissi eos secundum*
desideria cordis eorum, ibunt in
adiventionibus suis. Quod etiam

Ex Cœ-
lest. I.

diffinitum videtur à Cœlestino Pa-
pa, ad Episcopos Gallie, cap. 5: ubi
adduci testimonium Innocentij I.
sui prædecessoris, sic dicentis: *Ne-
cesse est enim, ut quo auxiliante viv-*
imus, eo iterum non adiuvante vin-
camur. Et idem continetur in Con-
cilio Arausicano Canon. 22. Constat

Ex Con-
cil. Arau-
sic.

autem quod in his testimonijs fit
sermo de necessitate gratiæ effica-
cis, per quam donatur non solum
posse, sed etiam agere: quia cum
ipso posse multoties componitur
peccatum: ergo.

Præcu-
patur que-
dam ob-
iectio.



Neque ex hoc sequitur, quod
Deus per hoc decretum permissi-
vum, & negando gratiam effica-
cem requiritam ad actum pecca-
ti, constituatur illius Author:
quia licet illam denegat; ex eius
tamen denegatione non sequitur

phiscè peccatum, sed solum logi-
cè, & mediante influxu liberi ar-
bitrij, cui nec Deus teneretur suam
gratiam donare; quod & ipsi di-
cere tenentur, dum Deus denegar
suam auxilium congruum, ex quo
etiam infallibiliter sequitur positio
peccati. Nec etiam sequitur, hac
negatione supposita, quod homo
necessiteretur ad peccatum: nam
gratia efficax donans actum, &
pariter illius negatio, supponit
posse ad actum, ac proinde ad-
vitandum peccatum. Unde dum
illud non vitat, libere operatur,
& peccatum ei imputari debet:
sed de hoc alibi.

Modo autem advertendum
tantum est, quod doctrina tradita
procedit de peccato pro forma-
li: nam loquendo de illo pro ma-
teriali, seu de actu positivo, quem
includit, dicendum est, istum cog-
nosci à Deo non solum in de-
creto permissivo, sed etiam in
positivo consurrendi ad ipsam;
nam actus prout sic, dicit per-
fectionem, & bonitatem phisi-
cam: ac proinde debet à Deo
causari, per positivum actum
sua voluntatis. An autem requi-
ratur voluntas prædeterminativa,
& qualiter ea supposita Deus non
sit Author, & intentator malor-
um, alibi etiam, & operosius
est disputandum, & resolvenda-
rum. Et hæc de hoc

32ⁱ
Quædam
animad-
versio.

Dubio.



DUBIUM ULTIMUM APPENDIX.

AN SCIENTIA, QUA DEUS FUTURA CONDITIONATA cognoscit, sit media, an ipsa formaliter libera.

§. I.

ORIGO, PROGRESSUS, ET STATUS HUIUS CONTROVERSIAE breviter refertur.

N. I.
Intellectus Dubij

DUBIUM istud verè Appendix est totius materiae. Eius namque resolutio paulatim determinata est in præcedentibus, & solum restat quod in eo, quasi in omnium summa, ultimam resolutionem tradamus. Sed præmittenda sunt aliqua, quibus controversia ista celeberrima facta est, quia ea non parum etiam conducunt ad iudicij determinationem. Quid igitur sit scientia libera Dei nemo non cognoscit: est enim *Divina cognitio decreto sua voluntatis innixa*, per quam Deus cognoscit, non veritates necessarias, sed contingentes, & quæ tales sunt dependenter à Divina voluntatis determinatione: quæ, quia pro sua libertate sic, vel aliter circa illas determinare potest, ita scientia, sic, vel aliter potest cognoscere. Hæc scientia immediate opponitur scientiæ necessariæ Dei, quæ eo dicitur falsis, quia circa veritates necessarias independenter à libera determinatione Dei, & quæ aliter se habere non possunt, verifatur.

2 Quid sit scientia media. Scientia autem media (apud illius Professores) est *cognitio Divina certa, & infallibilis de futuris contingentibus conditionatis antecedens Divinum decretum*. Ex qua definitione constat, quod huius scientiæ obiectum sunt futura contingencia conditionata, quæ talia esse debent antequam Deus erga illa decernat quod sint, vel non sint futura, sed pro signo priori ad existentiam Divinæ determinationis. Quæ scientia apte dicitur media, inter liberam, & necessariam; quia ab utraque aliquid, quasi medium tenens, participat: à libera quidem

contingentiam; potuit enim, sicut illa, deficere: à necessaria autem esse independenter à determinatione, & dispositione Dei; nam supposita sufficientia ad consensum, vel dissensum, privativè est in manu creature, & per exclusionem Dei, ut determinantis, facere quod existat in Deo Scientia media consensu, consentiendo; vel dissentiendo, facere quod existat Scientia media dissensu, & quod altera deficiat: vel, (si supponitur possibilis pura omisso) facere quod nulla ex præcedentibus existat, sed existat Scientia media omissionis utriusque.

Quamvis autem Scientia media DD. Catholici sub hoc nomine nūquam apud homines audita fuerit usque ad P. D. initium; Ludovic. Molina, quod & illius Professorum, non solum fatentur, sed de eius inventu gloriantur: substantia tamen illius, & quid rei, quod nomine isto significatur, & prædicta definitione explicatum est, perantiqua valde est. Eius namque initium invenitur apud Origenem, quem propterea fontem Ariarum, & Pelagianorum vocat S. Hieronymus *Epist. ad Ctesiphontem*: 6. obiter hic namque in 3. lib. *Periarchon in varijs* negavit bona nostra opera esse dona Dei, nisi quatenus Deus dat virtutem ad bene operandum, quem errorem refert, & refutat D. Thomas 3. *contra Gent. cap. 89.* unde negavit respectu bonorum operum prædeterminationem, & prædestinationem Dei: & cum ex alia parte concesserit præscientiam, eam concessit non innixam, sed independentem à decreto Dei; ac proinde mediam.

Eiusdem sententiam sequuntur postea, & amplius explicarunt dicta sententia

in dicto Pelagiani, quod pluries refert S. modo 16-
 sitara Aug. præcipuè capit. 4. de Gratia
 an sit, Christi: undè, & capitale princi-
 supotius pium Fausti Reghienis, qui quo ad
 alii. hoc eorum securus est doctrinam,
 illud erat, quod nisi præscientia
 exploraverit, prædestinatio nihil
 refert, aut decernit. Eandem postea
 secuti sunt Arriani, & Nestoriani.
 Undè de primis refertur in Epistola
 Alexandri Alexandrini Episcopi,
 quod assererent Deum prædesti-
 nasse Christum Dominum in Filium
 Dei, quia præcivit singularem fu-
 turum in vita, & moribus insti-
 tuendis: undè, & inferebant, quod
 si talis fuisset prævisus Petrus, aut
 Paulus, eodem modo prædestinatus
 esset in Filium Dei. Et idem refer-
 runt Lovanienses de Nestorianis.
 Undè, & quendam eorum in hanc
 blasphemam vocem, erupisse affir-
 mant: *Non invidéo Christo homini,
 facto Deo, nam si volo, fio & ego:*
 undè, & istis plures Theologi attri-
 buunt Scientiam mediam, & de

(*) Arrianis id fatetur Granados hic
 disp. 9. num. 19. (*)

Videatur etiam P. D. Vin-
 centius Ramirez, Cõput. Primi loc.
 infra lau-
 dat. n. 86.

Discrimè
 latissimū
 inter præ-
 cedentes,
 & DD. Ca-
 tholicos.

Sed quia non constat eos lo-
 cutos fuisse de præscientia futuro-
 rum conditionatorum, quod est
 proprium obiectum Scientiæ me-
 diæ, sed magis apparet verum fuisse
 locutos de præscientia futurorum
 absolutorum, ideò non absolute
 affirmamus eos Scientiam mediam
 formaliter defendisse, sed dedisse
 illi initium. Concedentes namque
 præscientiam istam circa futura ab-
 soluta independentèr à Divino de-
 creto; sequitur evidenter, quod il-
 lam etiam concederent circa futura
 conditionata, vel illorum cognitio-
 nem Deo denegarent. In sententia
 autem aliquorum ex Recentioribus
 Societatis inter quos Pater Alde-
 rete 1. part. disp. 9. de Prædestina-
 tione, sect. 2. & alibi, qui contem-
 dunt scientiam independentèr à de-
 creto ad futura absoluta etiam se
 extendere; fatendum est omnes istos
 quoad substantiam Scientiam
 mediam formaliter cognovisse.

Eis tamen sub dubio omisiss, 4
 extra illud est, eam formaliter, &
 expressè, & prout terminatur ad
 futura conditionata cognovisse, &
 propugnasse Masilienses, qui Se-
 mipelagiani dicuntur: id constat ex
 Epistolis Sanctorum Prosperi, &
 Hylarij ad S. P. Augustinam, & ex
 responsione eiusdem lib. de Præ-
 destinatione SS. & de Dono persev.
 undè, & id fatentur P. Suarez, &
 Granados, & plures alij ex Socie-
 tate, asserentes istos non errasse in
 usu Scientiæ mediæ, sed in eius
 abusu, quia nimirum assererent,
 & quod actus prævisi ut conditio-
 nate futuri erant verè merita, &
 demerita, ut alios eligeret, & alios
 reprobaret, & quod eiusmodi ac-
 tus, saltim initium fidei, non erant
 dona Dei, sed elicitè à natura vi-
 ribus proprijs: omnia autem ista
 Hæretica sunt, & Catholicè ab eis
 negantur.

Ab his autem temporibus us- 5
 que ad tempora Sixti IV. circa
 annum Domini 1476. nihil de hac
 sententia, aut dictum, aut scriptum
 legitur. Sed in hoc eodem anno
 invenitur suscitatum præcipuum eius
 fundamentum à quoddam Petro del
 Rivo Lovaniensi: qui inter alia sic
 assererat: *Quidquid ex suppositio-
 ne, quæ in potestate nostra non est,
 per necessariam consequentiam se-
 quitur, ita est necessarium, ut libe-
 rum nullo modo esse possit.* Ex qua
 propositione sequitur, aut negasse
 Dei prædestinationem circa bona
 nostra opera, aut eam admisisse
 dependentèr à nostra libertate; quod
 est Scientiam mediam adstruere: eius
 tamen sententiam damnavit Sum-
 mus Pontifex eodem anno, & coe-
 git Authorem publicè eam Romæ
 retractare, ut refert Universitas Lo-
 vaniensis in sua iustificatione, &
 Sylvius tract. de Motione primi mo-
 toris.

Tandem quibusdam alijs eius-
 dem sententiæ omisiss vestigijs, quæ
 à quibusdam suscitata, & producta
 fuerunt, tum Parisijs circa annum
 1538. contra quos egit Franciscus
 Ss Ro-

Qui alij
 prædicta
 scientia
 abusi sint,
 iuxta Sua-
 rez, &
 Granad.

Quæ inter
 stitia ip-
 sius à se-
 culo IV.
 & V. usq
 ad XIII.

Quas vi-
 celsitudi-
 nes exper-
 ta usque
 ad P. D.
 Ludovi-
 cum

cum Molina de quibuslibet M. Lemos cit. tom. tract. 6. Salm. tom. 1. tract. 3. disp. 10. per totam. Antoninus Reginal. pluribus in locis. M. Ferre tom. 2. in 1. p. disp. 1. per totam. Ill. Palanco tom. 2. q. 6. à n. 1. & novissimè P. D. Vincentius Ramirez, Societatis Iesu, Complutensis Primarius, tom. 2. disp. 20. à n. 1. usque ad 14

Unde est iectandum Scientiam Mediam illuxisse.

Romæus, nostræ Religionis postea Generalis Magister, in tract. de Libertate operum, & necessitate gratiæ: tum iterum Lovaniæ anno 1551. contra quos etiam scripsit eruditissimam Epistolam ad Ruardum Taper, illius Universitatis Decanum Sapientissimus ille, Venerabilisque Magister Fr. Petrus de Soto; primus, qui eam sub hoc nomine in lucem protulit fuit Pater Ludovicus Molina in Concordia Ulyssipone impressa anno Domini 1588. sed ante hac anno præcedenti 1587. doctrina ista defendi, promulgarique coepit ab eiusdem Societatis Doctoribus præcipuè à P. Lesio, publicis Thesibus Lovaniæ habitis. Et multo ante, anno, scilicet, 1566. eam sibi occurrisset, & Discipulis dictare coepisset asserit P. Fonseca lib. 5. *Metaphisica*, cap. 2. quest. 4. sect. 8. eam tamen tunc varijs curis occupatum absolvere non potuisse.

6 Ex quo deducit P. Avendaño, & alij cum eo, tres istos insignes Iesuitas, & alios, quibus per idem ferè tempus hæc incidit cogitatio, non nisi Deo prælucente in eam convenire potuisse. Sed fortè eorum cogitationi præluxit libellus quidam de *Ratione Studiorum* à Doctores ex Societate Romæ compositus anno 1584. & ibidem post duos annos editus, in quo pagina 27. & 29. præmittitur ad honorem huius familiæ pertinere, ut cum libertate ingenij componatur nova Thèologia; pro cuius compositione duæ, aut tres propositiones inveniuntur, quas defendendas toti Societati imponit libellus; contra mentem, quam fatetur D. Thomæ, in quibus tanquam in femine tota doctrina de Scientia media continetur. Prima propositio, quam ex D. Thomæ defendere non coguntur, hæc est: *Secundas causas esse instrumenta Dei, & cum operantur, Deum in eas primum influere, & eas movere*, hæc habetur pag. 11. Secunda autem talis: *Nostri non coguntur defendere ex. 1.*

part. D. Thomæ providere Deum futura contingentia in eorum reali coexistentia cum sua eternitate, ibi etiam habetur propositione 4. Et tandem pagina 318. sic concluditur: *Fieri potest, ut equalis gratia duobus collata, sit efficax in uno, & inefficax in altero, quia non vult consentire, licet possit, per sufficientem gratiam, sine novo augmento gratiæ.* In quibus tribus propositionibus contineri totam doctrinam de Scientia media, perspicuum est; cumque eis commendatæ fuerint ante prædictorum librorum editionem, non levis est conjectura, immo grave præstat fundamentum, ut existimemus, novam istam eis illuxisse lucem, ut in eam doctrinam conspirarent.

Nisi etiam fortè ad anteriorem aliam eiusdem Societatis lucernam aspexerit simul cum eis prædictus libellus, nam teste Magistro Lemos in Actis Concilij Trident. quæ Romæ in Castello S. Angeli servantur, quas, & ipsos vidisse affirmant, legitur, quod cum ageretur de formando 4. *Canone*, *Sessio* 6. in quo diffinitur: *Libertatem hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, &c.* Contendisse Patrem Lainez, non sic formandum, sed tantum dici: *Mentem à Deo motam, & excitatam*, in quibus verbis solum concedebat motionem, & excitationem moralem per obiecti propositionem, non autem verè effectivam motus totius liberi arbitrii, quæ coincidere videtur cum doctrina Scientiæ mediæ. Sed eius eloquentia audita non est affirmante Synodo ponendum *liberum arbitrium motum, & excitatum*, ut comprehenderet non solum motionem moralem, sed etiam physicam, non tantum intellectus, aut mentis, sed etiam voluntatis: quæ Sessio celebrata fuit 13. Januarij anno 1547. de quo vide M. Albeldam.

Quidquid autem de his sit prædicta doctrina ubi primo in lucem prodijt, visa est contra ma-

7 Anterior eâ trahere principium cõiectatur.

Et III. Cap. tel.

8 Progressus Scientiæ Mediæ Lovaniæ

Hispaniæ. & nifestam D. Aug. mentem, contra communem Theologorum sententiam, eius Authore id fatente: immo ut sapiens Pelagium. Et hinc primo excitati sunt Lovanii tumultus illi inter Patres Societatis ex una parte; & doctissimam illam Universitatem ex alia: qui cum ad aures Sixti V. pervenissent, ut illos sedaret, utrique parti ea de re silentium imposuit, donec Sanctitas sua rem decerneret. Vix autem decretum illius emanavit, cum statim in Hispania liber ille Molinæ prodijt: qui quanto cum aplausu à suis est receptus, tanto à nostris doctrina eius, tanquam suspecta de errore Pelagij, fuit impugnata: nec solum à nostris, sed ferè ab universis alijs Theologis. Immo ex Sacra Societatis familia, Doct. Henricus Henriquez, Patris Suarez Præceptor, vir sine dubio accerrimi ingenij, copiosam adversus eam protulit censuram, in qua quinquaginta duas propositiones eiusdem libri qualificavit, de quo, & memoriale obtulit foelicis recordationis Clementi VIII.

Alumnus Societ. cõtra eam strenue laborat.

9 Qui primi in Hispania Dominicani contra eã egerint. Ex nostris autem (non primo Magister Bañez, ut ipsi asserunt) sed Regentes Collegij D. Gregorij, & Magistri Conventus S. Pauli Vallis-Oletani eandem doctrinam dum ibi defenderetur anno Domini 1594. ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis detulerunt, à quo nullum Decretum permissivum illius emanavit, ut aliqui ex eis comminiscuntur, sed cum rem pro illius gravitate examinare vellet, & ad hoc variarum Universitatum, & Doctissimorum, tunc temporis Virorum, iudicia prænosceret interim ad Sedem Apostolicam sub Clemente VIII. delata sunt. Apud quem Summum Pontificem, quod non benè audierit, constat vel saltem *ex tract.* quem ipse Summus Pontifex proprio labore, & studio composuit, qui habetur in principio *primi tomi* Magistri Lemos: in quo, quamvis ut Author particularis loquatur, nihil loquitur nisi ex mente

D. Augustini, ex quo tractatum compilavit, & ex quo diffinitionem eruere disponebat.

Romæ autem ut rem istam tractarent, misit Provincia hæc nostra duos sapientissimos Viros Ill. Alvarez, & Mag. Lemos. Hi cum varijs, doctissimisque Viris ex Sacra Societate, scilicet, cum Valentia, Arrubal, Cobos, Perez, Salas, & Vastida pluries disputarunt, primo coram Em. Cardinale *Madrutio*, & Censoribus à Sacra Sede deputatis. Secundo coram Clemente VIII. & eisdem Censoribus. Et tandem coram Paulo V. & fere eisdem, uno, vel altero, propter alterius mortem, suffecto. Cur autem Patres Societatis toties disputationem innovandam petierint, & quid tandem Censores determinaverint, referunt Magister à S. Thoma, & Patres Salmanticenses, & nos instrumento satis authentico possemus referre; relationem tamen propter obedientiam omittimus: sicut, & omittimus reddere rationem, quare cum res ista usque ad fatigatam fuerit examinata, non tamen fuit definita. Unum omittendum non est, quod aliqui vehementer falluntur, vel alios fallere intendunt, dum asserunt decretum emanasse à Paulo V., in quo permittebat Scientiam mediam impune defendi. Nunquam tale decretum emanavit; sed finitis disputationibus, & cum Censoribus Congregationibus, imperavit Summus Pontifex ea de re silentium tam impugnantibus, quam defendentibus, prohibuitque ne alterutram partem aliquis censurare auderet, donec sanctitas sua rem, sicut promissit, decerneret.

Quid Romæ circa Scientiam Mediam actum sit

Obedientia, & observantia Authoris

His perspectis, quæ simplicem facti narrationem continent, pluribus eis adversis propter Christianam charitatem, & pacem, omiffis, videat iam prudens lector undè ex eis in suæ sententiæ favorem præcipuum, & primum fundamentum possint deducere: undè triumphos, & palmas Scientiæ mediæ, & illius Authori accomodare possunt.

Advertentia valde necessaria

sint. Quod ut magis perspectum habeatur, scire, advertereque oportet, quod Scientia illa media, quam Molina primo protulit, quamque nostri censurandam detulerunt, fere iam à Societate exulavit: nam Molina totaliter negavit prædefinitionem nostrorum actuum, & gratiæ præcedenti solum concessit efficaciam in actu secundo illi omnino extrinsecam, & denominatione desumpta ab actu nostro libero: quæ etiam ratione, denominari potest gratia efficax ipse habitus charitatis, immo, & ipsa voluntas, quamvis gratia non sit. Hæc autem sententia omnino desinita est à Patribus Societatis, & ut eam destruerent, in causa fuit eorum Præpositus Generalis, *Claudius Aquaviva*, qui disputationibus coram Sanctissimo habitus interfuit. Hic enim litteris patentibus toti Societati hoc mandatum iniunxit. *In posterum omnino doceant inter eam gratiam, quæ re ipsa effectum habet, atque efficax dicitur, & eam, quam sufficientem nominant, non tantum discrimen esse in actu secundo, quia una ex usu liberi arbitrij, etiam cooperante gratia effectum sortiatur, altera non item, sed in ipso actu primo, quia postea scientia conditionalium ex efficaci Dei præposito, atque intentione efficiendi certissime in nobis bonum, ipse ea media seligit, atque eo modo, & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, alijs usus, si hæc inefficacia prævidisset: quare semper moraliter, & in ratione beneficij plus aliquid, in efficaci, quam in sufficienti gratia, etiam in actu primo, continetur; atque hac ratione, efficere Deum, ut re ipsa faciamus, non tantum quia dat gratiam, qua facere possimus; quod idem dicendum est de perseverantia, quæ proculdubio donum Dei est. Roma 14. Decembris anno 1613.* Sic habetur

Quid er-
ga Molin.
ceteri
DD. So-
ciet.

apud Paulum Leonardum, & apud alios ex Societate.
Ex eis autem constat, quod

ex mandato sui Generalis, quem non latuit Censuram, & Summi Pontificis circa sententiam Molinae resolutio, & sententia, modus ille defendendi Scientiam mediam desinitus omnino est, & amplexatus modus, quo illam Pater Suarez postea reformavit: non ergo ex Concertationibus tam victor Molina etiam apud suos evasit. Dicere autem cum Paulo Leonardo, qui differentiam istam fatetur esse parvi momenti ad rem prædictam, vel est ignorare punctum difficultatis, vel dissimulare: nam cum, ut Catholicè loquamur, debeamus fateri, quod omnia opera nostra bona sunt verè dona Dei, quod Deus per gratiam efficacem illa in nobis efficit, quod verè facit, quod nos faciamus; si ut hæc verificentur, ut ipsorum Generalis apertè fatetur, requiritur, quod Deus efficaciter bona nostra prædiffiniat, quod donet gratiam efficacem pro illis, non solum efficacem in actu secundo, sed etiam in actu primo; Molina, qui omnia ista negat, in re gravissimè à suis dissentit, & non satis tute loquitur, & opinatur: qualiter autem omnia ista cum aliorum opinione consistat; partim constat ex dictis, & amplius ex alibi dicendis constabit.

Ex his autem sequitur, (quod supra dubio præcedenti ratione prima iam notavimus, & modo his dictis magis percipitur) quod in hoc modo dicendi Patris Suarez, Scientia media nostrorum actuum, præcipuè bonorum, omnino impossibilis est: nam cum non possint certo prævideri futura, nisi per ordinem ad omnes causas, à quibus essentialiter dependent, sicut neque aliter talia esse possunt; cumque sint essentialiter dona Dei, verè à Deo in nobis causata, si ad hoc essentialiter dependent à gratia, & decreto efficaci, non possunt certo prævideri futura, nisi dependenter ab eis pro priori naturæ influentibus: ac

Solutio
quædam
præsuppu-
tur.

II
Scientia
Media
qualis ex
P. Suar.

pro-

proinde, quod si ab his præscindatur, solam cognoscantur, ut coniecturaliter futura penes ordinem ad causas secundas, quæ est Thomistarum sententia. Et hinc aliquos eorum audivi se existimare, quod tota ista controversia in hoc statu iam magis habet de nomine, quam de re; quod tamen nunquam admittam. Iste ergo est origo, processus, & status, quem Scientia media sortita est.

§. II.

STATUITUR CONCLUSIO,
quæ aliquibus rationibus probatur.

12 **SCIENTIA**, qua Deus futura conditionata cognoscit, est Deo libera, non media: immo scientia media, qualitercumque explicatur, si verè media est, tamquam impossibilis, & Deo minus digna est rejicienda. Conclusionem istam quoad unam, vel alteram partem, sive directè, sive indirectè ostendunt omnia superius dicta circa constitutionem futuri, sive circa illius conditionatam cognitionem, sive circa adstructionem decretorum conditionatorum, & tandem circa medium, ubi nam talia futura cognoscantur. Sed quia suppetunt plura alia, eaque efficacissima fundamenta; ulterius conclusio probanda est, & Scientia hæc media impugnanda. Omittimus autem id auctoritate probare. Tum quia si adducendæ essent omnes, quæ ad propositum conducunt, nec totius cursus tempus ad id sufficeret; præcipuè ex S. Parente Aug. qui omnibus Dux in hac parte ab Ecclesia proponitur, à quo potius transcribendi essent omnes eius tractatus, quos de gratia Dei contra Pelagianos, & illorum reliquias composuit, quam aliquod ab illis excerpendum. Tum quia ea, quæ in controversijs brevitatè cau-

Cur Auctoritates non adducantur.

Primò.

Secundò.

sa afferri possunt, fideliter adducta ponderata, & explicata inveniuntur apud nostros Thomistas præcipuè apud plures laudatum V. Mag. Lemos.

Tum quia mens Augustini in hac parte satis superque constare potest ex ipsius Patris Molinae pluries repetita confessione: præcipuè in *Concordia impressa Ulisypone*, ubi *quest. 23. disput. 1. artic. 4. & 5. membro ultimo*, sic habet: *Quæ si data, explanataque semper fuissent* (loquitur de principijs, in quibus tota Scientiæ mediæ machina innititur) *fortè nec Pelagiana Hæresis fuisset exorta, nec Lutherani tam impudenter arbitrij nostri libertatem fuissent ausi negare; neque ex opinione Augustini, Concertatoribusque cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati, & ad Pelagianos defecissent.* Et plura alia, quæ pari reverentia contra SS. Doctorem ex illius calamo exciderunt.

Tertiò id ipsum.

Undè probanda est nostra conclusio selectis aliquibus rationibus, quæ magis directè punctum istum, prout de eo nunc agitur, attingere videntur, alijs proprijs locis remissis. Sit ergo prima ratio: omne prædicatum contingenter (intellige quo ad denominationem, & ut vel in hoc hîc, uti in præcedentibus, morem Scotistis geramus) Deo conveniens, aut est libera eius determinatio, & dispositio, aut ex eius libera determinatione, & dispositione convenire debet; sed scientia conditionata futurorum contingentium est aliquod prædicatum, verè Deo, & contingenter conveniens, & non est eius determinatio, aut dispositio; ergo debet ei convenire ex libera eius determinatione, & dispositione. Min. quo ad primam partem per se est evidens; quo ad secundam partem etiam conceditur ab eis, cum scientiam conditionatam pure speculativam, & non practicam constituent: determinatio autem dispositiva Dei ve-

1. Ratio pro conclusione.

re practica est, sicut eius providentia.

1. Mai. probatur

Quare difficultas tota devolvitur ad probationem maioris, quae sic probatur primo. Omne praedicatum, quod contingenter Deo convenit, indiget, ut ei conveniat alicuius determinatione, & dispositione: libera quidem; alias non contingenter, sed necessario conveniret; sed dispositio, & determinatio ista respectu praedicatorum Divinorum alterius esse non potest, nisi Dei: ergo. Mai. constat. Nam quod contingenter Deo convenit indifferens est ex se, ut ei conveniat, vel non conveniat: ergo ex se ei non convenit: ergo si conveniat, convenire debet ex alterius determinatione, & dispositione. Minor autem probatur. Tum quia cum ab aeterno, ex quo datur scientia illa, nihil detur praeter Deum, si illa ex alicuius dispositione, & libera determinatione debet esse, debet esse ex dispositione Dei, & non alterius. Tum quia si esset ex dispositione alterius, & non Dei, esset ex dispositione creaturae, ne fato, aut fortunae illam traddamus. Quod si ita est, sequitur primo dispositionem Dei, & eius providentiam non se extendere, ad omnia disponibilia; ac proinde infinitam non esse; sicut non esset infinitus eius intellectus, si non se extenderet ad omnia cognoscibilia, neque illius potentia factiva si non se extenderet ad omnia factibilia.

Collectio quaed.

Alia collect.

Secundo sequitur. Quod a providentia, & dispositione Divina subtrahatur aliquod praedicatum Divinum indigens ad sui esse providentia, & dispositione; quod tamen subijcitur providentiae, & dispositioni creaturae. Et quod magis mirabile est, quod creatura neque existens, neque unquam existitura tanta polleat providentia, quod disponat, & determinet de Divinis praedicatis, quod tamen Deus nequid faceret. Quia omnia manifeste inferuntur, & ab eis;

quamvis verbis leniantur, conceduntur tamen: sed ipsa in se absurdissima sunt.

Secundo probatur principalis 14. mai. Quia si scientia illa non conveniret Deo ex eius determinatione, & dispositione, respectu illius, fortuito, & casualiter omnino eveniret; at hoc est absurdum, & Deo profus indignum: ergo. Minor videtur per se nota, si tantum fideles sensus consulantur. Si namque absurdum merito ab omnibus reputatur, quod aliquid ad creaturas spectans casuale, & fortuitum sit; respectu Dei, quanto magis id reputari debet de ipsis praedicatis Divinis: hoc enim esset Deum casui, fortunaeque subijcere, quod adhuc de creaturis imaginari nefas est. Maior autem probatur. Id est, & dicitur casuale, & fortuitum respectu alicuius, quod ei evenit praeter intentionem, & dispositionem, & dispositionem; sed quod Deo evenit omnino independentem ab eius dispositione, & libera determinatione, evenit omnino praeter eius intentionem, & dispositionem, ut est per se manifestum: ergo fortuito, & casualiter evenit.

Huic argumento, praecipue secundae eius probationi, magis communiter respondent, quod casualiter, & fortuito aliquid alicui evenire dupliciter accipi solet: primo ita ut significet evenire cum ignorantia eius, cui convenit, aut cum opposita voluntate. Secundo, ut significet evenire ei praeter eius determinationem, & dispositionem. Primo modo repugnat quod aliquid casualiter de Deo dicatur, & respectu eius eveniat; non autem secundo modo ut patet in peccato, quod evenit Deo non disponente, neque existentiam eius determinante.

Sed in primis cum Deus libertatem, & auxilia indifferenter ad bonum, & malum donet ex intentione boni, ut ipsi fatentur,

14. 2 Prob. mai. prin. cipalis.

15. Respon. Ad. vers.

Arguitur contra respon. 15.

ne constituent Deum, aut æque utriusque Authorem, aut utriusque tantum permissorem, scientia mali potius, quam boni, contra inclinationem, & conatum eius eveniat; ac proinde casualiter primò etiam modo. Deinde cum ei eveniat, ignorans pro priori ad illam, quæ scientia eveniat, etiam ex hac parte omnino casualiter eveniet. Nec refert, quod post eius eventum perfectè cognoscit illam scientiam: nam cognitio quæ consequitur eventum, & Deum non prævenit, non aufert casualitatem eius, ut patet in muliere masculum potius, quam feminam parturiente, quod omnino casualiter respectu eius evenit, quamvis post partum certam notitiam de eventu habeat. Sed de hoc alibi.

Recurfus
quid præ-
cluditur.

16

Arguitur
cõtra ean-
d. 2.

Undè secundo contra solutionem replicatur ostendendo quod modus iste casualitatis, quem concedit respectu Dei, in scientia eius, dicat imperfectionem: nam, & si creatura aliqua non posset existere Deo inscio, aut affectu suo nolente efficaciter existere; si tamen ex dispositione Dei non existeret, à casu existeret respectu Dei, casualitate includente imperfectionem: ergo ex eo quod scientia hac conditionata non existeret inscio Deo, aut affectu suo eius existentiam efficaciter nolente, si tamen existit, eo illius existentiam non disponente, casualiter existit, casualitate includente imperfectionem. Antecedens conceditur, & consequentia probatur. Tum quia ex terminis maior apparet imperfectio, quod summo Provissori aliquod prædicatum, in seipso contingenter eveniat, absque illius dispositione, quam quod eveniat in creaturis sibi subiectis. Tum quia sine dubio maior repugnantia est, quod aliquod prædicatum Divinum subijciatur dispositioni creature, quam quod aliquod prædicatum creatum non subijciatur dispositioni Dei: ergo si hoc merito reputatur inconveniens, multo magis debet reputari primum.

Nec refert, si dicas, disparitatem esse, quod creatura propter sui limitationem exigit esse ex dispositione Dei; scientia autem eius, quamvis contingens, quia tamen est infinita, hoc non exigit. Non, inquam, refert: Tum quia si propter infinitatem subtraheretur à dispositione Dei, magis deberet subtrahi à dispositione creature. Tum, ut insistamus paritati; nam creaturam exigere dispositionem Dei, ut existat, non tam oritur, quia ens finitum est, quam quia ex se est contingens, indifferens ad esse, & non esse; ac proinde ut sit potius quam non sit, indigens Dei determinatione: undè si per impossibile creatura esset ens necessario, & ab æterno existens, adhuc esset limitata, & indigeret influxu Dei, non tamen eius dispositione, & determinatione: ergo cum scientia Dei hæc sit ex se prædicatum indifferens, ut sit, vel non sit, non minus indiget dispositione Dei, ut sit potius, quam non sit, quam ipsa creatura.

Cõtrari-
orum solu-
tio.

Impugna-
tur 1.

Secundò.

Tertio impugnatur solutio: nam si semel aliquid contingens existere absque Dei ordinatione, & dispositione, non est casualitas arguens in Deo imperfectionem; neque esset imperfectio Deum influere in creaturam absque sui ordinatione, & dispositione: neque enim scientia est minus prædicatum Divinum, quam eius influxus activus, nec minus contingenter Deo unum, quam alterum convenit: si ergo Deum in se habere scientiam istam, potius, quam illam præter eius dispositionem nulla est imperfectio, nec etiam erit, quod Deus sine sui dispositione in hanc creaturam potius quam in illam influat; sed hoc est manifestè absurdum: tum quia illa creatura præter dispositionem Dei existeret. Tum quia libere non produceretur à Deo: ergo. Exemplum autem de peccato favet argumento, & solutioni nocet. Tum quia licet non sit imperfectio, quod peccatum existat absque dispositione Dei, impletur.

Contra
præcipuam
responsio
arguit. 3.

Ad
ver-
re-
spon-
sum
1.

Dei, qua velit eius deformitatem; imperfectio tamen esset, quod existeret absque dispositione Dei constituta per decretum permissivum: immo per decretum concurrenti ad illius entitatem. Tum quia si peccatum ita existeret, ut in manu Dei non esset illud virare, casualiter existeret, casualitate dicente in Deo imperfectionem: ergo scientiam istam existere pro priori ad Divinam libertatem; qua illam posset impedire, est casualiter existere, casualitate dicente in Deo imperfectionem.

Secundò.

17
2^a ratio
conclusio
nis.

Secundò probatur eadem conclusio. Si scientia hæc conditionata non existeret ex libera determinatione Divina voluntatis, sed eam præcederet, sequeretur quod non esset in potestate Dei aliter scire, quam scivit; v. g. si scivit, quod si D. Petrus poneretur in atrio Principis Sacerdotum, & interrogaretur de Discipulatu Christi, eum negaret, non potuit aliter Deus scire; at hoc est absurdum: ergo. Sequela est evidens, & ab eis conceditur: minor autem probatur. Quia si non esset in manu, & potestate Dei aliter scire, quam scivit, sequeretur quod id, quod scivit, necessario scivit, ita ut impossibile absolute, & ex terminis esset, quod aliter sciret; at hoc est absurdum; alias peccatum D. Petri in illa occasione scitum non libere, sed necessario eveniret: ergo.

Solutio
contrario
rum.

Quæ ex
solutione
sequantur

Dices: Deum potius se aliud scire, non quia in manu eius esset aliter scire; sed quia erat in manu, & libertate D. Petri, quod Deus aliter sciret: si enim ille, ut potuit, non negaret, sed confiteretur Christum, Deus careret scientia negationis, & haberet scientiam confessionis ipsius. Sed mirabile est, quod Theologi ista concedant, & mirabilius quod alij id audientes, scientiam mediam, unde ista sequuntur, communi calculo non expugnent. Si enim Petrus potest facere, quod Deus sub illa numero occasione aliter sciret, quam scivit: ergo hoc absolute, & ex terminis pos-

sibile est. Quod si Deus hoc ipsum facere non potest: ergo aliquid absolute, & ex terminis possibile, impossibile est Deo: & quod magis est; aliquid, quod absolute est possibile creaturæ, quodque ex suo conceptu perfectionem dicit, absolute est impossibile Deo: immo eo est impossibile, quia creatura sic vult; foret autem possibile, si ipsa aliter vellet. Ex quo sequitur, & quod eius omnipotentia non se extendat ad omne possibile, quod absolute, & ex terminis est tale, sed quod respectu plurimum possibile, respectu, scilicet, omnium actuum liberorum, ad plura, vel pauciora pro nutu creaturæ se extendat. Ex hinc etiam quod potentia creaturæ, in quantum ad actus sibi liberos se extendit, non esset à Deo participata; cum non possit ab illo participari, quod in eo non est, sed potius potentia Dei participata, & dependens esset à potestate creaturæ.

Sed quia iam fere omnia ista, quamvis absurditatibus plena, ex consuetudine tamen, vel suorum priorum veneratione sunt devorare edocti, paulo amplius aliter urgenda, & apperienda sunt inconvenientia ista. Primò, quia si non erat in potestate Dei, dum prævidit Petrum in illa occasione, & sub illo numero auxilio negaturum Christum, præscire sub eadem occasione, & auxilio perseveraturum in confessione eius, & hoc erat in potestate Petri: ergo neque erat in potestate Dei, quod D. Petrus sub illo auxilio numero perseveraret in confessione Christi, hoc tamen erat in potestate D. Petri; sed hoc est absurdissimum: ergo. Sequela est evidens. Tum quia si Deus posset facere, quod Petrus sub illa occasione, & auxilio in confessione eius perseveraret, posset etiam facere quod hoc ipse Deus cognosceret; impossibile enim est quod D. Petrus perseveraret, & quod Deus id non cognosceret. Tum quia cum apud ipsos Scientia media sit essentialiter re-

18

Denus
impugna
tur illa so
lutio 1.

Sequela
suadet. 1.

Secundò.

requisita, ut Deus decernat auxilia, quibus Petrus perseveraret, si posset facere quod perseveraret sub illis numero circumstantijs, posset sub illis acquirere Scientiam mediam.

Min. sub
sumpta
prob. 1.

Absurditas autem min. ostenditur. Tum quia inde sequeretur primò quod esset in manu, & potestate D. Petri, quod Deus sub illis numero circumstantijs donaret illi perseverantiam in confessione sui nominis; cum tamen eam donare non esset sub manu, & potestate Dei; sed hoc est absurdissimum: non enim D. Petrus potest prævideri perseverans sub quacumque occasione, quin Deus illi donet perseverantiam, ut est de fide: ergo. Prob. min. Tum quia tale reputatur D. Hieronymo *lib. 2. Dialog. adversus Pelagianos* ibi: *Sit ergo apud Deum possibile, homini, si velit, donare impeccantiam, & apud homines nequaquam possibile liberi arbitrij potestate, quod nutu donantis tribuitur.* Tum quia contra rationem donationis est, de cuius conceptu est, quod procedat ex liberali, & gratuita voluntate donantis, quod donum sit sub manu, & potestate accipientis, non autem dantis. Immo ex opposito sequeretur, quod non tam Deus donaret D. Petro in illa occasione perseverantiam, quam quod D. Petrus Deo donaret obsequium ex tali perseverantia resultans: ipse enim D. Petrus est, qui libere sub illo auxilio eam acquirit, & facit quod Deus obsequium inde resultans consequatur; cum tamen Deus impotens sit id consequi. Ex quo, & plura alia absurda consequuntur, & inter alia orationis non indigentia. Sed de hoc alibi.

Suad. 1.

19
Prob. 2.
sub sumpta
ta min.

Secundò ostenditur eiusdem minoris absurditas. Quia exinde etiam sequeretur quod D. Petrus in prædicta occasione potentior esset, quam Deus ad perseverandum, ac proinde quod magis haberet in potestate sua propriam voluntatem, quoad actus istos, quam ipse Deus, quod est contra S. P.

Augustinum, & contra lumen rationis. Sequela videtur manifesta: nam D. Petrus in illa occasione, & sub illo numero auxilio, sub quo prævisus est negare Christum, poterat perseverare in confessione eius; Deus autem id non poterat facere, ut ipsi fateatur: ergo potentior, quoad hoc esset, quam Deus ipse. Et ne hoc parvi momenti reputetur advertere oportet id ipsum esse, pro quo Christus natus, & mortuus est.

Nec valet dicere, potentior esse Deum eo quod in eadem occasione, cum pluribus alijs auxilijs, quæ efficacia præviderat, poterat D. Petri perseverantiam consequi. Contra enim est primò: quia licet cum pluribus alijs auxilijs posset Deus id consequi, cum illo tamen numero, quod prævidit inefficax, non potuit; cum hoc tamen potuit D. Petrus, ut fateatur: ergo respectivè ad hoc auxilium potentior esset D. Petrus, quam Deus. Secundò. Quia cum illis omnibus auxilijs, quibus Deus id potuit causare in D. Petro, potuit, & D. Petrus in seipso habere: insuper, & cum illis omnibus, quæ Deus prævidit inefficacia, quæ infinita etiam sunt, cum quibus non potuit Deus in eo causare perseverantiam, potuit ipse eam sibi acquirere: ergo non solum respectivè ad illud auxilium, sed absolutè, & omnibus pensatis, potentior est D. Petrus ad perseverandum, quam Deus, ut perseveret. Tertio. Quia adhuc cum eis, cum quibus posset Deus causare in D. Petro perseverantiam, potentior intelligeretur ipse D. Petrus: nam si Deus potuit, eo erat, quia illa auxilia prævidit efficacia; sed prævidisse efficacia in manu erat D. Petri, & non Dei, ut concedunt: ergo.

20

Advers.
recursus.

Ocludi-
tur 1.

Secundò;

Tertiò;

Ex his autem lucem accipit 3. ratio tertia ratio, qua Supremum Dei dominium, & absolutissimam eius potestatem supra actus nostros liberos defendamus, & istam mediam Scientiam, tanquam ei contrariam impugnemus. Si enim non est liberum Deo scientiam hanc

conditionatam nostrorum actuum liberorum habere, sequitur quod nec sit liberum Deo, vel unum saltem actum liberum ex aliqua ex omnibus creaturis possibilibus, vel in aliqua ex infinitis occasionibus consequi; sed hoc etiam est horrendum, & execrabile absurdum: ergo. Minor videtur constans: nam est manifeste contra illud Scripturæ: *Miserebor, cui misertus fuero, & clemens ero, in quem mihi placuerit.* Et contra illud: *Numquid non habet potestatem figulus luti, aliud vas facere in honorem, & aliud in contumeliam.* Et magis clarè contra illud: *cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, vertet illud.* Ista enim, & plura alia explicant summam, & absolutissimam potestatem, qua Deus supra nostrum liberum arbitrium dominatur, vel ad illud convertendum, vel ad homines medio illo prædestinandos, vel ad faciendum quidquid de illo voluerit. Unde minor certissima habenda est, nec iuxta fidem videtur posse negari.

Collectio
I. prob.

Sequela autem probatur. Non potest Deus ex aliqua ex creaturis possibilibus, vel unum actum liberum in aliqua occasione consequi, nisi prævia Scientia media illius actus in illa occasione; sed non est Deus potens habere istam Scientiam mediam; alias non esset media, sed libera, & subiecta eius potestati: ergo nec est potens ad consequendum, vel unum actum liberum. Urgetur hæc probatio ad id utendo ea forma arguendi; qua ipsi prætendunt, quod decretum ab intrinseco efficax requisitum ad operandum destruit libertatem creatam. Qui non habet in sua manu necessario requisita ad aliquam operationem faciendam, vel saltem non habet potestatem ea acquirendi, non habet potestatem liberam ad illam faciendam; sed Scientia media surrogationis conditionatæ actus liberi sub aliqua occasione est essentialiter requisita, ut Deus illum actum à creatura consequatur: non enim potest actus ille

Robora-
tur doctri-
na.

consequi, quin in Deo præcedat Scientia media de illius conditionata consecutione: ergo cum hanc Scientiam mediam habere non sit in manu Dei, neque erit libere potens ad consequendum, vel unum actum liberum. Maior universaliter accepta certissima est apud ipsos, & suæ sententiæ capitale principium; apud nos autem, quamvis falsa existimetur de libertate subordinata, vera tamen est de libertate Divina, quæ est absoluta omnino, & independens. Minor autem est ipsa essentia Scientiæ mediæ, quæ etiam apud eos debet præcedere Scientiam absolutam: cumque discursus sit bene formatus, tamquam ostensivus iudicandus est.

Dicere autem Scientiam mediam non esse essentialiter requisitam, ut Deus operetur consensus creature, quia si præstaret auxilia illa non directus, adhuc sequeretur consensus; falsissimum est: nam ut ex superius dictis constat Scientia hæc media requisita est apud ipsos, ut Deus intelligatur donans consensum, discernens consentientem à dissentiente, & provide, non autem cæco modo illum causans; sed non potest intelligi consensus, quin sit à Deo donatus, & faciente discretionem inter consentientem, & dissentientem, & proinde illum causante: ergo.

Unde aliter dices, quod Deo propter multitudinem auxiliorum, quibus quamlibet voluntatem creatam in quacumque occasione vocare potest, non potest una, immo plures Scientiæ mediæ de consensu conditionato deficere: quibus habitis, libere potest quamlibet creaturam, & in quacumque occasione facere quod consentiat. Sed cum in eorum sententia omnia auxilia, quibus creaturas prævenire potest, sint ab intrinseco indifferentia, omnia illa potest quacumque creatura saltem metaphisicè spernere, & cum eis dissentium coniungere. Deinde si hoc non potest creatura facere: ergo id ipsum Deus cognoscit per scientiam simplicis in-

recursus
Contrar.
præcludit
tur.

22
Alius eor-
um re-
cursus.

Recludit
tur. 1.

Secundò

tele

telligentiæ : undè , & illa directus , & sine ulla Scientia media poterit immediatè decernere decreto efficaci sine ullo libertatis præiudicio consensum creaturæ ; sed quia ista alibi ex proposito expendemus , dum , scilicet , agamus de creatura inconvertibili , quæ Scientia media supposita aperte sequitur , ideo eis omisissis.

Aliter ad propositum impugnanda est solutio. Nam scientiam istam conditionatam , vel omnes illas , quibus supponitur Deum carere non posse , vel eas habet libere ; vel pro priori , & independentè à sua libertate ? si primum ; habemus intentum ; & hinc reiicienda est Scientia media. Si secundum ; sequitur aperte inconveniens adductum : nam cum Deus sine prævia ista scientia conditionata consensus consensum acquirere non possit ; si illam habere non est in sua potestate , sed pro priori ; & independentè à suæ libertatis exercitio illam habet , vel ea careret ; sequitur quod acquirere consensum , non sit in absoluta potestate Dei , neque ipsi absolute liberum.

Propter ista , & alia similia respondent alij magis ingenue , magisque consequenter ad sua principia , quod quamvis Deus non possit , vel unum actum liberum à creatura consequi , nisi dependentè à Scientia media , quæ in eius non est potestate , sed in potestate creaturæ ; nihilominus non propter hoc perit , aut minuitur libertas , & dominium Dei suprâ actus liberos creaturæ : quia dummodo dependentè à prædicta scientia possit , absolute est potens , & absolute est dominans suprâ illos. Rationemque conantur reddere ex suis principijs : quia , nimirum , aliter non est possibilis potestas , aut dominium Dei , illefa eorum libertate : undè sicut ista salvantur suprâ actum vitalem ; quamvis solus Deus sine consortio creaturæ illum producere non possit , quia solum hac ratione , est ipsi possibilis servata eius essentia ; ita pariter salvatur

Supremum Dei dominium , & potestas erga actus liberos creaturæ , quamvis non possit eos aliter producere , nisi dependentè à Scientia media , quæ non est in eius potestate , sed creaturæ , quia solum hoc modo sunt illi possibiles illefa eorum libertate.

Hæc solutio qualitercumque verbis , & exemplis pulchre exornetur , quale sit hoc scientiæ mediæ inventum aperte prodit , & nos ex ea facile explicare possumus. Nam vel est de conceptu absolute libertatis , & dominium suprâ actus habere omnia requisita , vel ea posse acquirere ad illum producendum ; vel non ? Si secundum : ergo quamvis creatura non habeat decretum efficax , nec gratiam ab intrinseco efficacem , nec ista acquirere possit , sintque essentialiter ad actum requisita ; non ideo non habet libertatem , & dominium suprâ illum. Si autem secundum : ergo Deus pro signo priori ad Scientiam median , cum intelligatur illam non habens , & impotens sit pro sua libertate illam acquirere , sitque requisita saltem ex parte Dei , ut actum producat , intelligetur sine absolute libertate , & dominio suprâ illum.

Confirmatur hoc : causam secundam , & creatam indigere iuvamine causæ primæ , & creatoris ad suum actum inchoandum , & perficiendum , & non habere tale iuvamen , nec sibi acquirere posse , non solum minuit , sed de medio tollit libertatem , & dominium illius adhuc in genere causæ secundæ , & creatæ , suprâ illum actum : ergo causam primam , & increatam indigere Scientia media alienius actus ad illum producendum , & non esse sub eius potestate illam habere , vel non habere , non solum minuit , sed de medio etiam tollit absolutum dominium , & supremam potestatem causæ primæ suprâ illum actum : nisi velis supremum dominium Dei suprâ actus nostros liberos firmari , & constitui per subjectionem Dei ad creaturam , do-

Recludi-
tur illo-
rum re-
cursus.

25
Confirmi-

Ocludi-
tur recur-
sus ille.

23
Recurfus
aliorum,

minium autem creatura supra eodem destrui, & annihilari per subordinationem eius ad Deum: non enim deficit huius sententiæ Professor, qui hoc typis mandare non erubuit, propter quod, & alia similia, opera eius Romæ sunt prohibita, & saltem hoc illius dictum omnibus Catholicis deberet esse abominandum.

26 Sed tamen quavis unus, vel alter solum hoc modo sit loquutus; omnes tamen in sensu, & substantia dicti convenire debent: sicut conveniunt in asserendo destrui libertatem creatam, si ad suos actus producendos indigeat aliquo, quod habere non est in eius potestate, sed Dei: non destrui autem Dei dominium supra eosdem actus, & si ad eos producendos indegeat Scientia media, quam habere non est in eius potestate, sed creaturæ. Hoc enim quid aliud est, quam destrui libertatem creatam, per subordinationem, & subiectionem ad Deum, ratione alicuius requisiti ad operandum, quod privativè est in potestate Dei: non autem destrui libertatem Divinam per subiectionem ad creaturam, quia indigeat aliquo ad operandum, quod privativè est sub potestate creaturæ?

Polchia
animad.
versio.

Qua propter doctrina ista maxime præ oculis est habenda; dum de concordia libertatis creatæ cum efficacia gratiæ, vel decretorum agitur; nam ex ea non solum instantur omnia eorum argumenta, sed validius contra ipsos retorquentur. Nam cum dominium Dei supra voluntates hominum majus sit, quam dominium hominum supra easdem: ut enim ait D. Augustinus: *cap. 14. de Corrept. & Grat. Magis habet in potestate sua voluntates hominum, quam ipsi suas, & quod habet humanorum cordium, quo placuerit, inclinandorum, omnipotentissimam potestatem, si hoc dominium cum indigentia alterius, quod non est sub potestate tenus salvantur, quanto magis salvari debet dominium hominum cum indigentia alterius, quod non*

sit sub potestate eorum, sed Dei.

Undè deduces, tanta cum maiori certitudine inferri à nobis destrui Dei dominium supra actus liberos, quanto certius est dominium; & libertatem Divinam, magis absolutum, & independens debere esse à suis creaturis, quam dominium creaturarum à Deo. Secundo deduces quanta cum maiori conaturalitate, ratione, immo & pietate, salvatur à nobis utraque libertas, & dominium, quam ab eis. Nam nos primò quidquid decet supremum dominium, & absolutissimam libertatem Dei, & omnino independentem à creaturis, constituimus: deinde ex his, quæ supersunt constituendum curamus dominium creaturæ, ut tamquam servus, vel quasi catellus quidam de his, quæ cadunt de mensa domini sui, satis, superque saturetur; quod è contra ipsi faciunt: primò enim libertatem creatam, nullo ad Divinam habito respectu, videntur constituere: deinde ex his, quæ ex ea iam saturata, & ad plenum imbuta superflue videntur, Divinam vestire, & accomodare procurant. Quod clarius percipies ex modo dicendis.

§. III.

EX CAPITE LIBERTATIS
creata Scientia hæc media
impugnatur.

DEstrui libertatem creatam ex positione Scientiæ mediæ convincunt in primis omnia, quæ *Disp. 3. Dub. 1. §. 4.* adduximus, ubi id etiam ex proposito probavimus. Deinde id ipsum convincunt immediate ante hæc dicta: ponere enim liberum arbitrium creatum cum talibus conditionibus requisitis, quod ex eis destruat Divinum arbitrium supra illud, non est defendere arbitrium creatum, sed illud destruire, lapidare, & precipitare, ut loquitur S. P. Augustinus *lib. 2. ad Bonifacium cap. 2. §. 4.* Insuper ponere libertatem creatam

27
r. conf.
stadium.

Secundū

28
4. prob.
conclusio

taliter, quod supra posse non indigeat ad operandum ope Dei, quo pro sua libertate donet illi operationem, & pro quo non teneatur ad speciales gratias illi referendas, non est constituere, sed destruere liberum arbitrium creatum; sed si requiritur Scientia media, sic ponitur, ut patet ex dictis: ergo. Unde apte S. Hieronymus *Epistola ad Ctesiphontem Adversus Pelagianos* his aureis verbis sic invenitur: *Quod autem fursim deorsum iacitant liberum arbitrium a nobis destrui; audiant e contra eos arbitrij destruere libertatem, qui eo male utuntur adversus beneficium largitoris: quis destruit liberum arbitrium? ille qui semper Deo gratias agit, & quodcumque in suo rivulo fluit, ad fontem refert; aut qui dicit: recede a me, quia mundus sum. Non habeo te necessarium: dedisti enim mihi semel arbitrij libertatem; quid rursus te ingeris, ut nihil pessim facere, nisi tu in me tua dona compleveris*, quæ verbanos, & ipsos meditari oporteret.

29
Formatur
Jan 4. cō.
clusionis
prob.

His autem tantum insinuatis, quia alibi, aut expensis, aut expendendis, modo aliter suadendum est directe scientiam istam mediam destruere libertatem creatam; & argumentum sic proponitur. Supposita Scientia Media dissensus, voluntas creata est impotens consentire: ergo liberè non dissentit. Consequentia est evidens, & antecedens probatur. Non est potens voluntas consentire, nisi sit potens facere quod non existat Scientia Media dissensus, & quod existat Scientia Media consensus; sed supposita Scientia Media dissensus est impotens utrumque facere: ergo. Mai. apud ipsos est vera, & deducta ex præcipua eorum maxima. Min. autem probatur. Si voluntas creata posset id facere per aliquod libertatis exercitium, esset per consensum, nam dissensus talis est, quod componitur cum Scientia Media illius, & opponitur cum Scientia Media consensus, & eandem oppo-

sitionem habet utriusque omisio; sed hoc non potest illa facere per consensum: ergo. Probatur min. hæc. Id, quod si datur, debet dari pro priori ad consensum, non potest per consensum acquiri; sed si datur Scientia Media consensus, & carentia Scientiæ Mediæ dissensus, debent dari pro priori ad consensum: ergo. Mai. apud omnes est certa, & ex ea ipsis, & bene deducitur, quod voluntas creata, non potest per consensum acquirere physicam prædeterminationem ad ipsum, nec per carentiam consensus prædeterminationis carentiam.

Unde difficultas stat in probanda minori. Quæ satis efficaciter probatur primo. Quia si hæc Scientia Media datur, datur pro priori ad decretum collativum auxilij, per quod voluntas consentit; sed decretum, collativum auxilij, præcedit ipsum auxilium, & auxilium consensum, cum sit illius causa: ergo, & Scientia Media. Minor constat, & mai. probatur. Tum quia si Scientia illa Media datur, Deus per illam dirigitur, ad conferendum auxilium, ne cæco modo illud conferat. Tum quia dum confert auxilium, potest illud conferre ex motivo efficacitæ, ut est communis eorum sententia: ergo collationem auxilij præcedit cognitio efficacitæ eius, quæ est Scientia Media consensus.

Proxima
min. suad.
1.

Secundo probatur eadem min. Quia si hæc Scientia Media datur, datur, ut Deus constituatur per illam potens proximè, & expedite providè causare consensum, ipsum donare, & facere discretionem consentientis à dissentiente; sed si ad munia ista requiritur, datur pro priori ad consensum: ergo. Mai. ab ipsis traditur, & probatur minor. Nam pro priori ad consensum, intelligitur Deus, illum donans, providè causans, & discretionem faciens: prout sic enim est causa in actu primo illius: ergo multo magis pro priori ad illum intelligi debet potens providè causa-

Suad. 2.
if a min.

re, donare, & discretionem facere.

Suadetur
3. eadem
min.

Tertio. Quia si Scientia illa Media existat, existit pro signo apto, ut Deus magis beneficus se exhibeat erga consentientem dans illi auxilium, in occasione, in qua providit sortiturum effectum, quam erga dissentientem, cui auxilium in tali occasione non donat: hoc enim adeo verum est apud ipsos, ut in hoc solum, & non in entitate auxilij cessati fundent discretionem consentientis à dissentiente, & magis beneficium morale; sed si hæc scientia non antevertit, decretum conferendi auxilium non erit in signo apto, ut Deus conferat illud auxilium in occasione consensus, vel dissentus: ergo.

30
Respon-
sio Alver-
sar. im-
pug. quo
ad 1. p. 1.

Dices: Scientiam Mediam consensus præcedere consensum, non essentialiter, sed accidentaliter: & quod sic præcedit, potest per consensum acquiri. Sed utraque pars solutionis est falsa: prima quidem; quia ut nuper vidimus, si Scientia Media præcedit consensum, præcedit, ut Deus per illam constituatur providens causans, illum donans, & discretionem faciens; sed consensus essentialiter petit procedere à Deo donante, providens causante, & discretionem faciente: est enim essentialiter donum Dei, ut supra ex Sacra Scriptura, & ex S. Parente Augustino ostendimus: ergo.

Secundò.

Secundò. Quia dato quod posset existere consensus, non donatus à Deo, nec providens ab eo causatus, quod absurdissimum ex terminis apparet, falsum implicat illum existere, quin præcedat in Deo potentia proxima, & expedita ad illum donandum, & providens causandum; sed hæc potentia, ut ipsi fatentur, constituitur essentialiter per Scientiam Mediam: ergo.

31
Recurfus
Contrar.

Nec refert dicere, Scientiam Mediam debere præcedere consensum essentialiter, ut requisita ex parte Dei, non autem ex parte ipsius consensus; & ideo potest per illum acquiri. Non, inquam, re-

Ocludi-
tur I.

fert, primò. Quia hoc ipso, quod Scientia Media, debeat essentialiter præcedere, ut requisita ex parte Dei, inintelligibile est, quod non præcedat, ut requisita ex parte ipsius consensus; quod ex modo dictis aperte convincitur: nam si præcedit, ut requisita ex parte Dei, eo est, ut Deus per illam constituatur potens proxime providens illum causare, donare, & discretionem facere; sed consensus essentialiter petit sic à Deo procedere: ergo. Et certè quidquid ex parte causæ ad producendum effectum essentialiter requiritur, non potest non essentialiter requiri ex parte effectus, ut per causam producat.

Deinde hoc ipsum rejicitur, 32
& secunda pars solutionis, simul convincitur falsitatis. Quia hoc ipso, quod Scientia Media præcedat consensum, sive accidentaliter, sive essentialiter, live requisita tantum ex parte Dei, sive etiam creaturæ, impossibile omnino est, quod per consensum acquiratur: ergo solutio quo ad utramque partem deficit. Antecedens probatur. Tum quia decretum efficax consensus solum accidentaliter præcedit consensum, & tamquam perfectio non ex parte consensus per se exacta, sed ex parte Dei, ut ipsi etiam asserunt; & tamen præcedentia ista sufficit, ut voluntas creata non possit sibi acquirere tale decretum, ut est compertum: ergo. Tum quia quod hic, & nunc præcedit consensum, ad consensum præsupponitur hic, & nunc; quod autem hic, & nunc ad ipsum præsupponitur, inintelligibile est quod per ipsum acquiratur: acquisitio enim alicuius, vel est prior natura re acquisita; vel simul saltim cum illa existit: ergo.

2. Ocludi-
tur. & 2.
p. solutio-
nis impug-
natur.

Prob. ant-
ecedens
1.

Secundò.

Quod confirmatur: nam Scientia Media per consensum acquisita nequit Deum constituere potentem, & expeditum ad decernendum consensum; sed implicat Scientiam Mediam existere, quin Deus per illam constituatur potens

Roborat-
tur doctri-
na.

proxime, & expedite ad decernendum consensum: ergo. Minor est communis Adversariorum; ut videmus, & mai. probatur. Implicat potentiam constitui expeditam ad decernendum consensum, per ipsum consensum: potentia enim, & expeditio ad aliquem actum, cum ex parte causæ illius se teneant, debent pro priori ad ipsum actum constitui; sed actus illius potentia est actuale decretum, quod si datur, debet etiam dari pro priori ad consensum, cum sit etiam illius causa: ergo.

33
Aliorum
responsio.
 Aliorum solutio asserit Scientiam Mediam presupponi ad consensum in statu absoluto; subsequi tamen ad illum in statu conditionato: & hoc sufficit, ut illius non destruat libertatem. Sed solutio etiam ista omnino insufficientis est, & rejicitur primo ex dictis. Nam implicat, quod praevideatur consensus conditionate futurus, quin praevideatur, ut provide conditionate causandus, donandus, & ex speciali benevolentia producendus; sed ad hoc requiritur quod Scientia Media precedat etiam consensum sub statu conditionato: ergo Minor probatur. Nam iuxta ipsos per solam Scientiam Mediam potest Deus constitui provide causans, donans, & ex speciali benevolentia actum liberum produ-
Confirm.
 cens: ergo. Quod confirmatur. Num si Scientia Media precedat consensum in statu absoluto; vel precedit quia essentialiter est donum Dei, vel quia essentialiter petit provide, & non eocō modo à Deo produci, vel discretionem inter consentientem, & dissentientem facientem; sed hoc aperte convincit debere etiam precedere in statu conditionato: cum non minus intelligatur quod esset donum Dei, provide ab eo causandum, & discretionem inter unum, & alterum facientem: ergo.

Rejicitur
 Secundo rejicitur eadem solutio. Nam quod non est in nostra potestate in statu absoluto, sub

nostra libertate absolute non est: ergo si Scientiæ Mediæ acquisitio non est in nostra potestate sub statu absoluto, absolute non est sub nostra libertate. Consequentia est evidens, & antecedens probatur. Quia libertas solum à parte rei, & in statu absoluto exercetur, non autem in statu conditionato: ideoque solum à parte rei, & in statu absoluto mereamur, vel demeremur, non autem in statu conditionato, ut contra Semipelagianos fides docet: ergo si voluntas per nullum actum absolute existentem potest acquirere Scientiam Mediam; absolute non esset illi liberum eam acquirere. Et ex opposito sequeretur, quod Petrus, v. g., dum nihil est, & dum nihil operatur, posset acquirere Scientiam Mediam; quam tamen acquirere non posset, dum actu est, & actu operatur, quod ex terminis absurdum videtur. Quod confirmari potest; nam quidquid Petrus in statu conditionato conditionate facit; facit absolute purificata conditione: & quidquid non facit absolute sub aliqua conditione purificata, falsum est quod conditionate faceret; à conditionata enim ad absolutam, conditione purificata, est bona consequentia: ergo si purificata conditione auxilij, non facit quod existat Scientia Media consensus: ergo neque id faceret sub statu conditionato, & pro priori ad purificationem conditionis.

Propter ista, & alia similia, Pater Suarez, quem alij Recentiores sequuntur, teste Rivadeneyra in presenti constat ad dicens, quod acquisitio Scientiæ Mediæ, nullatenus est in potestate voluntatis creatæ; per hoc tamen eius libertas non labefactatur: inamquamvis sit ad libere operandum requirita; non est tamen requirita ex meritis eius, sed ex perfectione infinita Dei: & ad libertatem sufficit, quod habeat in eius potestate quidquid requiritur ad po-

Confirm.

34
Aliorum
adhuc res
ponsio.

nendum actum liberum ex meritis eius, non autem ex parte Dei.

Quid respon-
sio e-
vincat of-
fenditur
i. ex Sua-
rio.

Sed hæc solutio, quamvis in nostris principiis, præcisè superadditis, bona, & genuina sit, Scientiam tamen Mediam de medio tollit, quod, & vidit prædictus Author, idque evidenter convincit. Primo. Quia in principiis Scientiæ Mediæ dissentiens caret libertate ad consensum, eo præcisè, quod Deus ex se, decreto à nobis infirmitate, decernat non concurrere nobiscum ad consensum: nunc ergo carentia huius decreti de concurrendo, vel requiritur solum ex parte Dei, vel ex natura, & intrinsicis, consensus? Si primum: ergo deficit libertas ad consensum, deficientibus requisitis ex parte Dei ad ipsum, si ea habere, non sit in manu voluntatis creata. Si secundum: ergo etiam requiritur, ex intrinsicis consensus, procedere à Deo, summe providente, & præscienti: Non enim apparet ratio, cur natura ipsa consensus, petat subijeri Deo, ut decernenti, & volenti; & non ut providenti, & præscienti.

Offenditur 2. ex eod. Authore.

Secundo id ipsum convincit prædictus Author. Quia in principiis Scientiæ Mediæ, dum effectus aliquis non potest poni nisi sub aliqua conditione, qui non habet illam conditionem, aut potestatem ad illam habendam, non potest illum effectum ponere, quod est verum, sive conditio illa sit per se exacta; & ex meritis effectus, sive solum per accidens, & præter eius exigentiam; nam licet quis habeat vim ad impellendam saxum, ut quatuor v. g. quod suapte sui natura, & gravitate non exigit vehementiorem impulsionem, ut moveatur; si tamen ratione accidentaliter obstantis necessarius sit impulsus, ut motus, qui eo caret, & obstantis impedire non possit, etsi haberet impulsam, ut quatuor, non ideo diceretur absolute potens movere saxum: si ergo Scientia

Media consensus necessaria est ad ponendum consensum, quamvis necessitas ista non oriatur ex natura ipsius, sed ex perfectione Dei; qui non habet in sua potestate ponere illam Scientiam Mediam, neque etiam haberet ponere consensum.

Quod non solum est verum ³⁵ in eorum principiis, sed etiam in nostris: nam in eis quamvis suppositio præcedens consensum, & ipsum infallibiliter inferens, si existit ex determinatione libera Dei concurrentis ad consensum, eius non auferat libertatem, sed infallibiliter inferat; si tamen suppositio illa non existeret ex determinatione libera Dei, nec creaturæ, illius destrueret libertatem; sed Scientia Mediæ consensus non existit ex determinatione libera creaturæ, neque ex determinatione Dei: ergo illius auferret libertatem. Et quidem si doctrina Patris Suarez subsisteret; cum decretum efficax, phisica prædeterminatio, & gratia ab intrinseco efficax, sint ex parte Dei requisita, ut ad salutarem consensum concurrat, ut nostri Thomistæ perpetuo fatentur; quamvis creaturæ ea non haberet, nec potestatem ea habendi, non propterea non haberet libertatem ad consensum.

Sed prætereunda non est solutio, qua specialiter utitur Augustinus de Herrera, qui, ut hoc argumentum solvat, excogitavit mutationem quandam prioritatem inter consensum, & Scientiam Mediam, in diverso tamen genere; nam in genere phisico, remoto tamen, asserit Scientiam Mediam præcedere consensum, quia dirigit Deum, ad conferendum auxilium, quod est principium consensus; in genere autem obiectivo dicit consensum præcedere Scientiam Mediam; & hoc sufficere, ut sit in potestate hominis illam acquirere, vel impedire.

Authoris
reflexio.

Sed sola argumenti difficultas & r. respon-
ditur. Adversarium cogere ad
pugnatio.

admittendas prioritates mutuas, etiam in diverso genere, quas tan-
toperè sui abominantur. Eius ta-
men solutio rejicienda est primo.
Nam si per recursum ad priorita-
tes istas concordatur libertas cum
Scientia Media, & ad eam con-
cordandam, licet Adversarijs ad
eas recurrere, etiam concordabi-
tur per eundem recursum cum au-
xilio ab intrinseco efficaci, cum
phısica prædeterminatione, & cum
decreto; & non erit cur nobis non
liceat ad easdem prioritates re-
currere: Ex quo, & sequeretur in-
utilitas Scientiæ Mediæ. Explica-
tur hoc, Ideo Adversarius mutuas
istas prioritates distinguit, quia
quamvis Scientia Mediæ, & de-
cretum collativum auxilij concu-
rant, tamquam principium effecti-
vum consensus, non tamen con-
currunt obiectivè, sed potius uni-
cum obiectum præcipuè Scientiæ
Mediæ est ipse consensus: nisi enim
propter hoc, nescio undè aliter
prioritates istas mutuas assignare
possit; sed etiam in nostra sen-
tentia, quamvis auxilium ab in-
trinseco efficax, & phısica præde-
terminatio præcedant consensum,
tamquam principium illius effecti-
vum, non tamen præcedunt ex
parte obiecti, sed unicum utrius-
que obiectum præintantum est ipse
consensus: ergo hoc etiam nobis
sufficiet, ut inter auxilium ab in-
trinseco efficax, & inter consen-
sum, adstruamus mutuas illas prio-
ritates, & ut illarum beneficio, &
sine recursum ad Scientiam Mediæ,
libertatem concordemus.

Ad idem
tenditur.

Quod si prædictæ solutionis
Author dicat, quod consensum
esse obiectum præintantum per au-
xilium, decretum, & phısicam
præmotionem, non sufficit ut illa
obiectivè præcedat, præcedentia
congruenti ad salvandam liberta-
tem, si semel illa phısicè, & sub-
iectivè præcedunt; fateor sic esse,
nisi ad alia principia recurratur;
sed cum ille ad nihil aliud in præ-
dicta solutione recurrat, sed in ea

obiectiva præcedentia, supposita
posterioritate phısica, velit fun-
dare concordantiam libertatis cum
Scientia Mediæ; sequitur, quod id
non fuerit assecutus.

Tandem, alijs omıssis, ineffica-
ciæ convincitur eadem solutio. Ultima
respons.
impugna-
tio.
Nam præcedentia obiectiva con-
sensus ad Scientiam Mediæ est so-
lum secundum quid talis, præce-
dentia autem Scientiæ Mediæ ad
ipsum est talis simpliciter: tum
quia prima est obiectiva, secunda
autem phısica, & effectiva: tum
quia determinatio, & influxus con-
sensus in Scientiam Mediæ est so-
lum secundum quid, sicut depen-
dentia Scientiæ Mediæ ab illo, ut
ipsi pluries fatentur; cum tamen
influxus Scientiæ Mediæ in consen-
sum sit simpliciter talis. Tum quia
præcedentia auxilij ad consensum
simpliciter est talis, præcedentia
autem consensus ad auxilium, vel
est nulla, vel solum secundum
quid: cum ergo Scientia Mediæ
præcedat ipsum auxilium: dirigit
enim ad illius collationem; sequi-
tur quod præcedentia Scientiæ Me-
diæ ad consensum sit simpliciter
talis, præcedentia autem consensus
ad Scientiam Mediæ, vel sit nulla,
vel talis secundum quid. Tunc sic;
sed principium simpliciter prius
consensu, & cum simpliciter ante-
cedens, & infallibiliter inferens,
cuius esse, & non esse non potest
proinde simpliciter haberi per ip-
sum consensum, aufert libertatem
illius ergo.

Temporis prætura cogit nos
plura alia omittere quibus etiam
Scientia Mediæ efficaciter posset
refelli: sed quamvis breviter; subij-
ciendum tamen est aliud funda-
mentum, undè eius inutilitatem
ostendamus. Quod ut melius per-
cipiatur advertendum est Scientiam
Mediæ, ad duos præcipuè fines
fuisse excogitatam, & introductam:
primo, ut salvetur Dei providen-
tia in concurrente ad nostros actus
liberos, ne scilicet tali Scientia non
prelucente Deus donaret libertatem,

37
Prævia
ad 5. con-
clusionis
p. obae.

nesciens quis inde usus sequeretur, aut ne esset impossibilitatus ad decernendum consentum, vel ne decretum illius esset expositum frustrationis periculo. Secundus finis est, ut concordetur libertas nostra cum efficacia auxiliorum. Unde, & Dei providentiam, & auxiliorum efficaciam per Scientiam Mediam inadæquatè saltim constituunt. His suppositis.

5. Conclafionis probatio.

Sic formatur argumentum. Scientia Media, si datur, debet esse contingens, & de veritate contingentis; at talis non esset si esset requisita ad constituendam providentiam Dei erga actus nostros liberos, & efficaciam auxilij, à qua ipsi dependent: ergo. Probatum min. Nam cum providentia Dei, & efficax illius auxilium sint necessario requisita, ut actus liber, præcipuè meritorius vite æternæ existat; si Scientia Media constitueret providentiam istam, & efficaciam auxilij, non posset cognosci actus meritorius, ut conditionatè futurus, nisi cognosceretur dependenter à Scientia Media: adeo ut sensus huius propositionis, *si dedero Petro auxilium A, eliciet actum meritorium in vite æternæ*, sit iste: *Si dedero Petro auxilium A cum Scientia Media de merito futuro, eliciet actum meritorium*. Sed veritas ista contingens non est, sed necessaria, & per scientiam necessariam cognita: ergo. Discursus est legitimus. Minor evidens apud omnes, & maior probatur per partes. Et in primis quod Dei providentia, & auxilium efficax sint necessario requisita, ut actus liber existat, certius ex se apparet, quam indigenis probatione. Sed quia ab aliquibus negari videtur, sic ostenditur. Ut actus liber existat, pevit necessario causari à Deo: non improvidè; hoc enim repugnans est Deo: ergo providè, similiter non sufficit, ut cavetur à Deo, quod Deus voluntati conferat solium auxilium indifferens, quod tantum tribuit posse: hoc enim reprehendit

Suaderetur mai. per singula.

D. Thom. in Origene, ut supra vidimus; & inde non salvaretur, quod discretio merentis à non merente, esset à Deo, & plura alia absurda, quæ ex dictis habentur perspecta.

Quod autem si hoc ita esset, non posset cognosci, ut futurus conditionatè, nisi dependenter à Scientia Media probatur: nam implicat quod cognoscat ut conditionatè futurus, præcipuè à Deo, nisi cognoscat dependenter ab omnibus causis, à quibus conditionata eius futuritio dependet: sicut enim deficiente aliqua causa non esset futurus, ita si futuritio eius non cognosceretur dependenter ab illa, infallibiliter non cognosceretur. Quod, ut diximus, præcipuè tenet verum in Deo, cuius Scientia, cum sit comprehensiva obiecti, debet illud attingere per respectum ad omnes suas causas; cum sic ex se cognoscibile sit, ac proinde aliter non adæquaret eius cognoscibilitatem; sed conditionata eius futuritio ab eisdem causis dependet, à quibus per se dependet esse absolutum: ergo si hoc essentialiter dependet à Divina Providentia, & auxilio efficaci, constitutis per Scientiam Mediam, independenter ab hac conditionata futuritio non posset cognosci.

Restat autem probare, quod si hoc ita est obiectum Scientiæ Mediæ sensum supra appositum faciat: quod facile ostenditur primo. Nam subconditione debet intelligi positum, omne id, à quo conditio essentialiter dependet; sed conditio huius: *Si dedero Petro auxilium A eliciet actum meritorium*, est collatio auxilij, & hæc essentialiter dependet à Providentia Dei: ergo si hæc constituitur per Scientiam Mediam, sub illa conditione potest, immo debet intelligi posita Scientia Media; & sic sensus erit supra assignatus: *Si dederò, scilicet, Petro auxilium A providens actum meritorium futu-*

Suaderetur ead. mai.

38
Ad idem adhuc r.

num. 1, Petrus eliciet actum meritorium. Minor constat, & maior supra Disp. 2. Dubio 1. §. 4. num. 25. probata est.

Secundò
id ipsum.

Secundò probatur eadem minor. Quia sub hac conditione: *Si dederò, debet Deus intelligere, si dederò possibiliter, seu modo mihi possibili, & non chimerico*: hoc enim, & nos intelligimus; sed modus possibilis; ut Deus det, est providè dare, & non improvidè, vel non providè: ergo providentia sub conditione debet intelligi. Tertio. Quia implicat, consensum absolutè existere, nisi dependenter ab auxilio providè à Deo collato: ergo nec potest Scientia Media iudicare de consensu, quòd absolutè existeret, nisi iudicando, quòd esset, dependenter ab auxilio providè collato; sed hoc iudicare, est assumere pro conditione auxilium, & providentiam: ergo si hac constituitur per Scientiam Mediam, Scientia Media sub conditione debet intelligi.

39
Advers.
Solutio,

Omnia alij solutionibus, quæ magis doctrinalis videtur, & quaruntur docti Recentiores, asserit, quòd sub illa conditione *si dederò, debet intelligi si dederò providè*: sed providentia per se exacta ad collationem auxilij, non autem ad alias circumstantias contingentes. Hac autem providentia non est constituta per Scientiam Mediam consensus, cum auxilium conferri possit sub carentia huius Scientiæ Mediæ, & cum Scientia Media dissensus: constituitur ergo, vel per scientiam simplicis intelligentiæ possibilitatis consensus, & indifferentiæ auxilij, vel per Scientiam Mediam vagam consensus, vel dissensus sub illo: idèdque hypothesis prædictæ propositionis, non est assignata, & præterita, sed hæc: *Si dederò auxilium A, cum scientia naturali, quam habeo de ipso, quòd auxilium est vage connexum cum alterutra ex Scientiis Mediis consensus, vel*

dissensus, fiet determinatè consensus: quæ veritas contingens, & non necessaria est.

Sed contra est primò. Quia absoluta collatio auxilij, quis infallibiliter coniungitur cum merito, non dependet vage à Scientia Media consensus, vel dissensus, sed determinatè opponitur Scientiæ Mediæ dissensus, & connectitur cum Scientia Media consensus, ab eaque non solum accidentaliter, sed essentialiter dependet: tum quia est collatio, per quam Deus donat meritum ipsum, & per quam discernit merentem à non merente. Tum quia secum involvit specialem Dei benevolentiam erga merentem: ergo, & conditionata collatio eiusdem auxilij, ex qua sequeretur consensus, involvit etiam determinatè Scientiam Mediam consensus. Patet hæc consequentia: nam alias non ab eisdem causis dependeret consensus, in statu absoluto, & conditionato.

Contra secundò. Nam providentia conditionata, quæ non requiritur conditionatè ad conditionatam collationem auxilij, non requiritur absolutè, ad absolutam illius collationem: vel ergo ad absolutam collationem auxilij, ex quo sequitur infallibiliter consensus, requiritur providentia constituta per Scientiam Mediam consensus, vel non requiritur? Si hoc secundum: ergo ad hoc munus superflua est Scientia Media determinata, quòd ipsi non concedunt. Si primum: ergo etiam ad collationem conditionatam conditionatè requiritur Scientia Media determinata consensus, & sic prædicta propositio faciet sensum supra assignatum.

Vel aliter idem impugnatür. Nam si ad collationem conditionatam auxilij non requiritur conditionatè Scientia Media determinata consensus, vel dissensus: ergo independentè à qualibet ex his determinatè, intelligeretur quòd Deus

40
Impugna-
tur 1. die-
ra solutio


41
Impugna-
tur 2.

42
Alia eius-
dem im-
pugna-
tionis for-
ma.

Deus providè conferret auxilium: ergo si absolute sic conferret, provide etiam conferret: inutilis ergo est Scientia Media determinata, ut Deus absolute conferat. Argumenta quæ in favorem Scientiæ Mediæ adduci solent, secundum quod hic spectant in præcedentibus manent soluta: nam quod, vel defumitur ex capite libertatis, vel concursus Dei ad peccatum, alibi solvenda sunt. Una autem, vel altera auctoritas, quæ ad propositum adduci potest, videatur

in nostris Thomistis. Dicta ergo sufficiant pro toto *Dub. & Tract.* in publico Gymnasio Salmantino dictata, ad laudem Omnipotentis Dei, venerationem Beatissimæ Virginis, SS. DD. Augustini, & Thomæ, Sanctorum etiam Parentum Dominici, ac Francisci, & sanctissimi Præcurforis Domini, in cuius pervigilio finem viderunt Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo; *ætatis vero Authoris* trigesimo sexto.

LAUS DEO.



INDEX

I N D E X

RERUM NOTABILIVM,

QUÆ IN HOC PRIMO TOMO

PRIMÆ PARTIS CONTINENTUR.

P. *Paginarum designat.* N. *Numerum marginalem.*

A

A DISIUNCTIVA cum destructione unius partis ad positionem alterius quando fallat. Pag. 290. Numer. 67.

Ab.

Ab absoluta ad conditionatam quando sit bona consequentia. P. 396. N. 30.

Abstractio.

Abstractio intellectus à materia maior est virtute illius activa innata; secus sensuum. P. 12. à N. 44.

Accidens.

Accidens supernaturale operativum specificatur immediate ab operatione, & mediate ab obiecto. P. 27. N. 32.

Accidens representative dissimile non est substantiæ, secus entitative, & quare? P. 46. à N. 28. usque ad 42.

Accidentia omnia qualiter, & quæ, vel essentialiter, vel connaturaliter respiciant subiecta. P. 114. à N. 31.

Actio, & Actus.

Actio, non quia prædicamentalis, sed quia transiens, habet terminum producere. P. 66. N. 26.

Actiones, & actus à principio, & obiecto specificantur ab eo proxime, ab hoc ultimo. P. 25. N. 27.

Actus liberi Dei non cognoscuntur ab ipso nisi existant, eisque futuritio realis, & rationis repugnat. P. 446. à N. 1. per totum Dub.

Actus odij Dei qualiter privatus rectitudine. P. 23. N. 22.

Actus supernaturales non continentur in potentia naturali, adhuc ut obedientiali activa, ut in causa instrumentali, ut vult Suar. P. 72. N. 11. & 18.

Adoptio.

Adoptio quid, & an substantia supernaturali conveniret. P. 109. à N. 22. usque 24.

Æternitas.

Æternitas non est Deo medium cognoscendi futura contingentia conditionata certo Metaphisice. P. 419. N. 5.

Aggregatum.

Aggregatum ex omnibus Divinis perfectionibus non est naturæ Divinæ constitutum. P. 212. à N. 13. usque 25.

Aliquid.

Aliqua præter Dei providentiam, & dispositionem evenire sequitur ex Scientia Media. P. 486. à N. 14.

A Professoribus Scientiæ Mediæ in quo sensu id exponatur. Ibid. N. 15.

Angelus.

Angelus qualiter magis distet à sensu, quam Deus ab intellectu creato. P. 4. N. 12.

Angelus etsi cognoscibilis sit à se ipso per propriam substantiam; potest tamen cognosci à se ipso per speciem superadditam. P. 52. N. 40.

Angelus inferior illuminetur ne circa naturalia, comprehendat ve superiorem. P. 150. NN. 23. & 24.

An.

Angelus superior inferiorem super comprehendendo non cognoscit actus eius liberos futuros. P. 418. à N. 4.

Anima.

Anima Christi Domini, & Beatorum non comprehendunt omnipotentiam, & scientiam visionis? P. 150. N. 21. 22. & 26.
Anima Beatorum intuitive, & clare vident Deum, ut est in se. P. 2. N. 1. & 2.
Anima separata perfectius se, aut imperfectius cognoscit, quam corpori coniuncta? P. 179. N. 50.

Appetitus.

Appetitus duplex: naturalis, seu innatus, & elicited. P. 17. N. 2.
Appetitus uterque efficax efficacia absoluta, vel conditionata, & extrinseca, & inefficax. Ibid. N. 3. & 33.
Nullus in visionem claram Dei appetitus innatus datur in homine. Ibid. à N. 5. usq. 22.
Nec naturalis elicited ex motivo supernaturali, aut efficax aliqua efficacia relata. Ibid. à N. 23. usque 49.
Appetitus solum naturalis elicited inefficax natur in homine ad prædicta visionem. Ibid. N. 54.

Argumentum.

Argumentum contradictoriarum nullum ad probandum cognitionem conditionatorum ante decretum. P. 383. N. 15.

Armeni.

Armenorum error circa Dei visionem. P. 1. N. 1.

Arriani.

Arriani, & Pelagiani tenuerunt scientiam contingentium non innixam decreto. P. 480. N. 3.
Arrianos tenuisse Scientiam Mediam, fateatur Granados. P. 481. N. 3.

Ars.

Ars, & prudentia in Deo qualiter inter se differant, & à lamine principiorum, scientia, & sapientia. P. 301. à N. 17.

Affectus.

Affectus non constituit Metaphysicè naturam Divinam. P. 217. à N. 26. & deinceps.

Attributum.

Attributa Divina. Relationes, & Personae omnia, ut sunt in se, final videntur. P. 122. usque 140.
Attributa aliqua per alia demonstrantur, & qualiter. P. 201. N. 48.
Attributa, & Relationes sunt obiectum specificativum Divini intellectus. P. 250. à N. 20.

Author.

Author promiscue utitur *contingentis* nomine, & *libere*, ut vel in hoc Scotistis morem gerat. P. 485. N. 13.

Auxilium.

Auxilium moraliter tantum connexum cum consensu futuro non est Deo medium certò Metaphysicè illum cognoscendi. P. 419. N. 5.
Auxilium prævisum efficax maior gratia est in esse beneficij, dum confertur, quam collatum prævisum tantum sufficiens. P. 471. N. 21.
Auxilium efficax ex se habet discernere consentientem a dissentiente. P. 472. N. 22.

Avendaño.

P. Avendaño quos Authores proferat Scientia Media. P. 482. N. 6.

Aureoli.

Aureoli, & Baconij opinio circa principium proxime elicitedivum actuum supernaturalium. P. 69. & 81. N. 2. & 31.

Axioma.

Axioma ex intellectu, & re intellecta explicatur. P. 4. N. 12.
Axioma D. Thom. *vixis effectibus inest homini*, &c. exponitur. P. 36. à N. 50.
Axioma *facienti quod est in se*, &c. exponitur. P. 31. N. 41. & P. 32. N. 45.
Axioma *quicumque intelligit*, &c. exponitur. P. 63. N. 18. & N. 26.
Axioma: *intellectus trahit res ad se qualiter intelligendum*. P. 66. N. 26.
Axioma: *cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modum suæ naturæ*; uberè exponitur. P. 112. à N. 27. usque 30.
Axioma *quodlibet est, vel non est* exponitur, & plura alia ex eo impugnantur. P. 433. à N. 30.

B

BEATITUDO naturalis hominis quæ, iuxta varios opinandi modos? Pag. 22. N. 17. & 18.

Baconij, & Aureoli opinio circa principium elicivum actuum supernaturalium. P. 69. & 81. NN. 2. & 31.

Beneficium.

Beneficium quid sit ex D. Thom. P. 462. N. 8.

Beneficia Dei præscita, prædestinataque sunt ab ipso iuxta P. Aug. Ibid.

Beneficium Dei est gratia discernens consentientem à dissentiente. P. 472. à N. 22.

Beneficiorum collatio quando, & in ordine ad quæ, se teneat ex parte actus primi.

Bonum.

Bonum præsens, vel futurum, absolutè, vel conditionatè sufficit terminare actum Divinæ voluntatis. P. 409. N. 16.

C*Calvinus.*

CALVINUS, & Lutherus quid in puncto gratiæ, & quam longe sententijs Thomisticis absint. P. 68. N. 1. & P. 84. N. 37. & seqq.

Carentia.

Carentia existentiæ modo, & existentiæ postea non constituit futurum. P. 342. & N. 8. & P. 360. à N. 9. per tot. Dub.

Cassianus.

Cassianæ intelligentia notatur. P. 31. N. 43.

Causa, & Causalitas.

Causa phisicè tantum connexa effectui, & si supercomprehendatur, non est Deo medium certo metaphisicè cognoscendi effectus eius futuros. P. 419. N. 5.

Causa comprehenditur omnibus eius effectibus in ea cognitis. P. 142. à N. 6. & deinceps.

Causalitas finis optimè explicatur, & ab effectiva discrimen constituitur. P. 64. N. 20. usque 29.

Causarum partialium una non influit in aliam; bene verò proxima in remotam. P. 80. N. 27.

Causa partialis si continet partialiter effectum, exigit alteram concomitantem. Ibid. N. 29. & seqq.

Christus prædicavit ubi sciebat esse qui electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem. P. 459. N. 5.

Cælum.

Coelum Empyreum radicaliter operativum est, non actu modò operatur. P. 180. N. 52. & sequenti.

Certitudo.

Certitudo cuiuslibet futuri contingentis conditionati etiã à Dei decreto providentiæ, & dispositione dependet. P. 465. N. 12.

Certitudo hæc & Script. Concil. & PP. Catholicorumque pietate evincitur. Ibid. latè, & subtiliter.

Claudius.

Rinus. Claudius Aquaviva quid mandaverit DD. Societ. ex Paul. Leon, Tyrso, & Henao. P. 463. N. 8.

Clementina.

Clement. Ad nostrum. P. 4. N. 13.

Cognitio in universam.

Cognitio rei inferioris comprehensiva exceditur à cognitione rei superioris ordinis quidditatiæ. P. 4. N. 10.

Cognitio omnium possibilium etsi comprehensiva inferior est quidditatiæ Dei. Ibid.

Cognitionis genus duplex intellectui nostro, ex sua natura, & ex non repugnantia, ut elevetur. P. 46. N. 3.

Cognitio naturalis non est à motivo supernaturali, aut è contra. P. 41. N. 29.

Cognitio non est comprehensiva nisi species, & lumen simul talia sint. P. 47. & P. 49. N. 38.

Cognitio quidditatiæ Dei etsi ex parte intellectus creati sit finita, exigit speciem infinitam. P. 54. N. 46. & P. 60. N. 11. & 12.

Cognitionis finitas à potentia, & lumine provenit in visione Beata; non à specie sive impressa, sive expressa. Ibid.

Cognitionis intensio, & extensio quadruplex, & qualiter fiat subjective, scilicet, & objective. PP. 146. & 153; NN. 16. 27. & 28.

Cognitio Dei multiplex circa multiplex futurum conditionatum. P. 378. à N. 2.

Cognoscens.

Cognoscētia quomodo differant à non cognoscentibus, & recipiant aliarum rerum formas. P.161. à N.4.

Cognoscens connaturaliter, & cognitum debent esse in eodem gradu immaterialis. P.107. à N.17.

Cognoscibilitas.

Cognoscibilitas Dei, tam respectu sui, quam aliorum eum quidditative cognoscentium eadem est. P.51. N.40.

Comprehensio quid; sequaturque ne omnipotentiae ex cognitione omnium possibilium in ipsa? P.141. usque 158.

Conceptus naturae demonstratur per conceptum essentiae. P.182. N.56.

Conceptus isti obiective in Deo non distinguuntur. P.198. à N.41. usque 49.

Concilium.

Concil. Trid. Sess.6. cap.5. Can.4. exponitur. P.84. N.37. & seqq.

Conciliorum intelligentia non ex relatione haereticorum quaerenda est, sed ex forma Canonum, doctrinaeque ipsorum. P.85. N.39. usque 41.

Concil. Trid. meminit dist. rationis Thomistarum. P.123. N.6.

Concursus.

Concursus partiales totaliter excluduntur in ordine ad actus supernaturales. P.70. à N.6.

Concursus isti diversimodè explicati formam intrinsecam, vel extrinsecam supponunt. P.98. N.60.

Concursus simultaneus, nec confert, aut complet virtutem potentiae naturalis in actu primo. P.77. N.21.

Conditionales de conditione disparata, & impossibili plures sunt, pluresque sensus patiuntur. P.397. à N.31.

Qualiter iuxta diversos sensus diversis medijs, distinctaque scientia cognoscuntur. Ibid.

Conditionalia sensus aliquo dependent à decreto, & dispositione Dei. Ibid. N.34. & 35.

Constata ex distinctis potest Deus plura facere, non autem identificata. P.117. N.35.

Consensus.

Consensus salutaris essentialiter est donum Dei. P.463. N.9.

Consensus salut. futurus pendet à decreto formali, aut virtuali, iuxta plures Societ. Ibid.

Consensus, ut ens creatum, & participatum sub omni formalitate creati procedit Deo determinante per suum decretum. P.467. N.14.

Constitutivum naturae Divinae qualiter ex omnibus Dei predicatis summe identificatis Theologi designent. P.201. N.48. & P.208. à N.1.

Contradictoria.

Contradictoriarum unam esse determinate veram, & alteram falsam qualiter verum sit pro priori ad decretum. P.441. à N.43.

Creatura.

Creatura, cui connaturalia forent visio Beata, virtutes infusae, & lumen gloriae, foret impeccabilis; ideoque repugnat. P.102. à N.7. per totum Dub.

Creatura.

Creaturae possibilee cognoscuntur à Deo secundum esse proprium, & differentiale ipsarum. P.262. à N.1. usque 19.

Creaturae qualiter productae ab aeterno in aeternitate. P.328. N.24.

D

Decretum.

DECRETA conditionata circa omnium possibilium combinationes qualiter admittenda, vel non iuxta varietatem sententiarum. P.475. N.26.

Decretis Divinis repugnat futuritio *realis*, & *rationalis*. P.446. à N.1. per totum Dub.

Decreta Dei conditionata non cognoscuntur ab ipso, nisi existant ipsa, vel aliquid necessario cum eis connexum. Ibid. à N.9.

Positis decretis in Deo futuris tollitur à Deo libertas circa actus liberos creaturarum. P.454. N.18.

Decretum Dei multiplex, & subjective absolutum, & obiective conditionatum in eo ponitur. P.399. à N.1.

Decretum subjective absolutum, & obiective conditionatum, nec impossibile, imperfectum, aut otiosum est. P.419. à N.17.

RERUM NOTABILIMUM.

Decretum positifum, & omiffivum quid operatur? P.414. à N.21. Quid *directum*, & *rejevunt*? P.448. N.8.

Decretum efficax, uti, & Scientia Media, fi datur, non acquiritur per actum voluntatis creatæ. P.493. à N.29. ufque 34. Finis Scientiæ Mediæ quis, & quotuplex intentus à Profeff. & an aflequantur, per eam? P.497. N.37.

Decreto reflexo actu non existente, non potest cognofci decretum quod exifteret. Ibid. à N.11.

Decreta indifferentia non funt medium cognofcendi Deum certo futura conditionata; benè tamen efficacia per fe, & ab intrinfecco. P.458. à N.1. & P.468. N.15.

Decreta ifta fat eif effe fubiektivè abfoluta, & objektivè conditionata, nec requiritur effe objektivè etiam abfoluta. Ibid.

Decreto Dei conftituto medio scientiæ conditionatorum mirabilis multiformiter Scientia Dei eif. P.477. N.29.

Decretum denegandi gratiam efficacem infallibiliter logicè connectitur cum peccato. P.478. N.30.

Decretum huiufmodi non infert Deum effe Authorem peccati. Ibid. N.31. & 32.

Deus.

Dei providentiam, & difpofitionem nullum, aliquid vè contingentium fugit. P.382. N.11.

Dei dominium, poteflatem, & Providentiam diminuit Scientia Media. P.488. N.16. & 17. & P.489. à N.20.

Deus clare vilus non continetur fub fpecificativo noftri intellectus, ut eif potentia naturalis, fub aliqua ratione. P.5. N.17.

Deus clarè vilus non continetur fub obiecto fpecificativo noftri intellectus, ut eif potentia obedientialis. Ibid. N.33. & feqq.

Deus clarè vilus unicè continetur fub obiecto extenfive noftri intellectus. Ibid. N.39. ufque 59.

Deus clarè vilus nullum naturalem appetitum terminat, nifi elicatum inefficacem. Ibid. Dub.2. N.54.

Deus diligit reprobos exiftenfes in gratia amore amicitia, & eis vult beatitudinem. P.404. N.8.

Deus omnia immediatè in fe ipfo cognofcit. P.292. N.71. & deinceps. Futura etiam conditionata. P.468. N.15.

Deus cognofcit conditionata de conditione conducente, ut determinatè vera, vel falfa certo metaphificè, tam fubiektivè, quàm objektivè. P.385. N.16.

Deus coniecuralia certo omnino fubiektivè cognofcit. P.395. N.29.

Deus ut Author naturæ, nec providet, nec dirigit ad claram fui vis, P.18. N.7.

Deus ut Author naturæ videri non potefit; quin ut Author fupernaturalis videatur. Ibid. P.36. N.53. & P.138. N.37.

Deus Author, & largitor omnium nil largitur, & donat nifi per decretum fuæ voluntatis. P.465. N.12.

Deus pro fuà libertate potefit aliquarum veritatum contingentium in particulari Scientiam non habere. P.477. N.28.

Deus Author peccati non eif, & fi habeat decretum denegandi gratiam, feu illud permittendi. P.478. N.31. & 33.

Deus peccatum pro materiali caufat per actum positifum fuæ voluntatis.

Discretio, & difcrimen.

Discretio consentientis à difsentientes ex Donis gratiæ eif. P.471. N.21.

Difcrimen inter diftinctionem mediam Scoti, & intrinfeccam virtuales. P.124. N.5. & 9.

Difsentiens.

Difsentienti confertur poffe, consentienti etiam velle. P.471. N.21.

Difsentiens iniufte conquereretur de Deo comparative ad consentientem. Ibid.

Difftinctio.

Difftinctio intrinfecca virtualis inter Divina predicata excluditur. A P.122. ufque 140. Difftinctionis rationis Thomificæ meminit pluries Concil. Trid. P.123. N.6.

Divifio.

Divifio Scientiæ in eam, quæ vilionis, & fimplicis intelligentiæ, alia ab ea, quæ in liberam, & neceffariam. P.303. à N.1.

Dominium, & poteflatem fupremam Dei qualiter diminuat Scientia Media? P.489. à N.20.

Donum, & beneficium quid funt ex D. Thom. traditur. P.462. à N.8. quid item fit donatio? Ibid.

Dona Dei prædeftinata dicuntur, & funt iuxta M.P. Aug. Ibid.

INDEX

E

Effectus.

EFFECTUS plures finiti exigunt causam infinitam. P. 54. N. 46.
Effectus omnes creati ex Dei prædefinitione proveniunt iuxta D. Thom. P. 460. N. 7.

Electio.

Electio prævisionem sanctitatis præcedit, non è contra. P. 460. N. 6.

Elementum.

Elementa, & mixta non cognoscitiva qua gaudeant independentia a qualitatibus materiæ in agendo, & recipiendo particulatim exponitur, & in communi. P. 175. N. 39. & deinceps, & P. 178. N. 47. & 48.

Ens.

Ens adæquatè naturale, & naturali modo attingibile est obiectum adæquatè specificativum nostri intellectus. P. 6. N. 22. & deinceps.

Ens creatum contingens procedit à Deo medio suæ voluntatis decreto. P. 467. N. 14.

Entia rationis ab intellectu Divino, aut Beato formari in quo sensu probabile. P. 129. N. 17. ad fin.

Essentia.

Essentia, & natura obiectivè in Deo non distinguuntur. P. 198. à N. 41. usque 49.

Essentia Divina effectivè ad visionem concurrens actione distincta à visione gaudet. P. 4. N. 11.

Essentia Divina quomodo sit speculum cæterorum Divinorum, & creaturarum? P. 143. N. 9.

Eventus.

Eventus non semper revelatur, revelato ordine ad ipsum. P. 388. à N. 21.

Eventus sequendus ex se non constituit futurum, aut partem contradict. verificat ante decretum. P. 342. à N. 8.

Eunomius.

Eunomij error circa Dei visionem. P. 1. N. 1.

Extravagans.

Extrav. *Benedictus Deus.* P. 2. N. 2.

Excessus.

Excessus unius visionis ad aliam iuxta di-

versos opinandi modos ex diversis principijs oritur. P. 99. N. 63.

Existentia.

Existentia qualiter sit actus essentiæ? P. 239. N. 76.

Existentia postea habenda non constituit futurum. P. 342. à N. 8. & P. 360. à N. 9. per totum Dub.

Existentia habita qualiter se habeat ad constituendum præteritum? P. 357. à N. 32.

F

Fides.

FIDE tenendum est intellectum creaturæ elevari posse ad Deum clarè intuitive videndum. P. 2. it. de vis. Dub. 1. N. 1. 2. & 5.

Filiatio.

Filiatio adoptiva quid, & an conveniret substantiæ supernaturali? P. 109. à N. 22. usque 24.

Finis.

Finis causalitas optimè exponitur, & ab effectiva discriminè statuitur. P. 64. N. 20. usque 24.

Fonseca.

P. Fonseca docet Scientiam Mediam tempore eodem, ac Molina, & Lessius. P. 482. N. 5.

Forma.

Forma constitutiva futuri quæ sit? P. 341. N. 5. & seqq. & P. 364. à N. 9. & deinceps.

Franciscus.

RR. P. Fr. Franciscus Romanus Dominicanus Scientiam Mediam oppugnat. P. 482. N. 5.

Sapientissimus P. M. Fr. Franciscus de la Serna quid sentiat de opinione negante Deo cognitionem obiectivè certam futurorum conditionatorum? P. 379. N. 5.

Futurum, & futuritio.

Futura absoluta præsentia in æternitate. P. 316. à N. 1. Non cognoscuntur ante decretum. P. 435. à N. 33.

Futura conditionata quot modis, & vi quorum possint cognosci? P. 391. à N. 25.

Futura conditionata cognoscuntur scientia simplicis intelligentiæ; libera tamen. P. 304. à N. 3.

RERUM NOTABILIUM.

Futurorum præsentia quotuplex, & quæ in æternitate. P.316. à N.1.
 Futurum quid, & quotuplex? P.376. N.28. in fine, & P.377. N.1.
 Futura conditionata disparata vi cuius medij, & qua scientia cognoscantur à Deo? P.39. à N.31.
 Futura conditionata de conditione impossibili quo medio, & scientia à Deo cognoscantur? Ibid. N.35.
 Futura hæc non cognoscuntur pro priori ad decretum. P.435. à N.33. Nec disparata in sententia plurium ex Societ. N.37.
 Futuritio quid, & quotuplex? P.340. à N.1.
 Futuritio Logica, & Phisica, quid sit? P.372. à N.24.
 Futuritio *entitativa*, & in *esse veri*, quæ? P.360. à N.2.
 Futuritio quælibet præcedit existentiam, & præteritionem. P.428. à N.23.
 Futuritio realis, & rationis repugnat Divinis decretis, & actibus Dei liberis. P.440. à N.1. per totum Dub.

G

Godoy.

ILL. GODOY, & Alph. Michaelis sensus de iudicio P. Vazq. erga D. Hieronymum. P.263. à N.3.
 Gradus immaterialitatis qui, & quot? P.38. N.7.
 Gradus immaterialitatis, in quo est Deus, latitudinem non admittit. P.49. N.36.

Gratia omnis.

Gratia efficax supponit decretum efficax etiam apud plures DD. Societ. P.472. N.22.
 Gratia, virtutes infusæ, visio beata, & lumen gloriæ meliora his quæ dantur defacto, repugnant. P.103. à N.9. usque 11.
 Gratia, etsi ab extrinseco veniat, constituit subiectum proprie, intrinsecè, & per se operativum actuum supernaturalium. P.89. à N.44. usque 48.
 Gratia habitualis specificatur à natura Divina. P.27. N.32.
 Gratia hæc non est formalis participatio naturæ Divinæ adæquatè, sed inadæquatè: & quomodo? P.53. N.44.
 Gratiam operari cum homine non est homi-

nem operari per gratiam, ut debet. P.78. à N.22. & deinceps.
 Gratia homo cooperatur, & operatur per gratiam. P.84. N.37.
 Gratijs gratis datis, & caractere qualiter homo ab uti possit? P.34. N.49.

Grave.

Gravissimæ quæstiones à PP. excitatæ, & per quam scientiam resolutæ. P.474. N.25. & seqq.
 Gravis tentatio vincenda ex motivo inhonesto non petit specialem gratiam. P.422. N.8.
 Gravis tentatio, & carentia specialis gratiæ est medium cognoscendi certo peccatum. Ibid.

H

Habitus.

HABITUS non datur in Deo, & quare. P.193. à N.28. usque ad 33. & P.205. N.59.
 Habitus supernaturalem operari nobiscum, non est nos operari per illum. P.78. N.22. & deinceps.
 Habitus supernaturales constitunt potentias naturales verè, & propriè intrinsecè subiecta operativa operationum supernaturalium. P.89. N.44. usque 48.
 Suntque prædicti habitus vitales ut *quo*, formaliterque tales dicuntur. Ibid. à N.49. usque 51.

Hæreticus.

Hæreticus non cognoscit, nec appetit Beat. supernaturalem, nisi ex motivo naturali. P.26. t. vii. Disp. r. Dub.2. N.3.

Henriquez.

Henriquez Nobilis Societ. Alumnus quid circa cognitionem futurorum conditionatorum, & Scientiam Mediam senserit. P.380. N.6. & P.480.

S. Hieronymus.

D. Hieronymus exponitur contra Vazquium. P.263. N.4.
 Homo gratiæ Dei operatur, & cooperatur gratiam. P.84. N.37. & deinceps.
 Herrera Complut. ad solvendum arg. de læsa libertate creaturæ ex Scientia Media mutuas prioritatis admisit. P.496. N.46.
 His admisissis, & ut admituntur ab eo, inutilis Scientia Media ad concordiam libertatis cum gratia efficaci redditur. Ibid.

V u 2

Idea.

I

Idea.

IDEE Divinae qualiter à Beatis queant
comprehendi, & qualiter non? P.156.
N.23.

Idea secundum se non est Deo medium cog-
noscendi futura conditionata. P.419. N.5.
& 7.

Idea quorum sit, & quomodo horum, &
quomodo illorum ex D. Thom? P.461. N.7.

Identitas.

Identitas intellectus speciei, & obiecti adhuc
in esse intelligibili multifariè exploditur.
P.163. à N.9. usque 14.

Imago cui similis primario? P.257. N.33. &
deinceps.

Immateralitatis gradus qui, & quot? P.38. N.7.

Immateralitas est radix cognitionis, & scien-
tia, & qualiter hoc accipiendum? A P.161.
usque 182. præcipuè à N.28.

Immensitas qualiter se habeat ad loca, &
æternitas ad tempora.

Impossibilia esse non posse reducitur in sum-
mam perfectionem Dei, & qualiter hoc in-
telligatur? P.285. N.55.

Impossibilia per omnipotentiam cognoscun-
tur à Deo. Ibid. & deinceps.

Inclinatio innata semper est ad possibile: quæ
huic doctrinæ obstant, vide P.20. N.14.
& 16.

Indifferens non est medium cognoscendi de-
terminatum. P.468. N.15.

Inanis gloria non imperat actus honestos
salutares. P.32. N.45. P.329. N.26.

Infinitas non constituit naturam Divinam. P.
209. à N.5. usque ad 12. est imparticipa-
bilis uti alia predicata. Ibid. N.12.

Increpatio Judeorum comparative ad Gen-
tiles in omnium principijs debet salvari
esse iustam. P.471. N.21.

Increpatio ad sui iustitiam quid requirat in
subiecto, si absoluta est, & in extremis, si
comparativa? Ibid. à N.21.

Increpatio iusta fundatur supra obligatio-
nem, & posse, & si comparativa sit supra
æqualitatem in eis. P.473. à N.23.

Initium.

Initium Scientiæ Mediæ undè? P.480. N.3.

Initium salutaris vocationis à gratia est. P.28.
à N.24. usque 42. & deinceps.

Initium fidei, præque affectio ad eam requisi-
ta à Deo sunt, non à natura. Ibid. N.42.

Intellectus, ut sit.

Intellectus Divinus omnia possibilis immac-

diatè in Divina essentia, & potentia cog-
noscit. P.292. N.71. & deinceps.

Intellectus non identificatur cum specie ad-
huc in esse intelligibili. P.163. à N.9. us-
que 14.

Intellectus creatus connaturaliter quiddita-
tativè nequit videre Deum, benè ex ele-
vatione. P.37. & deinceps. P.50. N.38.

Intellectus creatus potest clarè, & intuitivè
videre Deum, sed non proprijs viribus. P.
2. & 4. N.1. 2. & 13.

Intellectus nostri variæ considerationes. P.5.
N.16. & 29.

Intellectus nostri species intrinseca est ad-
æquatè naturalis. Ibid. N.22.

Intellectus noster elevari potest ultra suum
obiectum specificativum; secus verò sen-
sus, & quare? Ibid. à N.44. usque 54.

Intellectum entitativè supernaturalem non
repugnare ostenditur. P.117. à N.37. us-
que 40.

Intellectus per modum potentia quot modis
accipitur, detur ne in Deo, & an ut sic
dicat, implicet ve imperfectionem? P.183.
N.1. & seqq.

Quid D. Thom. in hac parte? Ibid. à N.6. &
deinceps signatè à N.35. usque 38.

Intellectus practicus, & speculativus idem
habent obiectum specificativum. P.19.
N.37. & seq.

Interstitium.

Interstitia Scientiæ Mediæ à sæculo IV. &
V. usque ad XIV. P.481. N.5.

Intentio.

Intentio efficax causat, imperatque electio-
nem. P.29. t. vii. Disp. r. Dub.2. à N.36.
usque 39.

Intentio naturalis, aut prava, non imperat
actus salutares, rectamque susceptionem,
aut ministracionem Sacramentorum. Ibid.
N.445.

Iudicium.

Iudicium Anthracis circa differentiam inter cog-
noscentia, & non cognoscentia. A P.174.
à N.28. & deinceps.

Iudicium regulativum elect. med. supernatu-
ralium supernaturale debet esse. P.29. t.
vii. Disp. 1. Dub.2. N.36.

Iuramentum.

Iuramentum, & promissio quem animum, &
voluntatem requirant ad sui valorem? P.
401. à N.5.

Isaas.

Isaas occisus à Iudæis dicitur, quod diceret
Deum vidisse. P. r. N. 1.

RERUM NOTABILIUM.

L

Lemos, & Lefso.

V.M.L. EMOS quam fundatè
de gratia confecerit. P.458. N.2.

P. D. Leonardus Lefius docet eod. tempore
Lovanijs Scientiam Mediam, ac Molina
in Lusitania ann.1588. P.482. N.5.

Lex.

Lex contradict. quæ? P.432. N.28. & seqq.
Legi contradictor. innittendo ad salvandam
libertatem hum.actuum, oppositum habe-
tur. Ibid. à N.25.

Liberum arbitrium, & libertas.

Liberum arbitrium creatum supercompre-
hensum non est medium cognoscendi
Deum contingentia conditionata. P.417.
à N.3. usque ad 9.

Liberum arbitrium gratiæ cooperatur, &
operatur per gratiam. P.84. N.37. &
seqq.

Libertas potentia, habitus, & actus in qua
indifferentia consistat. P.94. & 97. à N.53.
usque 57.

Libertas lege, & veritate obiectiva con-
tradict. deprimitur? P.428. à N.21. &
P.432. à N.29.

Libertas Divina tollitur positis decretis fu-
turis. P.452. N.18.

Libertas Divina, & creata tollitur per
Scientiam Mediam. P.489. à N.20. & P.
492. à N.28. usque 37.

Loci arguendi fallaces in *disiunctivis* ex-
trahuntur. P.290. N.67. P.395. N.30.

Loci arguendi in *conditionalibus* fallaces
etiam deteguntur. P.395. à N.30.

Ludovicus Molina Conchenſis fateatur se
discedere à SS. DD. Aug. & Thom. in
medio cognoscendi contingentia condi-
tionata. P.481. N.7.

Ludovicus Molina emittit Scientiam Me-
diam Lusitaniae Regno ann.1588. P.482.
N.5.

Lugo.

Em. de Lugo, & Ill. Godoy quid senserint de
iudicio Vazq. erga D. Hieronymum. P.263.
à N.3.

Lumen gloriæ non est species. deserviens
visioni Dei. P.37. N.1. & seqq.

Lumen gloriæ est tota ratio proxima agen-

di vis. beat. & idem de alijs habitibus
supernaturalibus comparative ad actus.
A P.68. usque fin. i. Dub.

Lumen gloriæ melius eo, quod de facto
datur, non est possibile. P.103. à N.9.
usque 11.

Est in eodem gradu immaterialitatis cum
Deo, non *proxime*, sed *radicaliter* sump-
tum. P.113. N.29.

Lumen gloriæ qualiter participet intellec-
tum Divinum. P.203. N.55.

Lumen principiorum non differt in Deo
à scientia, & sapientia. P.297. à N.5.
& post qualiter differat ab Arte, & pru-
dentia in Deo. P.30. N.17.

Lutherus.

Lutherus, & Calvinus quid in puncto gra-
tiæ, & quam longe Thomistis absint?
P.68. N.1. & P.84. N.37. & seqq.

Lux.

Lux qualiter sit Solis proprietas. P.119.
N.40. ad medium.

M

Malitia.

MALITIA peccati ex quo habeat esse
futuram. P.371. N.21. & 22. &
seqq.

Massilienses, seu Semipelagiani tenuerunt
Scientiam Mediam, fatentibus etiam
Suar. & Granados. P.481. N.4.

Medium.

Medio nullibi distributo nil concluditur in
conditionalibus. P.396. N.30.

Medium Deo cognoscendi futura condi-
tionata ante decretum non est super-
comprehensio lib. arb. creati. P.417.
N.3.

Medium eadem futura cognoscendi non
sunt idea, æternitas, auxilium, aut cau-
sa physice, vel moraliter connexa cum
illis. Ibid. N.4.

Medium ea cognoscendi non est veritas
objectiva contradict. ex suppositione
eventus, aut quavis alia. P.423. à N.9.
usque fin. Dub.

Medium veritatis obiectivæ destruit liber-
tatem nostrorum actuum. P.428. à
N.21.

I N D E X

Medium cognoscendi Deo futura contingencia conditionata est Dei aeternum decretum. P. 458. à N. 1. & seqq.

Medium ea cognoscendi certo est decretum non per se, & ab intrinseco indifferens, sed efficax. *Ibid.*

Medium cognoscendi futurum absolutum, & conditionatum est decretum ab aeterno subiectivè in Deo existens. P. 405. à N. 10. P. 469. N. 18.

Medio contingendum posito decreto, scientia Dei respectu ipsorum mirabilis multiformiter adhuc est. P. 477. N. 29.

Medium cognoscendi peccata futura est Dei decretum permissivum, sive absolutum, sive obiectivè conditionatum. P. 478. N. 30.

Modus.

Modus substantialis unionis cur possit esse participatio Dei ad eum elevans; secus substantia? P. 115. N. 33. in fine.

Molina.

P. D. Molina Conchenensis tenet Deum non cognoscere sua decreta, ut futura, ac inde nec alia ut futura. P. 446. N. 3.

P. Molina protulit Scientiam Mediam ann. 1588. P. 482. N. 5.

Mutuas prioritates Herrera Complutens. ad solv. arg. de lassa libert. creaturae ex Scientia Media admisit: quibus admissis Scientiam Mediam ad concordiam lib. cum gratia efficaci inutilem reddidit. P. 496. N. 36.

N

Natura Divina.

NATURA Divina, non autem creata est demonstrabilis per praedicata communia, & transcendentia. P. 224. N. 41.

Natura, & essentia in Deo obiectivè non distinguuntur. P. 198. à N. 41. usque 49.

Natura Divina non constituitur aggregato divinarum perfectionum. P. 212. à N. 13. usque 25. nec per ascitatem. P. 217. à N. 26. & deinceps.

Naturæ Divinae constitutum physicum, & metaphisicum, & intelligentia horum. P. 408. à N. 1. & deinceps.

Non est intelligere actuale, sed radicale, & hoc conformius D. Thomæ. P. 225. à N. 45. & deinceps.

Nestorianis plures Theologi tribuunt Scientiam Mediam. P. 481. N. 3.

Nihil.

Nihil evenit in rebus præter Dei providentiam, & dispositionem. P. 476. N. 27.

Nomen.

Nomen qui est quomodo proprium Dei? P. 222. N. 39.

Nomen essentia quot modis accipitur. P. 238. N. 74.

Numerantur plura Nomina, & qualiter de Deo affirmanda, vel neganda. P. 206. à N. 60. usque 64.

Nomina Viatorum, & Beatorum Divina significantia quantum differant. P. 126. à N. 13. usque 15.

Nomina rerum corporalium qualiter de Deo dicantur, & qualiter intelligibilia, omniumque perfectiones? P. 183. N. 4. & P. 190. N. 21. & 23. & P. 200. N. 45.

O

Obligatio.

OBLIGATIO fundatur, & supponi posse. P. 473. à N. 23.

Obiectum in universum.

Obiectum adæquate specificatum nostri intellectus est ens adæquate naturale naturaliter attingibile. P. 6. N. 27. & seqq.

Obiectum extensivum intellectus latius patet, quam specificativum; secus accidit in sensibus, & qua ratione? *Ibid.* à N. 44. usque 54.

Obiectum extensivum non dat speciem essentialem potentijs, si pure extensivum sit, & quare? *Ibid.* N. 30. & 59.

Obiectum primarium secundario connexum videri non potest, secundario non viso. P. 139. N. 39.

Obiectum Divinae Scientiæ quod tam motivum, quam terminativum. P. 244. à N. 1. sunt omnia divina praedicata. P. 250. à N. 20.

Obiectum scientiæ liberæ Dei quodnam sit tam formale, quam materiale? P. 480. N. 1.

Obiectum Scientiæ Mediae, ut ab ea distincte quodnam? *Ibid.* N. 2.

RERUM NOTABILIUM.

Omissio.

Omissio decreti libera constituit *non futurum*. P.414. à N.21.

Omnipotentia.

Omnipotentia non inconnexa, sed absolute connexa est cum possibilibus, estque medium ad eorum cognitionem. P.269. à N.20.

Omnipotentia connexa perfectior est quam inconnexa. Ibid. & P.283. N.49.

Opera aliqua esse dona Dei est illa efficaciter esse à Deo electa, & prædestinata, iuxta M. P. Aug. P.460. à N.6.

Opera nostra bona essentialiter dependent à decreto Dei. P.461. N.8. essentialiter etiam sunt dona Dei. Ibid. usque ad N.12.

Ordo.

Ordo in prophetia quandoque revelatur, non revelato eventu. P.388. à N.22.

Ord. *Prædicat.* qui primo impugnaverint Scientiam Mediam. P.481. N.5. & P.483. N.9.

Origenes.

Origenes, & Eusebius qualiter audiant circa scientiæ Dei causalitatem. P.309. N.17.

Origenes defensavit liberum arbitrium contra expressas Sac. Script. autoritates. P.462. N.8.

Origenes quam scientiam contingentium tenuerit. P.48. N.3.

Origenes, Arriani, Pelagiani, & Nestoriani possiderunt prævisionem operum prædestinationem præcedere. P.480. N.3.

P

Peccatum.

PECCATUM pro formali subditur dispositioni Dei constitute per decretum permissivum. P.488. à N.16. Pro materiali quomodo. Ibid.

Peccatum à quo habeat futuritatem. P.371. N.21. & seqq.

Peccata futura, sive absolute, sive conditionate cognoscit Deus in decreto eorum permissivo. P.478. N.30.

Peccata Deum impedire non posse foret imperfectio in ipso, & an oppositum sequatur ex Scientia Media. P.488. à N.17.

Perfectiones Dei, & creaturarum, quæ differant. P.265. à N.10.

Perfectiones simpliciter simplices, & secundum quid optime explicantur. Ibid. N.14.

Petrus.

Petrus del Rivo Lovaniensis retractat Romæ, quod Sixtus IV. in eo circa negotium prædestinationis damnavit ann.1476. P.481. N.5.

V. M. P. Fr. Petrus de Soto Scientiam Mediam in eius principio, seu vestigio oppugnat. P.482. N.5.

Possibile, & Possibilitas.

Possibilia cognoscuntur adeo secundum esse proprium, & differentiale ipsorum. P.262. à N.1. usque 19.

Possibilia cognoscuntur à Deo in omnipotentia tanquam in causa. P.275. à N.30.

Cum possibilibus connectitur Divina omnipotentia. P.269. à N.20.

Possibilitas quid, & quotuplex? P.275. N.30.

Potentia omnis.

Potentia Logica, & phisica quid, & qualiter in Deo? P.190. N.20. & P.197. à N.38. usque 41.

Potentia in ordine ad quæ dicatur, & quomodo in Deo? P.183. N.2. & 13. & seqq.

Potentia obedientialis activa posita à suar. difficilis intellectu. P.70. N.5. & 18.

Potentia obedientialis speciem suam essentialem non habet ex ordine ad agens superius. P.15. N.57. & P.282. N.32.

Potentia naturalis, & obedientialis eandem speciem intrinsecam habent. P.10. N.34. & seqq. & 57. & seqq.

Potentia specificantur ab objectis medijs operationibus. P.6. N.19.

Potentia specificantur ab operationibus, quæ competunt agentibus secundum suam naturam, non ex elevatione ad ordinem superiorem. Ibid. usque N.22.

Potentia non habent speciem essentialem ab objectis pure extensionis, & quare? Ibid. N.30. & 59.

Præcisio.

Præcisio quid sit, & quotuplex illa sit? P.121. à N.1.

Prædestinatio.

Prædestinationi Dei, & proposito innittitur præscientia bonorum operum. P.459. à N.4.

Præ-

INDEX

Predicatum.

- Predicatum non communicari ad intra convenit relativis, ut differant ab absolutis. P.136. N.33.
- Predicatum communicari ad intra convenit absolutis, ut differunt à Relativis. Ibid.
- Predicata Divina, quæ creaturis communicabilia, & quæ incommunicabilia? P.120. N.40.
- Pariter quomodo à viantibus, & Beatis apprehendantur, & significantur? P.126. à N.13. usque 15.
- Pariter, nec absoluta, nec relativa videntur, aut videri possunt, quin omnia simul videantur. A P.122. usque 140.
- Predicatum unum Divinum cur communicari possit alio non communicato; non autem videri, alio non viso? P.135. à N.27. usque 38.
- Predicata aliqua quot modis de Deo dici possint, & quæ sint? P.183. N.3. & 4.
- Predicata creaturarum qualiter participantur à Deo. P.203. à N.55.
- Predicata plurima qualiter de Deo affirmanda, vel neganda? P.206. à N.60. usque 64.
- Predicata Divina in se nullam habent prioritatem. P.333. à N.64.
- Predicata ex differentiali conceptu se non includentia virtualiter differunt. P.300. N.14.
- Præscientia, & præsentia.*
- Præscientia omnis bonorum operum propositio, & prædestinationi Dei immittitur. P.459. N.4.
- Præscientia non est propositum, sed subsequitur ad illud. Ibid. N.6.
- Præscientiam operum quam concesserint Semipelagiani, & Pelagiani, quamque impugnaverit M. P. Aug. Ibid.
- Præsentia futurorum absolutorum in æternitate. P.316. à N.1.

Præteritio.

- Præteritio quid sit? P.357. à N.32.
- Præteritio iam non cadit sub omnipotentia, & quare? P.288. N.62.

Prioritas.

- Prioritatis signa subtiliter explicantur. P.314. N.24. & P.441. à N.43.

Privatio.

- Privatio vilis in Talpa, & rectitudinis in oculo Dei, ex quibus nascatur? P.13. N.22.

Processio.

- Processio Verbi cur sit generatio, & quæ requirat. P.232. N.60. & 82.

Professor.

- Professores Scientiæ Mediæ gloriantur Ludovico Molina inventore eius. P.480. N.3.
- Professores Scientiæ Mediæ quo sensu admittant aliqua contingentia fugere providentiam Dei. P.486. N.14.

Prophetia.

- Prophetia predictionis, & comminationis, in quo differant. P.388. à N.22.

Propositio.

- Propositiones in æternitate, & æternæ veritatis qualiter differant? P.335. N.38.
- Propositiones variæ qualiter intelligendæ, & verificandæ? Ibid. usque ad finem Dub. & P.354. à N.27.
- Propositiones enuntiantes futura conditionata omnimodè certò cognoscuntur à Deo. P.385. N.16.

Providentia, & dispositio.

- Providentiam, & dispositionem Dei aliqua contingentia fugere sequitur ex Scientiæ Mediæ. P.486. à N.14.
- Providentiam an Scientiæ Mediæ constituat, & qualiter ad eam se habeat ex suis principijs. P.498. N.37.

Prudentia.

- Prudentia, & Ars in Deo qualiter inter se à lumine principiorum, Scientiæ, & sapientia differant? P.301. N.17.

Q

Questio.

- QUESTIONES gravissimæ à PP. excusata, & per quam scientiam resoluta, & cognita? P.474. à N.25.

R

- RADIX cognitionis, & scientiæ quæ? A P.161. usque 182. maxime à N.28.

Receptio.

- Receptio formarum aliarum rerum quo modo?

RERUM NOTABILIVM.

modo in cognoscantibus, & non cognoscantibus. P. 171. à N. 28.

Regens.

Regentes Colleg. S. Greg. & MM. Conv. S. Pauli apud Pinciam quid in Scientiam Mediam. P. 483. N. 9.

Regula.

Regulæ pro conditionalibus, & quas habeant exceptiones? P. 391. & seq. à N. 25.

Relatio, & Relativum.

Relatio Divina, cui equivaleat in creatis, & quomodo Divinam Personam constituat? P. 240. à N. 78.

Relationes, & Attributa obiectum specificativum Divini intellectus, & scientiæ. P. 250. à N. 20.

Relativa queunt communicari ad extra, ut distincta ab absolutis, sed non videri. P. 136. N. 33.

Res.

Res creatæ qualiter productæ ab æterno in æternitate? P. 328. N. 24.

Rerum species secundum quam operationem accipiuntur. P. 6. N. 17. & 19.

S

Scientia Dei.

SCIENTIAM in Deo esse, & undè probetur. P. 160. à N. 3.

Scientiæ Dei specificativum omnia prædicata Divina. P. 250. à N. 20.

Scientia in Deo non differt adæquatè à lumine principiorum, & sapientia. P. 297. à N. 5.

Scientia Dei est causa rerum. P. 306. à N. 8.

Scientia conditionatorum, & libera.

Scientia conditionatorum nullam in Deo dicitur imperfectionem. P. 395. N. 29.

Scientia conditionata non præcedit de necessitate absolutam. P. 475. à N. 26.

Scientia conditionatorum decreto Dei innixa mirabilis multiformiter est. P. 477. N. 29.

Scientia contingentium non innixa decreto Dei libero tollit ab eo libertatem incernendo. P. 449. N. 10.

Scientia Dei libera, ut distincta à Media, quid sit? P. 480. N. 1.

Scientia Media.

Scientia Media, ut distincta à libera, quid sit? P. 480. N. 2.

Scientia Media curita dicta? Eius origo, progressus, & status. Ibid. à N. 2.

Scientiæ Mediæ sub hoc nomine Authores P. 482. N. 5. & 6.

Impugnatores primi ex Dominicanis Scientiæ Mediæ. Ibid. N. 5.

Scientiæ Mediæ præludia undè. Ibid. N. 6. & 7.

Scientiæ Mediæ Impugnatores post ex Dominicanis Regentes Insignis Collegij D. Greg. & Magistri Conventus S. Pauli in Valle-Oletana. Ibid. N. 9.

Quid erga Scientiam Mediam prædicti tunc egerint, & usque quo res deducta. Eod. N. 9.

Scientiæ Mediæ Defensores in Romana Curia. Ibid.

Oppugnatores Dominicani. Ibid.

Scientiæ Mediæ defendendæ nullum emanavit tunc decretum permissivum, aut à S. Sede, aut à Censorio Fidei. Ibid.

Scientia Media producta à P. D. Molina ferè deserta iam est à DD. Societ. Ibid. N. 10.

Scientiæ Mediæ desertioni causam attulit RR. P. Claudius *Aquaviva*. Decreto dato ad Societatem. P. 484. N. 10.

Scientia Media P. Molinæ à P. Suar. reformata est. Ibid.

Scientia Media Suarij respectu nostrorum actuum impossibilis est. Ibid. N. 11.

Scientia Media absolute est impossibilis, & Deo minus consona. P. 482. N. 12.

Scientiam Mediam tam multa testimonia M. P. Aug. impugnant, ut tempus, locusque non suppetat ea produgenda. Ibid.

Scientiæ Mediæ Præcipuus Author Molina fatetur. M. P. sibi Adversari. Ibid.

Scientiæ Mediæ sequuta inconvenientia. Ibid. N. 13.

Inter quæ est aliquod prædicatum Divinum subijci dispositioni creaturæ, & non Dei. P. 487. N. 16.

Scientiam Mediam habere in manu Dei non est; bene tamen in manu creaturæ, ut Deus eam habeat. Ibid. & per totum Dubium.

Scientiæ Mediæ principijs maiora per censentur in convenientia. P. 488. à N. 17.

Unum est opus honestum aliquod possibile creaturæ esse, impossibile Deo. Ibid.

Item

INDEX

- Item potentiam creaturæ, quo ad actus liberos eius, à Dei potentia participatam non esse à Deo, sed è converso. Ibid. N. 18. & 19.
- Scientia Media quam minuat dominium Dei, supremamque eius potestatem. P. 489. à N. 20. usque 28.
- Scientiæ Mediæ possitio utramque tollit libertatem, Divinam, scilicet, & creatam. P. 492. à N. 26. & à N. 28. usque 37.
- Scientiæ Mediæ principia inferunt Deum non cognoscere futura conditionata. P. 380. N. 7. & seqq.
- Scientia Media regulare potest collationem auxiliij dantis posse. P. 452. N. 15.
- Scientia Media superfluit possitio Deum cognoscere sua decreta, ut futura. P. 454. N. 18. & P. 485. N. 11.
- Scientia Media non requiritur per se ad existentiam consensus, nec facit ut Deus liberaliter donet illum. P. 464. N. 9.
- Scientia Media necessaria non est ad concordiam libertatis cum decreto efficaci, nec ut Deus sit specialis Benefactor. Ibid.
- Scientia Media tollit libertatem creatam. P. 492. à N. 28. usque 34.
- Scientia Media, uti, & auxiliium efficax ab intrinseco, non acquiritur actibus voluntatis creatæ. P. 493. à N. 29. usque 34.
- Scientia Media præcedit consensum voluntatis creatæ in statu absoluto, & conditionato. P. 495. N. 33.
- Scientiam Mediã non requiri ad libertatem consensus præcedere Suarez fateretur. Ibid. N. 34.
- Scientia Media inutilis ex hoc ad concordiam libertatis cum gratia efficaci redditur quod, & vidit, & probat bifariam Suar. ipse. Ibid. & N. 35.
- Enervat item argumentum suorum contra nos ab inconvenienti subtractionis libertatis posita phisica præmotione inaccessibili, & inaccessibili à voluntate creatæ. Ibid.
- Scientiæ Mediæ finis duplex, & quis præintendus à suis Professoribus? Ibid. N. 37.
- Scientia Media finem intentum Professores non assequuntur, sed oppositum ex ea evincitur. Ibid.
- Scientia Media qualiter Divinam Providentiam respiciat, & an libertatem in provisais inferat. Ibid.
- Suarez, ut salvet libertatem consensus liberi creaturæ tollit Scientiam Mediã. P. 496. N. 34.
- Suarij concordia libertatis cum gratia æquè salvatur cum Scientia Media, & præmotione phisica. Ibid. N. 35.
- Suppositio antecedens consensum, si sit Deo libera, non tollit libertatem ex modo opinandi Suarij; secus si Deo libera non sit. P. 496. N. 35.
- Scientia Visionis.*
- Scientia visionis, & simplicis intelligentiæ non differunt attributaliter. P. 303. à N. 1.
- Scientia utraque quid sit, & qualiter differat à libera, & necessaria? Ibid.
- Scientia visionis non semper supponit obiectum. P. 313. à N. 26.
- Scientia peccati in homine, & Angelo supposuit decretum permissivum. P. 479. N. 26.
- Semipelagiani.*
- Semipelagiani qui fuerint? P. 481. N. 4.
- Semipelagiani admitterunt scientiam conditionatorum ante decretum iuxta Suar. & Granad. P. 458. à N. 4.
- Sic itaque Scientiam Mediã tenuerunt. P. 481. N. 4.
- Sensus.*
- Sensum immaterialitas non est maior quam vis eorum innata activa, secus intellectus. P. 12. à N. 44. usque 54.
- Sensus elevari nequit ultra suum obiectum specificativum, bene tamen intellectus, & quare? Ibid.
- Sidonij.*
- Sidonij, & Tyrij an forent minus excruciat, & indurati quam Judei. P. 474. N. 24.
- Signum.*
- Signa prioritatis subtiliter explicantur. P. 314. N. 28. & P. 441. à N. 43.
- Species in universum.*
- Species Angeli superioris in inferiori, esto comprehensiva superioris, non infert cognitionem comprehensivam, & quare? P. 48. N. 35.
- Speciei expressæ necessitas, eiusque distinctio ab impressa, & cognitione. P. 2156. N. 1. & 2.
- Speciei expressæ impossibilitas à Beatis formandæ. P. 77. N. 4. & seqq. usque 11.
- Debet esse eiusdem immaterialitatis cum obiecto, & eiusdem, aut superioris cum

RERUM NOTABILIUM.

- specie impressa. P. 58. N. 5. usque 11.
 Species quidditativa obiecti probabiliter
 est comprehensiva eiusdem: Dei autem
 quidditativa necessario est comprehen-
 siva. P. 46. & 47. N. 30. 31. & 35.
 Species quidditativa, nisi lumen compre-
 hensivum sit, non infert cognitionem
 comprehensivam. P. 47. N. 30. & P. 49.
 N. 35.
 Species non ammittit rationem quidditati-
 vā ex excessu cum obiecto; bene tamen
 ex defectu. P. 53. N. 43.
 Speciem repræsentare obiectum infinitum
 modo finito alicui, non habet ex se; sed
 à cognoscente, & lumine. P. 62. N. 13.
 Species impressa elevari nequit ad repræ-
 sentandum quod connaturaliter non re-
 præsentat. P. 40. t. vii. Disp. 2. Dub. 1. N. 11.
 & 38.
 Species impressa creata in formali concep-
 tu est dissimilis obiecto increato; secus
 accidentalis obiecto substantiali, & cur?
 Ibid. N. 28. & 34.
 Species impressa cum expressa obiecto pro-
 portionatur, si quidditativa est; non cog-
 nitioni, & lumine. P. 60. & 61. à N. 13: us-
 que 14.
 Speciei, intellectus, & obiecti identitas
 rejicitur. P. 163. à N. 9. & deinceps.
 Species constituens obiectum in esse mo-
 tivi quæ, & quæ requirat. P. 244. à
 N. 2.
 Species impressa non concurrat effectivè ex
 sententia Auth. P. 257. N. 33.
 Species fidei servientes elevantur super-
 naturaliter ad efficiendum. Ibid.
 Species potentiarum activarum, ab opera-
 tione, & obiecto naturalibus sumuntur,
 non supernaturalibus. P. 6. à N. 17.

Specificativum obiectum.

- Specificativum adæquatum nostri intellec-
 tus quid sit? P. 6. à N. 22.
 Specificativum nostri intellectus angustius
 est extensivo; secus accidit in sensibus.
 Ibid. à N. 44.
 Specificativum Divini intellectus, & scien-
 tiæ omnia prædicata Divina. P. 250. à
 N. 20.

Speculum.

- Speculum quid sit; & qualiter eius ratio
 conveniat essentia Divina respectu om-
 nium, quæ in ea cognoscuntur. P. 143.
 N. 9.

Substantia.

- Substantiæ creata, cui connaturales essent
 virtutes supernaturales, etiam theologi-
 cæ; pariter forent lumen gloriae, & visio.
 P. 100. N. 4. & seqq.
 Substantia talis repugnat. Ibid. à N. 7. us-
 que fin. Dubij. Ea foret impeccabilis. Ibid.
 N. 19. & seq.
 Nequit esse formalis participatio substan-
 tiæ Divinae; bene verò accidens. P. 414.
 à N. 31. usque 34.
 Sed neque proprietas. Ibidem N. 33.

Supercomprehensio.

- Supercomprehensio liberij arbitrij creati
 non est Deo medium cognoscendi fu-
 tura conditionata. P. 417. à N. 3. usque 9;

Supernaturalitas.

- Supernaturalitas in genere quid? P. 24.
 N. 23. & P. 54. N. 46. & P. 101. N. 3. &
 seqq.
 Supernaturalibus pertractandis potio-
 rem locum autoritas, quam ratio tenet.
 P. 102. N. 7.

T

- T**ALPA qua ratione dicatur privata vi-
 su. P. 23. N. 22.
 D. Thomas cur recurrat ad præsentiam in
 æternitate pro medio conditionatorum?
 P. 461. N. 7.
 Thomista Recentes, & Antiqui quid opi-
 nati circa cognitionem fut. conditiona-
 torum? P. 379. N. 5. & P. 385. N. 16.

Tyrij.

- Tyrij, & Sidonij forent ne minus excoeca-
 ti, & indurati, quam Judæi? P. 474. N. 24.

V

Vazquez.

- V**AZQUEZ quid senserit circa cog-
 nitionem Dei futurorum conditiona-
 torum. P. 379. N. 6.

Velle.

- Velle, & non tantum posse donatur à Deo.
 P. 462. N. 8.

Verbum.

- Verbum Divinum quæ habeat, & quo-
 mo-

I N D E X

modo ex vi processionis. P. 256. à N. 32.

Verbi necessitas, eius à specie impressa, & cognitione distinctio, & impossibilitas, ut formetur à Beatis de Deo clarè viso. P. 56. & 57. N. 1. 23. & seqq. usque 11.

Verbum est eiusdem immaterialitatis cum obiecto, & eiusdem, vel superioris cum specie impressa. P. 58. N. 5.

Verbum, obiecto; non cognitioni, & lumini, in se proportionatur. P. 61. N. 12. & 13. extrinsecum est obiecto in creatis, & quare? N. 23.

Verbi munus suppleri potest ei, qui illud non formavit; non habent impulsus, & quare? P. 67. N. 28.

Veritas.

Veritas obiectiva non est Deo medium cognoscendi futura conditionata priori ad decretum. P. 423. N. 9. & seqq.

Veritas obiectiva contradictoriarum tollit libertatem nostrorum actuum. P. 428. N. 21. & seqq.

Visio Dei.

Visio Dei, ut Authoris naturæ, est supernaturalis quoad substantiam. P. 36. N. 53.

Visio Dei, & si ex parte intellectus creati finita, exigit speciem infinitam. P. 54. N. 46.

Visio Beata non procedit immediatè adhuc partialiter à potentia naturali secundum virtutem innatam. P. 70. N. 6. & per totum Dub.

Visio Beata est adæquatè supernaturalis. P. 72. N. 10. Non est possibilis melior existenti. P. 103. à N. 9. usque 11.

Videri nequit unum prædicatum Divinum, sive absolutum, sive relativum, quin omnia simul videantur. A P. 122. N. usque 40.

Visio omnium possibilium in omnipotentia

infert comprehensionem. A P. 141. usque 158.

Vita, & vitalitas.

Vita qualiter in Deo, & qualiter in creaturis. P. 202. à N. 49. usque 53. P. 243. N. 90.

Vitalitas vis. est adæquatè supernaturalis. P. 97. N. 58.

Virtus.

Virtutibus supernaturalibus non utimur per naturam, sed per gratiam. P. 34. N. 49.

Virtus innata intellectus, & voluntatis creatæ non concurrit immediatè partialiter ad vis. Beat. & alios actus supernaturales. P. 70. N. 6. per totum Dub.

Per virtutem supernaturalem operamur, & non solum cum illa. P. 78. N. 22. & inde.

Unio hypostatica.

Unio hypostatica specificatur à Verbo Divino. P. 27. N. 32.

Voluntas.

Voluntas antecedens est voluntas *beneficenti* in Deo. P. 404. N. 9.

Voluntas antecedens de salute omnium qualiter sequatur ad efficacem salutis electorum. P. 413. N. 19.

Voluntas Divina potuerit ne manere suspensa ab omni exercitio positivo circa creaturas. P. 414. à N. 21.

Voluntas Divina potest terminari ad bonum futurum conditionatè. P. 409. N. 16.

Voluntas conditionata non procedit necessario absolutam. Ibid. N. 17. & 19. & P. 415. N. 25.

Voluntas Divina per puram omissionem etiam constituit *non futurum*. P. 414. à N. 21.

Voluntatis Divinæ decretum positivum, vel negativum qualiter constituat *fururum*, & *non futurum*. P. 414. à N. 21.

Voluntati velle, & non tantum posse donatur à Deo, & oppositum error est Origen. P. 462. N. 8.

F I N I S.